Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

AUCTA ET ILLUSTRATA
NUNC
SELECTO ORDINE AD CERTOS TITULOS REVOCATA.
TOMUS III.
DE
SANCTA CRUCE.



Cum Privilegio S. Cæſareæ Majeſtatis, & Facultate Superiorum.

RATISBONÆ,
SUMPTIBUS JOANNIS CONRADI PEEZ, ET FELICIS BADER.
SOCIORUM
Ad Pedem Pontis Typis MARIÆ APOLLONIÆ HANCKIN, Anno M.DCC. XXXIV.

Digitized by Google

COMITI PALATINO
RHENI, UTRIUSQUE
BAVARIÆ DUCI, &c.

JACOBUS GRETSERUS
SOCIETATIS JESU
GRATIAM ET FELICITATEM A DEO PRECATUR.

PRoditum eſt, SERENISSIME PRINCEPS, in Concilio octavo œcumenico, quod quartum locum inter Conſtantinopolitana obtinet, juſſu Imperatoris Baſilij, totiúsque Synodi, Theodorum, cognomento Crithinum, Exarchum, Iconomachorum ſecta infectum ad Patres conſeſſus illius per legatos accerſitum fuiſſe, ut perverſæ opinionis ſuæ rationem palàm redderet: cúmque induci non potuiſſet, ut veniret, Baanem, unum ex legatis, nummum Cæſaris imagine inſignitum illi dediſſe, cum hoc mandato; *Accipe hoc numiſma:* Theodorum autem reſpondiſſe: *ego verò accipio, & ùt par eſt, imperatoris numiſma coli, colo:* His auditis, Baanem quæſiſſe: *ſi mortalis imperatoris os vener-*

Digitized by Google

imagine pictum ſignatumque oſtentes; vultum avertunt, frontem in rugas contrahunt; honorémque deferre pertinaciter abnuunt. Si cauſam ſciſciteris detrectati officij; reſpondent, Chriſtum nuſquam præcepiſſe, ut colatur in imagine aut Cruce ſua: Imagines fieri idola, ſi religioſo cultu afficiantur; idola autem non eſſe adoranda; idque more ſolenni, conglobatis, nec tamen intellectis ſacrarum literarum teſtimoniis confirmare nituntur; quibus nos intrepidè feralia illa ex Synodo octava, carmina accinimus: *Sacras imagines* (& Cruces) *non colentibus anathema. Sacras imagines* (& Cruces) *idola appellantibus*, anathema. *Qui ſacris literis idola deteſtantibus ad venerandas imagines* (& Cruces) *oppugnandas abutuntur, anathema.* Illis qui aſſerunt, nihil quod ad cultum ſpectet, agendum eſſe; niſi ſcriptura id expreſsè præcipiat, anathema. Impiæ ſectæ veterum & recentium Iconomachorum adhuc furenti anathema. quia, ùt in eâdem Synodo præclarè dicitur, *par eſt, ut majorum noſtrorum decreta inviolata cuſtodiamus*; inter quæ non poſtremum illud de crucis Dominicæ cultu & uſu, ab omnibus Chriſtianis, omnibus à Chriſto paſſo ſæculis celebrato, & frequentato, ita ut ſatis demirari nequeam eorum impietatem; qui Crucis imagines non modò non venerantur; ſed Turcicum in modum exterminant, comminuunt, flam̃isque exurunt; longè deteriores nonnullis ſuperioris memoriæ Iconoclaſtis, qui licèt imagines Chriſti, Cœlitúmque non tolerarent; Crucem tamen non tantùm patienter ferebant, ſed & honorabant; ut ſæpiùs teſtatur Theodorus Studita, qui eruditione & ſanctitate illuſtris adversùs Iconomachos, eorúm-

Act. VIII.

Digitized by Google

ſus illos hæreticos, qui crucem Domini non abolebant, dummodo ſuperaddita humana Chriſti effigie careret. Quid diceret hic ſanctus Pater, ſi Calviniſtas videret; qui ùt alias imagines, ſic & crucem ferro & igne perſequuntur. Crucem, inquam, cujus laudem, & gloriam, præconia & miracula univerſa orthodoxorum vetuſtas uno plenóque ore decantat, omnibúsque, qui Chriſtiano nomine verè cenſeri volunt, tanquam Chriſtianæ militiæ ſymbolum & teſſeram commendat.

Nec meliores Calviniſtis Lutherani exiſtimari debent: qui imagines & crucem rebus adiaphoris annumerant;quas ſive retinueris, ſive abjeceris, benè feceris. Itaque, qui Crucem in fanis ſuis retinent, id ea cautione faciunt, ne honorent: ut impietate vincant Iconoclaſtas, de quibus paulò antè ſermo erat; qui Crucem & retinebant, & colebant, ſicut & illi in Occidente Iconomachorum ſtolones & ſurculi, qui imagines retinendas docebant; ſed memoriæ duntaxat, & ornatûs; Crucem etiam cultûs gratiâ. At iſti noſtri cultum omnem repudiant; contenti memoria & hiſtoria, hac tamen lege, ut hæc ipſa memoriæ adminicula; planè omnibus ſint libera; quam libertatem, ut teſtatam faciant, decentiſſimè ſcilicet & mundiſſimè imagines & cruces in ſynagogis ſuis conſtituunt. *Certò per ſide dignos homines comperimus,* inquit Zvvinglius, ſcribens adversùs Lutherum, *apud Saxones & alias vicinas his gentes in templis quibuſdam imagines diverſimodè locatas eſſe; ſic nimirum, ut aliæ quidem facie ad parietem verſa, tergum ſpectantibus offer-*

Digitized by Google

mum tertium de ſancta Cruce complectitur: quem Serenitati veſtræ, SERENISSIME PRINCEPS MAXIMILIANE, ſacrum dicatúmque eſſe volui. primùm quidem Societatis noſtræ nomine, quam quanta benevolentia S. V. complectatur; fama accipiunt ſocij noſtri, qui aliis in regionibus operam navant Chriſtianæ Reipublicæ; nos, qui in Bavaria vivimus; quotidiana experientia diſcimus. *Parva quidem, fateor, pro magnis munera reddi: Sed qui, quàm potuit, dat maxima, gratus abundè eſt. Et finem pietas contigit illa ſuum.*

Deinde videbam, meo etiam privato nomine, S. V. hoc literarium ſeu officium ſeu munuſculum deberi: pleraque enim numiſmata *Staurophora*, in quorum explicatione totus primus liber conſumitur, reperi inter Cimelia *Serenitatis V.* quorum luſtrandorum & excutiendorum copiam mihi benigniſſimè fecit; ut taceam inſtructiſſimam Bibliothecam, quæ mihi aliiſque de Eccleſia Catholica bene mereri cupientibus, *Serenitatis V.* conceſſu, ſemper patet; de quo inſigni theſauro prolata jam ſunt non ſemel; in diéſque magis ad orthodoxæ fidei ſtabilimentum proferentur nova & vetera: quod ab erudito ſcriba ſeu ſcriptore præſtandum eſſe, jam olim Servator noſter monuit.

Accedit argumentum ſecundi libri, qui eſt de *Cruciatis* in Palæſtinam expeditionibus: atque adeò de trophæis, quæ præſidio ſacratiſſimæ Crucis in Syria & terra ſancta erexerunt cùm alij ſempiternæ memoriæ Principes; tum inclytus ille & invictiſſimus *Lotharingiæ* Dux GO-

DE-

Digitized by Google

cere inſipienter contendunt; non eſſe ullo modo divinæ voluntatis, ut Hieroſolyma ſit in Chriſtianorum poteſtate, ſacríſque Chriſtianis ſubdita. Quapropter ſic delirat Zvvinglius verè commentitiè in illa Domini verba commentans: *Cùm videritis abominationem deſolationis, &c. Prædixit Propheta ceſſaturas umbras legis veteris, idque ad finem uſque mundi. Cùm igitur hæc deſolatio ad finem mundi duratura ſit, & Hieruſalem à gentibus calcanda, ſtultum eſt propoſitum Regum & Principum Chriſtianorum, qui ſibi Hieruſalem ſubiicere tentant, niſi & ipſi gentes ſint futuri.* Hæc Sectarius ille.

Zvvinglius in cap. 24. Matth. Tomo 4. operum Zvvinglij.

Ex quo quærere oportet; ubi Chriſtus dixerit, Hieroſolymam uſque ad finem mundi à gentibus à vera fide alienis, calcandam & inhabitandam eſſe? Intellexit, ùt Zvvinglius nugatur, per *deſolationis abominationem* legalium deſitionem ad terminum univerſi hujus duraturam; at nunquam dixit, imò neque tacitè innuit Salvator, Infideles ideò perpetuos fore hujus urbis inquilinos: & ſi hoc Dominus affirmâſſet; utique id juxta ipſius veritatis oraculum eveniſſet. At quis neſcit, poſt hanc Chriſti de deſolatione præmonitionem & prædictionem aliquot ſæculis à Conſtantino magno, uſque ad Heraclium Imperatorem Hieroſolymam in Chriſtianorum Principum ditione fuiſſe, verámque religionem ibi excellenter floruiſſe; quod & poſtea per octoginta & aliquot annos factum, recuperata ab Occidentalibus copiis Palæſtina; quæ profectò fieri non potuiſſent, ſi Chriſtus prædictione ſua ſignificâſſet;

pa-

Digitized by Google

publica comoda peccem. Tantum demiſſe ac ſuppli-
citer S.V. rogo; ut volumen hoc, & his à me comēmo-
ratis, & aliis non paucis titulis ſibi debitum, *Sereniſſimo*
ſuo nomine illuſtratum, & commendatum, in lucem exire
clementer patiatur, ut quam alioquin, à Cruce tanquam
ab illuſtri materia, claritatem habet; an eandem à maximi
Principis ſplendore magnis incrementis adaugeat.

Ingolſtadij, Ipſo Redemptoris noſtri Natali.

Anno M.DC.IV.

AD

Digitized by Google

[illegible], qui in tomis præcedentibus ; gloria nimirum Crucis , ejúſque ab adverſariorum calumniis , criminationibus & ludibriis vindicatio. Excrevit opus præter exſpectationem ſub manus, ad eam, quam vides, magnitudinem; cùm initiò longè minus futurum arbitrarer. At quid agerem, materia ſcribendi ultro quaſi affluente, & in chartam influente? An brevitatis ſtudio decora Crucis obſcurarem ; vel obſcurata jam in tenebris relinquerem ? potiùs quàm iſthoc committerem , ternos adhuc de ſanctiſſima Domini Cruce tomos conficerem. Quocirca, blandiente argumento , maximè ſtylo & calamo indulſi in ſecundo operis huius libro , ſecutus potiſſimùm veterum annales , quorum conditores vel pares ætate, vel ſuppares expeditionibus Cruciatis fuerunt; quod indicare viſum ; ne ſi qui recentiorum aliter narrent ; miretur lector mea ab illis diſcrepare : antiquiorum enim veſtigia inſiſtere ſtudium fuit.

De Andrea Rege Hungariæ quàm diverſa ab aliis memorat Bonfinius. Quàm omnia ad laudem Regis illius facta ſunt ac compoſita : cùm tamen vetuſtiores , & ipſe etiam Joannes Thuuroczius in Chronicis Pannonicis disertè ſcribant , tres duntaxat menſes Andream Regem in Palæſtina manſiſſe ; annalésque huic Regi palàm vitio vertant , quòd cum reliquis Chriſtianorum copiis in Ægyptum ad obſidionem Damiatæ deſcendere noluerit ; ſuóque intempeſtivo in patriam reditu, non parùm detrimenti expeditioni Ægyptiacæ procreârit.

Illud veriſimilius cenſeo , quod idem Bonfinius , ut & Thuuroczius , prodidit ; Ladislao , Regi ſanctitatis opinione celeberrimo , oblatum fuiſſe à Cruce ſignatis Principibus imperium & principatum in univerſas copias Hieroſolymam profecturas. Neque enim ignorabant inclyti illi Heroes, quanti ad felices exoptatósque ſucceſſus ſuſceptæ vel ſuſcipiendæ expeditionis referret; habere ducem & moderatorem Ladislaum, regni tam ampli & potentis; fortiúmque virorum tam feracis Regem. Audiamus ipſum Thuuroczium. Cùm Ladislaus Rex celebrâſſet Paſcha Domini in Bodrog , ecce nuntij de Francia , & de Hiſpania , de Anglia , & de Britannia ad eum venerunt , & præcipuè de VVillermo fratre Regis Francorum , & ei omnipotentis DEI injuriam ſe ulciſci manifeſtaverunt, & ſanctam civitatem , & ſanctiſſimum ſepulchrum de manu Saracenorum liberare penſaverunt: unde glorioſum Regem rogaverunt, ut eis rector & gubernator in exercitu JEſu Chriſti exiſteret. Rex autem hoc audiens gaviſus eſt gaudio magno, & in eâdem feſtivitate à nobilibus Hungariæ li-

Digitized by Google

quæ ab ſuo Damiata, quia Principes primæ expeditionis in ea vehementer in-cumbebant, ut Regem quempiam viribus opibúſque præpollentem ſuam in ſocietatem adſciſcerent. Ea de cauſa Conſtantinopolim delati, ipſi etiam Alexio Græcorum Imperatori jus & moderamen totius exercitus liberaliter detulerunt; etſi vulpes illa Græcanica odio Latinorum, abnuit, oblatáſque habenas reſpuit.

Cùm autem Ladislaus Rex vitâ functus fuerit anno Chriſti M. XCV. 3. Kalend. Auguſti; ùt ſcribit Bonfinius, oportet totum, quod Annales Hungarici memorant, accidiſſe ante Concilium Claromontanum, quod eodem anno in Novembri demum coactum & celebratum eſt. Et forſan is, qui ad Ladislaum Regem legatus venit; Petrus Eremita fuit. Hic enim omnia propè occidentis regna obiit excitandorum gratia Principum, donec tandem in ſynodo Claromontana, ſacra hæc Deóque devota militia in unum coaluit, fœdere cum Deo & inter ſe icto.

Gom. lib. 3. de rebus geſtis Ximen.

Teſtatur Alvarus Gomezius, Franciſcum Ximenium, Cardinalem & Archiepiſcopum Toletanum præſtantiſſimum, multum operæ ſtudiíque inſumpſiſſe, ut pro recuperatione Dominici ſepulchri fœdus feriretur inter Ferdinandum Hiſpanum, & Emanuelem Luſitanum, & Henricum Britanniæ Reges, idque liquere ex epiſtola quadam Emmanuelis ad Ximenium, ubi hæc Emmanuel Rex: Ferdinandi ſoceri prudentia cum excellenti animi magnitudine conjuncta, noſtérque item & Henrici Leviri ad hanc rem ardor & propenſio, concórſque animorum affectus, divino inprimis favore adiuvante, ſine quo nunquam in terris aliquid præclarè geritur, facilè me in ſpem ingentem erigunt, vota tua ſuum finem habitura. Quæ quantum ex literis tuis intelleximus, ſemper eò tendunt, ut Mahometana ſecta deleatur, & omnes, qui extra cœtum Chriſtianorum ſunt Dominico gregi tandem conjungantur, fiátque unum ovile, & unus paſtor. Id autem fauſta hac & felici expeditione ita cumulatè eventurum ſperamus, ut propediem victoriis exultantes, ſanctiſſimum Chriſti corpus, te ad ſepulchrum Dominicum ſacra faciente, è tuis manibus, ſocer & duo generi, magna lætitia & voluptate perfuſi, genibus flexis ſumpturi ſimus. Crede enim mihi, quòd poſt Ferdinandi Regis ad hanc rem paratam voluntatem, cujus auſpiciis mirificè confidimus nihil meum animum magis confirmavit, nec confirmavit modò, ſed altero tantò etiam adauxit, quàm tuum ad hanc rem fervorem, diligentiam, curámque intueri, ſine quibus nihil eorum, quæ à te prudenter ſingulis in rebus animadvertuntur, potuiſſent ad me perſcribi, quæ mihi maximo argumento ſunt, Deo annuente, provinciam hanc aſſumi.

Quare tibi unum perſuadeas velim, multò magis mihi precioſum &

Digitized by Google

At tu, Antiſtes optime, planè curam non vulgarem præ te fers, ingentiſque tuæ ſollicitudinis non mediocre mihi teſtimonium præſtas, cùm eorum omnium, quæ ad hanc rem conficiendam conducunt, tanta ſis cognitione inſtructus, &c.

Hæc & alia in eandem ſententiam Emmanuel Rex inclytus, ad Cardinalem Ximenium, ex quibus utriuſque ad ſacram hanc militiam conſtituendam & ineundam cupiditas liquidò declaratur. Hæc tamen tam præclarè cogitata in irritum ceciderunt, fatali quadam ævi noſtri infelicitate, cui familiare, inteſtinis diſſidiis Tyrannidem Sarracenorum non modò ſtabilire, ſed & propagare. Nec plura hic de expeditionibus Cruciatis; quia plurima liber ſecundus hujus operis lectori ſuppeditabit.

Cur numiſmata Crucigera collegerim, ac in primum librum conjecerim, nihil aliud cauſæ habui quàm cultum & honorem ſanctiſſimæ Crucis, quem hoc etiam argumênti genere demonſtrare, planúmque facere placuit. Edita ſunt hominum eruditorum diligentia non pauca volumina plena Ethnicorum numiſmatis, quorum ſigna, typos, figuras, inſcriptiones, incredibili ſtudio & ſolertia accuratiſſimè explanant; nihilque intactum relinquunt, quod non eruant; aut eruere non tentent. An non decebat, ut pari cura numiſmata ſtaurophora, *in lucem proferremus, aut jam antea prolata in unum colligeremus, & quid Crux in nummis toties rutilans ſibi velit, pateſaceremus, & vel ex moneta Crucis hoſtes & exterminatores redargueremus?*

Unum adhuc adiicio, & finio. Quid illud? Mihi ſemper probatum eſſe conſilium Auguſti Cæſaris, qui teſte Suetonio, præcipuam curam duxit *in ſcribendo*, ſenſum animi quàm apertiſſimè exprimere, vitatis ſententiarum ineptiis, atque inconcinnitate, & reconditorum verborum, *ut ipſe nominare ſolebat*, fœtoribus *: cuius eſt & illud ad Neptem ſuam Agrippinam:* opus eſt, dare te operam, ne moleſtè ſcribas, aut loquaris. *Egregiè Favorinus Philoſophus apud Gellium, iuvenem quendam antiquitatis & obſcuritatis in loquendo affectatorem increpans;* Tu, *aiebat*, perinde quaſi cum matre Evandri nunc loquare, ſermone abhinc multis annis jam deſito uteris, quòd ſcire atque intelligere neminem vis, quæ dicas. Nónne, homo inepte, ut quod vis abundè conſequaris, taceres? ſed antiquitatem tibi placere ais, quòd honeſta, & bona, & ſobria & modeſta ſit. Vive ergò moribus præteritis: loquere verbis præſentibus. *Semper inſuper obſervandum exiſtimavi illud Diogenis Apolloniatæ apud Laërtium.* λόγου παντὸς ἀρχόμενον δοκεῖ μοι χρεὼν εἶναι τὴν ἀρχὴν ἀναμφίσβητον παρέχεσθαι, τὴν δὲ ἑρμηνείαν ἁπλῆν καὶ σεμνήν. Vale.

Gell. lib. 1. cap. 10.

EIUSDEMQUE

PROFESSORIS ORDINARII
IN ACADEMIA INGOLSTADIENSI.

HOc curæ duc eſſe tuæ, propriique laboris,
Huic te ſerva operi, palmarum victor athleta
Multarum, GRETSERE, DEI pro gente domóque
Veridicum ut ſtringas calamum: ſtes murus, obèxque
Ferreus, hinc atque hinc dum tam diſcordibus armis,
Ardua ſacratæ quatiuntur tecta Sionis.
Jam dudum tacitis ruere illius ima cuniclis
Fundamenta parant, novitas quibus impia cordi eſt,
Gens inviſa DEO; jam dudum vineæ aguntur
Innumeræ circum; turres, tabulatáque ſurgunt
Contrà inimica: genus teli nec omittitur ullum;
Nulláque ſacrilegis non machina quæritur auſis,
Millenâ dirus quam repperit arte Sathanas.

Territat amentes, furiiſque accendit, & ira
Crux Erebi victrix, Tharſenſis gloria Pauli,
Quam propugnaclis oſtentat ab omnibus unam
Inconcuſſa Sion: rutili quam ſyderis inſtar,
Supremo veniente die, claudentéque ſecla,
Fulſuram cœlo, vatum prædicta loquuntur.
Heu pietas, quò priſca patrum, bene fidáque ceſſit
Relligio? quam nunc odiis fatalibus iſti
Turgentes immane execrantúrque, premúntque,
Tempus erat, quum, Chriſtiadæ, melioribus annis,

Hoc

Digitized by Google

Ad vivum luſtrando oculis, quânam edita ſylva,
Colléque quo depacta arbos veneranda ſtetiſſet,
Undique divino ſatura illa, rubénſque cruore.
Huic genibus niti flexis, huic figere terræ
Oſcula ſuppliciter priſci gaudere parentes:
Et loca mirari, & gratanti pectore obire,
Hoſpite ſacra DEO, patriis devotus ìit iris,
Humana tacitum claudens in imagine numen,
Ipſe redemit oves niveo ſpectabilis Agnus
Vellere, ſed roſeis interlitus undique guttis.
Impetus is quondam ſolymas provexit ad arces,
Te duce, Bullioni, tot coniurata piorum
Agmina Chriſtiadûm, totique ſacra induit arma
Europæ, comitante ducum, regûmque caterva.
Ingens quippe nefas viſum tibi jure, profanos
Id calcare ſolum, pede quod calcaverat olim
Maximus Emmanuel, mundi Servator JESUS,
Omnia prodigiis latè cœleſtibus implens.
Præcipuè illius ſi fors ſine honore jaceret
Funerei marmor tumuli, venerabile marmor,
Cœlicolis auguſtum ipſis, ſublime, verendum.
Quàm vellem tua me Dux inclyte ſecla tuliſſent
Poſtremos inter comites, turbámve miniſtram.
Tædia nulla viæ, moles me nulla laborum
Fregiſſet, Tecum ſanctas delatus in oras,
Pronus adorâſſem naſcentis conſcia CHRISTI
Antra & Davidicæ caſta incunabula Bethlæ,
Impoſitámque jugis altricem numinis urbem

Digitized by Google

O Solyme felix, o terque beata, quaterque,
Cæleſtis Solyme, Divûm domus, aula Tonantis,
Cui ſolidi fulgent hyacintho, & jaſpide muri,
Chryſolythus ſternit plateas, gemmæ omnia, & aurum.
In te plena quies, páxque inviolabilis: in te
Nullus lætitiæ modus, intemerata voluptas,
Mille anni velut una dies: nec terminus ævi.
Fortunati equidem, quibus huc evadere cura eſt
Prima, introgreſſis anguſtæ limina portæ:
Quam trivêre viam, & priſci docuêre parentes,
Pectora plena DEO, nobis, GRETSERE, terendam.
Tecum hic eſto labor, ſanctæ, fortiſſime vindex,
Aſſertórque Crucis, nequâ veſtigia vulgus
Incautum malefida, obliqua, & devia fallant,
Luciferam præferre facem: tum tramite recto
Siſtere ad optatæ currentes præmia palmæ.

FA-

Digitized by Google

nerali, mihi conceſſa, eisdem ad hanc editionem facultatem impertio, ſimúlque communico Privilegium Cæſareum, quô aliis Bibliopolis, & Typographis interdicitur, ne dicta Opera aut omnia, aut aliqua, aut etiam unum ex illis, citra Conſenſum Superiorum vel recudere, vel intra fines Imperii & Hæreditarias S. C. M. Provincias inferre præſumant. In cujus Confirmationem has litteras, Chirographô meô, & conſuetô officii mei Sigillô munitas dedi Straubingæ 21. Novembris 1732.

(L.S.) *Joſephus Mayr.*

APPROBATIO FACULTATIS
THEOLOGICÆ IN ACADEMIA INGOLSTADIENSI.

TErtium hunc Tomum pro ſacroſanctæ Crucis gloria à collega noſtro P. JACOBO GRETSERO conſcriptum, magno lectoris fructu in lucem edi poſſe judico.

PETRUS STEVARTIUS Leodius. SS. Theologiæ Doctor, Profeſſor, Parochus Mauricianus: Academiæ Ingolſtadienſis Procancellarius, pro tempore RECTOR.

IN-

Digitized by Google

V. Hymnos, & Encomia metrica Græco-rum, & Latinorum in S. Crucem comprehendit.

MANTISSA.

Ad Tertium Tomum de S. Cruce.

In qua eſt.

I. Liber tertius Hiſtoriæ Orientalis *Jacobi de Vitriaco* antea ineditus, & incognitus,

[illegible] des Græcorum in S. Crucem, cum copioſa explanatione.

2. Crux Schirenſis } *cum notationibus.*
3. Crux Donavverdenſis }
4. Florilegium de S. Cruce.
5. Deſcriptio Myſterioſi Floris Iudici, quem *Granadillam* vocant.

INDEX CAPITUM
LIBRI PRIMI.

Cap. I. *De etymo nummi, & numiſmatis.*
II. *De figura nummorum.*
III. *De nummis crucigeris.*
IV. *Forma Labari Conſtantiniani, & corona Labaro impoſita.*
V. *De eximio Conſtantini Magni nummo, in quo Labarum Cruce, & Chriſti nomine conſpicuum, draconi infixum, conſpicitur.*
VI. *Tres alij crucigeri nummi Conſtantini Magni.*
VII. *De alio quodam Conſtantini Magni nummo.*
VIII. *De nummis Crucigeris Criſpi Cæſaris, & Delmatij.*
IX. *Nummi trium filiorum, & ſucceſſorum Conſtantini Magni. nimirum Conſtantini, Conſtantis, & Conſtantij.*
X. *De nummis Magnentij, & Decentij Tyrannorum, itemque Galli Cæſaris.*
XI. *De nummis crucigeris Joviani, ſeu Joviniani Imp.*
XII. *Nummi crucigeri Valentiniani, & Valentis Impp.*
XIII. *Nummi crucigeri Gratiani, & Valentiniani Junioris.*
XIV. *Nummi crucigeri Theodoſij Magni, & Ælia Placilla prima, & Galla Placidia, ſecunda uxoris ejus.*
XV. *De nummis crucigeris Arcadii, & Honorij Impp.*
XVI. *Nummi crucigeri Theodoſij Junioris, & Ælia Eudoxia uxoris ejus. Item Valentiniani III. & Galla Placidia matris ejus, & Honoria ſororis.*
XVII. *Nummi crucigeri Marciani, Ælia Pulcheria uxoris ejus, Leonis & Majoriani.*
XVIII. *Nummi Cruciferi Anthemij, Julij Nepotis, Leonis Junioris, Zenonis, Baſiliſci, Anaſtaſij.*
XIX. *Nummi crucigeri Juſtini ſenioris.*
XX. *Nummus Juſtiniani Imp. cum digreſſione de globo crucigero, aliisque imperialibus ſtemmatis, & digmatis.*
XXI. *De aliis Juſtiniani crucigeris numiſmatis.*
XXII. *Nummi crucigeri Mauricij, Phoca &, Heraclij Impp.*
XXIII. *Digreſſio de magno Heraclij nummo, & uberior ejus explicatio.*
XXIV. *De tribus nummis crucigeris cujuſdam Conſtantini Imp.*
XXV. *Diſceptatio de grandi quodam nummo Conſtantini Imp.*
XXVI. *De eodem Conſtantiniano nummo, & de alio Joannis Palæologi.*
XXVII. *De nummis Conſtantini, & Theophili, & Baſilij Macedonis Imp.*
XXVIII. *De numiſmatis crucigeris Caroli & Ludovici Impp. Arnolphi Regis Æthiopico, ut conjectura eſt, & Offa Regis, Angliæ,*
XXIX. *Nummi crucigeri Regum Gothicorum, & Hiſpanorum. Ex dialogis Antonij Auguſtini.*

XXX.

am tradebant.
V. *De præmiis, & privilegiis temporalibus, quæ ſacræ, & cruciatæ militiæ à Pontificibus, & Principibus conceſſa fuêre.*
VI. *De prima prædicatione Crucis.*
VII. *Admiranda, quæ virtute Crucifixi, & Crucis primam Crucis prædicationem ſubſecuta ſunt.*
VIII. *Qua alacritate, & ordine ſacer exercitus iter Hieroſolymitanum inierit.*
IX. *Præclara, & heroica facinora à Cruce ſignato exercitu patrata.*
X. *Hieroſolyma capta, regnúmque Hieroſolymitanum inſtitutum, & amplificatum: hoſtes Crucis Virtute ſæpius profligati: civitatésque, imò Provinciæ totæ ſubactæ.*
XI. *Memorabilia, quæ Virtute Crucis in regno Hieroſolymitano geſta poſt obitum Ducis Godefridi, uſque ad mortem Balduini, primi coronati Regis.*
XII. *Altera expeditio in terram ſanctam.*
XIII. *Trophæa Crucis ſub Balduino Hieroſolymitano ſecundo Rege coronato, & ſub Fulcone Rege tertio.*
XIV. *Ordines crucigeri, occaſione expeditionum Cruciatarum, & terræ ſanctæ defendendæ inſtituti: ac primò Templarij.*
XV. *Milites Cruciferi Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani.*
XVI. *De ordine Crucifero Theutonicorum.*
XVII. *Trophæa Crucis ſub Balduino tertio.*
XVIII. *Tertia generalis, & publica Conradi Imp. & Ludovici Regis Franciæ in Palæſtinam expeditio cruciata.*
XIX. *Quando Conradus Imp. iter inierit? quo ſucceſſu? quas inſidias à Græcorum Imp. Manuele perpeſſus? demum, quando Hieroſolymam venerit.*
XX. *Quo ſucceſſu Rex Ludovicus iter fecerit, & de cauſis tam inauſpicatæ expeditionis.*
XXI. *Brevis ſumma eorum, quæ in Regno Hieroſolymitano geſta, uſque ad captam à Saladino Urbem.*

XXIX. *Septima, eáque ſolennis, & publica in Palæſtinam cruciata expeditio.*
XXX. *Octava, eáque publica, & generalis in terram ſanctam cruciata expeditio à Friderico II. Rom. Imp. ſuſcepta.*
XXXI. *Nona, eáque generalis, & publica, ad terram S. expeditio à S. Ludovico Francorum Rege ſuſcepta.*
XXXII. *Decima, eáque generalis & publica in terram S. cruciata expeditio à S. Ludovico Francorum Rege, & ab Eduardo Regis Angliæ filio ſuſcepta.*
XXXIII. *De crucis prædicatione, tametſi irrita, pro ſubſidio terræ ſanctæ, ſub Nicolao IV. Pont.*
XXXIV. *Aliæ crucis prædicationes, & aſſumptiones adverſus Hæreticos, Sarracenos, idololatras.*

LIBER TERTIUS
SEU APOLOGIA PRO CRUciatis expeditionibus.

I. *Examinatur, & refellitur prima cauſa, qua Dreſſerus fabulatur inductum Urbanum II. ut bellum ſacrum indiceret.*
II. *Expenditur, & refellitur altera cauſa, qua Dreſſerus, & Reineccius aiunt, Urbanum Pontificem impulſum, ut bellum tranſmarinum indiceret.*
III. *Laudes figuratæ, & diaſyrticæ, quibus Reineccius, & Dreſſerus ſacros milites afficiunt.*
IV. *Refelluntur calumniæ Reineccii in bellum ſacrum.*
V. *Refelluntur calumniæ petitæ ab eventu expeditionum cruce ſignatorum, & quæ cauſæ infelicis ſucceſſus?*
VI. *Expeditiones cruciatas inſignes utilitates tam ſpirituales, quàm temporales Chriſtianæ Reip. attuliſſe.*
VII. *Vix quidquam ex omni Chriſtianæ antiquitatis memoria eſſe, quod cum expeditionibus cruciatis conferri poſſit: nec*

Digitized by Google

V.	*Calumnia Hæretici de adoratione Crucis.*	XVII.	*De myſteriis & utilitatibus in ſigno S. Crucis comprehenſis.*
VI.	*De crucibus in templorum turribus & altaribus poni ſolitis: & de benedictione crucis.*	XVIII.	*Quid reſpondeat Prædicans ad teſtimonia Scripturæ, & Patrum, pro uſu, & præſtantia S. Crucis.*
VII.	*Quid Hæreticus reſpondeat ad argumenta, quibus probat Bellarminus, Crucem, in qua Chriſtus obiit, colendam eſſe.*		
VIII.	*Quid reſpondeat Hæreticus ad argumenta, quibus Bellarminus probat, imaginem crucis eſſe colendam.*		
IX.	*Refutantur ineptiæ, & calumniæ Calviniſticæ contra ſignum S. Crucis.*		

LIBER QUINTUS.

Continet varia ſanctæ Crucis encomia, hymnos & odas, quibus ſancta Crux tam à Græcis, quàm à Latinis celebratur & decantatur.

PRÆFATIO
IN
PRIMUM LIBRUM TOMI TERTII
DE SANCTA CRUCE.

Talem nummum edidit Sambucus. Exſtat apud Theodor. Canterum lib. 2. var. lect. cap. 23.

QUÆRIT Plutarchus in Quæſtionibus Romanis: *cur antiquum numiſma ab una parte Jani bifrontis imaginem; ab altera navis, aut puppim, aut proram inſcriptam habeat? An, quæ multorum eſt opinio, in honorem hoc fit Saturni, navigio in Italiam advecti?* Non placet hæc ſententia Plutarcho, *quia hoc ei cum multis aliis eſt commune*, inquit Plutarchus: *nam Janus quoque & Æneas mari in italiam appulerunt.* Sed placuit non ignobili Poëtæ Ovidio, qui libro primo Faſtorum, inter alia, hoc etiam ex Jano percontatus eſt, *cur navalis in ære altera ſignata eſt, altera forma biceps?* cui Janus:

Noſcere me duplici poſſes in imagine, dixit,
Ni vetus ipſa dies extenuâſſet opus:
Cauſa ratis ſupereſt: Tuſcum rate venit in amnem
Ante pererrato falcifer orbe Deus, &c.
At bona poſteritas puppim formavit in ære,
Hoſpitis adventum teſtificata Dei.

Lact. lib. 1. Inſtit.

Saturnum errantem atque inopem excepit, inquit Lactantius, recitans hos ipſos Naſonis verſus: *Cujus rei argumenta ſunt nummi veteres, in quibus eſt cum duplici fronte Janus, & in altera parte navis.* Honoris igitur & memoriæ cauſa Saturnum & Janum nummis inciderunt antiqui ex ſententia Naſonis & Lactantii. Quod his etiam verbis teſtatum facit Macrobius:

Macrobius lib. 1. Satur. cap. 7.

Janus cùm Saturnum claſſe pervectum excepiſſet hoſpitio & ab eo edoctus peritiam ruris, ferum illum & rudem ante fruges cognitas victum in melius redegiſſet, regni eum ſocietate muneravit. cùm primus quoque æra ſignaret; ſervavit & in hoc Saturni reverentiam, ut, quoniam ille navi fuerat advectus, ex una quidem parte ſui capitis effigies, ex altera verò navis exprimeretur; quo Saturni memoriam in poſteros propagaret. ita fuiſſe ſignatum, hodiéque intelligitur in aleæ luſu; cùm pueri dena-

Digitized by Google

[illegible] parum intereſt: hoc dico, veteres Chriſtianos, meritiſſimò numiſmatis adiecisse, tanquam *παράσημον* & inſigne, ſanctiſſimæ Crucis ſymbolum: tum ut hoc reverentiæ argumento Chriſtum, ejúſque Crucem colerent; tum ut Redemptionis & ſalutis acceptæ beneficium, palàm in nummis quoque teſtarentur. Impium enim fuerit vel ſolùm cogitare, ab adventu Chriſti in mundum majora commoda, & potiorem *εὐχοσμίαν*, rerúmque omnium copiam nobis non exſtitiſſe; quàm priſcis illis ab adventu Saturni aut Jani in Italiam. Impium item fuerit cogitare, præſtantiora per Crucem emolumenta ad nos non redundâſſe; quàm ad Caſcos illos per Tiberim, aut navium inventionem. Quocirca jure optimo antiquos laudamus, quòd Servatoris noſtri in nos per Crucem cumulatiſſimè collatam gratiam, in nummis itidem, Crucis typo effictо, profiteri & prædicare voluerint.

Quam Crucis numiſmatibus addendæ originem & cauſam, utinam accuratiùs ſecum perpenderent, aliíſque perpendendam proponerent illi, qui hodie *Antiquarii* audiunt, & veterum numiſmata tractant; qui, cùm ad Ethnica ventum eſt, vix quidquam intactum relinquunt: cùm Chriſtiana & Crucis trophæo inſignita occurrunt, paucis res tranſigitur, aut etiam tota ſilentio prætervolatur.

Ridebat olim Anacharſis Græcos, teſte Plutarcho, quos *numiſmatis non ad aliam rem uti dictitabat, quàm ad numerandum.* idem iſtis planiſſimè accidit; qui contenti, ſi publicè gloriari poſſint, ſe tot & tot Conſtantini Magni; Theodoſiorum, Valentinianorum, & ſimilium nummos poſſidere, minimè ſolliciti ſunt, quid ſibi velit Crux in iſtis nummis rutilans; quid Crux in Imperatorum diadematis reſplendens, quid Crux in vexillis, & haſtis, clypeíſque militaribus fulgeſcens. Eleganter Plutarchus. *Qui Platonis aut Xenophontis libros propter dictionem, nulláque alia de cauſa legunt, quàm ut Atticam illam munditiem inde veluti rorem colligant; quid aliud diceres illos facere, quàm fragrantiam, & floridum medicamenti calorem amplecti, vim verò expurgandi corporis aut ſedandi doloris neque nôſſe, neque admittere.* Idem non injuria de iſtis dicas; qui crucigeros nummos alio fine & conſilio non verſant & reverſant, quàm ut Antiquitatis amantes & ſtudioſi videantur. Nihil pro ſcitis & decretis noſtræ, & priſcæ religionis inde eruunt: mente & cogitatione ex errorum cœno, in quo volutantur, non aſſurgunt; neque hunc in modum ſecum ratiocinantur. Fieríne poteſt, ut Imperatores & Principes, quorum Crucigera numiſmata video & revideo, propiúſque iterum ac iterum contemplor: Crucem non coluerint; Crucem fregerint; conculcârint; & ex uſu communi exterminârint, Crucíſque ſignum fronti totíque corpori non inſcripſerint; cùm ne nummos quidem hujus ſalutaris ſymboli expertes eſſe voluerint? An credibile eſt, veteres iſtos approbaturos, & ſuo calculo confirmaturos fuiſſe duas iſtas Theſes, quas non ita pridem Calviniſta quidam, Prædicans Baſileenſis, (qui ſe per antiphraſin, aut ironiam, ùt arbitror, *Amandum* vocat) in diſputatiuncula quadam de Iconolatria effutivit? I. *Crux Chriſti non eſt adoranda, nec imagines ejus.* II. *Signum Crucis, quod vel in fronte vel in aëre pingitur, vel ſuper quaſcunque res digito exprimitur, ſuperſtitioſum eſt.* Imò non tantùm Conſtantinus Magnus, Theodoſius, & alii orthodoxi Principes Sectarium iſtum cum ſuis profanis aſſertionibus multùm valere, vel potiùs plorare juſſiſſent; ſed & idem feciſſet Theophilus, Leo Armenus; & alii quantumvis acerrimi Iconomachi. Scribit Suetonius Caligulam *vetera familiarium inſignia nobiliſſimo cuique ademiſſe: Torquato torquem: Cincinnato crinem: Cn. Pompeio*

ſtirpis

Sergij, ut obſidionem ſolveret. Num more hujus ævi Harpyiarum , crucem conflavit ? Num comminuit? Num vendidit? Nullo modo; ſed in theſauro ſuo inter ſibi chariſſima & exoptatiſſima cimelia aſſervavit, ùt ſcribit Evagrius.

Quid Choſroes junior? Hanc ipſam Crucem Baſilicæ S. Sergij reſtituit: nam cùm ab hoſtibus propiùs urgeretur, & propemodum in deſperationem conjectus eſſet; *tandem religiosè*, inquit Theophylactus Simocates, *in cuiusdam pietatis cogitationem ingreditur, iterúmque ad Deum, principem rerum omnium ſeſe convertit: ac venerandum Sergium Martyrem, quem colere etiam barbaræ nationes conſueverant, ſuppliciter rogitat, uti laboribus ac miſeriis ſuis ne deſit:* ἀπαρχάς τε τροπαίων καθυπισχνεῖ τὸ προσφέρεσθαι τοῦ κυριακοῦ πάθους τὸ ἐπίσημον σήμαντρον, σταυρὸς δὲ τοῦτο ἀναγορεύεται. τεκτονεύεσθαι δὲ τοῦτον, χρυσήλατον, μαργαρίτην δὲ περιβαλεῖν αὐτῷ, καὶ τῶν ἰνδικῶν λίθων τοὺς διαυγεῖς. *Se illi victoriæ ſuæ primitias oblaturum pollicebatur, nimirum Dominicæ paſſionis illuſtre ſignum, (Crucem nominant) ex India lapillis diſtinctum.* Nec promiſit tantùm, ſed & promiſſa fecit, ùt idem Theophylactus ſcribit, remiſſa ad ædem Martyris Sergij Cruce, quam Choſroes ſenjor abſtulerat. ἐν τούτῳ γοῦν τῷ σταυρῷ ἕτερον χοσρόης ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐξ ἀπέφθου χρυσοῦ σταυρὸν ἕτερον ἐτεκτήνατο τὴν αἰτίαν ἐντυπώσας ἐν αὐτῷ τοῦ ἀναθήματος. *In apice Crucis huius Choſroes ex auro obryzo Crucem aliam conficiendam, in eáque cauſam anathematis ſeu dedicationis inſcribendam curavit.* Num ſimile quid à noſtris Evangelicis in tot templorum direptione & ſacrilega expilatione unquam factum eſt? Neſcio num aliis aliquid huius generis compertum ſit, ego ignorantiam meam liberè hîc confiteor.

Theoph. lib. 5. cap. 8.

Hoc ſcire mihi videor, iſtos ungulis milvinis eſſe, & more Antiochi illius agere, cùm in templa noſtra vi aditum ſibi patefaciunt. *Intravit in ſanctificationem cum ſuperbia*, inquit ſcriptura de Antiocho, *& accepit altare aureum, & candelabrum luminis, & univerſa vaſa ejus, & menſam propoſitionis, & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & velum & coronas, & ornamentum aureum, quod in facie templi erat, & comminuit omnia.* Idem genius eſt iſtis Pſeudochriſtianis. Jam ad ipſam numiſmatum σταυροφόρων explicationem accedamus.

1. Machab. cap. 1.

Digitized by Google

De etymo nummi, & numiſmatis.

A Nummi ſeu *Numi* (utraque enim Scriptura doctis probatur & uſurpatur) *à Numa Romanorum Rege vocati ſunt*, inquit Iſidorus, *qui eos primùm apud Latinos imaginibus notavit, & titulo nominis ſui praeſcripſit.* Cedrenus. *κεράτια δὲ αἱ ιϛ φόλεις ὠνομάσθησαν, ἤτοι νοῦμοι, ἀπὸ* Νόμου ita habet editio Cedreni) *βασιλέως ῥώμης, ὃς καὶ πρῶτος τοὺς ὀβολοὺς τῇ ἰδίᾳ εἰκόνι ἐχάραξε, καὶ νούμμους αὐτοὺς κατὰ τὸ ἴδιον ὄνομα ἐκάλεσεν.* Ceratia appellantur duodecim folles, ſeu numini à Numa Romanorum Rege, qui primus obolos ſua effigie inſignivit; & ex proprio nomine nummos nominavit.

Iſid. lib. 16. Etym. c. 17.

Alibi idem Cedrenus de Numa. *καὶ ἀσσάρια δὲ ἀπὸ ἀσημίου, καὶ χαλκοῦ πεποιημένα,* B *πρῶτος ῥωμαίοις ἐχαρίσατο, πρὶν διὰ σκυτίνων, καὶ ξυλίνων, καὶ ὀστρακίνων, τὴν χρείαν πληρούντων. ἅπερ ἐκ τοῦ ἰδίου ὀνόματος νουμία ἐκάλεσεν.* Ubi interpres. *Primus Romanis aſſes areos litera A. ſignatos largitus eſt. Conjeci,* inquit, *ſcriptum fuiſſe, ἀπὸ* A *σημείου.* At malè. Una enim vox eſt *ἀσήμιος*, Cedreno, recentiori, & mixobarbaro Graeco, idem ſignificans, quod *ἄσημος carens ſigno, & nota.* Verte igitur: *Numa primus Aſſaria ex non ſignata, eáque aerea materia confecta, Romanis elargitus eſt, cùm priùs coriaceis, ligneis, teſtaceiſque ad res neceſſarias comparandas uterentur.* Eáque ex proprio nomine *Nummos* appellavit. Sanctus Epiphanius. *τὸ δὲ νουμίον τετύπωται ἀπὸ τοῦ νουμᾶ τινος βασιλέως τῶν ῥωμαίων. Nummus ſignatus eſt à Numa quodam Romanorum Rege.*

S. Epiphan. lib. de menſuris & ponder.

Occurrit & apud alios poſteriores Graecos C numero multitudinis vox *νουμία* ſeu *νουμμία*, ùt & *φλωρία*, pro *florenis*. Caeterùm, quod ad Cedreni locum attinet, pro *ἀσημίου* le-

καὶ χαλκοῦ πεποιημένα (ἀσσάρια,) πρῶτος ἐχαρίσατο ῥωμαίοις, &c. ἅπερ ὠνόμασεν ἐκ D *τοῦ ἰδίου ὀνόματος νουμμία. ὥς φησι τραγκύλιος. Facta ex ferro & aere aſſaria primus Romanis largitus eſt, quae proprio de nomine nominavit Nummos*, ùt dicit Tranquillus. Ex Suida ergo reparetur Cedreni lectio, cujus, ùt & Iſidori, etymologiam in medio relinquo. Neque enim ad diſputationem noſtram admodum facit, ſive approbetur, ſive improbetur. Longè profectò magis ad veritatem accedere videtur, quàm illa quorundam opinio, qui *nummum* à *Numero* derivant; quippe *cùm nummi functio non minus numero conſtet, quàm pondere.* Nec abſterrentur diverſa utriusque vocis quantitate; quae brevis in prima ſyllaba *Numeri;* longa in *Nummi;* quia & *moleſtus* à *mole* eſt; ùt Servio placet: & *laterna* à *latendo*, & *lucerna* à *lucendo*, E quantitate diſſimili.

Alij *nummum* rectè deducunt à *Nomo*, quod Graecis, praeter alia, *lex*. *Νόμος* autem deſcendit à *νέμω*, *divido*, *diſtribuo.* Nec opus fuſiùs perſequi, quàm aptè *νόμος παρὰ τὸ νέμειν* formetur. Nobis ſatis eſt ex Graeco vocabulo *νόμος*, cuſum eſſe Latinum *numus* ſeu *Nummus*. *ῥωμαῖοι παρατρέψαντες νοῦμμον λέγουσιν. Romani* vocem *νόμου* nonnihil inflectentes, *Nummum* appellant. Quia Nummus *νόμῳ* ſeu lege conſtat, fit, cuditur & ſignatur. Ejusdémque notionis eſt *νόμισμα*, *numiſma*, à *νομίζω*, quod eſt, *lege ſancio, moribus inſtituo.* Hinc *νομίζεσθαι moris eſſe, in more poſitum eſſe, ſolenne eſſe.* Hinc *νόμισμα*. *διὰ τοῦτο δὲ ὄνομα ἔχει νόμισμα*, inquit Ariſtoteles, *ὅτι οὐ φύσει, ἀλλὰ νόμῳ ἐστὶ, καὶ ἐφ' ἡμῖν μεταβάλλειν καὶ ποιῆσαι ἄχρηστον. Inde* F *verò numiſma nomen habet, quia non ſubſiſtit natura, ſed νόμῳ ſeu lege; nam penes nos eſt illud mutare, & inutile efficere.* Lycurgus enim au-

Ariſt. lib. 5. Ethic. c. 5.

A reos

ſem cum νόμισμα à νόμος deducit, reſpicere non ad proximam, ſed ad remotam originem: nam à νόμος fit νομίζω, cujus paſſivum νομίζομαι, ab hujus autem præteriti prima perſona νενόμισμαι, formatur νόμισμα. Quod Græcis tritum & uſitatum, ſicut nobis nummus: non autem illud νόμος in hac quidem pecuniæ ſignificatione. Neque enim locum apud Græcos ſcriptores reperias, ubi νόμος idem ſit quod νόμισμα apud Græcos, inquam, communes. Nam δωριεῖς ἐπὶ νομίσματος χρῶνται τῇ λέξει. *Dores voce νόμου utuntur pro voce numiſmatis.* Alij tamen non νόμον, ſed νοῦμμον à Doribus, qui in Italia & Sicilia habitabant, uſurpatum dicunt, no-
C tione prorſus Latina. Nam Ariſtoteles in Tarentinorum Republ. ſcribit apud eos numiſma quoddam vocari νοῦμμον, & in eo Tarantis, Neptuni filij, equo marino inſidentis impreſſam eſſe imaginem. Epicharmus. εὑρήσουσι δέ μοι καὶ νέμμους. *Reperient mihi nummos.* Rurſus. κῆρυξ ἰὼν εὐθὺς πρίω μοι δέκα νέμμον μόσχον καλήν. *Præco i rectà, & eme mihi decem nummis pulchram vitulam.* Non ſum neſcius, eſſe quendam, cui νοῦμμος. geminato μ, videatur primigenium, nec à *nomo* formatum, quique inter *numum*, & *Nummum* diſcrimen ſtatuat. Sed quàm verè, ipſe viderit. Tam *Numum*, quàm *Num-*
D *mum* Latinos à Græcis accepiſſe, longè credibilius eſt; ùt & illud, *nummum* geminato, & à Latinis ad Dores migrâſſe, non vice verſa: nam geminatio illa literæ planè eſt arbitraria; & in cujusvis poteſtate ſita.

CAPUT II.

De figura Nummorum.

Iſid. lib. 16. Etymol.

IN *Numiſmate*, inquit Iſidorus, *tria requiruntur, metallum, figura, & pondus.* Addunt alij, auctoritatem, ſive æſtimationem lege publica nummo attributam. Nos hic de ſola figura agemus, omiſſis cæteris, ſunt, & aliorum imagines cernuntur: ſæpe, præter nomen Auctoris, & titulos dignitatis, nulla alia inſcriptio apparet. Itaque in nummis antiquis, qui indies eruuntur, & jam olim quoque ex latebris eruti ſunt, videre licet, ait quidam, qui de re nummaria ſcripſit, interdum Martis aut Veneris, aut Mercurij, aut alterius Dei: Deæve effigiem: interdum Romam galeatam, lupam ubera lactentibus infantibus præbentem, aquilam legionariam, fulmen duplex, taurum cornupetam, ſeceſpitam, aſpergillum, guttum, lituum, capedunculam, coronam, Delphinum, bigas, quadrigas, ſtellas, & quidvis denique; imò & variarum animalium for- G
mas, ùt leonem, leporem, equum, murem, noctuam, ovem, bovem. Hinc proverbium: *Bos in lingua:* in illos, qui nummis, quibus bovis effigies impreſſa, acceptis, crimina non accuſabant, ſed ſilentio obtegebant.

At nihil in nummis olim venerabilius, Imperatorum, Regum & Principum imaginibus. De more quidem has imagines imprimendi nummis conſtat ex ſacra Evangeliorum hiſtoria: ubi Salvator de ſibi demonſtrato numiſmate cenſus: *Cujus eſt hæc imago & ſuperſcriptio? Dicunt ei: Cæſaris.* Juvencus Presbyter:

Adſpicite en nummum, ſculptique numiſmatis æra, H
Cæſaris expreſſum facilè eſt ibi cernere vultum.

Prudentius in Laurentium:

En Cæſar agnoſcit ſuum
Numiſma nummis inditum, &c.
Auguſtus arcem poſſidens
Cui nummus omnis ſcribitur.

Reſpexit ad hunc ipſum morem S. Irenæus, cùm dicit, eum qui benè inſtitutus ſit, gratiámque baptiſmi conſervet, facilè vitaturum pravas & perverſas interpretationes, quas ſcripturis hæretici adhibent; *Etenim ſi gemmas agnoſcet, ſed vulpem pro regali imagine non recipiet.* Tametſi locus iſte Irenæi

S. Iren. lib. 1. cap. 1.

auctoritatis numiſmatibus addebat, ut etiam antiqua eodem precio cum novis cenſerentur, dummodo in pondere nihil deeſſet.

Lib. 11. Cod. Juſt. tit. 11. l. 1.

Ex quo manavit illud Imperatorum edictum. *Solidos veterum Principum veneratione formatos ita tradi ac ſuſcipi ab ementibus & diſtrahentibus jubemus, ut nihil omnino refragationis oriatur: modò, ut debiti ponderis ſint, & ſpeciei probæ: ſciturus univerſis, qui aliter fecerint, haud leviter in ſe vindicandum.*

C

Quocirca malè audit apud hiſtoricos Nicephorus Phocas, qui legem hanc violare, & nummos imagine ſua inſignitos omnibus præponere auſus fuit. Cedrenus. *Cum lex & conſuetudo eſſet, ut nummorum omnium, qui Imperatoris effigie formati eſſent, niſi quid eis, in pondere deeſſet, par eadémque poteſtas eſſet, ſtatuit, ut nummi formâ ſuâ inſigniti, deminutis aliorum preciis, omnibus prævalerent; qua in re civibus ac ſubjectis ſuis in permutationibus non leve diſpendium attulit.* Eadem Zonaras. Imperatores Gratianus, Valentinianus & Theodoſius capitale ſupplicium ſtatuerunt ei, qui *obryzatorum omnium ſolidorum uniforme precium* admittere nollet; quòd *æternales vultus, fraudibus ſtudens, duceret viliores.*

D

Ob hos vultus Imperatorum nummis impreſſos nefas erat, ejuſmodi nummos in rerum permutationibus oblatos, repudiare.

Arrian. lib. 3. cap. 3.

Arrian. τὸ τȣ̃ καίσαρος νόμισμα ὀυκ ἔξεστιν ἀποδοκιμάσαι τῷ τραπεζίτῃ, ὀυδὲ τῷ λαχανοπώλῃ, ἀλλ᾽ ἂν δείξῃς, θέλει ὡς θέλει, προέσθαι αὐτὸν δεῖ τὸ ἀντ᾽ αὐτȣ̃ πωλέμενον. *Imperatoris numiſma non licet trapezitæ reſpuere; neque etiam olerum venditori: ſed ſi monſtraveris, velit nolit, locò illius mercem dare cogitur.* Alluſit eodem alibi idem Arrianus *Humana ſunt & propria, quorum notas in animo impreſſas afferimus: quales in monetis etiam contemplamur,*

Arrian. lib. 4. cap 5.

velit, videbit non in nullis effigiem S. Wolfgangi Epiſcopi Ratisbonenſis cum hac epigraphe; ORA PRO NOBIS. Etiam Salvatoris imago nummis addita eſt à Joanne Zemiſce Imperatore Conſtantinopolitano, poſt inſignem illam victoriam à Bulgaris reportatam. Teſtis Io. Curopalata, cujus ſunt hæc in ſua hiſtoria. *Imperavit* (Imperator) *in numiſmate, aureo ſcilicet ſolido, atque in obolo ſculpi Salvatoris imaginem, quod antea factum non fuerat, in cujus altera parte hæ literæ inſcribebantur:* CHRISTUS REX REGUM. *Et hoc ſubſequentes obſervârunt Imperatores.* Hæc Curopal.

Vide Ant. Aug. Dial. 1. ubi hujusmodi Zemiſce numiſmata profert.

G

Quæ tamen num vera ſint, dubito, præſertim ſi velit, hunc Imperatorem ſimpliciter fuiſſe primum, qui nummis imaginem Salvatoris adjecerit. Extat enim nummus Criſpi Cæſaris, Conſtantini Magni F. in quo Salvatoris imago conſpicitur, de quo ſuo loco; ut alios hujus generis nunc taceam.

Hunc morem addendi nummis imaginem Salvatoris, cùm Iſaacus Comnenus Imperium adeptus, non obſervâſſet; ſuámque effigiem ſtrictum gladium tenentem addidiſſet: vitio id illi datum eſt ab Hiſtoricis, quaſi imperium in acceptis referret non Deo; ſed enſi ſuo. Zonaras. ὁ δὲ κομνηνὸς τῇ βασιλείᾳ ἐγκαταστὰς ἑαυτῷ τὴν ταύτης ἐπιτυχίαν, καὶ ȣ̓ τῷ θεῷ ἀπεγράψατο, καὶ τȣ̃το δῆλον, ὅτι τῷ νομίσματι ξιφήρη ἑαυτὸν ἐνεχάραξε, μόνον ȣ̓χὶ βοῶν, ὅτι τȣ̃το μοι τὴν βασιλείαν, καὶ ȣ̓χ ἕτερόν τι προξένησε *Comnenum imperio inito adeptionem ejus non Deo, ſed ſibi adſcripſiſſe, inde apparet, quòd in nummis ſuam imaginem ſtricto enſe inſculpendam curavit, tantum non clamitans, eum ſibi, nec quidquam aliud, regnum peperiſſe.* Eadem Joannes Curopalata. *Comnenus adeptus Imperium, ſtatim in regio numiſmate Spathaphorus imprimitur, non*

H

Digitized by Google

hac re magis obvium, vel in uſu quotidiano & foro, vel in eorum libris, qui veterum numiſmata nobis deſcripſerunt & depinxerunt?

Non repetimus ea, quæ jam ſcripſimus lib. 2. de S. Cruce c. 56. Contenti hic ſumus teſtimonio Anaſtaſii Abbatis, ſcriptoris antiqui, & Græci à Turriano noſtro Latinitate

C donati, qui in libro ſuo adversùs Judæos; inter argumenta, quibus veritatem fidei noſtræ confirmare licet, hoc etiam numerat: quòd tot hoſtes, & oppugnatores religionis Chriſtianæ *imaginem ac ſignum crucis tollere non potuerint ex numiſmate Chriſtianorum, quanquam id non pauci conati fuerint*, inquit Anaſtaſius, qui addit. *Fidem noſtram æternam & invictam eſſe, deſignari per ſignum Chriſti, quæ ex nummo deleri nunquam potuit*. Imò, *ſi nummi cruce careant*, inquit Anaſtaſius, *Judæi improbant ac rejiciunt*.

Eadem ferme leguntur in libro ad Antiochum Principem inter opera S. Athanaſii: ubi proponitur hæc quæſtio, & eſt 42. *Quomodo manifeſtum eſt, quòd meliorem omnibus ſub cælo fidem nos Chriſtiani credimus? omnis*

D *enim fides, ſeipſam eſſe aliis diviniorem, & magis piam exiſtimat.* Ad hanc quæſtionem, præter cætera datur hoc reſponſum. *Quod Barbari & hoſtes Chriſtiani nominis, imaginem Imperatoris cum cruce de nummis delere nequiverint*, ἐι δὲ τὴν ἑαυτȣ͂ εἰκόνα ἐκ τȣ͂ νομίσματος καταργῆσαι σὺν τῷ ςαυρῷ ἴσχυσαν, καίπερ τινῶν τυράννων τȣ͂το δοκιμασόντων, *quamvis tyranni quidam hoc moliti ſint.* Ubi pronomen vocabulum, ἑαυτȣ͂, referri debet ad Imperatorem, cujus imago cruce ſpectabilis in nomiſmatibus viſebatur, id quod perſpicuè liquet ex Auctoris, quiſquis ille fuit, verbis: quæ eadem propè cum verbis Anaſtaſii Abbatis, ut proinde neceſſe ſit alterum ab altero accepiſſe: & potiùs crediderim Anaſtaſium expilatum, quàm expilatorem; quos ſimiliter numiſmatis Crucigeris non pepercisse, ob odium adversùs Crucem, admodum ſit credibile: quamvis veriſimilius arbitrer Athanaſium & Anaſtaſium præcipuè reſpexiſſe ad Barbaros, eorúmque duces & principes, qui ſæpiùs in Romanum Imperium, & in ipſam Romam validis copiis impreſſiones fecerunt.

De more ergo Crucis in numiſmatibus ſignandæ conſtat; magiſque conſtabit, cùm G
ipſa numiſmata lectoris adſpectui ſubjicientur. Addita eſt Crux nummis tam uſualibus, iis nimirum, qui in contractibus uſurpati, quàm aliis, qui eo fine duntaxat cuſi, ut dono darentur iis, quos Princeps eximiè cohoneſtatos vellet. Germani non incommodè appellant Gnadenpfenning: quaſi dicas, *nummos gratiæ & benevolentiæ*. Et addita eſt non uno modo. Interdum enim apparet in Regum & Imperatorum imaginibus, quæ nummis impreſſæ; ut in corona, diademate; ſæpe in manu; aliquando in globo, quem manu tenent: Item in clypeo, ſæpe in vexillis ſeu ſignis. Non rarò ſupra H
ſigna. Eſt, cùm in haſtis & contis. Eſt, cùm pura crux abſque alicujus alterius adjectione; eſt, cùm non una, ſed gemina, imò & tergemina.

Lib. 2. de S. Cruce cap. 56.

Nec crucis una ſpecies: interdum enim effingitur ùt commiſſa, interdum ùt immiſſa; aliquando inſtar litteræ X. aliquando inſtar , aliſque modis, quos ipſa nummorum inſpectio tibi monſtrabit. Primus, qui crucem nummis addidit, Conſtantinus Magnus fuit, quod literis quidem proditum ſit. neque enim extant numiſmata *Crucigera* Imperio Conſtantini antiquiora. Occurrit quidem in longè vetuſtioribus nummis figura X. & in quodam Ptolemæi nummo etiam , ſed inter doctos non convenit; quid ſibi iſtæ notæ in nummis velint. Ego, ut inter litteras Hiero-

Vide. tom. 1 lib. 2. de S. Cruce cap 38.

Digitized by Google

[illegible], crucis nimirum ob-um; ſic ego cauſam habeo cur referam, crucis ſcilicet amorem.

Quod attinet ad Felicitatis typum, fieri quidem poteſt, ut qui olim eum expreſſerunt, id quod dixi, non cogitàrint; at ſuf-
C ficit, ut ad hanc metam conſilium ſuum retulerit ille, qui jam olim futuram crucis majeſtatem in æternitatis, ut ſic loquar adyto, prædeſtinârat.

Inter nummos Ethnicos deſcribitur quidam à Nummographo in Galieno, in quo *figura ſtolata cum cruce & victoria ſuper baſim.* Profert idem alium nummum Romuli Auguſti, filii Maxentii, in cujus averſa parte eſt victoria ſtans, dextra crucem tenens: cum hac inſcriptione: VICTORIA AVGG. quod pluſquam mirum, in Tyranni adeò ſcelerati & impii filio. Dices: Si duo iſti nummi germani ſunt ac ſinceri, non ergo primus Conſtantinus Magnus, qui cruce nummos inſignivit; ut paulò antè dictum. Reſpondeo primum fuiſſe, qui crucis ho-
D norandæ & illuſtrandæ gratia addiderit. Nam hac mente nec Galieni, nec Romuli nummo additam fuiſſe certum eſt. Deinde non abſque myſterio Romuli nummus crucem ferebat: Portendebatur enim quo vexillo, quáque armatura Maxentius parens, infenſiſſimus crucis hoſtis, interiturus eſſet; nam cruce poſtea à Conſtantino profligatus, Imperio ſimul & vita truculentus tyrannus privatus eſt: quia, ùt Nicephorus canit in ſuis Iambis, & hunc & alios tyrannos vicit Conſtantinus; ςαυρȣ̃ πεποιθὼς ἀῤῥαγεῖ πανοπλίᾳ. *Invicta crucis armatura fretus.*

Sozom. lib. 1. cap. 8. Cauſa crucis numiſmatibus inditæ alia non eſt, quàm crucis honos ac veneratio, Sozomenus de Conſtantino Magno. *Sancta Cruci plurimum tribuit honoris tum propter ſubſidia in bello contra hoſtes gerendo ex ejus virtute ſi-*

... glorificate & portate Deum in corpore veſtro.

Monet inſuper moneta crucifera; quàm longè recedant à veterum pietate, qui Crucis ſigna & imagines demoliuntur & exterminant, neque ullo pacto in templis, uſúque communi ferunt. Si enim veteres poſuerunt crucis typos in nummis, quantò promptiùs id feciſſe cenſendi ſunt in templis. G
Crucis ſignum nemo bonus vituperat, inquit Wilhelmus Tooker Calviniſta. Non ergo *Took. lib. de Miraculis.* *boni* ſunt Calviniſtæ, qui Crucis ſignum nec in templis, nec in ſynagogis ſuis ferunt: nec eo frontem ſuam inſcribunt; niſi fortè laudandi, quòd vitale hoc ſignum tolerant in pecunia; quam non ideo abjiciunt, quòd crucis ſigno conſignata ſit; ſimiles in hoc Judæis, qui & ipſi nullas patiebantur imagines intra provinciam ſuam, templum, aut ſynagogas: in loculis tamen imaginiferos nummos æquo animo ferebant; & eò æquiore, quò plures erant. Nam numiſma illud Chriſto ab Herodianis oſtenſum, Cæſaris ef- H
figie notatum fuiſſe, patet ex quæſtione Domini, & ex reſponſo Herodianorum. *Cujus eſt hac imago & ſuperſcriptio. Dicunt ei: Cæſaris:* neque ſolummodo Cæſaris imagine inſignitum erat; ſed fortè hanc quoque inſcriptionem præferebat: TI. CÆSAR AVGVSTI F. IMPERATOR; Fortè ex altera etiam parte imaginem habebat, cum aliqua inſcriptione; hac nimirum vel ſimili: PONTIFEX MAXIMVS. Cujuſmodi nummus Tiberij Cæſaris extat: & plerumque nummis reſpondet ab altera parte effigies aliqua, tametſi non una, ſed varia.

At quod quidam ſcribit, *credibile eſſe, eo gravius fuiſſe Judæis tributum Romanis pendere, quod ultra diſpendium argenti, Cæſaris etiam imaginem conquirere, manibus contrectare, atque adeò illi afferre cogerentur, cùm memores ipſi divinæ legis omne pictum ſculptúmque ſummæ execrationi haberent:* id meo judicio, planè incre-

Digitized by Google

tem prædam nummariam incidant; pedem
nimirum referunt; *improviſum aſpris veluti*
qui ſentibus anguem preſſit humi nitens, homi-
nes planè religioſi, qui, ut cum doctrina
ſua ſeſe conforment; ipſam pecuniam cru-
ce notatam, non ſine notabili fortunarum
jactura aſpernantur. Scilicet. Ubi auditum
unquam Judæum, Turcam, Calviniſtam,
C hujuſmodi monetam per publicam aucto-
ritatem cruce conſignatam reſpuiſſe, aut
obviis ulnis, non amplexum eſſe? Videli-
cet, amor nummi vincit & nonnihil tegit
odium crucis; ùt in Judæis olim odium
imaginum univerſim. Et tamen, ſi Judæi,
Turcæ, Calviniſtæ, omnéſque iconomachi
ſibi conſtare vellent; crucem, ùt in tem-
plis, ita & in nummis ferre non deberent.
Idem enim crucis typus eſt in numiſmatis,
qui in Eccleſiis, & alibi, & eandem ob
cauſam, ſaltem ex parte, nimirum ob cul-
tum & venerationem; nec ſolam crucem
ex pecunia tollere deberent; ſed & ſancto-
rum imagines, quæ multis tam aureis, quàm
argenteis nummis imprimuntur: quæ im-
D preſſio nihil aliud eſt, quàm veneratio; nam
Sancti honorandi cauſa additur imago San-
cti ab illis, qui jus feriendi monetam ha-
bent. Et tamen quis Judæus, quis Turca,
quis Calviniſta, ad hunc uſque diem reper-
tus eſt, qui *Ducatum*, ùt vocant, *Ungari-*
cum rejecerit, quod altera ex parte imagine
D. Virginis puerum JEſum in ulnis geſtan-
tis decoratus ſit, cum hac epigraphe: PA-
TRONA UNGARIÆ? Quis Judæorum,
Turcarum, Calviniſtarum ſe non prædicat
beatum, ſi marſupium hac ſplendeſcente
moneta turgeat? Quis ex horum tribu au-
reos *Juvavienſes* unquam aſpernatus eſt, quòd
effigie Divi Ruperti aut D. Virgilii niteant?
Nempe, *crucis ſignum nemo bonus vituperat*,
ait Calviniſta Wilhelmus Tooker; ſed in num-
mis, non extra; & amore nummorum,
non crucis.

Took. lib. de Miraculis. Vide Apol. 2. contra Miſenum lib. 2. cap. ult.

Quoties crucifixi imagines inverſo capite deor-
ſum & pedibus ſurſum ad malefactorum poſtem
ignominioſè in publico veſtræ civitatis foro pendere
oculis torvis & indignè ferentibus tam deteſtan-
dam Chriſto Domino irrogari injuriam ipſi con-
ſpexiſtis? Quis hæc talia patravit, niſi Cal-
vinus, conſilio; Calviniani emiſſarii, ma-
nu? Num viri *boni* iſti? Nullo modo, ſi
Tookerum audimus, & cur non audiamus?
quia nemo bonus crucis ſignum vituperat.

Illud tamen fatendum eſt, ſi rerum ſum-
ma penes Calvinianos foret, jam dudum pe-
cunia, & ipſe Imperatorius globus, crucis ſpe-
cie careret; & ùt à templis, ita etiam à num- G
mis omnes cœlitum imagines proſcriptæ
eſſent; Turcico more, qui quæ ipſi cudunt
numiſmata; nulla imagine, ſed neſcio quo
literarum, florum vel potiùs ductuum ge-
nere exornant. Crucis tamen honos adeò
animis & nummis inſedit, ut Miniſtri Cal-
viniani inſanis ſuis clamoribus eum nequa-
quam penitus obliterare potuerint; etiam
apud ſuos.

Vide libell. de perſecut. Anglicana.

Ante paucos annos inter crimina læſæ
Majeſtatis hoc quoque unum erat; ſi quis
crucem de collo ſuſpenſam ferret. Et ta- H
men hujus ipſius Reginæ, cujus auctoritate
leges iſtæ perſcriptæ & latæ ſunt, imago in
quibuſdam argenteis nummis coronata cer-
nitur; non ſine cruce in coronæ vertice,
quam à Prædicantibus eradi vix crediderim,
ſi quando hujus generis moneta obtingat.
Sed ſolenne eſt hæreticis, ut tam factis, quàm
verbis ſibimet ipſi adverſentur, & in ſua
dogmata pugnent. Crucem imaginéſque
cœlitum evertunt, inque cineres re-
digunt; & tamen in nummis ſuſpiciunt
& amplectuntur; Judæorum & Turcarum
ritu, ut pluribus antea demonſtratum. In-
terrogent iſti majores ſuos, an non crucem
nummis impreſſerint. Polydorus. *Interea*
in concilio poſt multa ex Republica pariter acta

Pol. lib. 16. hiſt. Angl.

atque

Digitized by Google

fore, qui ſub crucis ſigno falſam monetam cudere, vel legitimè cuſam mucilare, & circumcidere auderet. Præterea, quia vim, efficacitatem, gloriam & majeſtatem crucis omnibus manifeſtam fieri peroptabant, commodiſſimum fore arbitrabantur, ſi cruce inſignirent pecuniam; cui, ùt vulgò dicitur, *obediunt omnia*; cui nullus interclusus aditus: quæ omnium manibus teritur: fieri enim non poteſt, quin C ex tot millibus, qui monetam crucigeram quotidie verſant ac reverſant; quærant aut ſecum reputent, quid crux ſibi velit? Quale ſit ſymbolum? cujus myſterii myſterium? quæ crucis virtus, quæ potentia; & id genus alia? Et quamvis variæ eæque expeditæ rationes ſuppetant ſpargendi & diſſeminandi aliquid, quod quis ſparſum diſſeminatúmque cupit; hæc tamen pecuniaria, ùt ſic dicam, via expeditiſſima eſt: eò quòd pecunia & publicè & privatim omnia pervadat ac penetret, & in intimos quoque penetralium receſſus admittatur.

D Quod non ignorárunt noſtræ ætatis ſectarii, qui non contenti quotidianis vociferationibus in templis & ſcholis; item libris, picturis, ſculpturíſque ad Pontificem Maximum, Cardinales, Epiſcopos, Sacerdotes, Monachos, Moniales, omnéſque Eccleſiaſtici ſtatus Ordines traducendos, irridendos & infamandos accomodatiſſimis; illud inſuper excogitârunt, ut hanc peſtilentem ſuam libidinem, impotentiam, & impudentiam ad ipſam quoque & in ipſam pecuniam derivarent; quò latiùs manaret; ſtabiliúſque maneret, pluréſque & diuturniùs inficeret, veneno tam latè diffuſo, quàm latè diffundi ſolet pecunia. Quid in hoc genere non auſi fuerunt hæretici? Horreo in memoriam revocare picturas, quas vidi. Meminiſſe non modò piget, ſed & pudet tanta ævi noſtri probra & dehoneſtamenta.

erit, mutato unico vocabulo in nunc modum: Falſche Lehr gilt nie mehr. Nunquam enim falſa doctrina in Germania majore in pretio & honore fuit; quàm poſtquam Apoſtatæ novam doctrinam, novámque monetam paracharactæ novi nobis procuderunt.

Alter quoque nummus altera ex parte continet Cardinalem: quem ſi invertas, Lutheranus aut Calvinianus eſt; hoc eſt, *ſtultus* cum illo Davidico: *Et ſtulti aliquando ſapite.* Altera pars repræſentat ſummum G Pontificem, triplici corona redimitum: ſi invertas, ex ovo prodit Diabolus, hoc eſt, nummi hujus conditor & fuſor, ſeu conflator, quiſquis ille fuit, Dæmon fuit; qui aptiſſimum ſibi adjecit elogium *Mali corvi malum ovum.* Nil verius. Aſſentior, aſſentior. Peſſimi corvi peſſimum ovum es, imò & peſtilens pullus, dignus, qui pullis corvorum eſca fias. Etſi, niſi reſipuiſti, jam dudum corvos Tartareos paviſti, & adhuc Titii inſtar, paſcis. Utrumque nummum adeptus ſum dono & beneficio nobilis & ornatiſſimi Domini *Friderici Bechleri*, Auguſtani, ab eo tempore, quo in hac Academia, Philoſophiæ, me duce, operam dedit, conſtantis amici mei. H

Ut igitur ad propoſitum me referam, ſicut Hæretici nequitiam nefariámque ſuam improbitatem per nummos, tanquam per appoſitiſſimum medium propagare ſtuduerunt, & adhuc ſtudent (ùt docet commentariolus meus in duo numiſmata de Colloquio Ratisbonenſi, & in laudem Lutheri, Huſſi, & Rabi cuſa & ſparſa) ita veteres crucis venerationem & gloriam augere, propalare, amplificare volentes, ſtudio laudabili, & ab omnibus imitando, crucis trophæum cùm alibi paſſim; tum etiam in nummis fulgere juſſerunt.

Nunc

Vide lib. 2. de S. Cruce, cap. 36. 37. & ſeq.

donatus, Crucis amorem ita imbibit; ut altè in pectus deſcenderet; neque unquam inde ampliùs expungeretur, Labaro in Crucis ſpeciem converſo; ipsáque Cruce cœlitus ſibi objecta, accuratiſſimè effigiata, gemmiſque & auro ſumptuoſiſſimè & magnificentiſſimè decorata; ùt teſtatur oculatus teſtis Euſebius; ex cujus deſcriptione ſunt, qui primum illud Conſtantini Labarum ita depingant, ut imagines Conſtantini & liberorum ejus ſint in ipſo velo proximè ſub ligno transverſo: corona in vertice ſita; & in

C medio ejus cruce ſeu ☧



Verùm aut ego Euſebium non capio, aut Labari forma, ex Euſebii deſignatione aliter effingenda erit; Imagines enim Imperatoris & filiorum non fuiſſe in ipſo velo ſeu ſupparo, quod Euſebius vocat ὀθόνην & φᾶρος, ſed infra velum, in ipſo haſtili, quo gerebatur Labarum, manifeſtum fit ex verbis Euſebii, quæ ſunt iſta. τὸ δ' ὄρθιον δόρυ τῆς κάτω ἀρχῆς ἐπὶ πολὺ μηκυνόμενον, ἄνω μετέωρον, ὑπὸ τῷ τȣ̃ ςαυρȣ̃ τροπαίῳ πρὸς αὐτοῖς ἄκροις τȣ̃ διαγράφοντος ὑφάσματος τὴν τȣ̃ θεοφιλȣ̃ς βασιλέως εἰκόνα χρυσῆν, μέχρι ςέρνων, τῶν τȣ̃ αὐτȣ̃ παίδων ὁμοίως ἔφερε. Ubi expreſsè dicit, in erecto haſtili fuiſſe has imagines, (non in ὑφάσματι, ſeu in illo textili) & ſub crucis trophæo; ad ipſas extremitates τȣ̃ ὑφάσματος ſeu veli; nam ἄκρα *fines*, *extremitates*, ſeu *fimbrias* hìc ſignificant.

Euſeb. lib. 1. de vita Conſtant. c. 25.

D

Nec obſtat nobis ille Euſebij locus: *Etiam in ipſis armis ſalutaris trophæi ſignum inſculpi, armatóque exercitui præferri fecit* (Conſtantinus) *& ut ſolum hoc ſalutare trophæum, non ullam, ùt antè conſueverant, inauratam ſtatuam ſequerentur.* Nam ſi quis nos hoc teſtimonio oppugnare cogitaret; is æquè eo uti poſſet adversùs eos, qui Imperatoris imagines ponunt in ipſo velo. Nam imagines in velo; utique imagines ſunt; ergo ne Euſebius ſibi ipſe adverſetur, dicendum erit; eum locutum de agalmatis, ſtatuis ſeu imaginibus Deorum Romanorum; item Aquilarum, Draconum, & id genus ſimilium, quorum imagines ſignis additæ, & exercitui prælatæ; in quorum vicem ſubſtituit Conſtantinus venerandæ Crucis ſignum; non excluſis tamen ſua & liberorum imaginibus; viſebantur enim in ipſo Labaro, præcipuo vexillo; quis dubitet; quin & in aliis? Tollendum eſt autem obiter mendum ex Græco Euſebij contextu, in quo vitioſè legitur ςαυρȣ̃, cùm legendum ſit ςρατȣ̃, τȣ̃τε ἐνόπλȣ ςρατȣ̃ προπομπεύειν, quam lectionem agnovit & reddidit quoque Latinus Interpres.

Euſeb. lib. 4. cap. 21.

Vide lib. 2. de S. Cruce, cap. 57. in fine.

H

Nec illud ſatis liquet, utrum ☧ incluſum fuerit μέσῳ τῷ ςεφάνῳ, in faſtigio Labari poſito; an verò periphæriæ ejus & orbi inſertum; quo pacto non ſemel in nummis apparet; quia Euſebij verba tam perſpicua non ſunt, ut omnem ſcrupulum eximant.

H

Nec illud exploratum ſatis, utrum ςέφανος ille fuerit conformatus in modum diadematis ſeu redimiculi, ſeu, ut generali vocabulo appellare poſſumus, *laurea*; etiamſi non ex lauro, ſed ex auro alióve metallo eſſet: an verò in modum hujusmodi coronæ, qualis viſitur in numero Heraclij apud Lipſium: qua coronæ forma hodie etiam Imperatores ac Reges utuntur, & quam *radia-*

Lipſ. lib. 3. de Cruce cap. 16.

tam

Digitized by Google


mutatum, in eam formam evaſit, qua hodie viſitur, & appellatur ſtemma.

Addit Codinus ſua ætate vocabulum *diadema* aliam ſignificationem induiſſe: ὁ δὲ νῦν καλεῖται διάδημα, ἐλέγετο πάλαι ζώνη στρατιωτικὴ δηλοῦσα τιμήν. *Quod nunc diadema, id olim nominabatur zona militaris, inſigne honoris.* Imò idem Codinus inter στέμμα & στέ-
C φανον diſcrimen ſtatuit. Agens enim de nova Imperatrice coronanda, déque præſente Imperatoris matre. ἡ μὲν ἤδη προεστεμμένη καὶ μήτηρ τοῦ ἀναγορευομένου φορεῖ, καὶ τὸ ἑαυτῆς στέμμα, ἡ δὲ νέα βασιλὶς φορεῖ στέφανον. *Mater renunciati Imperatoris jam olim coronata fert ſuum ſtemma; Nova autem Imperatrix geſtat* στέφανον; qui corona Imperatoria eſſe nequit; alioquin coronam ante coronationem geſtâſſet.

Inter στέμμα & στέφανον; ponit etiam diſcrimen Achmet in *Onicrocriticis*, non ſanè onirocriticum, hoc eſt, non vanum & frivolum ex uſu recentioris Græciæ. Verba Achmetis hæc ſunt. τὸ στέμμα εἰς πρόσωπον βασιλέως καθόλου κρίνεται. ὁ δὲ στέφανος
D εἰς δεύτερον, ἀπὸ τοῦ βασιλέως, ἢ εἰς πιστοῦ ἀνδρὸς μαρτύριον τῆς πίστεως. *Stemma ad perſonam Regis pertinet. Stephanus ad ſecundum à Rege, vel ad hominis fidelis de fide teſtimonium.* Vult dicere Achmet, ſtemma ſoli regiæ perſonæ competere; *Stephanon* proximo à Rege, vel cui Rex in teſtimonium fidei hoc inſigne conceſſerit.

Narrat Nicetas Choniates libro 2. de Imperio Andronici Comneni, Conſtantini Magni Coronam, (στέφος ipſe vocat) adhuc, tempore Andronici, Conſtantinopoli publicè in Magna Eccleſia ſupra altare pependiſſe; eáque coronatum eſſe in tumultu populari Iſaacium Angelum. Ex quo confici coronam, mortuo Leone, reſtituit templo Irene, uxor ejus, non paucis gemmis à ſe ornatam, ùt teſtatur Cedrenus.

Verùm hæc paucis occaſione Codini. Quòd ſi quis contendat tempore Conſtantini Magni ſolùm illud diadematis genus Romanis Principibus in uſu fuiſſe, quod plerumque in numiſmatis repræſentatur, non autem coronam in hodiernum, & ſuperio- G
ris ævi morem effigiatam; etſi morem hunc ſatis antiquum eſſe oportet, quippe jam Heraclij temporibus uſitatum, imò ipſe Conſtantinus in nummo quodam apud Nummographum, caput corona radiata cinctum habet) is Labarum Conſtantini hujusmodi diademate ſeu corona coronet. Ut ergo verbis compendium fiat, veram Labari formam arbitror fuiſſe iſtam.



Aut, ſi quod diſcrimen fuit, in ſola corona H
fuit; quæ vel  in vertice geſtabat, vel radiata erat; ut in his typis vides.



Pentecoſtes, primus ordinatis rebus ad iter (Hie-roſolymitanæ) *peregrinationis tantæ neceſſitatis, venit Rex, ùt moris eſt, ad Eccleſiam beati Dionyſij à Martyribus licentiam accepturus; & ibi poſt celebrationem Miſſarum, baculum peregrinationis & vexillum B. Dionyſij, quod* Oriflambe *Gallicè dicitur, valde reverenter accepit; ſicut moris eſt antiquorum Regum, quando debent ad bella procedere, vel votum peregrinationis adimplere.*

C Rigordus in geſtis Philippi Auguſti Francorum Regis. *Anno Domini M.C.XC. in feſto S. Joannis Baptiſtæ, Philippus Rex ad Eccleſiam beatiſſimi Martyris Dionyſij cum maximo comitatu venit, cauſa licentiam accipiendi. Conſueverant enim antiquitus Reges Francorum, quod quandocunque contra hoſtes arma movebant, vexillum deſuper altare* B. *Dionyſij pro tutela ſeu cuſtodia ſecum portabant, & in prima acie pugnatorum ponebant.* (Nimirum, ſicut Conſtantinus Magnus Labarum.) *Quod videntes adverſarij, & cognoſcentes multoties terga dederunt.*

In geſtis Ludovici paulò antè citatis. *Illa die faciebat Antegardam Gaufridus de Ranconio, unus de nobilioribus Baronibus provinciæ Pictavenſis,* D *qui gerebat Regis Baneriam, quam præcedebant, prout moris eſt, vexillum B. Dionyſii, quod Gallicè dicitur Oriflambe.* Ecce ùt *Labarum* apud Conſtantinum; & *Divellium* apud recentiores Græcos ubique primas tenet, ſic *Oriflambe* apud Francos. Magna in veneratione Chriſtianis fueruut vexilla quædam, militiæ, & aliquando etiam domi, Regibus præferri ſolita; idque propter imagines cælitum, quibus inſigniebantur. De Flamulis Imperatori Conſtantinopolitano praportari conſuetis, quid Curopalata ſcribat in libello de Officiis Aulæ & Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, tam in vulgus notum eſt. Inter ea unum erat, cui nomen ἀρχιςράτηγος *Archiſtrategus* ab impreſſa effigie divi Michaëlis Archangeli: qua ex ſuis etiam non infimum vexillum, tutelæ gratia, decoravit Longobardorum Rex Cunibertus, cum quo Alachis Tyrannus ſingulari certamine con-

idem de Ottone Henrici filio cum Ungaris congreſſuro. *In quinta* (legione) *quæ erat maxima, quæ & dicebatur regia, ipſe Princeps vallatus lectis ex multis militum millibus, alacrique juventute, corámque eo Angelus, penes quem victoria, denſo agmine, circumſeptus.* Fortè imago hæc Angeli, ùt apud Græcos, ſic & apud noſtros Archangeli Michaëlis erat, tanquam copiarum cœleſtium ſimul & terreſtrium Archiducis. Hæc occaſione Labari Conſtantiniani dixiſſe ſufficiat. G

CAPUT V.

De eximio Conſtantini Magni nummo, in quo Labarum Cruce & Chriſti nomine conſpicuum Draconi infixum conſpicitur.

JAm ad Conſtantini Optimi Maximi Imperatoris Crucifera numiſmata accedamus, ex quorum numero primus locus non injuria tribuitur iſti: H



O come

vatoris trophæi capiti ejus imminentis virtute ad extremum exitum prolapſum ſignificavit) tum ſub ſuis, tum ſuorum pedibus conculcatum perſpicuè indicaret, draconem medio ventre transfixum, & in profundos maris fluctus præcipitatum, ſubtili & artificioſa pictura ſub omnium adſpectu contemplandum ſubjecit. Hæc de Conſtantino Euſebius; quæ ænigma illud & ſymbolum C crucis in ventre draconis fixæ exponunt perquam dilucidè, ùt alia gloſſa non ſit opus. Similem nummum Imp. Majoriani ſuo loco exhibebimus.

In vertice Labari fulget crux ſimul, ac nomen Chriſti ☧, de quo nihil addo, quia jam omnia lib. 2. de S. Cruce explanavimus.

In ſupparo ſeu ſiparo tres pilæ, ſeu globi apparent. Quid ſibi volunt? Diſſeruimus de his ſeu pilis, ſeu globis lib. 2. de cruce c. 54. Quò lectorem remitto. Hîc tantùm illud dixerim, tres globos in ſupparo, tres mundi partes Chriſtiano Imperatori & nomini ſubjectas denotare. Alij, ſat ſcio, alia conjicient; & ad imagines Imperatoris, & filiorum trahent. Meo animo hæc potiſſimùm perſuaſio inſedit: ut & illa de adjecto elogio: *Spes publica*, nimirum ad cru-D cem referendam eſſe; quæ jure ſuo *ſpes publica* Chriſtianorum audit. Erunt, qui reclament; ſed illi vel inimici Crucis ſunt, vel aliarum rerum, quàm Crucis honorandæ ſtudioſiores.

Anno Chriſti 325. Jam verò ex altera parte nummi videmus *Conſtantinum Maximum Auguſtum*, & quidem laureatum; ſic enim nummum hunc Sada repræſentat. Eundem effigiatum reperies apud Baronium; in quo tamen Conſtantinus non lauro, ſed diademate decoratur. Utrum exfide? Utrumque arbitror; quia in nummis Imperatores modò laurea, modò diademate aliquando quidem capitibus Imperatorum impoſita; aliquando ſeorſim ex averſa numiſmatis parte, non ſine figura ☧ laureæ medio vel incluſa, vel extremo inſerta; cujus generis multa numiſmata poſtea proferemus; & profert etiam Sada. Et hoc ipſo, tanquam ſymbolo, indicabant, laurum jam non falſis Dijs, ſed vero Deo Chriſto conſecratam eſſe.

Teſtatur Cardinalis Baronius anno Chriſti CCC. XXXVII. ſe vidiſſe numiſmata, in quibus filii Conſtantini, Conſtantinus junior & Conſtantius *laureati*; & talem Conſtantini nummum ibidem typis expreſſum lectori ſpectandum proponit. Quis credat filios Conſtantini lauream admiſſuros fuiſſe, ſi pater repudiaſſet. G

Accedit, quòd Conſtantinus Magnus laurum & lauream adeò averſatus non eſt, ut etiam Daphnen illam Antiochenam Apollinis memoriæ dedicatam voluerit appellari *Conſtantinianam Daphnen*, abolito Appollinis nomine; cui confirmando numiſma profert Cardinalis Baronius, cujus inſcriptio: CONSTANTINVS MAX. AVG. Averſa parte: CONSTANTINIANA DAPHNE. Fruſtra enim ſunt; qui vocem *Conſtantiniana* diſcerpunt, & illud *ana* cum Daphne conjungunt: quos meritò ſibi non ſequendos exiſtimat Baronius: qui & hæc adjungit. H *Quod igitur non ampliùs ab Apolline Imperatores ipſi, atque milites cum iis triumphantes, coronas acciperent, ſed à Chriſto, qui victoriæ auctor fuerat; inde accidit, ut cùm laureas exercitus victor in corona geſtaret; ad omnem ſuperſtitionis memoriam abolendam, eandem Chriſti nomine inſigniret.* Non eſt ergo veriſimile Conſtantinum *Conſtantinianæ Daphnes* nomenclaturam expetentem, laureæ uſum ſuſtuliſſe: longè propius vero eſt, ùt alia, ita & lauream Chriſto dedicâſſe; inſcripto ejus nomine per lite-

Bar. anno Chriſti 351.

Vide infrà c. 31. ubi hæc de Conſtantiniana Daphne corriguntur.

Digitized by Google

rum Deorum venerabantur; ſed illum, in cujus manu omnis victoria ſita eſt. Quod ut omnibus palàm fieret, crebro nomine Chriſti per ☧ expreſſo, ipſas laureas exornabant, ùt videre licet in nummis; & extat apud Sadam hujus generis gemina laurea, elegantiſſimum profectò antiquitatis monumentum.

C Scimus Tertullianum proprio libello *de corona militis* improbâſſe morem geſtandæ coronæ. Verùm hoc etiam ſcimus, Tertullianum ea jam ſpiritu Montani afflatum effudiſſe, odio potiùs Catholicorum, (quos ipſe *Pſychicos* appellat) quàm veritatis amore. Secundò, Tertulliano, & illi ipſi, quem tuetur, militi, ab orthodoxis & ſanioribus ſtatim contradictum fuiſſe; multóque magis poſtea; & etiamnum hodie. Neque enim ullo argumento evincit Tertullianus laurea coronari per ſe malum ac illicitum eſſe; aut militem illum, qui coronam capiti imponere nolebat, bene egiſſe: malè autem commilitones ejus, itidem Chriſtianos, qui *donativum*, quod ab Imperatoribus erogabatur, laureati accepêre. D Quis enim neſcit, geſtare coronam, rem adiaphoram, & non tam ex facto, quàm ex facientis animo metiendam eſſe? Quocirca Conſtantinum Magnum auctoritate Tertulliani *Montanizantis* permotum, & inductum fuiſſe, ut lauream in diadema converteret, fidem vix inveniet. Adde, quod diadema antiquius eſt Conſtantini ævo, ùt notum ex nummis & ſtatuis: & æquè uſurpatum Ethnicis ac laurea. Quæ ergo ratio erat abjiciendæ laureæ, & non abjiciendi diadematis, ſi utraque alienis à fide noſtra in more?

Nec omittendi alij Conſtantini nummi, in quibus ipſe laureatus. Reſpondent, cuſos aut ab Ethnicis, aut quando ipſe adhuc erat inter Ethnicos. Sed unde primum illud conſtat? Nam ſi quis numiſma, de Sarmatica victoreatus effectus eſt, aut effingi potuit Imperator, tot laureas adeptus; & omni etiam lauru ob præclariſſima facinora digniſſimus. An non & laurea capitis ornamentum? Nec terreor *perpetuo diademate:* quia enim ſæpius gerebat diadema, quàm aliud Φόρεμα, ùt recentiores Græci vocant, hoc eſt *geſtamen*, ideo ſcilicet *perpetuum diadema* ferebat. G Quæſo, an nunquam galeam? An non & hac conſpicuus in nummis conſpicitur? An non corona radiata, quæ, ùt ex Niceta diximus, adhuc tempore Andronici Comneni aſſervabatur Conſtantinopoli? Exornaverit diadema auro & unionibus, & ejuſmodi quodammodo textum inde confecerit, quale eſt monile illud, quod hodie *vellus aureum* nuncupamus; an ideo laureæ uſum penitus abolevit? An ideo capiti ſuo, nummis, picturis & ſtatuis lauream imponi vetuit? An ideo diadematis primus repertor & uſurpator, quod his verbis Cedrenus adſtruit; Φασὶ δὲ αὐτὸν πρῶτον πάντων τῶν βασιλέων διαδήματι χρήσασθαι, καὶ μαργαρίταις καὶ ἄλλοις λίθοις περιεργότερον κοσμηθῆναι. H *Ferunt eum primum omnium Imperatorum diademate uſum, margaritisque & gemmis ſuperbiùs fuiſſe ornatum.*

Quæ, num vera ſint, accuratiùs diſpicere oportet: lampadem præferente præſtantiſſimo Domino *Marco Velſero*, cujus de Cedreni loco judicium expetii; & impetravi, his ad me perſcriptis. De Romanorum Imperatorum diademate, quæſtio ſit paulò intricatior, ſi quis ad vivum reſecare velit. Julium, oblatum repuliſſe, cùm Ciceronis, tum innumeris hiſtoricorum teſtimoniis conſtat. Caligulam ſumpturum fuiſſe Suetonius, cap. 22. ait, niſi amici monuiſſent, illum Principum & Regum faſtigium exceſſiſſe. Idem Suetonius cap. 5. Titum in conſecrando apud Memphim bove Apide, diadema geſtâſſe ſcribit, quamvis nondum Imperatorem; ſed addit, id factum de more,

Bar. anno 337. N. 29. Extat apud Sadam & Bar. anno 319. & anno 330.

Digitized by Google

endum eſſe, etſi is universè ſcripſit. In antiquioribus nummis ego diadema adhuc nullum obſervavi: Imperatorum inquam, nam, de barbaris regibus notum. Neque Auguſtarum item: nam mitra faſtigiata illa, aut ſi quo alio nomine appellare placet, quæ in pleriſque cernitur, diadema certè non eſt. Loca de diademate Imperatorum poſt Conſtantinum, obſervare nihil attinet. Hæc clariſſimus Velſerus. Ubi vides uſum diadematis ante Conſtantinum nonnullis Imperatoribus Romanis duntaxat tentatum; aliis uſurpatum

C quidem, ſed quaſi obiter, ſi cum Conſtantino conferantur. In Dialogis eruditiſſimi Antiſtitis Antonii Auguſtini repræſentatur nummus Veſpaſiani Imperatoris, in quo, aut omnes ſenſus me fallunt; aut Imperator diadematus cernitur: Similis nummus apud eundem reperitur Domitiæ Auguſtæ, ſive id ſit ex vero, ſive ex artificis lapſu.

Dialog. 2. fol. 42.

Dialog. 2. fol. 38.

Objicies. Etſi diadematis notio à cingendo nota eſt, ſimul tamen notum eſt, non

D omnia, quæ caput cingerent, fuiſſe, quæ nunc quærimus, propriè diademata, ſed antiquitus puras putas faſcias, quibus poſtea luxus gemmas addidit. Itaque Monima Mithridatis, ùt eſt apud Plutarchum in Lucullo, mori juſſa, cùm collum diademati innexuiſſet, eo diſrupto, in terram decidens, *ô execrandum diadema, inquiebat, neque in tam triſti miniſterio mihi profuiſti.* Diſertè Seneca: *Vides illum Scythiæ Sarmatiæve Regem inſigni capitis decorum? Si vis illum æſtimare, totùmque ſcire qualis ſit, faſciam ſolve, multum mali ſub illa latet:* Sic Antonius Auguſtinus. *Diadema*, inquit, *voco faſciam ſeu Bendam* (ligaturam) (germanicè, binden) *tres aut quatuor digitos longam, quam Reges ſupra frontem ligatam geſtarunt, certa parte à dextris dependente.* Non diffiteor, diadema latiore

Dial. ſext. init.

dis ad Romanos Imperatores delatum. Nec fuit diadema, quia multis ex palatii Conſtantinopolitani miniſtris competebat, ut ex Curopalata liquet: & Medorum quicunque Judices ἐπὶ κεφαλῆς φακεωλίδα *Phaceolidem* ſupra caput gerebant: unde ad ſiniſtram partem dependebant μαργέλλιον συρματέινον, *textum quoddam pretioſum*, τὸ ἕτερον τοῦ φορῦντος τῶν ὤτων καλύπτων, *alteram ferentis aurem obtegens*, δηλῶν ὡς τὸ μὲν ἀσκεπὲς τῶν ἐγκαλέντων. ἐςὶ τὸ δὲ σκεπόμενον ὡς τῶν κατηγορουμένων μὲν, μὴ παρόντων δέ. *Judicans aurem non tectam accuſatoribus concedi; tectam verò illis, qui accuſantur; nec tamen adſunt, reſervari.* G

In Bibliotheca Photii Volum. III. dicitur τὸ φακιόλιον olim appellatum φασώλιν. Ubi alii legunt, φαχέλιν, alii φασκώλιον, quod ajunt crumenæ ſignificationem habere apud Dionem Chryſoſtomum. Aliis eſt φάκελλος ſeu φάκελος. Suidas; φάκελλος τὸ τῆς κεφαλῆς φόρεμα, ὃ καὶ φακιόλιον λέγεται. *capitis geſtamen ſeu tegumentum; quod etiam phaciolium appellatur:* qui ibidem dicit, capi- H
tis geſtamen apud Cyprios vocari κορδύλην, apud Athenienſes κρώβυλον, apud Perſas κιδάριον. Lego ζιδάριον. Ergo φακεωλὶς capitis quoddam tegumentum. Junius ſemper vertit, *Tiaram.* Num rectè, haud dixerim. Originem vocis repetit ex Italia: nam ſudarii vel ſtrophii, *illud genus, quod veteres latini à ferendis nugalibus dixerunt* NUGÆUM, *Itali dicunt, ſi majus eſt Fazzalo; ſi minus: Fazzoleto* Quæ omnia verè ſunt *nugalia*; quia omnium origo latina eſt à *facie*; unde & Germanis ſuum Fazenetle, hoc eſt, ſudarium, ſeu, ùt aliqui vocant, *facietergium.* Ut ergo recentiores Græci plura alia vocabula ex latio ſurripuerunt, & in ſuam coloniam, quamvis corrupta, tranſcripſerunt, ita & in *Phaceolio* ſeu *Phaceolide* contigit.



B EXSTAT idem nummus apud Antonium Auguſtinum Dialogo primo, & Cardinalem Baronium anno Chriſti CCC. XII. Vide quæ ſcripſimus lib. 2. de S. Cruce, cap. 51. ubi & illud oſtenſum, inſigne Crucis in galeis non ſolius Conſtantini fuiſſe, ſed & commune militum; & Prudentium id aſſeverantem, non tantùm ad ſuam ætatem; ſed & ad id, quod in exercitu Conſtantini acciderat, reſpexiſſe. Neque dicit Euſebius, *ipſum Conſtantinum tantùm ejuſmodi ſigna geſtare conſueviſſe*, Legatur Euſebius, & num quod affirmo, veritati concinat, judicium fiat: neque enim cultus Crucis propagandi cupidiſſimus Conſtantinus ita comparatus erat, ut decus Crucis cæteris inviderer. An non ipſe Euſebius de Conſtantino? *Etiam in ipſis armis ſalutaris trophæi ſignum inſculpi fecit*. Inter quæ arma galeæ erant. Nec Euſebio ſermo duntaxat eſt de armis Conſtantini, ſed totius exercitus; quod etiam ex Græco lemmate huic capiti præfixo liquet. ἐν τοῖς τῶν ϛρατιωτῶν ὅπλοις σημεῖα τȣ̃ ϛαυρȣ̃ τȣ̃ σωτῆρος. *In armis militum ſigna crucis Salvatoris noſtri*. Prohibuit olim Leo Imperator, *ne quis in frenis, & equeſtribus ſellis, vel in balteis ſuis margaritas & ſmaragdos, & hyacinthos aptaret vel inſereret:* at cauſæ nihil erat, cur Conſtantinus, margaritam, ut ſic vocem, Crucis in galeis militum, tutelæ gratia, ferre nollet; quandoquidem nihil illi gratius accidere poterat, quàm ut exercitus ab omni periculo tutiſſimus redderetur.

Euſeb. lib. 1. de vita Conſtant. c. 25.

C

Euſeb. lib. 4. cap. 21.

D

Lib. 11. Cod. Juſt. tit. 12.

filiorum: & hujus Labari ſpecies parte inferiore, refert veram ſpeciem Labari primi; etſi parte ſupera, ab ea deflectit; ùt ex his, quæ ſuprà diximus, intelligi poteſt.

Inſcriptio CONSTANTINVS MAX. AVG. ſed pertinet ad partem adverſam, quæ hîc non expreſſa: nam in averſa parte, quam hîc expreſſimus, hæc legitur epigraphe. GLORIA EXERCITVS. Quod elogium verè in Crucem convenit; nec hoc Conſtantinus ignoravit, in hoc ſigno vincere juſſus; & ut juſſus, ſumma cum gloria vincere conſuetus; quamvis errore factum ſit, ut inſcriptio partis anterioris, transferretur in partem poſticam nummi. G

Inter honores Conſtantino vita functo paſſim habitos, recenſet Euſebius, quòd in nummis *exſculpta forma ab una parte obvoluto capite, repæſentatus ſit; altera parte quadrigis, inſtar aurigæ, inſidens, demiſſáque illi cœlitus manu dexteraexceptus*. Edidit hujuſmodi nummum Antonius Auguſtinus, & Baronius: qui etiam explicant, quid capitis illud velamentum, & totum hoc ſchema ſignificet. Sed nihil ad iuſtitutum noſtrum: quia nihil in nummo hoc de Cruce: nec de X aut ☧; nam figura, quæ hanc litteram exprimere videtur, huc non pertinet, pertinet enim ad rotam currus, cui Conſtantinus inſidet. Publicavit quoque Sada ejuſdem Conſtantini numiſma, in cujus altera parte quatuor ſigna, antiquo more, abſque ☧ & cruce, niſi quà omne hujuſmodi ſignum quadantenus crux eſt; ſub velo tres ſunt *orbiculi* ſeu *clypeoli*: alius item in ipſo velo; qui quid ſibi velint; jam antea explicatum. Ex hoc numiſmate apparet, quàm verum ſit illud Tertulliani: *Omnes illi imaginum ſuggeſtus in ſignis, monilia crucium ſunt*: Quia ſigna hæc effici, & fabrefieri non poterant, niſi per cruces, & cum crucibus. H

Euſeb. lib. 4. cap. 74.

Antonius Aug. Dial. 1. Baron. anno 337.

In Append. ad Anton. Auguſt.

Quartus

Digitized by Google

Hiſt. cap. 16. *mani Tuſam, Angli appellant Tuuf, ante eum ferri ſolebat.* Ex quo Bedæ loco medicinam facit Vegetio, in ſignorum enumeratione: *Aquilæ, dracones, vexilla, flamulæ Tufæ.* (vulgo perperam *ruſæ*) *primæ.*

Veget. lib. 3. cap. 5.

Monuimus tamen jam olim hunc nummum fortaſſis non eſſe inſignitum effigie
C Conſtantini, ſed Conſtantinopoleos; quia antica ejus pars iſta.



Ubi vides Conſtantinopolin inſcriptam eſſe; quaſi imago ſit ipſius Conſtantinopoleos, non Conſtantini. Nec adverſabor ei, qui ita ſenſerit. Non incommodè tamen, opinor, nummus filiæ collocatur inter numiſ-
D mata parentis.

Mirari hic ſubit, cur ille, qui nuper magno ſtudio, à Pompejo Magno uſque ad Heraclium, vetera numiſmata deſcripſit, ac iterata editione vulgavit; nullam penitus unquam Crucis aut literæ ☧ in Conſtantinianis numis mentionem fecerit; cùm alioquin ſtudiosè & curiosè *globos, haſtas, aras, noctuas ſuper aras, aquilas, corollas, ſeceſpitas, aſpergilla, guttos, lituos, capedunculas, patellas, cornucopiæ, literas ſolitarias;* & quidquid hujus generis in numiſmatibus occurrit, enotet. An nullum Crucigerum Conſtantini numiſma vidit? Vix credo, cùm tot millia numiſmatum viderit & triverit, & inter illa, tam multa & varia Conſtantini: cúmque ſacratiſſimis fidei noſtræ myſteriis, & nominis, ne mutit quidem, quando de illo Imperatore ſermo eſt, qui primus hæc talia ornamenta ad nummos tranſtulit. Neſcio, qua cauſa hoc factum, niſi fortè quis id ſpiritui Lutherano adſcribendum exiſtimet; cui Crucis mentio & veneratio parùm grata, ac jucunda. G

CAPUT VII.

De alio quodam Conſtantini Magni nummo.



En alium Conſtantini Magni nummum, qui, ùt inquit Marcus Velſerus II. Vir Auguſtanus, *hactenus peritiſſimos horum rerum fatigavit, ferè fruſtra.* Fuère, qui Conſtantinianam crucem interpretarentur; ſed nemo unquam hac forma deſcripſit illam quidem crucem, quæ Conſtantino in Maxentium caſtra moventi apparuit: quámque ipſe poſtea ad ſpeciem ejus, quæ cælitus oſtenſa fuerat efformavit: neque enim ſolum X. aut ☧ Conſtantino apparuit; ùt quidam ☧ ſentire viſi, quos ali- H
bi refutavimus non paucis argumentis, quibus itidem efficitur, Conſtantino non apparuiſſe decuſſatam illam literam ea forma, qua in hoc numiſmate exprimitur. *Lib. 2. de S. Cruce c. 3.*

Quidam ad decuſſationem in limitatione agrorum referunt. At alij rectè reſpondent, nihil hic de conditæ urbis alicujus, aut agri deſignatione agi, cùm inſcriptio disertè præ ſe ferat; VIRTVTEM EXERCITVS, quod argumenti ſatis eſt de bello potiùs ibi, quàm de pacis artibus fuiſſe cogitatum.

Alii referunt ad Docana, quorum Plutarchus libro de *amore fraterno* meminit. At objiciunt alij, Docana planè alio ſchemate à Plutarcho deſcribi, nimi-

Digitized by Google

quatuor, quaſi ſigna quatuor centuriarum, vel quatuor centurionum, qui quæve in prælio præ cæteris egregiam operam navâſſent, adjunctos fuiſſe. Verùm hæc conjectura non habet plus veriſimilitudinis, quàm prior illa de votis Quadragenalibus. Et ſi huic commentationum rationi ſemel aditus pateſiat, nullus commentandi finis erit.

Ego, ut paucis me expediam, exiſtimo, iſtud duplicatum, eſſe id, quod eſt, nempe ſignum Crucis. Quomodocunque enim



& undecunque ſchema hoc aſpicias, nihil aliud videbis, quam novâ formâ efformatum, & bene firmitérque compactum & coagmentum X. nec uno eóque tenui latere, ſed pluribus firmatum; ut qui ſuper inſiſtit lætus cum Davide Rege canere queat. *Si conſiſtant adverſum me caſtra, non timebit cor meum. Si exſurgat adverſum me prælium, in hoc ego ſperabo. Pes enim meus ſtetit in directo: Et ſtatuit ſupra petram pedes meos. Nec concluſiſti me in manibus inimici, ſtatuiſti in loco ſpatioſo pedes meos.* Ajo igitur, eſſe ſignum Crucis, non ejus definitè, quæ Conſtantino oblata, hæc enim non fuit decuſſata, ùt alibi probatum, ſed abſolutè Crucis Chriſti: nam omnis Crux etiam decuſſata, quà Crux refert Crucem Chriſtí, quà & ipſa Crux: neque enim Conſtantinus in nummis ſemper expreſſit examuſſim illam Crucem, quam in ſublimi viderat: imò ſi verba Euſebij accuratè perpendantur, nullam omninò ullo in nummo Conſtantiniano Crucem reperiemus; quæ cœleſti illi, divinitúſque in aëre oblatæ penitùs reſpondeat. Nam Conſtantino, poſtquam ſemel in Labaro crucem illam expreſſerat; ſatis deinceps fuit, crucem Chriſti, & illam itidem cælitus ſibi demonſtratam, quadantenus effigiare, ita ut in communi ratione crucis figuræ cum utroque prototypo convenirent; licèt ſecundùm ſpeciales & proprias quaſdam rationes diſ-

C

Pſal. 26.

Pſal. 25.39. 30.

D

matis illius nummi, qui recentioris cujuſdam Conſtantini nomen inſcriptum præfert? de quo infrà. Si quis tamen myſterii inſinuandi cauſa addita putat, cum hoc non contendam, dummodo ſit myſterium ſacrum, non profanum. Et qui ænigmatum interpretandorum cupidus eſt, is uberem hîc dicendi materiem inveniet. Quid enim, ſi ſignis illis auctor nummi indicare voluit, crucis & nominis Chriſti immobilitatem & inſolubilitatem, nullis incurſibus cedere gnaram. Quippe quæ frangi neſciis quaſi vectibus utrimque ſint connexa, ac coagmentata: nam in iis, quæ ſe mutuò interſecant, ùt fit in omnibus decuſſatis, multò firmior nexus efficitur, ſi vel aliquibus fulcris, fulciantur, vel ligamentis colligentur; G
Nec obſtat, quòd ſe mutuò non videntur contingere, id enim picturæ gratia fit; nam ſi ſe mutuò contingerent, jam utrinque unum tantùm, non duo fulcimenta exiſtimarentur; & ſi cum ipſis lineis conjungerentur; jam non apparerent, diſtinctæ; & tamen debent tales apparere, ut eorum functio intelligatur; quam non aſſequeris, ſi cum lineis penitùs uniantur. Nec refert, quòd nihil transverſum cernitur, quod omnia copulet ac devinciat; quia nummorum cuſores non omnia ſemper oculis; ſed & nonnulla interdum intellectui objiciunt, Et certè multò hoc verſimilius aſſeritur, quàm ſignificari ſignis illis VOTA, licèt in toto numiſmate H
voti nomen nuſquam compareat. Dicunt, *ſubintelligi.* Idem & ego de lineola transverſa dicam; quæ aliquando ad hunc modum expreſsè effingitur, tanquam utriusque lineæ ſeſe interſecantis vinculum.







Figuram geminato X inſiſtentem, putant aliqui eſſe Apollinem, ac proinde nummum nihil ad crucem pertinere. Sed magis audio eruditiſſimum Velſerum, cujus hæc

Ima-

aliud myſterium latitare putat ſub illis ſignis ad latera duplicati X adjunctis, is ita ſentiat licet, dummodò concedat ipſam figuram eſſe nominis, & crucis Chriſti ſymbolum; neque enim ideo deſinit eſſe ſchema crucis, aut nota nominis Chriſti, quòd geminatur, aut quòd *uncinos* illos, ùt aliqui appellant, adjunctos habet.

Nec omittendum, quod vir quidam numiſmatum veterum callentiſſimus dixiſſe fertur, ſe *inter plus viginti millia nummûm, quos manibus ſuis tractâſſet, ſimilem huic nunquam vidiſſe.* Cujus inſcriptio, ex antica parte: CONSTANTINVS AVG. A tergo
C VIRT. EXERCITI Dicitur Lælius Paſqualinus cujus crebra mentio in Annalibus Baronii, quando de nummis ſermo; habere numiſma ſimile propemodum à filio Conſtantini Magni profectum, cujus inſcriptio à parte anteriore ſit iſta. CONSTANTINVS IVN. NOB. A tergo VIRT. EXERC. T. S. B.

CAPUT VIII.

De Nummis Crucigeris Criſpi Cæſaris & Delmatii.

CRISPUS Conſtantini Magni ex Minervina filius, Cæſar creatus anno Chriſti CCC. XV. Conſtantini autem im-
D perii anno X. A parente occiſus, Fauſtæ novercæ technis, anno Chriſti CCC.XXIV. Chriſtianum fuiſſe declarant cùm alia tum hæc ejus numiſmata.



Nam X. Chriſtum denotat, quod vel ex deſertore Chriſti Juliano notum. Cur autem Chriſtus non appellaretur à Chriſtianis principibus *Salus & Spes Reipublicæ*?

Secundum Criſpi numiſma.



G

Numiſma hoc jam vulgavimus lib. 2. de cruce cap. 37. Nec ſuppetit, quod adjiciam. Crux in eo clara, & clariùs adhuc in Criſpi Nummis, quos aliquando vidi inter cimelia Doctoris *Alberti Hungeri*, qui nuper Academiæ noſtræ ereptus, ad quietiores ſedes migravit. Idem nummus habetur Dial. 2. H
Ant. Auguſt. Sed haſta, ex qua pendet ſiparum ſupernè, finitur non in crucis, ſed in ſagittæ ſpeciem.

Vidit vel ſimiles vel adſimiles Criſpi Nummos Nummographus, ille; de quo ſuprà: ſed ſola in eis Labari mentio: nulla Crucis: quam tamen omiſſam non oportuit ab illo, qui ſe Crucifixi diſciplinam, & quidem admodum defæcatam, profiteri cenſet.

CCC. XXXVI. occiſus à militibus CCC. XXXVII.

Inter Bavarica Cimelia hunc ejus nummum reperimus.



In quo tamen nulla crux expreſſa, præter illam, quæ neceſſariò exprimenda in omni C ſigno; quod velum de ligno tranſverſo dependens habet. Deſcribit etiam Nummographus duo Delmatii numiſmata; in quorum utroque Labarum. Sed non exponit nobis, utrum in illo Labaro Crux, aut Chriſti nomen per literas nisi forſan exiſtimet Crucem ſatis exprimi, quando Labarum nominatur; Labarum enim Conſtantini inventum nunquam cruce caruiſſe: quod crederem; niſi ipſe etiam in Ethnicorum nummis *Labari* vocem uſurparet; atque adeò eam Conſtantino antiquiorem cenſeret; ex qua opinione ſequitur, non ſatis eſſe nominare Labarum; ut lector numiſma cruce conſpicuum intelligat; alioquin neceſſe foret; ut cùm in Ethnico nummo Labarum ineſſe audit; illud etiam cruce ornatum fuiſſe exiſtimaret. Etſi lib. 2. de S. Cruce cap. 39. probabilius arbitramur, *Labari* vocem Conſtantini ævo natam, illique vexillo crucifero ſignificando propriè D impoſitam, quod Conſtantinus poſt mirificam crucis in cælo viſionem confecit. Utcunque ſe res habeat; quando de nummis eorum, qui poſt Conſtantinum Chriſtiani aut revera fuerunt, aut viſi ſunt, ſermo eſt, tum ſi ex fide, & pro fide agere velimus, non ſufficit nominare Labarum, ne qui Labarum Conſtantino antiquius exiſtimat,

latus eſt. Conſtantini nullum crucigerum nummum vidi. Extat apud Antonium Auguſtinum quoddam numiſma illius laureati, ſed adhuc Cæſaris, abſque cruce. Similem habet Baronius parte ſaltem antica, anno Chriſti CCC. XXXVII. Sed diſſimilem parte poſtica: cujus inſcriptio: *Alemannia devicta.* Victoria coronata, alata, trophæum dextra, ſiniſtra palmam ferens. Citat & nummographus ejuſdem nummum, in quo ſtatua muliebris ſedens, dextra tenens globum & inſidentem Victoriolam, ſiniſtra veluti haſtam aut Labarum. Affert & alium nummum ex Ant. Auguſtino, cui quatuor Labara. Sed cùm non explicet, qualia hæc ſint Labara, num ad antiquum morem, an ad illum novum & Chriſtianum conformata, addita cruce, aut Chriſti nomine, nihil de his nummis ſtatuere G poſſum.

Ant. Aug. Dialog. 2.

A Conſtante hunc nummum crucigerum accipe.



In cujus Labaro figura manifeſta ac clara. Paulò pòſt ſimilem Conſtantii videbis ex cujus explicatione hic etiam clarior fiet. Recenſet Nummographus Conſtantis nummum, in cujus altera parte: H TRIVMPHATOR GENTIVM BARBARARVM, miles ſtans, ſiniſtra pilum tenens, dextra Labarum cum ſigno . Alium, in quo tria Labara. Alium, *in quo Imperator paludatus ſtans cum Labaro.*

Re-

cruce in vertice, & ☧ in ſupparo. *Quem verò intueris hic Conſtantium Cæſarem tantùm nuncupatum & abſque diademate*, inquit Baronius, *planè præſentis temporis indicat ſtatum*, quando nimirum Conſtantini mors adhuc recens erat; *nam paulò pòſt tum ipſi, tum fratres ejus appellati ſunt Auguſti.*

Secundus Conſtantii nummus ſit iſte.

C



D

Extat apud Antonium Auguſtinum & Baro- *Ant. Auguſt. Dial. 1. Baron. anno 353.*
nium; qui putat hujus generis numiſmata à Conſtantio cuſa: cùm bellum adversùs Magnentium Tyrannum moveret, quibus ſignificabat, ſe patris more, ſpem omnem in Crucis potentia collocatam habere; nec ſub alio, quàm ſub Crucis ſigno militare, & cum hoſtibus confligere. Cujus animi index eſt ipſe Imperator Labarum Chriſti nomine inſignitum geſtans; cui Victoria alata, palmámque ferens coronam imponit; addita per undas fertur: planéque verum fuiſſet adſcriptum elogium: *Felicitatis temporum reparator* vel *reparatio*; niſi Ariana peſte infectus, hoc encomio ſeſe indignum effeciſſet. Similis eſt nummus Conſtantis, de quo paulò antè.

Jure quis quærat, quænam ſit avicula, quam dextra Imperatores Conſtans & Conſtantius in his duobus numiſmatis ferunt. *Dialog. 2.*
Invenies apud Antonium Auguſtinum numiſma, in quo virgo ſtans, aviculam globo inſiſtentem manu dextera tenet. Inſcriptio eſt: ÆTERNITAS. Arbitratur ergo avem illam eſſe Phœnicem, ſymbolum videlicet æternitatis & immortalitatis. G
Quod cur non etiam aſſeramus de avicula noſtrorum numiſmatum, cauſæ nihil ſuppetit: qua nimirum, tanquam hieroglyphicâ notâ, perennitatem Romani Imperii uterque Imperator inſinuare voluit: nam ùt mundum *avis incolit unica Phœnix, unica: Sed vivit morte refecta ſua:* ſic in mundo unicum & perpetuum Romanum Imperium vigere & regnare per Phœnicis effigiem indicârunt; quo, ùt canit Rutilius: *Omnia perpetuos, quæ ſervant ſidera motus, nullum viderunt pulchrius imperium.* De quo idem Vates: *Illud te reparat, quod cætera regna reſolvit, Ordo renaſcendi eſt creſcere poſſe malis.*

Quod aptiſſimè ſignificatur per nobiliſſimam illam avem; *cui ſola eſt in morte voluptas. Ut poſſit naſci, hæc appetit ante mori. Ipſa* H
quidem, ſed non eadem; quia & ipſa, nec ipſa eſt: æternam vitam mortis adepta bono: ùt canit conditor carminis de Phœnice Lactantii nomine diu lectitatum. Nec te criſta abſterreat, quò minùs Phœnicem rearis. Nam & Phœnix criſtatus eſt, cui coronæ loco criſta. Auctor Poëmatis de Phœnice.

Æquatur toti capiti radiata corona,
Phœbei referens verticis alta decus.

Apparet quoque rhabdo Criſpi Cæſaris avicula inſidens in nummo, præcedente capite



B Inſcriptio averſæ partis eadem eſt, quæ ſuperioris numiſmatis, & forma Labari eadem: nec eſt, quod peculiari explicatione egeat; niſi fortè quis nôſſe velit; quid ſibi velit gemina illa figura ſub Labaro. Forſan à vero non aberrabit; qui captivos virtute cruciferi Labari domitos affirmârit.

Habet Nummographus alium Conſtantii nummum; in cujus averſa parte hæc inſcriptio: VICTOR OMNIUM GENTIUM; & figura ſtans, dextra Labarum, ſiniſtra clypeum, & ante ἐγγονίζοντες ſublatis manibus.

C En CONSTANTII nummum ex Bavarico theſaurophylacio.



In parte averſa duæ ſunt figuræ tenentes Clypeum, quarum altera haſtam, altera fert crucem: nam ſi quis crucem eſſe neget; is non tam ratione, quàm oculis eget.

Eſt & iſte ex eodem κειμηλείῳ depromptus.



D Omnia hujus nummi ex dictis liquent. Nec prætereundus iſte



parentis optimi, & Conſtantis fratris immaniter trucidati merito. Sed ecce Magnentii numiſma. F



Extat apud Antonium Auguſt. & Baronium. G in quo vide; egregiè expreſſum illud ☧ additis etiam literis α & ω, quæ ante ☧, Magnentium & Conſtantium, vix in nummis reperias. Quid ſignificent, diximus lib. 2. de S. Cruce, cap. 37. Hic ſolummodo illa Prudentii adjicimus; quæ totum myſterium patefaciunt. *Corde natus ex parentis ante mundi exordium, alpha & ω cognominatus, ipſe fons & clauſula omnium, quæ ſunt, fuerunt, quæque pòſt futura ſunt.*

Inſcriptio averſæ partis eſt. SALVS DD. NN. AVG. ET CÆS. En quàm dilucidè apparet, quantam ſpem in Cruce Chriſti etiam ipſi Tyranni habuerint: nam virtute *Crucis* & nomine Chriſti Magnentium ſibi certam pollicitum eſſe victoriam, inquit Baronius, illud numiſma ipſius demonſtrare H videtur; cujus à tergo figura ipſius militaris ſtans, dextrâ Victoriolam, ſiniſtrâ Labarum habet, in quo pariter illud ſalutiferum ſignum ☧ expreſſum habetur. Deſcribit nuṁum ☧ hunc Nummographus, cujus inſcriptio: *Felicitas Reipublicæ.* Profert idem ſimilem nummum ejuſdem Magnentii, cujus ex parte averſa, inſcriptio: *Gloria Romanorum*: Et miles tenens Labarum ſiniſtra, in

Digitized by Google



C Reperitur apud Antonium Auguſtinum, & Baronium: ubi averſæ partis inſcriptio. VICTORIÆ DD. NN. AVG. ET CÆS. ut proinde in his paucis horum numiſmatis videas crucem nominari; *Victoriam Auguſtorum. Salutem Auguſtorum. Felicitatem Reipublicæ, Gloriam Romanorum.* Qui ùt Tyranni fuerint; Lutherani tamen, ac Calviniani non fuerunt, alioquin nulla Crux, nullum ☧, nullum Crucis elogium in eorum numiſmatis appareret.

D Apud clariſſimum Lipſium inveniet etiam Lector nummum in quo α ☧ ω ex una parte; ex altera Victoriola dextra palmam, ſiniſtra corollam ferens; cum adſcriptione: VICT. AVG. Sed non additur cujus.

Nec ſilendus hoc loco Gallus Cæſar, Juliani peſſimi optimus frater; qui & Cæſaris dignitate à Conſtantio auctus eſt, anno

S... aut Chriſti nomen in nummis quæramus, quia Lutheranus, ſeu potiùs Calvinianus fuit; niſi mavis, utrumque, cui nihil curæ & cordi, quàm *Serapis*, *Latrator Anubis*, *Iſis*, & id genus alia portenta: qui ex ſignis militaribus, armis, clypeis, galeis, haſtis, ſacroſanctum crucis trophæum exterminavit; & Labarum Chriſtianum ad Ethnicam ſpeciem reduxit. Hoc igitur monſtro omiſſo, ad Jovianum accedamus; qui Imperium anno Chriſti CCC. LXIII. capeſſens, altero ſtatim anno CCC. LXIV. morte abreptus imperandi gloriam & majeſtatem ſucceſſoribus reliquit; cujus tria numiſmata crucigera ex antiquitate promit Card. Baronius, quæ hic ſubjecta vides, quorum *Bar. anno Chriſti 363.* primum eſt hoc, & quidem inprimis viſendum. G




Vides Crucem Chriſti in vertice Labari fulgentem: quæ Imperatori in equo ſeſſitanti, vexillúmque ſiniſtra ferenti præportatur, ponè victoriola ſubſequente, coronámque capiti Imperatoris imponente. Rarum certè & ſpectabile numiſma; cujus ſimile in hoc quidem genere vix reperias, Conſtantini & filiorum ejus ævo. Inſcriptio: *EDVENTVS AVGVSTI; reducem ex Perſia ad Antiochenos repræſentare videtur: & Romæ nomen, in urbe Romana cuſum fuiſſe ſignificat, ùt placet Baronio. H

* *ADVENTUS.*

 Ele-

Digitized by Google



De literis alpha & ω, jam dictum ſuprà. Cùm ergo Jovianus brevi illo tempore, quo ſceptra Romani Imperii moderatus eſt; Labaro uſus ſit; eidem potiùs reſtitutionem Labari Chriſtiani tribuendam cenſemus, quàm Valentiniano, & Valenti, licèt lib. 2. de S. Cruce, Baronium ſecuti aliter ſenſerimus. Sed
C cùm Baronius priorem ſententiam mutârit, viſis prædictis Numiſmatibus, nos quoque cauſæ nihil habemus, ut in eâdem perſiſtamus.

CAPUT XII.

Nummi Crucigeri Valentiniani ſenioris & Valentis Imperatorum.

IMPERIUM adeptus eſt Valentinianus Anno Chriſti CCC.LXIV. Quo collegam ſibi adſcivit Valentem fratrem. Obiit Valentinianus anno Domini CCC.LXXV. Imperii ſui XII. Valens anno Redemptoris CCC. LXXVIII. Imperii XV. Valentiniani
D hoc accipe numiſma; quod & apud Baronium & Ant. Auguſtinum invenies.

Bar. anno Chriſti 364.



honoris, & præclarè factorum teſtium, ſtatuis Imperatoriis, etiam in numiſmatibus, addi conſuetarum morem & conſuetudinem alludit D. Gregorius Nazianzenus his in Julianum verbis, orat. 1. *Parùm habent ipſi* (Imperatores) *adorari, niſi idem quoque ſibi in imaginibus, picturiſque præſtetur, quo cumulatior ſit ipſis, perfectiórque veneratio. His porro imaginibus alii Imperatores aliud quiddam præterea appingi gaudent; quidam clariſſimas urbes dona offerentes; alii victorias caput corona cingentes, nonnulli magiſtratus adornantes, & præfecturarum teſſeris exornatas: ſunt qui ferarum jugulationes, & ejaculationes; alii barbarorum domitorum, atque ad pedes provolutorum, vel trucidatorum varias, multiplicéſque figuras. Neque enim rerum, quibus magnopere gloriantur, veritates ſolùm amant, ſed eorum quoque ſimulachra.* Et hæc omnia, quæ Nazianzenus commemorat, videre licet partim in numiſmatis, quæ hoc libro explicatum & illuſtratum imus, partim in illis, qui apud varios nummographos viſuntur. G

Ejuſdem Valentiniani ſunt tres ſequentes nummi, iíque aurei, quorum averſam duntaxat partem expreſſimus. Nam in præcipua, idem ſemper Imperator apparet. Nec diſcrimen, ſi quod eſt, tanti eſt, ut ſeparatim indicandum fuerit. H



Prius illud numiſma non multum diſcrepat à primo, quod paulò antea dedimus. Secundum admodum elegans eſt; eò quòd non tantùm in Labaro cruce inſigniatur, ſed & ad latus Labari figura illa nominis Chriſti. ☧.

Ter-

Digitized by Google

niſmi, aut ſi vel hujus, vel illius, oſtendatur exemplum. Qui verò factum, quòd nunquam exprimitur ab hoc Nummographo iſta figura, prout in nummis apparet, & ab Euſebio deſcribitur? Sed odioſæ ſunt iſtæ quæſtiones.

Lipſ. lib. 3. de S. Cruce cap. 15.

Pergamus ad Valentem; niſi fortè ſilentio transmittendus. Non eſt nummus à Lipſio deſcriptus: in cujus altera parte imago Valentiniani; in altera, figura Labarum Cruce & Chriſti nomine inſignitum portans. Vidit & deſcripſit eundem nummum Nummographus, ſed levi brachio: *Labarum* nominâſſe contentus, de Chriſti Cruce & nomine nihil. Nec de *Chriſtianiſmi nota*: quæ quomodo illi paulò antea poſt tot cruciferos nummos Conſtantini, Conſtantii, & aliorum exciderit, neſcio. Etſi ita depingit, ut ſi quis notam, quam ipſe lectori ſubjicit, conferre velit cum nummis, vix agniturus ſit. Quòd ſi ☧ *Chriſtianiſmi* nota eſt; non ergo pertinent ad Chriſtianiſmum, qui notam iſtam, quantum poſſunt, ex publico Chriſtianorum uſu exterminant. At quinam illi?

C

In appendice ad Dialogos Ant. Auguſtini hoc Valentiniani verè ſcitæ ingenioſæque ſignaturæ numiſma vulgavit Octavianus Sada, quod hîc tibi ſpectandum exhibui.

D



F

Primum numiſma vulgavit quoque Lipſius: in quo corolla, cui Chriſti nomen eleganter inſertum, Duo alia exiguo diſcrimine inter ſe ſecernuntur. Utrumque invenies apud Baron. Anno Chriſti 364. prius etiam apud Ant. Auguſt. Dial. primo. Affert Lipſius cæterà ſimile; verùm hoc uno diſſimile; quòd figura partis averſæ, manu dextera ſolum Labarum littera ☧ inſignitum geſtat, abſque globo & Victoriola ſiniſtræ inſiſtente, & Imperatorem coronante. In ultimo nummo comprimis notabilis eſt crux ad latus crucigeri Labari. Quod nummorum genus meritò inter elegantiſſima numeratur.

G

Præter hos aureos Valentis nummos ſunt alii ejuſdem inter Bavaricos, quaterni quidem cum X ſuper globulo; ùt vides in hoc:



Unúſque hac forma: ⊗ Duo cum ✝ in Labaro, totidem cum ☧. Non ſum neſcius, fore, qui illud X ſuper globulo in numiſmatibus Valentis aliò trahant, & aut ſignum Monetarii, aut alterius eſſe contendant. Verumenimverò hos ego audio, non ſequor: quia ſi quid errandum, malo errare nimio pietatis affectu, quàm impietatis deſiderio, pia etiam à pietatis ſcopo abducere vel potiùs abſtrahere conſueto.

H

CAPUT XIII.

Nummi Crucigeri Gratiani & Valentiniani Junioris.

CREATUS eſt Gratianus Auguſtus anno Chriſti CCC.LXVII. à Valentiniano patre ſuo. Vita ſimul & Imperio exutus eſt anno Chriſti CCC.LXXXIII. Valentinianus Junior Gratiani frater, imperare cæpit Anno Chriſti CCC. LXXVI. deſiit anno Domini CCC.XCII. Gratiani duo

vides



C

Extant ibidem tria alia Gratiani numiſmata cum X ſuper globulo. Citat inſuper Marcus Velſerus II. Vir Auguſtanus numiſmata Gratiani Auguſtæ inventa, quæ hanc inſcriptionem præferunt. D. N. GRATIANVS AVG. A tergo. GLORIA NOVI SÆCVLI: milite dextra literas implexas, (nimirum) ☧ quæ Chriſti nomen denotant, ſuſtollente. Valentiniani Junioris qnatuor hîc cernis numiſmata.



Velſ. lib. 7. rerum Auguſt.



D



Alterum elegantiſſimum eſt, ubi vides figuram haſtâ cruciferâ armatam, & ſiniſtrâ globum, cui victoriola coronam imponens inſiſtit, tenentem; pedibus calcare ſeu ſerpentem ſeu draconem; procul dubio cum alluſione ad illud Prophetæ: *ſuper aſpidem & baſiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem*; ídque virtute crucis. Olim Draco ſupra ſigna erat; nunc crucis potentia ſtatione ſua dejectus ſub pedibus conculcantium & inſultantium gemit. Quod tam hic nummus, quàm alius Conſtantini Magni, G aliúsque Majorani inſinuat, de quibus ſuo loco.

Dices. An non & Chriſtianis ſui ſunt Dracones in ſignis; & qui hæc talia ſigna ferunt, *Draconarii*? An non Conſtantinopolitano Imperatori inter cætera flamula præferebatur Draconteum, & quidem geminum, ſic à Draconis imagine dictum? Quod Cyrum Regem Perſarum ab Aſſyriis accepiſſe, & inde ad Romanos perveniſſe tradit Georgius Codinus Curopalata in libello de Officiis Aulæ Conſtantinopolitanæ. Non ignoro, Chriſtianis hujus generis fuiſſe ſigna: Ita tamen, ut non ſicut olim apud Ethnicos vivum regnantémque ſed jam enectum, & H ad pellem & oſſa redactum Draconem circumferrent ad ludibrium vincti & victi, non ad gloriam crudeliter adhuc dominantis, & in miſeros mortales ſævientis. Quod ſatis indicatum ab illis ipſis, quibus draconteum flamulum in uſu. Nam cum hoc, licèt gemino, conjunctum erat aliud itidem geminum inſignitum effigie D. Michaëlis Archangeli, qui jam olim de Dracone triumphum egit. Geminum item ſanctorum Præſulum & Epiſcoporum imaginibus exornatum. Geminum inſuper utriusque Theodori, Procopii & Demetrii Iconas continens, cui à cruce nomen. Geminum, in quo imago S. Georgii, equitis habitu. Tot ergo ſacris ſignis & flamulis cum Draconțico illo conjunctis, quid aliud ſignificatum eſt,

Digitized by Google

pertinere ad Valentinianum Tertium, quia apud Lipſium in Epigraphe eſt Fl. VALENTINIANVS: Nam Flavii nomen cæteris Imperatoribus commune fuit. Quartus eſt ex Bavaricis: ubi literæ illæ ROM. *Romam* denotare videntur, ſicut & in ſecundo literæ illæ, RM.

Præter hos Valentiniani Junioris nummos annotavit *P. Sebaſtianus Heiſſius*, Societatis noſtræ ſacerdos, cujus in his nummis colligendis, digerendis, recognoſcendis & examinandis induſtria magno mihi adjumento & levamento fuit: inter Bavaricos nummos aſſervari ejuſdem Imperatoris ſex
C cum ☩ in Labaro: duos cum ☩ in medio. Totidem cum X. ſuper globulo.

Ad iſta & ſimilia Gratiani & Valentiniani Labara, nomine & cruce Chriſti conſpicua reſpexit S. Ambroſius, cùm ad Gratianum jam in hoſtes iturum ſcribens inquit: *Non hic Aquilæ militares, neque volatus avium exercitum ducunt, ſed tuum Domine nomen & cultus.*

In ſecundo Valentiniani nummo, ùt & in aliis non paucis, torquem intueris circa Imperatoris collum proprium olim inſigne militum. ὅθεν καὶ οἱ τύραννοι, inquit Codinus, πρῶτον ἀφῄρουν τῆς ζώνης (ςρατιωτικῆς) καὶ τοῦ ςρεπτοῦ τοὺς τῶν μαρτύρων
D ἐντίμους τὸν χριςὸν ὁμολογοῦντας, ἔπειτα παρεδίδουν τούτους βασανιςαῖς. *Unde etiam Tyranni primùm auferebant cingulum militare (ſeu baltheum) & torquem à Martyribus Chriſtum confitentibus, & ſic tradebant tortoribus* ςρεπτὸν δέ ἐςιν ἐληλαμένος χρυσὸς ἐκ τριῶν πεπλεγμένος καθάπερ σχοινίων, ὅπερ ἐφόρουν ἐπὶ τραχήλου. *eſt autem* ςρεπτὸν *ſeu torques aurum ductum, ex tribus quaſi funiculis nexum, quod geſtabant in collo.*

Idem Codinus de Medorum Judicibus, ἐπὶ δὲ τραχήλου τῶν κριτῶν ἐκρέμαντο δύο

fol. 97. agens ſic ait. πιλατίκια ἤως σκῆπτρα κρατῶν ἀπηωρημένα γε ὄντα κατὰ τὴν δεξιὰν χεῖρα αὐτοῦ ἐκβαλῶν αὐτὰ ἀπὸ τοῦ προθύρου δεικνυσι πρὸς τὸν λαόν. Ubi illud ἤως σκῆπτρα eſt explicatio vocis πιλατίκια, cujusmodi obſcuriorum vocum explanationes ſæpè in Codino occurrunt.

Erant ergo *pilaticia* ſceptra quædam ſeu dicanicia poteſtatis & officii inſignia; quæ, ùt apud Medos è collo ſuſpenſa gerebantur; ſic Protoveſtiarius ſuſpenſa ferebat ſecundùm manum dexteram; iiſque acceptis & oſtenſis populo præſentiam Imperatoris ἐν τῇ προκύψει, ſeu in oratorio, ſignificabat. Quàm verò ineptè Junius locum hunc Codini tra- G ctârit; vidimus in notis & variis lectionibus ad Codini libellum: & partim ex hac ejus interpretatione æſtimari poteſt. *Pilaticia &c. tenet, ut in altum ſubvecta ſunt, dextera manu ſua, &c. educens ea è Prothyro oſtendit populo, &c.* Longè adhuc imperitiùs aſſignat originem vocis πιλατίκια. πιλατίκια, inquit, *oneris magis, quàm honoris ſigna.* Imò & honoris; niſi fortè Regem Medorum fuiſſe, aut Judicem, aut Protoveſtiarium non fuerit munus honoris, ſed oneris. *Pileata enim Orientalibus eſt rerum ignotarum & obſcurarum diſquiſitio & perveſtigatio.* Nimirum ex oriente vocis hujus incunabula accerſenda erant, ùt ſæpè aliàs, alioquin periculum erat, ne Junius linguarum orientalium videretur indoctus. H Sed quàm doctè nobis ex oriente originationes vocabulorum adducat; non ſemel vidimus alibi.

Pergit Calviniſta. *Hinc pilaticium diſquiſitionis & accuratiſſimæ cognitionis monimentum, quam à judice opus eſt adhiberi, antequam judicet, aut ferat ſententiam.* Illa verò accurratiſſimæ nugacitatis evidentia ſunt argumenta. Mirum, non repetiſſe originem *à Pontio Pilato*. Nam & hoc *orientale* fuiſſet. ſed abſque joco, cur non à pilo, hoc eſt, telo;

Digitized by Google

ſti CCC. XCV. quo Arcadius & Honorius ſoli imperare ingreſſi Imperii habenas rexerunt. Arcadius quidem uſque ad annum Redemptoris CCCC. VIII. quo hinc exceſſit. Honorius autem uſque ad annum Chriſti, CCCC. XXIII. quo & ipſe mortalitatem explevit. De Theodoſio Magno, poſtquam biduum cum Eugenio Tyranno pugnâſſet, exercitúſque admodum fractus eſſet; hæc refert Theodoretus. *Ibi cùm duces dicerent, nimis paucos ad prælium de integro ineundum ſupereſſe, hortarentúrque, ut bellum aliquamdiu intermitterent, quò ineunte Vere, exercitu collecto, hoſtes multitudine ſuperarent, Imperator fideliſſimus, eorum conſilium repudiavit: nam non committendum eſt, inquit, ut ſalutaris Crux tantæ arguatur imbecillitatis, Herculiſque ſtatuæ tantum virtutis noſtro teſtimonio tribuatur. Quippe ùt crux noſtrum exer-*

Theod. hiſt. Eccleſ. lib. 5. cap. 24.

C *citum, ita illa hoſtium antecedit. Qua oratione cum tanta in Deo fiducia habita, cùm copiæ relictæ & paucæ admodum eſſent, & animis fractæ, ſacra æde in vertice montis, ubi caſtra fecerat, reperta, totam noctem hujus univerſitatis gubernatorem precibus ſollicitavit: ſub tempus autem noctis, quo galli cantare ſolent, ſomnus eum oppreſſit. Qui humi ſtratus videre ſibi viſus eſt, duos viros candido veſtitu amictos equis albis vehi, qui ipſum bono animo eſſe, timorem abjicere, prima luce arma capere, & exercitum in aciem educere jubent: nam ſe auxiliares, & velut anteſignanos ad eum miſſos eſſe, & alterum eſſe Joannem Evangeliſtam, Philippum Apoſtolum alterum.* Eandem viſionem ait Theodoretus

D etiam militi cuidam ſecundùm quietem oblatam eſſe; cúmque hæc ad Præfectum retuliſſe, Præfectum ad Tribunum: hunc ad Ducem: Ducem ad Imperatorem. Tandem unanimi conſenſu decretum, denuo belli fortunam experiri; ídque factum, cæſo cum copiis ſuis Tyranno. Totum hoc, quod à Theodoreto literis proditum eſt, probabiliter arbitratur Cardinalis Baronius repræſentari hoc numiſmate.

Baronius anno Chriſti 394.



F *Vides*, inquit Baronius, *Theodoſii ſenioris veram certámque effigiem, ejúſque manum dexteram volumine, nempe, ùt puto, ſacro Evangelio munitam, ſiniſtram verò cruce armatam, quibus ſignificetur his armis ſuperatum eſſe confidentem Diis gentium exercitum. Ex adverſâ verò numiſmatis facie, intueris expreſſè ſacerdotali decoros habitu geminos illos, quos in viſu vidit Apoſtolos Joannem atque Philippum, æquè dextrâ volumen ſacrum, ſiniſtrâ verò Crucem geſtantes. Habes etiam ex his, lector, inter alia, unde antiquum ſacerdotalem habitum diſcas, ſimúlque tonſuram intelligas, atque palliola humeros ac pectus decorè ambientia, votáque nuncupata atque multiplicata.* G

Quod attinet ad involucrum illud, quod Imperator manu dextra gerit: quidnam id fuerit, intelligi poſſe videtur ex Georgio Codino Curopalata, cujus ſunt hæc. τὸν δέ γε ϛαυρὸν ἐν δεξιᾷ φέρει ἀεί. *Imperator ſemper fert Crucem in dextra:* licèt in hoc nummo Crux ſit in ſiniſtra Imperatoris. ἐν δὲ τῇ ἀριϛερᾷ βλάτιον κώδικι ἐοικὸς δεδεμένον μετὰ μανδυλίου ὃ βλάτιον ἔχει χῶμα ἐντὸς, καὶ καλεῖται ἀκακία, ὡς εἴπομεν, τὸ τὸν βασιλέα ταπεινὸν εἶναι, ὡς θνητὸν, καὶ μὴ διὰ τὸ τῆς βασιλείας ὕψος ἐπαίρεσθαι καὶ μεγαλαυχεῖν. διὰ τοῦ μανδυλίου τοῦ ταύτης ἄϛατον, καὶ τὸ μεταβαίνειν ἀφ᾽ ἑτέρου εἰς ἕτερον. Alibi idem Cod. φέρων ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ ϛαυρὸν, ἐν δὲ τῇ ἀριϛερᾷ τὸ μανδύλιον μετὰ τῆς ἀκακίας, ὡς ἔθος. *In ſiniſtra fert* (βλάτιον) idem quod Germanis ein Blatt) *blateam, ſimilem codici,* (ſed complicato, eo modo, quo olim complicari ſolebant: hinc & voluminis nomen ab *involvendo* ſeu *involucro*) *mantile* Græcus Cod. H

Cod. lib. de offic.

Bava-

Digitized by Google

Ex quibus emendari poterunt errores Junii Calviniani interpretis, & ſcholiaſtæ Codini. Primus eſt; cùm βλάτιον interpretatur *textile aureum*. Nihil hic de *auro* vel *aureo* Codinus: nec omne βλάτιον *textile*. βλάτιον enim Græci recentiores vocant, quidquid eſt πλατὺ ex quacunque materia conſtet: Hinc *blatium auri*, *argenti*, *ferri*, *panni*, *chartæ*; tamque latè patet; ut nec latinum *bractea*, nec Germanicum Blatt, ei diffuſione ſui reſpondeat.

Secundus; cùm μανδύλιον, ſeu μαντύλιον interpretatur, *mantili parvulo*. Atqui μαντύλιον Græcorum non eſt ὑποκοριστικὸν, ſed ipſiſſimum Latinum *mantile*, terminatione Græca auctum.

Tertius: cùm χῶμα reddit *aggeſtum*; *foſſa* ſeu *ſepulchrum* eſt; ut Imperatorem conditionis caducæ commonefaciat.

Quartus; cùm ita loquitur, quaſi ipſum χῶμα appelletur ἀκακία, cùm tamen nomen hoc tribuat Codinus τῷ βλατίῳ.

Quintus eſt in vocabulo ἀκακία, ejúſque vana explicatione. Sed hæc obiter; quæ tamen lucem accendent involucro illi, quod imago Theodoſii dextra manu geſtat: ſimile enim quid ejus videtur fuiſſe, quod poſteriores Græcorum Imperatores ferre conſueverant: non dextrâ: hanc enim ferendæ Cruci dabant; ſed ſiniſtra; ùt apparet etiam ex trium Imperatorum imaginibus, quæ initio Nicephori Gregoræ depictæ viſuntur. Etſi imaginibus Apoſtolorum hæc involucra non ſunt addita, hujus myſterii, ſed ornatus cauſa. Neque enim neceſſe eſt, ut quidvis quovis loco quidvis ſignificet. Nummographus Lutheranus nummum hunc Theodoſii non attigit; fortè quia videbatur nimis Pontificius.

In hoc bello adversùs Eugenium non concurrit Crux cum Cruce, Labara cum Labaris, ùt factum in bello, quod Conſtantius

Figura galeata, quam ſedere vides, fortaſſis Roma eſt. Non enim abludit typus hic à deſcriptione Claudiani poëtæ, de qua libro ſecundo de S. Cruce. cap. 53. Idem dicendum arbitror, quoties effigies hæc in nummis occurrit: occurit autem perquam ſæpe: niſi quis velit eſſe Conſtantinopolim, quæ & ipſa non abſimili forma exprimitur in Tabula Itineraria pervetuſta; ex Bibliotheca Peutingeriana eruta, & non ita pridem Antverpiæ æneis formis excuſa. Reſidet enim in ſolio, galeâ criſtata, exertâ mammâ haſtam ſiniſtrâ tenens, non ſine clypeo. Dextram extendit ad pyramidem, in qua cernitur figura ſtans, dextrâ globum, ſiniſtrâ haſtam tenens: quæ ſine dubio imago Conſtantini eſt; ipſe enim Conſtantinus ſtatuam ſuam collocavit in Porphyretica columna, ùt notum, dexterâ aureum malum oſtentans cruce infixa; quam mirum ab Auctore hujus tabulæ itinerariæ omiſſam eſſe, ſi, ùt editor non vanis conjecturis adductus, affirmat, Chriſtianus fuit.

In eadem tabula viſitur quoque Roma in throno, redimita coronâ, qualis hodie Regibus in uſu; aperto ſinu, globum dextrâ, ſed ſine cruce; ſiniſtrâ ſceptrum tenens; ſcuto ad ſolii lævam. Unde colligas ſpeciem hodiernam regalis coronæ non tam novam eſſe, quàm nonnulli volunt: & in nummis apud Antonium Auguſtinum reperire eſt non paucos Imperatores, etiam ante Conſtantinum coronâ radiata ſpectabiles. Trebellius Pollio de Galieno Imp. *Radiatus*, hoc eſt, radiata corona cinctus, *ſæpe proceſſit*. Nec eruditos fugit jam olim ab Erinna Lesbia Romam appellatam fuiſſe χρυσεόμιτρον: quod ad coronam quoque radiatam non inſcitè referri poteſt.

Quid ſignificet globus Imperialis hic, verſibus nos docet Viterbienſis.

Au-

Digitized by Google

quod eſt *jacere;*

Quid crux globo impoſita inſinuet, ſic explicat idem Viterbienſis.

Crux ſupereſt pomo cæli ſuper inſita dono,
Suſcipe corde bono Rex, quæ tibi myſtica promo,
Teque ſedente throno proſpice quid ſit homo.
Crux & palla ſimul pariter connexa tenentur.
Hæc magis, illa minus parte reverenda videntur.
Hæc ferit, hæc ſanat; hæc perit, illa manet.
Si mundana cupis pugno concludere regna,
Significata Crucis tibi ſint reverenter habenda.
Servulus eſto Dei, qui tua ſceptra regit.

C Etſi autem cruciger hic globus Regum ac Imperatorum proprius eſt; in Originibus tamen Palatinis lego hunc eundem globum cum cruce conceſſum fuiſſe à Carolo V. Imperatore, Illuſtriſſimo Palatino Electori, ut ſuis in inſignibus eo uti queat, tanquam digmate, ſicut & utitur. Libenter equidem ex Miſeno meo, Profeſſore Heidelbergenſi intelligerem, quibus oculis Calviniani prædicantes cruciferum hoc ſtemma intueantur. Nulla me dubitatio tenet, quin ſi tam impunè furere ac graſſari poſſent in cruces ſtemmatum Principalium, quàm impunè bacchantur in cruces templorum, jam dudum illuſtriſſimum hoc & regium inſigne ex inſignibus Electoralibus exturbâſſent. Sed de

D globo crucifero plura commodiore loco. Nunc ad nummos.

Similem fermè nummum, nummo præcedenti deſcribit Nummographus: niſi quòd inſcriptio ejus eſt: CONCORDIA AVGG. quæ à noſtro abeſt.

Tertii nummi pars averſa eſt iſthæc.



Bavaricos & exſcripſit Nummographus, ut & ſequentem.



Plures Theodoſii Magni nummos producit & deſcribit Nummographus: & quidem ſæpius expreſſa crucis mentione facta; utinam pari fide id ubique præſtitiſſet. Inter Bavarica numiſmata aurea reperiuntur ejuſdem Theodoſii novem alia globo crucifero conſpicua, ſecundo ſuperiùs expreſſo prorſus ſimilia; alterum X ſuper globulo inſignitum. G

Addamus numiſmatibus Magni Theodoſii nummum Æliæ Placillæ uxoris.



H



Hunc

me eſt plurimorum Græcè & latinè ſcribentium auctoritas, quàm unius *Lapidarii* aut *Monetarii*: Nam Gregorius Nyſſenus, Socrates, Sozomenus, Theodoretus, Suidas, Zonaras, Cedrenus, Glycas, & Latini plerique *Placillam* vocant, quos omnes non deceptos longè probabilius eſt, quàm non fallere hoc vel illud antiquum numiſma; vel hunc illúmve Pauli Diaconi, aut Ambroſii, aut Claudiani locum non eſſe depravatum,
C præſertim cùm aliæ horum editiones nobiſcum *Placillam*, non *Flaccillam*, nominent. Quis inter omnes Græcos ſcriptores reperitur, cui Φλακίλλα nota ſit? Equidem video, quam Analogiam ſecuti *Flaccillam* nominent, qui ita nominant; ſed pluris duco omnium Græcorum & plerorumque Latinorum in *Placillæ* nomine conſenſum, quàm paucorum diſſenſum. De eximiis Auguſtæ hujus virtutibus lege, præter cæteros, D. Gregorium Nyſſenum in oratione, qua Placillæ laudes decantavit. Mortua eſt anno Chriſti CCC.LXXXV.

Altera Theodoſii Magni uxor fuit Galla ex Juſtina, & Valentiniano Seniore genita, quam duxit anno Chriſti CCC.LXXXVII. licèt Marcellinus in Chronico Matrimonium hoc referat ad præcedentem annum. Hu-
D jus duos nummos deſcribit Nummographus. Sed cùm Placidiæ nomen adjectum ſit, vero ſimilius eſt; ea non pertinere ad uxorem Theodoſii Majoris Gallam nomine, ſed ad filiam illius Gallam Placidiam, ſororem Honorii Imperatoris ex patre: & ad Gallam matrem, non autem ad Gallam Placidiam filiam, arbitratur Cardinalis Baronius ſcriptum eſſe Commentarium de Trinitate Gregorii Bætici; noménque *Placidiæ* ab aliena manu accreviſſe: illam enim eguiſſe inſtitutione in hoc divino myſterio, quippe ex matre Ariana, Juſtina, genitam: Gallam autem Placidiam adhuc in cunis vagien-





G



Primus nummus invenitur quoque apud Baronium. Corona cælitus demiſſa, indicat Arcadium dignitatem imperii cœlo in acceptis retuliſſe; & inde etiam coronam mareſcere neſciam exſpectâſſe. Similem nummum, quod ad coronam ex ſupero loco demiſſam attinet, videbis infrà in Galla Placidia. Ejuſdem formæ eſt nummus ſecundus, niſi quod juxta Labarum crux viſitur, quam adjunctam exiſtimat Baronius occaſione Perſicæ victoriæ crucis beneficio partæ, ùt teſtatur S. Proſper. Qui addit, Arcadium victorem auream monetam cum eodem ſigno crucis fieri præcepiſſe, *quæ in uſu totius orbis & maximè Aſiæ, hodiéque perſiſtit*, inquit S. Proſper.

Bar. anno Chriſti 395.

H

S. Proſper lib. 3. de prædict. cap. 34.

D 3 Ejuſ-



Extat apud Antonium Auguſtinum. De nummis Honorii univerſim hæc Cardinalis Baronius, poſtquam felicitatem Honorii ob tot victorias à Tyrannis & Barbaris reportatas prædicârat. *Unde & factum eſt, ut omnia fermè ejuſdem Auguſti numiſmata cuderentur ejuſmodi ornata trophæis, nimirum cum ejuſdem Imperatoris imagine Victoria inſignita, pedéque ſiniſtro proculcante Tyrannum, dextra verò manu ſuſtinente Labarum nomine Chriſti decorum, cujus ope omnia dextrè eveniſſent, &c. quod haud* C *facilè, vel ſaltem tam frequenter in cæteris Imperatoribus ſit reperire, cùm nec aliquis alius fuerit Chriſtianorum Principum, qui tot tantóſque Tyrannos extinxerit. Ad hujuſmodi genus imaginum alludere viſus eſt Chryſoſtomus, dum in Eutropium hæc ait: Quemadmodum & regia effigiei non tantum ornatus ex eo contingat, ſi ſolio Rex ſublimis ſedeat purpuratus, & diademate redimitus, quantum, ſi ſub pedibus quoque regiis Barbari manibus poſt terga revinctis proni jaceant, &c.* Hujus generis eſt iſte, quem hîc cernis, nummus.

Bar. anno 414.

D



Vidit hunc ipſum Nummographus, & deſcripſit his verbis. *Currus triumphalis à ſejugibus tractus. Magnus, aureus pond. 10. drach. apud principem Albertum.* Quare omittit X nitidæ inſtar ſtellæ in hoc numiſmate lucens? vidimus ectypon ejus argenteum apud Doctorem Albertum Hungerum Academiæ Ingolſtadienſis Procancellarium. Cui non multùm diſſimiles illi; de quibus G Cardinalis Baronius in hæc verba S. Proſperi. *Hoc eodem anno* (CCCC. XVII.) *ſub nominatis Conſulibus, Honorius triumphans Romam ingreditur, præeunte currum ejus Attalo, quem Liparæ vivere exulem juſſit. Sed triumphi hujus nullam præterea memoriam extare ſcimus,* inquit Cardinalis Baronius, *niſi in nummis, quibus repræſentatur Honorij Imperatoris imago, in quorum parte adverſa effigies ineſt militaris, ſiniſtra Victoriam, dextra Labarum tenens, captivum ſupplantans, quo Attalus deſignatur.* Erat autem Attalus, quaſi novus quidam Julianus, qui ſigna militaria ad Ethnicum morem reformare, & in nummis excudere non erubuit: nam loco Labari Cruce & Chriſti nomine fulgentis, Victoriam: & pro Cruce haſtam puram effigiandam curavit, ipſámque H mediam Romam novam. Hujus notæ numiſma invenies apud Baronium: anno Redemptoris CCCC.XV.

Baron. anno Chriſti 417.

Quartus, ùt vides, elegantiſſimus eſt; in quo Imperator pede leonem conculcans, haſta cruce & ☧ conſpicua inclytus; manu deſuper imminente, coronámque Imperatoris capiti imponente. Cùm autem inſcriptio VICTORIA AVGG· tres *Auguſtos* indicet, videtur id cuſum fuiſſe, quan-

Digitized by Google

B

CAPUT XVI.

Nummi crucigeri Theodoſii Junioris; & Æliæ Eudoxiæ uxoris ejus. Item Valentiniani III. Liciniæ Eudoxiæ, & Gallæ Placidiæ matris ejus; & Honoriæ ſororis.

INIIT Theodoſius Imperium anno Chriſti CCCC. VIII. tenuit uſque ad annum Domini CCCC.L. quo obiit felicior principio, quàm fine. Ejus duo hic exhibemus numiſmata.

C





D Poſterius reperitur apud Baronium anno Chriſti CCCC. XX. qui arbitratur & hoc, & ſimilia numiſmata cuſa & ſignata eſſe ob victorias à Perſis relatas; in ejus averſa parte; (hanc enim ſolam expreſſimus) ſtat figura dextra tenens Labarum, Chriſti nomine coruſcum, gemmatúmque, in quo virtus & fortitudo exercitus inſit, ùt docet adjuncta inſcriptio.

globum cum Crucis ligno ge... ſcipionem. Hic figuram galeatam cernis, ſive illa ſit Roma, ſive Conſtantinopolis, ſive quæ alia, cum globo crucigero in dextra, ſcuto ad ſiniſtram, & ſtellula ſub globulo. Forſan & corona à manu cœleſti demiſſa, & Auguſtæ impoſita, in noſtro peculiare quiddam eſt. Alterum Æliæ Eudoxiæ numiſma. G





Vidit & deſcripſit Nummographus; ubi vides coronam lauream, & in medio crucem cum ſtella. H

Valentinianus III. Gallæ Placidiæ, ſororis Arcadii, ex Conſtantio Cæſare filius, Imperii jus & moderamen cepit anno Domini CCCC.XXV. & tenuit uſque ad annum Redemptoris CCCC.LV. quo interfectus eſt. Ejus numiſma accipe.

In

Digitized by Google

B In priore parte Valentinianum Auguſtum habes, *tenentem*, inquit Cardinalis Baronius, *dextra volumen, (ut creditur) Evangelii, ſiniſtra ſuper globum geminam crucem margaritis ornatam:* (ſed quod ad Φόρεμα ſeu geſtamen dexteræ attinet, ſuprà ex Codino explicavimus; quidnam illud eſſe poſſit.) *Altera verò parte intueris ipſam Gallam Placidiam Auguſtam, dextra erigentem, quæ oppreſſa à Tyranno (* Joanne *) jacebat, Italiam; ſiniſtra verò gemmatam crucem geſtantem, cujus potentiâ occidentale imperium poſt Honorii obitum à Tyranno præreptum, abſque ullo fermè negocio recepiſſet.*


C Inter numiſmata Doctoris Alberti Hungeri, felicis memoriæ, vidi æreum Veſpaſiani Imperatoris; in cujus parte antica eſt imago Imperatoris. In poſtica idem Imperator jacenti Romæ manum porrigens cum hac inſcriptione: ROMA RESVRGES. Simile myſterium in hoc itidem nummo latitare videtur.

Quod ad prænomen attinet, plerique non *Placidum*, ſed PLACIDIUM nominant, & quidem rectè, Ita enim etiam nummi Bavarici, & mater, à qua illi nomen, non *Placida*, ſed *Placidia*.

Alter nummus ſit iſte.

D







G

Edidit Antonius Aug. & poſtea Baronius, qui ad Eudoxiam Arcadii uxorem id referens, poſtea ſententiam mutavit, nec immeritò. Nam Eudoxia, uxor Arcadii vocabatur Iulia. Vides crucem ſupra ipſam Auguſtæ coronam radiatam, & diadema effulgere? quò fortè reſpexit S. Hieronymus ſcribens ad Lætam. *Regum purpuras & ardentes diadematum gemmas patibuli ſalutaris pictura condecorat.* *Epiſtol. 7.*

GALLÆ Placidiæ Auguſtæ duo numiſmata crucigera invenimus. Primum ☧ intra querceam coronam continet. In altero apparet ipſa Galla Placidia in dextro humero ☧ inſignita; cui manus ſupera coronam imponit. In alia parte figura cum cruce viſitur: quæ omnia in hiſce nummorum ectypomatis intueri licet. H

Ho-

Digitized by Google





C Honoria Gallæ Placidiæ filia, ſoror Valentiniani III. Attilæ Tyranno nuptum data, ùt ſcribit Paulus Diaconus. Ejus hunc nummum vulgavit Baronius. *Bar. tom. 6. anno 454.*



D

Ex quo etiam liquet Honoriam fuiſſe à Valentiniano fratre in conſortium Imperii adſcitam. Appellatur enim *Auguſta*, tametſi pictor & ſcalptor non ſatis ex fide egerunt. Titulus enim eſt. DN. JVSTA GRATA

Bavarico Theſaurophylacio depromimus: cujus quatuor aurei, & duo argentei ejuſdem notæ ibidem reperiuntur.



Ab hoc non multum diſcrepat ille, quem Baronius publicavit; niſi quòd victoria apud Baronium crucem gemmatam, eámque geminam geſtat. *Bar. anno 457.* G

Pulcheria Arcadii Imper. filia, Marciani uxor, obiit anno ſalutis CCCC. LIII. ſanctitatis opinione celebris: cujus hoc numiſma Cardinalis Baronius ex tenebris eruit.



H



E


Va-

CCCC. LXXIV. Hujus quinque aureos num-
mos reperimus inter Bavaricos ; ſed omnes hujus, quæ ſubjicitur, formæ.



Deſcribit tres alios Nummographus, in quorum uno ; Imperator cum cruce in dextera : cum Victoria in ſiniſtra. In alio : Victoria ſtans, dextra crucem geſtans. In
C alio. Leo manu crucem tenet. Victoria, crux.

Maioriani duos do nummos, quorum uterque perquam elegans, ut ipſemet in hiſce formis agnoſcis.




In utroque vides ☧ in Imperatoris
D clypeo. In parte averſa Imp. cum cruce in dextra ; cum Victoriola coronam imponente, in ſiniſtra : Dracone pedibus conculcato, qui nummus ſpecie accedit ad illum Conſtantini, quem ſuprà dedimus. In alterius nummi parte averſa crux eſt circumdata ferto: cujuſmodi nummos jam ſæpe vidimus. Priorem invenies etiam apud Baronium, ubi de Conſtantini Labaro. Et apud Antonium Auguſtinum Dial. IX. ubi geminus Draco pedibus figuræ crucem tenentis ſubſternitur.

viſu & conſideratu dignum.



Nil opus monere de ſingulis. Quis non videt globum crucigerum, quem duæ figuræ tenent, infra globum ſubjecto geminato X lineola duplici, per medium ſecto. Vel hunc, vel ſimilem vidit Nummographus, quem ita deſcribit. *Duæ figuræ militares ſtantes, tenentes globum* ♁ cum literis N. D. His nummus noſter caret. Alius habet hanc G
notam ☧ & forſan eſt iſte, quem Sada edidit in appendice ad Antonium Auguſtinum, niſi quòd litera decuſſata cum ſuo P. aliter formata eſt.



Julj Nepotis nummum unum reperimus inter Bavarica Cimelia. H



Invaſit Julius iſte Imperium anno Chriſti CCCC. LXXIV. Eundem vidit Nummographus: & alium, in quo Victoria, Crucem tenens.

Leo junior nepos Leonis, de quo capite ſuperiore, filius Zenonis, ex Ariadna Leonis



Arbitrantur quidam nummum hunc cuſum anno ſalutis CCCC.LXXIV. In quo Leonis & Zenonis nomina, ſed ita; ut ſolus Leo dicatur D. N. *Dominus noſter:* neque enim geminantur literæ DD. NN. ùt fieri ſolet, cùm de pluribus Auguſtis in nummis ſermo eſt: quia, quando Leo infans vivebat, Zeno Auguſtus non erat; ſed tantùm tutor Leonis infantis & adminiſtrator Imperij. Etſi fateor, tenuem hanc eſſe ſeu conjecturam ſeu
C opinionem; quia in multis nummis, ubi de duobus Auguſtis ſermo, non eſt niſi ſimplex D. N. Quod nominatim liquet ex nummo Juſtini & Juſtiniani, quorum uterque Auguſtus erat, & tamen D.N. non autem DD. NN. in eo apparet.

Effigiem diadematam exiſtimat Baronius eſſe Zenonis, eò quòd Leo tunc adhuc in cunis vagiret; ſed, ùt idem Cardinalis admonet, nil vetat credere, ipſius Leonis effigiem, etſi infantis, hac formâ repræſentatam fuiſſe. Quod autem à tergo legis: VICTORIA AVGVSTORVM, id factum noveris, non reſpectu ad Zenonem, ſed ad eum Auguſtum,qui in Occidente reg-
D nabat: qui hoc anno erat Glycerius. Zenonis ſolius hæc duo damus.







Zenoni mortuo ſucceſſit in orientali Imperio Anaſtaſius, Dicorus appellatus, anno Redemptoris CCCC.XCI. Defunctus annô Chriſti D.XVIII. Imperij ſui anno XXVIII. Nummi illius ſunt iſti.





G



Primum vidimus quoque in Antiquario Doctoris Alberti Hungeri. H Similes ſecundi aſſervantur novem alij inter Nummos Bavaricos; omnes aurei: tréſque alij ſimiles illi, quem tertio loco collocavimus, quorum omnium figuræ & inſcriptiones jam ſatis pateſcunt. Victoria ſecundi & tertij nummi globum Cruciferum geſtat manu ſiniſtra; & primi, crucem dextra. Deſcribit Nummographus alium, in quo Victoria crucem ſiniſtra tenet. Alium in cujus medio + quæ for-

Digitized by Google



In quibus nihil obſcurum. Tres alii aurei prioris ſimiles aſſervantur inter Bavarica cimelia. Et alius, in qua Victoria, dextrâ ſertum; ſiniſtra globum crucigerum gerens.

C Tertius Juſtini eſt minutulus iſte, ſed aureus.



In quo literæ R. & D. implexæ, globo infrà, cruce ſuprà. Sed quid ſibi volunt? Etſi hic culpa inciſoris globulus nullus, qui manifeſtus in archetypo.

Quartus nummus eſt iſte.



In quo crucem ſupra M. collocatam intueris, utrinque ſtellam. E. ſub M. cum
D literis COM. Vidit & deſcripſit eundem nummum Nummographus.

Quintus ſit iſte.



dependent.

Quid literæ ſolitariæ, & quaſi in crucis ſpeciem diſpoſitæ, ſignificent in his & aliis multis nummis, conjiciat ille, cui conjectandi facultas.

Res expedita foret, ſi nobis Hildegardis aliqua arcanorum explanatrix obtingeret: quæ hæc literarum myſteria panderet, ut olim factum, cùm presbytero cuidam hæ literæ G

K

A P H.

D

in crucis formam diſpoſitæ divinitus apparuiſſent, de quo hæc Theodoricus Abbas. *Theod. lib. 3. de vita ſanctæ Hildegardis c. 16.* *Res in Suevia vico Rudesheim ita geſta eſt. Presbyter ille quadam vice, peracto jam die, cùm nox inſtaret, intravit Eccleſiam, ut lumen ſanctis daret, cùm ecce vidit ſuper altare duas candelas ardentes. Venerat ſecum unus juvenis ſcholaris, in adjutorium divini ſervitij ſibi aſſiduus & familiaris. Ad quem cùm diceret, quare candelas extinguere neglexiſſet, & ille reſponderet, quòd eas extinxiſſet; acceſſit ſacerdos ad extinguendum, & invenit pallam altaris explicatam, ſicut evolvitur ad divinum Sacramentum agendum, cúmque ſtaret ſtupefactus, juvenis ille corruens in terram clamavit, & ipſe in ecſtaſi factus, Gladius Domini occidit nos. Quem cùm presbyter percuſſum putaret, feſtinavit, ut eum à terra levaret. Sed ille nullam habens læſionem, protulit hunc ſermonem; Si literas quæ in palla altaris ſunt, viderimus, non moriemur.* H *Exiſtimans autem eum hoc præ timore ignoranter clamare, acceſſit iterum ad altare; & in loco, quo ſacra conficiuntur, invenit in palla quinque literas in modum Crucis abſque humano opere ſcriptas, ſcilicet in expanſione, A. P. H. In erectione, K. P. D.*

His viſis & diligenter notatis, juvenis viribus receptis erigitur. Sacerdos palla complicata, & candelis extinctis domum ſtupidus revertitur. Literæ ſeptem diebus duraverunt; octavo die & deinceps

C 

Extat apud Baronium anno Chriſti D. XXVII. qui putat cuſum, quando Juſtinianus à Juſtino ad Imperij dignitatem evectus eſt. Ex parte averſa eſt trium Auguſtorum inſcriptio; per quos deſignari Juſtinum, Juſtinianum, atque etiam Theodoram, certum eſt, inquit Cardinalis Baronius.

D

CAPUT XX.

Nummus Juſtiniani Imperatoris cum digreſſione de globo Crucigero, aliisque Imperialibus ſtemmatis & digmatis.

Primus Juſtiniani nummus ſit iſte.



ſeptingenteſimo decimo, licèt inſigne illud Imperiale diverſis ſpeciebus prius figuratum fuiſſet, Venerabili tamen Papæ Benedicto, Sedis Apoſtolicæ, fieri juſſum eſt admodum intellectuali ſpecie, idem inſigne præcepit fabricari, quaſi aureum pomum, atque circumdari per quadrum precioſiſſimis quibuſque gemmis, ac deſuper auream Crucem inſeri. Erat autem inſtar ſpeciei hujus mundanæ molisque G *videlicet in quadam rotunditate circumſiſtere perhibetur, ut dum ſiquidem illud reſpiceret Princeps terreni imperij, foret ei documentum, non aliter debere imperare vel militare in mundo, quàm ut dignus haberetur vivifica crucis tueri vexillo. In ipſo etiam diverſarum gemmarum decoramine videlicet imperij culmen plurimarum virtutum ſpeciebus exornari oportere. Cùmque poſtmodum prædictus Papa, Imperatori videlicet Henrico, hujus rei gratia Romam venienti, cum maxima virorum & ſacrorum ordinum multitudine proceſſiſſet ex more, eique hujuſmodi inſigne, ſcilicet Imperii in conſpectu totius Romanæ plebis tradidiſſet; ſuſcipiens illud hilariter, circumſpectóque eo, ùt erat vir ſagaciſſimus, dixit: Optime Pater, inquiens ad Papam, iſtud facere decrevîſti noſtræ portendendo juvenis Monarchiæ, qualiter ſe moderari debuerat, cautius perdocuiſti. Deinde manu gerens illud auri pomum ſubjunxit: Nullos, inquit, melius hoc præſens donum poſſidere ac cer-* H *nere congruit, quàm illis, qui pompis mundi calcatis, Crucem expeditiùs ſequuntur Salvatoris. Qui protinus miſit illud ad Cluniacenſe Monaſterium Galliarum, quod etiam tunc temporis habebatur religioſiſſimum ceterorum, cui & alia dona plurima contulerat ornamentorum.* Hæc ille.

Ubi certum, in numerum irrepſiſſe mendum; nam anno ſeptingenteſimo decimo nil ſimile contigit; ùt notum omnibus, qui vel eminus hiſtoriam & chronologiam ſalutàrunt. Deinde, ut maximè vero conſentaneum eſſet, quod Rudolphus ſcribit; dicere tamen oporteret, globum hunc crucigerum, ſtemma & digma Majeſtatis Imperatoriæ, à Benedicto non fuiſſe inventum ac in-

Digitized by Google

ſanctorum duo Standalia decenter inſignita pro memoria ſanctorum Martyrum & tutela, contra inimicos crucis Chriſti pugnaturus propriis manibus accepit. Anonymus, loquens de eodem Amiralij Ægyptij vexillo, de quo Robertus. *Longiſſima haſta, argento operta per totum, quod vocant Standart, & quæ regis Babyloniæ exercitui ſignum præferebatur, & circa quam præcipua virtus denſabatur, ad quam victi & diſſipati revertebantur, capta eſt à Roberto Nortmannorum Principe.*

Redeamus ad Crucem & Crucigerum globum: quibus ſemper, poſtquam Romanum Imperium cœpit eſſe Chriſtianum, inter imperialia ornamenta; & quidem præcipua, locus fuit. Hinc Anonymus, qui vitam Henrici IV. Imp. miſit in literas, ait; filium Henricum, cùm Patrem in ſuam poteſtatem redegiſſet, *miſſo Legato mandâſſe, ut abſque mora ſibi crucem, coronam, & lanceam, cæteráque regalia tranſmitteret.* Quod ipſe Henricus parens objicit Henrico filio ſuo in quadam ad eum epiſtola, *lanceam, & crucem & omnia regalia inſignia, vi & timore mortis à nobis extorſiſti.* C

Quæritur, quæ fuerit hæc lancea. Reſpondeo, fuiſſe illam, qua latus Domini in Cruce apertum eſt, non quidem totam, ſed cuſpidem ferri, quæ nomen totius lanceæ per Synechdochen obtinuit, ùt probavimus in Syntagmate de Inſignibus & Regalibus S. R. Imperij; tametſi non abnuimus in ijsdem ſacris Cimeliis aſſervatas itidem eſſe lanceam Conſtantini Magni, lanceam S. Mauricij, & lanceam Caroli Magni, ùt in eodem Commentariolo abundè demonſtratum eſt. D

Syntagma exſtat in Mantiſſa ad Tom. 1. de S. Cruce

Crux, quæ inter Imperii digmata, diverſa & ſejuncta eſt ab illa, quæ in globo: de qua Viterbienſis hæc carmina cecinit, ſi non verbis & numeris, at certè ſenſu venuſta.

Crux, caput imperii, datur hæc medicináque morbis,

…miſmatis.

DEDIMUS ſuperiore capite unum duntaxat Juſtiniani numiſma: ſed en alterum & quidem perquam elegans.



Nec minùs ſcita hæc tria, quorum poſticam duntaxat partem expreſſimus, quia in antica conveniunt cum priori. G



Accipe & hæc duo.





H

Utrumque extat quoque apud Baronium anno Chriſti D. XXVII. Juſtiniani autem primo: & quidem cùm quintus nummus in priore parte habeat duplex AA, in

Digitized by Google

numos profert & deſcribit Nummographus: & unum quidem aureum minutum; qui à tergo habet Victoriam, quæ dextra ſcipionem tenet, ſiniſtra globum cum Cruce, addita hac epigraphe: VICTORIA AVGGG. H.

Alium minorem aureum, eadem inſcriptione, niſi quòd Victoria dextrâ tenet coronam, ſiniſtrâ globum. Alium, in cujus parte averſa imago Chriſti cum Cruce: hac inſcriptione: D. N. IHS. CHRIST. REX REGNANTIVM. In parte anteriore: D. N.
C JVSTINIANVS ET TIBERIVS P. P. A.

Alium neſcio num unum an geminum hac forma.

✠ A ✠
M N
N KXII.
ROM O A.

Alium, cujus inſcriptio D. N. IVSTINIANVS ET EKYCHRISTIVS, figura ſtans tenens Crucem.. IHS. CHRIST. REX REGNANTIVM. Similes inferiùs afferemus, qui meritò ſcrupulum injiciant; & alibi jam mo-
D nuimus, utrum verum ſit, quod Joannes Curopalata ſcribit: primum fuiſſe Joannem Zimiſcen, qui Salvatoris imaginem numiſmatibus adjecerit: Quomodo primus, ſi Juſtinianus, tot annis anterior? Etſi in his nummis non injuria mireris, cur Juſtiniano adjunctus Tiberius; & in altero *Ecychriſtius?* An fortè illud numiſma pertinet ad Juſtinianum Juniorem, qui à naſo reciſo Rhinotmeti nomen invenit; quique Tiberium Abſimarum, recuperato imperio expulit, imò & ſupplicio affecit? At non eſt credibile pariter in nummis effictos fuiſſe. Nec illud de *Ecychriſtio* dubitatione caret.

Curopal. in ſua hiſtoria.


alii Imperatores Draconem pedibus figuræ cujusdam Crucem geſtantis ſubjectum in numiſmatis efformârunt; id Theodahatus Gothorum Rex Arianus itidem fecit; ſed remota Crucis imagine. Nummum reperies apud Baronium Tom. 7. anno Chriſti D.XXXIV. in cujus tergo eſt Victoria alata, dextrâ coronam ferens, ſiniſtrâ palmam, & utroque pede ſerpenti inſiſtens, cum hac inſcriptione: VICTORIA PRINCIPVM. Noluit videlicet Victoriam felicésque ſucceſſus Cruci adſcribere; (ùt fecerant Conſtanti- G
nus Magnus & alii) germanum exemplar & forma Hæreticorum hujus temporis; qui & ipſi quidvis libentius agunt, quàm ut numiſmata Cruce ſignent. Vidit & deſcripſit ſimilem ferè Theodahati nummum Nummographus: niſi quòd Victoria ſerpenti non inſiſtit, ſed lituum ad pedes habet.

Reperi tamen in opere Inſcriptionum Antiquarum totius Orbis Romani pag. 168. crucigeram inſcriptionem Atalarici Regis hunc in modum conceptam. ✠ ATALARICVS REX ✠ GLORIOSISSIMVS HAS SEDIS SPECTACVLI ANNO REGNI SVI TERTIO FIERI FELICITER PRÆCEPIT.

Inter Bavarica numiſmata extant tria alia aurea Juſtini ſenioris ſimilia primo, à no-
bis ſuprà depicto & deſcripto: Juſtiniani au- H
tem ſeptem ſimilia nummo illi, quem ultimo loco poſuimus.

Iuſtini Junioris nullum numiſma crucigerum reperi in Theſaurophylacio Bavarico; ùt nec Tiberii ſecundi; quorum ille Imperium iniit anno Chriſti D.LXV. mortuus anno ſalutis DLXXXII. quo Tiberius ſucceſſit. Nummum Juſtini aureum deſcribit nummographus his verbis. D. N. JVSTINVS. P.P. AVG. VICTORIA. AVGGG. N. CONOB. *Figura ſedens, dextra haſtam, ſiniſtra globum cum cruce.* Alius Tiberii Conſtan-

Digitized by Google



Alter, ùt vides, Juſtini nomen præſefert; alter Juſtiniani. Etſi autem Sada non docet, cujus Juſtini & Juſtiniani, non incommodè tamen in hoc capite locum ſibi
C vendicant? cùm ratio nulla ſit; cur de aliis, quàm de majore Iuſtino & majore Juſtiniano accipiamus. Stellæ ſymbolo addito ad crucem in P. ſupernè deſinentem; indicare forcaſſis voluerunt illam ſtellam, de qua olim vaticinatus fuerat Balaam: *Orietur ſtella ex Jacob.* Stellis autem inſigniri nummos jam
Num. 24. dudum annotavit Theodoretus in hiſtoria Religioſa, ubi de Simeone Stylita.

CAPUT XXII.

Nummi Crucigeri Mauricii, Phocæ, & Heraclii Imperatorum.

IMPERARE cœpit Mauricius anno Redemptoris D. LXXXVI. quo Tiberius obiit; tenuitque Imperium uſque ad
D annum Chriſti DC. II. Ejus unum numiſma hic proponimus; quod & apud Lipſium extat.






Ubi tres cruces cernis; unam, ſupra verticem: duas in utraque manu globo inſiſtentes. Alius Phocæ nummus iſte. G



Crux vertice, imò ſupra ipſum diadema fulget. Tertius Phocæ Nummus.



Plures deſcribit Nummographus: inter cæteros etiam talem, in quo hæc ſpecies.



H

Turcidato Phoca anno Chriſti DC. X. Imperium adeptus eſt Heraclius, cujus en quatuor nummos, qui & apud Cardinal. Baronium, excepto ultimo.

Pu-

Digitized by Google



C





D



Putat Baronius hæc & ſimilia numiſmata cuſa, recuperata à Perſis ſanctiſſima Chriſti cruce, & Hieroſolymam ſummo triumpho reducta; quod multò magis credunt nonnulli de inſigni nummo Heraclii, qui eſt apud Lipſium, in quo Imperator curru triumphali ſublimis, & coronatus conſpicitur, radiata & crucigera conſpicui, vultum ad radios cœlo delapſos attollentis, hac precatione adſcripta; *Illumina vultum tuum Deus ſuper tenebras noſtras: Militabor in gentibus.* Græca inſcriptio eſt iſta. βασιλεὺς καὶ αὐτοκράτωρ ῥω (ῥωμαίων) νικητὴς καὶ νομοθέτης ἀεὶ αὔγυςος ἡράκλειος ἐν χριςῶ τῶ θεῶ πιςός. *Rex & Imperator Romanorum victor & legiſlator ſemper Auguſtus Heraclius in Chriſto Deo fidelis.*

CAPUT XXIII. G

Digreſſio de magno Heraclii nummo & uberior ejus explicatio.

CUPIEBAM Heraclii nummum cap. præcedente deſcriptum; hic lectorum oculis ſubjicere; ſed quia id non licuit, non committam, ut quem nummum exhibere non poſſum in imagine, non exhibeam in explicatione; multò enim pulchrior ac auguſtior eſt, & conſideratione dignior, quàm ullus Lacedæmoniorum nummus, ex eorum numero, quos χελώνας vocabant ab impreſſa teſtudinis effigie: de quo numiſmate emanavit illud, inquit Cælius: *Cal.lib. 10. cap. 2.*

τὰν ἀρετὰν καὶ τὰν σοφίαν νικῶντι χελῶναι.
Virtutem & ſapientiam ſuperant teſtudines.

Etſi autem video, quo ſenſu iſtud de his teſtudinibus jactatum fuerit, ſcilicet nec probo, nec probando, neque enim par eſt, ut virtus & ſapientia pecuniæ cedere cogantur; verè tamen verſiculum hunc ad crucem in nummo Heraclii; & in aliis effigiatam transtuleris; hæc enim verè ſapientiam hujus mundi ſuperavit; de qua victoria S. Paulus iſta: *Perdam ſapientiam ſapientum: & prudentiam prudentium reprobabo. Ubi ſapiens? Ubi ſcriba? Ubi conquiſitor hujus ſæculi? nónne ſtultam fecit Deus ſapientiam* *1. Cor. 1.* H

F *hujus*

cere vellet cives, qui à bovis [illegible] nomen bovis tulit. Quanto rectiùs nummis crux additur, tum ùt ſymbolum devicti dæmonis, tum ùt inſtrumentum, & quaſi dux ad ſalutem; tum ut mnemoſynon ad omnem mentis culturam exercendam. Nec immeritò à cruce nummi quidam *cruciferi*, ſeu *cruciati* audiunt.

Dyobolis addebant Athenienſes *noctuam*, faciémque Jovis. Tetrabolis duas noctuas. Chriſtiani veteres, quibus pietas cordi erat, lucis potiùs notam, quàm noctis adjungendam arbitrati ſunt. Fuerunt olim Gallis ſui *Philippei*, ab imagine alati genii *geniati* dicti: Fuerunt & *ſceptrati* & *ſoliati*, Regis *trabeati* jura reddentis imagine præſignes. Athenienſibus erat numiſma, cui nomen *κόρη*; id Euripides vocat *παρθένον*, *Virgi-*
C *nem*, ab inſculpta Palladis imagine. Corinthiorum nummus quidam *πῶλος* appellabatur à Pegaſi icone. Mitylenæi Sapphus imaginem nummis inſculpebant. Homerum Chii. Alii puerum Delphino inſidentem. Rhegini leporem. Cephalenii equum. Thaſii Perſen. Argivi murem; item lupum. Troezenii tridentem, quòd Neptunum colerent. Quidam imaginem Sagittarii. Germani olim ſerram.

Rectiùs omnibus Chriſtiani, qui Chriſtiana ſymbola addiderunt, ante omnia crucem; qua vix aptius memoriæ adjuvandæ & cœleſtibus beneficiis recolendis monumentum.

Celeberrimus olim habebatur nummus Tenedius, à Tenedio Rege nomen ſortitus,
D qui lege ſanxerat, ut mœchis utriſque, ſi deprehenderentur, caput ſecuri percuteretur; quam legem in filio quoque rigidè obſervârat. Quapropter in nummo addita eſt; ab una parte, *ſecuris*: ab altera, facies duæ, ex una cervice prodeuntes. Quo ſigno clarum facere voluit Rex ille ſuam juſtitiæ legibus ſatisfaciendi ac obtemperandi cupiditatem; qui juſtitiæ amor longè clariùs elu-

[illegible] *coronam decoris in capite tuo.*

Prætereo lampades ardentes in hoc ipſo Heraclii nummo expreſſas. An innuunt illam de quinque prudentibus virginibus parabolam? An inſinuant Crucem eſſe lampadem ſeu lucernam Chriſtianorum, quæ in hujus vitæ caliginoſo loco lucem præpandat, nóſque ad lucem illam inacceſſam ſecuro calle deducat? Sunt qui dubitent de genuina hujus nummi antiquitate. Sed ut ipſa Heraclii ætate cuſus non ſit; non tamen hinc conficitur, nuper fuiſſe fictum & factum. Quo enim argumento iſtud evincitur? Ex Græca quapiam officina profectum, nemo non videt. De tempore nil penitus adjectum animadverto. Itaque non ſatis capio, cur non longè ante ſæculum noſtrum, in memoriam reportatæ ex Perſia Crucis, hujuſ- G
modi nummus percuti potuerit, etiamſi ipſo Heraclii ævo percuſſus non fuiſſet, quia Græcos, & maximè Imperatores, Cruci addictiſſimos fuiſſe nemo neſcit. Quos hujuſmodi honorariis nummis inſignem illam Heraclii Victoriam celebrare voluiſſe, nil vetat credere, niſi animus aut nihil, aut parum, quod ad Crucis gloriam ſpectet, credere ſolitus.

Quod autem forma nummi non ſit ab Heraclii ævo, perſuadere videntur cùm alia, tum prolixitas barbæ; quam Romani Imp. radere ſolebant. Cedrenus de Mauricio Imp. *Barbam Romano more tondebat.* Idem Cedrenus de hoc ipſo Heraclio. *Fuit Heraclius ſtatura mediocri, &c. barba lata atque prolixa: Imperator factus, ſtatim comam totondit, ac men-* H
tum raſit, qui eſt Imperatorum habitus. Etſi olim apud Ethnicos Imp. varius fuit mos, aliis radentibus, aliis barbam alentibus. In cujus corona vides precioſos lapides & gemmas, de quorum myſterio hæc Viterbienſis.

Julius inſtituit gemmas ſupereſſe coronæ,
Ut precioſa foret lapidum gravidata decore.

Nunc

Digitized by Google

bolum, non tamen niſi poſt Julium inter
B Imperatorum ſpecialia ſigna receptus eſt. De auro coronæ Imperatoriæ hæc idem Auctor

Aurea materies regalibus apta coronis,
Indicat imperium mundi ſupereſſe patronis.
Circulus eſt orbis, forma rotunda ſoli.
Aurum cuncta ſuo ſuperat fulgore metalla.
Imperium ſuperat, quos orbis continet aula
Et bene Romuleo jure gubernat eos.
Suſcipit innumeras aurum tractabile formas,
Suſcipit & varias Romana Monarchia normas,
Flexibilis, facilis, aurea forma ſuis.

Scribit Cedrenus unà cum Heraclio auream coronam ſepultam fuiſſe: & quidem illam, qua Conſtantinus filius ejus Imperator inauguratus fuerat. Quod cùm nonnulli Conſtantino ſuggeſſiſſent, ille factum mali ominis ratus, *mandavit Callinico cubiculario*, inquit Cedrenus, *ut eam ſibi afferret:*
C *Abiit ille, & ſepulchro recluſo, coronam capiti adhæreſcentem cum crinibus revellit, & Conſtantino affert. Is ſolvi & æſtimari jubet coronam, & æſtimata eſt libris ſeptuaginta.* Sed Heraclonas, qui breve Conſtantini Imperium excepit, obtulit templo ſanctæ Sophiæ coronam, *quam Conſtantinus ex ſepulchro patris abſtulerat.*

Fuerunt etiam Hebræorum Regibus & Principibus coronæ aureæ & margaritis unionibúſque diſtinctæ in uſu. Ad quas alluſit Pſaltes, Pſal. 20. *Poſuiſti in capite ejus coronam de lapide precioſo.* Et 1. Paralip. 20. *Tulit David coronam Melchom* (Regis Ammonitarum) *de capite ejus, & invenit in ea auri pondo talentum, & precioſiſſimas gemmas, fecitque inde ſibi diadema.* Num verò diadema
D propriè dictum, quale in nummis paſſim apparet, an latè ſumptum, hoc eſt, coronam radiatam, qualis hodiè uſitata; & ad illam aliquatenus formam, quæ in corona Heraclii apparet? Non liquere videtur, num talia diademata Hebræis in uſu fuerint. Etſi non rara mentio in ſacris literis diadematis, ut de hac ipſa corona Regis Ammonitarum
geſtâſſe? Septuaginta Interpretes non habent vocabulum *Diadema:* ita enim reddiderunt hunc locum: καὶ ἔλαβον τὸ βασίλειον τὸ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. *Et accepi regium inſigne, quod erat in capite ejus.* 4. Reg. 11. *Produxit* (Jojada ſacerdos) *filium Regis, & poſuit ſuper eum diadema, & teſtimonium, feceruntque eum Regem, & unxerunt, & plaudentes manu, dixerunt, vivat Rex.* Apud 70. Interpretes; ἔδωκεν ἐπ᾽ αὐτὸν νεζὲρ καὶ τὸ μαρτύριον. Græci commentarii interpretantur Nezer ἁγίασμα, *ſanctificationem*; ſive *inaugurationem*; quæ fit impoſito diademate Quocirca non malè noſter interpres *diadema* tranſtulit. Cant. 3. *Egredimini, & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater ſua, &c.* 70. Interp. ἐν τῷ στεφάνῳ ᾧ ἐστεφάνωσεν αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ. *In corona.* F

Aliqua ſcripturæ loca, ubi diadematis mentio, accipi poſſunt abſque ullo incommodo de diademate, ùt gemmatam tæniam ſeu faſciam ſignificat. Dico *tæniam*, quia licèt hæc vox propriè ſignificet vincula, quibus faſcia ad occiput colligatur; ſæpe tamen nomine partis ad totum translata, totam faſciam ſignificat. Hinc. ταινιοῦν, *coronare, redimire* & apud recentiores Græciæ hiſtoricos ταινία βασιλική, *Diadema regium.* Talis locus eſt Eſther primo, ubi præcepit Rex, ut introduceretur Regina Vaſthi coram Rege, *poſito ſuper capite ejus diademate.* cap. 2. *Poſuit Rex diadema in capite* Eſther, *fecitque eam regnare in loco Vaſthi.* Cap. 6. ſuadet Aman, ut is, quem honoratum Rex cupit, præter cætera honeſtamenta, ornetur *diademate regio.* 1. Machab. 1. dicuntur omnes Alexandri magni ſucceſſores ſibi impoſuiſſe *diademata.* Cap. 13. Tryphon *impoſuit ſibi diadema Aſiæ.* Cap. 11. *Impoſuit duo diademata capiti ſuo, Ægypti & Aſiæ.* Hæc & ſimilia ſacrarum literarum loca nil vetat accipere de faſcia ſeu tænia gemmata, quandoquidem certum eſt, hujusmodi inſignia Perſarum, Græcorum & aliarum nationum G H

Digitized by Google

Satis de corona occaſione coronæ Heraclianæ.

In manibus fert Heraclius crucem: hæc enim Imperatoribus Conſtantinopolitanis fuit loco ſceptri, quod alioqui inſigne Regum: hinc apud Poëtas: σκηπτȣ͂χοι βασιλῆες, *ſceptriferi Reges*. Etſi aliis itidem inferioris ordinis, ſceptra, poteſtatis & magiſtratus ſymbola, conceſſa ſunt; ùt ex Codino clarum, qui δικανίκια nominat. Quid autem ſceptrum ſit, & cui competat, non ineleganter docuit iratus Achilles apud Homerum jurans per ſceptrum, quod manu gerebat.

Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν ὄποτε φύλλα καὶ ὄζȣς

C Φύσει, ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν.

Οὐδ᾽ ἀναθηλήσει περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε

Φύλλατε καὶ φλοιόν. νῦν αὖτέ μιν ὗιες ἀχαιῶν

Εν παλάμαις φορέȣσι δικάσπολοι, οἵτε θέμιςας

Πρὸς διὸς εἰρύαται.

Per hoc ſceptrum juro, quod neque folia, neque ramos proferet, poſtquam in montibus reſectum eſt, neque refloreſcet, quandoquidem ferrum ei folia & corticem abſtulit; quod nunc Græci, qui juri dicundo præſunt, idq́ officij à Jove impetrârunt, manibus ferunt. Verùm hæc Troicis temporibus, quando omnia erant rudiora: nam poſtea ad aurum & gemmas ventum eſt.
D Sacerdotes quoque ſceptra geſtabant: quia apud eundem Homerum adit Chryſes ſacerdos Agamemnonem, χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ: *aureo cum ſceptro.*

His omiſſis, ad Reges redeamus, quibus plerumque aut Crux, ſceptrum; aut certè ſceptrum crucigerum. Rogerus in Annalibus Anglicanis de Richardo I. Angliæ Rege.

iuum variat) A parte averſa Crucem ... gradibus & hac epipraphe. VICTORIA AVGVST. COM. OB. Miſit olim ad me *Marcus Velſerus* II. Vir Auguſtanus, cujus memoria omnibus literatis ſemper ſancta erit, deſcriptionem & expoſitionem Arabici cujuſdam nummi, in quo duæ imagines apparent, ſupra quarum verticem ejuſmodi verba leguntur.

Bnò Caiſar Conſt.

id eſt, Filius Cæſaris Conſt.

In averſo numiſmate, ad marginem, adque dextram, videntur hujuſmodi characteres:

Già malo marri.

id eſt: Venerunt divitiæ Domini.

In oppoſito margine, videntur hi characteres expreſſi:

Sanath haſarvè ſeſmea.

id eſt: anno decimo & ſexcenteſimo. G

In medio grandiuſculis characteribus ſic legitur:

Fatara Allàho Naſero el Cabiro Amiro
Mariche Marri Chanechan le Caiſar.

id eſt; Fecit Deus adjutor grandis Imperator Dominus Dominantium eligendo ipſum Cæſarem.

Literæ ad imum numiſmatis expreſſæ, quibus fortè nomen civitatis continetur, ubi ipſum numiſma cuſum eſt, legi nequeunt, ſic, ut aliquid certi indicent.

Mea opinione, videtur numiſma cuſum in honorem Flavij Heraclij patris, & Flavij Heraclij Conſtantini filij, qui ſimul regnârunt diutiſſimè. Hæc ſalvo meliore judicio. H
Hactenus nummi Arabici explanator, cujus ſententiam huc tranſcribere libuit; quandoquidem de Nummis Heraclij nobis hoc loco ſermo eſt, tametſi nummus non ſit cruciger.

CA-





Erit forſan, qui primum referat ad Conſtantinum, ob barbam *Pogonati* nomen adeptum; qui Imperium iniit anno Chriſti DC. LXVIII. filius Conſtantis Imperatoris. Et hoc ipſa Imperatoris figura ſuadere videtur. Sed quid ſibi vult adjuncta imago *Conſtantis*, niſi fallor, nomine indigitata? num filius Conſtantini eſt? At nihil, quod ſciam, tradunt hiſtoriæ de filio Pogonati, cui *Conſtantis* fuerit nomen. An potiùs nummus iſte pertinet ad filium Heraclij Conſtantinum, qui vix quatuor menſes imperavit, relicto ſucceſſore, Conſtante filio: quem aliqui Conſtantium, quidam Conſtantinum vocant. *Nos verò ſecuti Theophanem*, inquit Baronius, *Conſtantem appellabimus:* cui etiam hic nummus ſuffragatur. Ad quem fortaſſis ſpectat quoque nummus ſecundus: nam de Pogonato nihil hic ſuſpicari licet; cur enim imberbis *Pogonatus* pingeretur? Multo minùs hic cogitare quidquam poſſumus cum
D ratione de Conſtantino Magno: quia forma Crucis diverſa eſt ab illa, quæ tempore Magni Conſtantini in nummis exprimi ſolebat. Minus huc facit Conſtantinus Copronymus: moſtrum potiùs hominis, quàm homo. Quid ſi referatur ad Conſtantinum Irenes filium, Imperatorem orthodoxum, & Iconoclaſtarum debellatorem? Sed hoc nimis remotum eſt, & ſchema nummorum repugnare videtur, tanquam poſterioris ætatis. Nec deſunt alij Conſtantini, quibus majore cum veriſimilitudine nummus iſte attribui poſſit.

Cùm hæc commentarer allata & oblata eſt mihi expoſitio Numiſmatis argentei Conſtantini Imperatoris Byzantini, quod hic expreſſum vides, cujus partem averſam interpres ipſe, poſtquam Chriſtianorum Principum in Moneta religioſis ſignis exornanda ſtudium deſcripſiſſet, his verbis proponit: *Horum omnium religioſam elegantiam ſuperare volens Conſtantinus hic noſter, &c. in ampliſſimo iſto hujus nummi orbe, &c. non tantùm Crucem Dominicam conſecravit, addito elogio ex verbis Apoſtoli.* MIHI ABSIT GLORIARI NISI IN CRVCE DOMINI NOSTRI JESV CHRISTI. *Sed eam etiam myſtico & elaboratiſſimo emblemate honeſtavit, &c. Stat igitur terræ infoſſus & deſtitutus ſtipes Crucis, anguem ſibi ſubditum, & intortum elidens; in baſi alveo quodam veluti labro fontano incluſus cui aqua è duabus fiſtulis prorumpens illabitur;* H

demptioni. Hieronymus. *Regum purpuras, & ardentes diadematum gemmas, patibuli Salvatoris figura condecorat.* Etſi ego in corona Conſtantini nullam crucem animadverto: nam Crux, quæ ante epigraphen apparet, non pertinet ad diadema, quia prorſus eſt extra diadema, ùt pictura palàm repræſentat; & clarius adhuc apparet in æreo hujus nummi ectypo, quod penes me eſt. Et ex altera parte verbis illis: *Mihi abſit gloriari,* &c. Præponitur ſimiliter ſignum Crucis; ſed præponitur inſcriptioni eo more ſolenni &
C antiquo; de quo lib. 2. de S. Cruce, cap. 19. fuſiùs diſſerui. Scripturi enim quidpiam, crucem præpingebant; quod maximè elucet in titulis ſepulchralibus & epitaphiis. Cui conſuetudini ſe iſte itidem conformans Crucem inſcriptioni præmiſit in hunc modum. ✠ CONSTANTINVS IN XPO DEO FIDELIS IMPERATOR ET MODERATOR ROMANORVM AVGVSTVS. Sic in parte ejuſdem nummi crux præponitur inſcriptioni. ✠ MIHI ABSIT, &c.

Pergit interpres. *Equi Thracij & generoſi ornatus ſimplex eſt, frenum, antilena, & ſella, & poſtilena, abſque phaleris, ſed totus margaritis ſqualens, quod ſoli Imperatori competebat, &c. Frenum abſque margaritis eſt, quippe rubricatum.* Hæc ille de hoc numiſmate.

De cujus tamen fide, ut de illo Heracliano æquè magno non deſunt, qui dubitent, ùt
D teſtatur ipſemet interpres & editor numiſmatis: ex quorum numero Abraham Ortelius, cujus hæc verba. *Audacter dicere audeo, eum integrè non ex antiquo originem habere: à parte equitantis pro antiquo agnoſco. Partem averſam autem cum cruce non item. Illam appoſitam à funditore quodam judico. Eſſe hanc partem alterius & recentioris ævi, indicat picturæ genius, literarúmque forma.*

Verùm non immeritò miretur quis hoc viri docti & orthodoxi judicium. Quæſo an non mos vetuſtus eſt, & à Conſtantini ſæculo repetitus, Crucem addere numiſmatis? An non & prior nummi pars recentior certudo figurarum? Nec emblemata & alia florum genera penitus ſunt à veteri ævo aliena, ùt fatebitur, qui propiùs veterum ſtatuarum, picturarum, & numiſmatum formas inſpexerit.

Alius ab ejuſdem Conſtantiniani numiſmatis expoſitore citatus rejicit non modò hunc Conſtantini nummum, tanquam ſpurium & ſuppoſititium; ſed etiam alium ejuſdem fermè magnitudinis, Heraclii Imperatoris, de quo ſuprà: *Nihil,* inquit, *antiquum in his nummis videtur, neque, veſtitus, neque corona, neque equorum ornatus, neque literarum figuræ, neque inſcriptiones. Et ſtapes in equo Conſtantini nuper eſſe fictum ſatis indicat, & quidem ab homine non ſatis cauto.* G Verùm hæc & ſimilia probant nummum hunc non eſſe ab ævo Conſtantini illius Magni; aut alterius à noſtris temporibus remotioris; ſed quòd non ſit Imperatoris ætati noſtræ propinquioris, ſive is ultimus ille Conſtantinus fuerit, ſub quo Conſtantinopolis amiſſa, ſive quis alius ex tot anteceſſoribus Conſtantinis, id profectò ſeu *ſtapedes* ſeu *ſtapiæ* non impedirent; uti nec inſcriptio partim Græca, partim latina, (in nummo quidem Heraclii) nec forma characterum, nec aliud eorum, quæ in illo nummo viſuntur. Nam Imperatoribus Græcis *ſtapedes* erant in uſu, clarum id ex Curopalata, qui *ſcalas* nominat. Loquens enim de apparatu equeſtri ejus, qui in Aula Conſtantinopolitana vocabatur H Deſpota; ſic ait. αἱ δὲ σκάλαι, οἷαι καὶ βασιλικαί. *Stapedes, quales Imperatoris.* Alibi de Protocynego ſeu Venatorum Magiſtro. τοῦ βασιλέως τὸν ἵππον ἀναβαίνοντος, οὐδεὶς ἕτερος τὴν σκάλαν κατέχει εἰ μὴ μόνος οὗτος, εἰ παρὼν εὑρίσκεται. *Quando Imperator equum aſcendit, nullus alius ſtapedem tenet præter iſtum, ſi adſit.*

Curopal. lib. de off. Aulæ Conſtantinopol.

Ex eodem Curopalata liquet τὸ κοπριτώριον, hoc eſt, *coopertorium* ſeu *operimentum* equi Imperatorii gemmis & margaritis fuiſſe ornatum. Nam de Deſpota agens ait, οὐ μὴν

καὶ

[illegible] quam Crucis uſus in diadematis, in veſtibus, alibi? Manu crucem geſtârunt æquè ac ſceptrum. Quid mirum, ſi & ex collo, ut hæc pictura ſpectantium oculis ſubjicit? Veſtes crucibus refertas induerunt: quid mirum, ſi & ex collo ſuſpenderunt? Quid mirum, ſi crucem non ſemel, ſed ſæpiùs C in eodem nummo addiderunt, qui cruci omnia in acceptis retulerunt? Jam verò formæ literarum, ecquid tandem præ ſe ferunt, quod adeò ſit novitium ac nuperum? Scilicet, ut quidam inſpectis duntaxat equorum dentibus, è veſtigio pronunciant de annis, ita & iſti inſpectis tantummodo numiſmatis, ſtatim norunt, quo ſeculo cuſa ſint. Apud me dubitatio nulla eſt, numiſma Conſtantini eſſe, vel alicujus ex illis Conſtantinis, qui paulò ante, vel poſt annum Domini milleſimum in oriente imperârunt. Idémque ſentio de numiſmate Heraclii, ut enim non ſit ipſa Heraclij ætate natum, noſtrum tamen ævum ſupergredi, & in honorem, ac memoriam Crucis ab Heraclio ex Perſia reportatæ percuſſum eſſe, nihil ambigo: quod mihi ſatis ad perpetuum crucis D cultum demonſtrandum, & defendendum: nam quid mulieres utrinque in nummi Conſtantiniani averſa parte aſſidentes ſignificent; quid item palmæ folia & palmites ſeu deni ramuſculi, quibus veſtitur crux, & circundatur, Interpreti exponendum vel potiùs conjectandum relinquo. Mihi fit probabile, figuram illam, habitu decenti & matronali ſpectabilem, & in crucis decora intentam, nil aliud ſignificare, quàm catholicam & orthodoxam Eccleſiam, nimirum crucis Chriſti amatricem, cultricem & adoratricem; illam autem alteram impudicam, pube tenus nudam, vultu à cruce averſam, typum gerere hæreſeos, Lutheranæ & præſertim Calvinianæ, quæ imaginem crucis averſatur, & undecunque poteſt, exterminat:

[illegible] ſed quia quibusdam inſitum eſt æquè id affirmare, quod neſciunt, quàm quod ſciunt; ideo nos aſſenſum ſuſpendemus, nec ob hujuſcemodi aſſeverationes ad iſtius ſententiam inclinabimus. Quæ verò indicia recentiſſimæ illius conflaturæ? Nimirum numeri illi; 234. G 235. qui *ante trecentos, ac paulò plures annos ab Arabibus ad nos tranſierunt; ac primo quidem diſſimiles his noſtris hodiernis, poſtea memoria proavorum hac forma interpolati, quæ hodie nobis in uſu eſt*. Et hic multa dici, pauca, vel potiùs nihil, probari video. Nam primò dubitari poteſt, num verum ſit, quod de tranſitu & interpolatione numerorum affert: Illud item in quæſtionem vocare licet, an apud Græcos formæ iſtæ numerorum non fuerint in uſu? Etſi enim Græci, quà Græci, ſuos habent characteres, quibus numeros deſignant, certum tamen eſt, jam ante aliquot ſæcula & linguam & characteres Latinorum in Græciam ita penetrâſſe; ut plurimi Græcorum Latinè docti eſſent; latinámque linguam & numeros uſurparent; ſicut & hodie multi Latinorum uſurpant linguam & numeros Græcorum. Nec Imperatores Conſtantinopolitani Græcos duntaxat, ſed & quoſdam Latinos ſubditos habebant. Nec inſolens H videri debet adhibitos eſſe numeros Latinos; cùm utrinque adhibitæ ſint inſcriptiones Latinæ. Et ut numeri iſti recentiſſimi eſſent, non ſequeretur tamen ipſam quoque numiſmatis conflaturam recentiſſimam eſſe, fieri enim potuit, ut à penſitatore aliquo longè poſt nummum cuſum, aut flatum veriùs, imprimerentur ſive inſculperentur, quod nummus coràm conſpectus certiùs confirmare poſſet. Et ſi quidem Prototypon aureum eſſe conſtaret; non viderem cur hæc conjectura, cujusdam amici mei, talium perquam docti, damnanda foret. Credere enim abſque temeritate liceret, notas iſtas ab

Digitized by Google

adoranda crucis gratia factum eſt.

Sed juvat audire ipſa Burdonis verba, ut
expendantur, quàm vero concinant. Ait
ergo. *Priuſquam ad explicationem aggrediamur, ſciendum; apud veteres Chriſtianos, ſymbola* μυστηριώδη, *alia atque alia fuiſſe pro ratione temporum ac diverſitate nationum. Ratio temporum primùm nullam formam humani vultus,*
C *ſed aliarum rerum admittebat.* (Falſum & Calvinianum; Teſtis paſtor Tertulliani in calicibus ovem perditam ad gregem humeris reportans, humana utique ſpecie expreſſus. Teſtis imago Salvatoris ab Hæmorrhoiſſa in memoriam accepti beneficii apud Paneadem erecta, de qua Euſebius, qui eam ſe vidiſſe ſcribit, Sozomenus, Damaſcenus, & alii veterum. Teſtis imago, quam Chriſtus ipſe linteo faciei ſuæ admoto fecit, teſte Evagrio, Damaſceno, Metaphraſte, & tota Conſtantinopolitana Eccleſia, diem feſtum agere ſolita translatæ hujus imaginis ex Edeſſa Conſtantinopolim. Teſtes imagines, quas à D. Luca pictas ſcribit Theodorus Lector, Nicephorus, Metaphraſtes & alii. Teſtes imagines Apoſtolorum, quas paſſim pingi conſueviſſe, & antiquiſſimas à ſe viſas eſſe, ſcriptum reliquit Euſebius, ùt & D. Auguſtinus, qui nominatim mentionem facit de imaginibus ſanctorum Petri & Pauli, & in medio illarum imagine Chriſti. Teſtes tot imagines Chriſti & Sanctorum, quas Conſtantinus Magnus Imperator in Baſilicis à ſe
D erectis collocavit; de quibus Anaſtaſius Bibliothecarius in hiſtoria Pontificum. Teſtis imago Abrahæ filium immolantis, de qua S. Ephræm, Gregorius Nyſſenus, alii. Teſtes denique innumeræ aliæ cœlitum imagines, Conſtantini ævo; & eo, quod paulò pòſt ſubſecutum eſt, uſitatæ, de quibus S. Ambroſius, Chryſoſtomus, Gregorius Nazianzenus, cæteri ejuſdem ætatis Patres atque Doctores (*Poſtea etiam humana forma admiſſæ ſunt.* Imò non poſtea, ſed primo ortu conditæ religionis Chriſtianæ; ùt ſymbolum erat, & tamen cruce carebat. At faciamus verum eſſe, quod tradit Expoſitor, quid aliud inde colligitur, quàm cultum Crucis perquam ſolennem veteribus fuiſſe?)

In occidentali Eccleſia Crux ſtatuebatur minio lita (non ſemper, ſed aliquando) *ut Chriſti*
ſuſum ſanguinem deſignaret. Cacumen Crucis corona cingebat, cum purpureis, lemniſcis, adjuncta etiam palma. (Non ſemper, ſed interdum: non enim omnes cruces coronatæ, ſed quædam; cur tu ex crucibus, quibus S. Paulinus ſuam Baſilicam ornavit, argumentaris ad illas; quaſi ejuſdem penitus formæ fuerint? Quot cruces paſſim erexit Conſtantinus, in quibus nihil de minio, nihil de *purpureis lemniſcis*, aut *palma*. Cur ex particulari facto S. Paulini mos univerſalis concluditur? Nam licèt iſte diſſimulet, ſolito more, unde, quæ hoc loco, tanquam oracula quædam, effundit, deſumpſerit, aliunde tamen non deſumpſit, quàm ex S. Paulino. Verùm de Crucibus coronatis ſatis actum eſt lib. 2. de S. Cruce. G

Hoc ſimplex ab initio erat ſtemma Crucis (Apud te, ſed non apud nos, multóque minus apud veteres orthodoxos Chriſtianos.) H
Adjectum poſtea Trinitatis myſterium, poſt debellatum impii Arii dogma. (Quid ſibi vult hoc? *poſt debellatum impii Arii dogma.* An poſt damnatum in Concilio Nicæno? At unde ſcis ante ſynodum Nicænam cruci Trinitatis myſterium non fuiſſe adjunctum? An illud: *Poſt debellatum impium Arii dogma*, idem eſt, quod *poſt extinctum impium Arii dogma.* Atqui tempore Paulini, qui ſolus diſertè exemplum additæ ad crucem Trinitatis nobis ſuppeditat, impium Arii dogma necdum extinctum erat; imò multis in locis magna animarum ſtrage ſæviebat.)

Patrem Deum deſignabant verba ex rutila nube erumpentia. HIC EST FILIUS MEUS DILECTUS. *Filius Deus Agni, Spiritus ſan-*

Digitized by Google

Crucem corona lucido cingit globo.
Cui coronæ ſunt coronæ Apoſtoli,
Quorum figura eſt in columbarum choro.
Pia Trinitatis unitas Chriſto coit,
Habente in ipſa Trinitate inſignia.
Deum revelat vox paterna & ſpiritus.
Sanctam fatentur Crux & Agnus victimam.
Regnum & triumphum purpura & palma indicant.
Petram ſuperſtat ipſe Petra Eccleſiæ.
De qua ſonori (ſic leg. non, honori) *quatuor fontes meant.*
Evangeliſtæ viva Chriſti flumina.

Hic nimirum fons eſt, ex quo iſte hanc tam reconditam ſapientiam nobis propinat: quaſi ſcilicet Crux nunquam aliter picta, ſculpta aut facta fuerit; niſi ad eam formam, quam
C nobis S. Paulini verſus repræſentant: quod pluſquam commentitium eſt, & toti antiquitati adverſum. Nec rectè interpretatur verſum illum: *Petram ſuperſtat ipſe Petra Eccleſiæ:* per illa verba: *Rupes ſeu Petra eſt Chriſtus.* nam S. Paulinus dicit ipſum Chriſtum (tametſi ſpecie Agni) ſtare *ſuper Petram:* non igitur Petra illa ipſum Chriſtum denotat, niſi verſum S. Paulini ridiculè hoc ſenſu accipias, *Ipſe*, Chriſtus ſcilicet, *qui eſt Petra Eccleſiæ; ſtat ſuper Petram*, id eſt, *ſuper Chriſtum;* ſeu *ſuper ſeipſum.* Oportet igitur, ut Petræ hujus, ſuper quam petra Chriſtus ſtetit, aliam ſignificationem Expoſitor nobis depromat.) *Hæc erant ſymbola ſimpliciſſima illorum temporum, cum formas rerum, aut animalium, non autem*
D *humanas auderent pingere: nam anchoram, navem, piſcem, columbam ſculpebant, aut pingebant; hominem non item.* Omnia hæc vana ſunt & in calvini pectore nata. Ætas, qua crux modò ſupradicto picta & expreſſa, fuit ætas S. Paulini: nam ex verſibus S. Paulini malè intellectis obtrudere nobis vult ſua ſomnia, licèt S. Paulinum vix ſemel nominet; ætate autem S. Paulini humanas formas pingere, uſitatiſſimum fuit: ùt plurimis exemplis docet Card. Bellarm. Et tempore S. Paulini ipſe Paulinus depictus eſt cu-

Bell. lib. 2. de imag. cap. 9. & 10.

At geminas, quæ ſunt dextra lævâque patentes,
Binis hiſtoriis ornat pictura fidelis,
Unam ſanctorum complent ſacra geſta virorum
Job qui vulneribus tentatus, lumine Tobit.
Aſt aliam ſexus minor obtinet: inclyta Judith,
Qua ſimul & regina potens depingitur Eſther.

Similia plura in eodem Natali occurrunt. Et tamen infrunitus iſte Burdo ſcribere audet, eo tempore, quo crucem pingebant ſpecie à S. Paulino deſcripta; Chriſtianos non fuiſſe auſos humanas formas pingere; cùm ipſe Paulinus, qui ſolus, quod ex veterum monumentis cômpertum ſit, crucem eo ſchemate figuravit; humanas itidem formas in templo S. Felicis pinxerit: integríſque hiſtoriis antiqui ac novi Teſtamenti parietes Baſilicæ oppleverit. Quare cohortans omnes, ut læti templum ſubeant, ſic canit. G

Spatiemur in ipſis
Gaudentes ſpatiis, ſanctáſque feramur in aulas,
Miremúrque ſacras veterum monumenta figuras.
Et tribus in ſpatiis duo Teſtamenta legamus.

Nimirum, quia hiſtoriæ veteris ac novi Teſtamenti in parietibus depictæ erant. In nummis Conſtantini Magni in quibus crux; itémque Conſtantij, & aliorum, nónne formæ humanæ apparent; partim ipſorum Imperatorum; partim Victoriæ; partim militum, vel captivorum?

Confirmat tandem deliramentum ſuum dicto Clementis Alexandrini. *ὀ γὰρ εἰδώλων πρόσωπα ἐνετυπωτέον, οἷς καὶ τὸ προσέχειν ἀπείρηται.* *Formæ idolorum exprimendæ non* H
ſunt; quibus & attendere interdictum. At quid hoc ad formas humanas ſeu imagines Sanctorum? Aliud eſt idolum: aliud imago; aliud forma idoli; aliud forma imaginis, aut hominis ſancti.

Pergit, *In averſa nummi parte duæ mulieres ſunt, ex quo apparet ſymbolum non eſſe vetuſtiſſimorum temporum.* (Nihil minus; nam ſi nullum aliud argumentum vetuſtatem impediret, hoc certè non impediret. Nam humanas formas effigiare vetuſtiſſimis tempo-

Digitized by Google

mulier dextra *Crucem aſpicit, & quadam velut anſa tenere videtur:* Læva verò *vultum inde averſa, columbas duas, aves nimirum Veneri ſacras, filo colligatas, quaſi luſitans tractat, catellum ſuppedaneum habens.* Longè aliter alter expoſitor. *Spes*, inquit, *puellari ſpecie eſt; quia ſemper viget: & nuda, quia omnibus terrenis renuncians expedita tendit ad cælum,* πᾶσαν τὴν περισπῶσαν ὕλην, *ut loquitur Clemens* ὑπερηφανήσασα. *Ideo averſantis habitu eſt, & canem, tanquam omnes blanditias ſeculi calcantis, aut omnes adlatrationes hoſtium Chriſtianæ pietatis. Ideo quemadmodum canem calcat, ſic colludit cum columba, quam manu dextra prehendit, ſimplicitatem unicam ſibi cordi eſſe demonſtrans.*

C Species volucrum, quæ ponè ſellas utriusque mulieris adſtant, exiſtimat alter eſſe columbas; alter aquilas: etſi avem illam, quam nuda mulier manu tenet, uterque dicit eſſe columbas, ſed ob cauſam diverſam: alter, ut ſignificetur *Venus:* alter, ut indicetur illud Domini: *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ:* nam ſubter crucem geminus ſerpens conſpicitur, & alius adhuc ſub leone.

Alter decem illos ramos ex Crucis ſtipite prominentes ait eſſe *duodecim Apoſtolos*; & ſi quæras; quomodo decem ſint duodecim: Reſpondet, *duos aut per oblivionem à glypte ſeu ſculptore omiſſos: niſi quis*, inquit, *retrò ſive in altero latere duos latere velit.* Alter ait; *ſtipitem cum decem illis ramis eſſe lilium illud convallium, de quo in canticis; & decadem perfectionis numerum interpretatur ex Origene.*

D Icunculam duos ſerpentes apprehendentem putat alter eſſe *Amphitryoniadem* puerum, hoc eſt, *Herculem: & merum cæli ſeu ſculptoris luſum. Nec quærendum, quid ſibi velit.* Alter verò *alluſum putat ad vaticinium quoddam* Iſaiæ, de quo paulò pòſt.

Denique quàm bellè illis conveniat in hujus ſymboli explicatione, lector ipſe utriusque Diatribas legens, judicium ferat: & tamen cùm ambo omnia dixiſſent, nihil

Quare non una, ſed quaternis fiſtulis ex cacumine in labarum ſubjectum ad radices aquam fundit, quæ reciproco fluxu, more aquarum cœleſtium, fluunt & refluunt; ſemper crucis ſtipite viridante; fructúsque optatiſſimos proferente. Imitantur lymphæ iſtæ fluvium illum aquæ vitæ, *ſplendidum, tanquam cryſtallum, procedentem de ſede Dei & Agni.* (Apocal. 22) Quæ ſedes Agni, niſi crux? non quidem ſola; ſed tamen una ex ſedium numero; nec infima, Imitatur etiam lignum crucis, lignum illud vitæ afferens *fructus duodecim, per menſes ſingulos reddens fructus ſuos, & folia ligni ad ſanitatem gentium.* Et ne tam F
ſalutifer humor abſque emolumento effundatur; gemino *folio* ſeu *conceptaculo* recipitur; ut ſi qui ſitiunt, ad hunc fontem ex ſanctæ Crucis ligno indeſinenter ſcaturientem ſeſe recipiant. Huc enim pertinet illa ſpiritus & ſponſæ invitatio. *Veni. Et qui audit, dicat. Veni. Et qui ſitit, veniat; & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis.* (Apocal. 22.) Nec eſt, quod quem geminus vel tergeminus ſerpens abſterreat. En ſub cruce devictus jacet: vi crucifixi, & ipſius itidem crucis, tanquam organi, quod crucifixus uſurpavit, contritus eſt, ita ut, crucis beneficio, jam impleta ſit illa promiſſio. *Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis & conculcabis leonem & draconem.* Quare ſub cruce itidem & draco. Nec dubito in efformatione hujus ſymboli auctorem reſpexiſſe ad citatum Davidis locum. Nam ſupra majus labrum ſeu ſolium *aſpis* eſt & *vipera*. Infra *leo* & *draco*. H
In medio viperæ & aſpidis icuncula apparet, manu utrumque ſerpentem apprehendens; forſan intuitu loci illius apud Iſaiam. *Delectabitur infans ab ubere ſuper foramine aſpidis: & in caverna reguli, qui ablactatus fuerit, manum ſuam mittet.* (Iſaiæ 11.)

Crucifixum nominamus, inquit S. Antonius, *& univerſi Dæmones rugiunt, atque ex obſeſſis corporibus ad primum Dominicæ Crucis ſignum fugantur.* (S. Athan. in vita S. Antonii.) *Solent* Dæmones, inquit ille idem

cùm ſeruiſſe videat, in perniciem graſſatur humanam, nec tamen poteſt firmum Deo pectus cogitationum & cæterarum arte fraudum cogitatione pervertere. Idem. *Novit teterrimus coluber ex præcepto Domini ſub juſtorum ſe jacere veſtigiis, qui ait: Ecce dedi vobis poteſtatem calcare ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici.* Hæc S. Antonius de dracone virtute crucis domito.

Mulieres ad crucem aſſidentes, quid innuunt, niſi quòd tam frequenti concurſu ad crucem, ejúſque ſalutares fructus facto, C obtemperatum ſit illi divino apud Iſaiam monito. *Omnes ſitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite. Venite, emite abſque argento, & abſque ulla commutatione vinum & lac.* (Iſai. 55.) Quibus verbis omnes invitantur ad beneficia crucis percipienda; boni quidem, ut meliores; mali; ut efficiantur probi.

Quid volucres illæ ponè utriuſque fœminæ ſedes; quid ſeu columba, ſeu quid aliud in manu illius ſeminudæ figuræ, quid catellus, ſi tamen catellus, ſub pedibus, id *μυστηριωδέστεροι*, quàm ego ſim, inquirant.

Hæc de nummo iſto quemadmodum à Frehero editus & explicatus eſt, ut & à Burdone in gratiam Freheri. Sed meus, quem D habeo in nonnullis diſcrepat: nam primò abeſt ſerpens geminus in fonte, cúmque iis luſitans imaguncula ſeu maris ſeu fœminæ. Neque aqua ex cacumine crucis effluens in ſubjecto ad crucis ſtipitem labro apparet: nec tantâ copiâ & denſitate evomitur; quantam cernis in ſupradicto ectypomate. Leo adeſt; & ſub Leone cavitas quædam ſive ſeceſſus ſeu cellula, in qua draconis ſeu anguis ſpecies ineſſe videtur. Nec fœmina ſeminuda corpus quaſi Epimenideum, aut notis Threiciis compunctum præfert; ut in Freheriano ſchemate, ſed purum & integ-ſubjectum defluat; tametſi hic aqua defluens non eſt expreſſa; ſicuti in nummo Freheriano, & aliquantulum etiam in meo. Ex quo planum fit, non ſemper eodem ſchemate hunc nummum efformatum eſſe, ſed alia atque alia emblemata & parerga ſubinde acceſſiſſe. Hæc de iſto numiſmate; cui illuſtrando faciunt fortaſſis verſiculi iſti ex Hymno *de Paſchate*, quem nonnulli S. Cypriano, alii aliis adſcribunt; ubi Auctor de Chriſto ſub metaphora *Rami*, qui in immenſam arborem excreverit, ita canit.

——— *tandem ſanctum caput abdidit alto:*

id eſt, aſcendit in cœlum. G

Dum tamen ingenti biſſenos pondere ramos
Edidit & totum ſpargens porrexit in orbem.

id eſt, duodecim Apoſtolos elegit, iſti enim ſunt duodecim *Rami*, quos in univerſum orbem miſit, *gentibus ut cunctis victum vitámque perennem præberent.*

Explicitis etiam mox quinquaginta diebus,
Vertice de ſummo divini nectaris hauſtum
Detulit in ramos, cæleſtis Spiritus auræ.
Dulci rore graves manabant undique frondes.

Quibus verſibus deſcribitur miſſio ſancti Spiritus in Apoſtolos, qui numine accepto pleni, mortalium pectora divino liquore uberrimè irrigârunt.

Ecce ſub ingenti ramorum tegminis umbra
Fons erat; hic nullo caſu turbante ſerenum, H
Perſpicuis illimis aquis, & gramina lætos
Fundebant circum vario de flore colores.
Hunc circùm innumeræ gentes populique coibant.

Omnia, quæ Poëta canit, videre eſt in noſtro numiſmate. Ecce tibi *Ramos*. Ecce rorem æthereum in *Ramos* defluentem. Ecce fontem; baptiſmi indicem, cui perſonæ quædam aſſident. Et unde fontis hujus aqua, niſi per *Ramos* ex ſupremo arboris cacumine? Fonti imago quædam immerſa cernitur, ludens cum ſerpentibus. Quo innuitur, ſalutiferâ baptiſmatis undâ ablutos etiam cum

 Tar-

Digitized by Google

· Figuræ hujus myſterium pandit nobis Georgius Codinus Curopalata his verbis. τȣ̃ πατριάρχȣ κατὰ μὲν τὴν πρώτην τȣ̃ σεπτεμβρίȣ μετὰ λιτανίας καὶ τῶν ἁγίων εἰκόνων εἰς τὸ πορφυρȣ̃ν κιόνιον παραγενομένȣ, ἐφ' ȣ̃ ὁ ςαυρὸς ἵςαται, ὃ πάλαι Φόρος ἐκαλεῖτο. ἀπέρχεται ὁ βασιλεὺς καὶ ἀκȣ́ει τὴν κατ' ἔθος ἐκεῖσε ἐκτελȣμένην ἀκολȣθίαν, μετὰ δὲ τὴν ἀπόλυσιν ἀπέρχεται αὖθις εἰς τὸ παλλάτιον. *Primo die Septembris Patriarcha ſupplicationem cum ſacris imaginibus inſtituit ad porphyreticam ſeu purpuream columnam, in cujus vertice ſtat crux, eo in loco, qui olim vocabatur*

C *Forum. Quò ſe etiam Imperator confert; & officio iſthic peragi conſueto intereſt. Quo abſoluto, redit ad palatium.* Hæc conſuetudo ſeu ſolennitas averſo ſchemate hujus numiſmatis indicari videtur; niſi quis dicat; Imperatoribus uſu receptum fuiſſe, ut quoties ad columnam illam crucigeram venirent, preces, ſupplicantium ritu, funderent. Pictor Piſanus poterat nomen patriæ ſuæ reticere: quia nihil in nummo, præter teſtimonium cultæ crucis, quod laudem admodum mereatur. Adjecit tamen, ratus forſan precium non tam ex arte, quàm ex mente ſua æſtimatum iri. Negotiabantur olim Conſtantinopoli plurimi *Piſanorum*, ut & Genuenſium, Venetorum, Anconitanorum: quod ex Codino liquet; Piſanorum quidem

D præſes vocatur à Codino κόνȣλος, à Latina voce; ut & Anconitanorum, Genuenſium, πωτεςάτος Venetorum, *Bajulus*.

CAPUT XXVII.

De nummis Conſtantini, Theophili, & Baſilii Macedonis Imperatorum.



admodum ſcrupuloſè obſervare. Adde, quod in aliis nummis Baſilius præponitur, ùt videre eſt in nummo apud Card. Baronium Tom. X. Anno Redemptoris 975. qui ab iſto, quem deſcripſimus nihil differt, niſi in forma Crucis, quam figuræ tenent. Noſtri enim nummi Crux duplex eſt; Baroniani, ſimplex. Si quis noſtrum nummum ad Conſtantinum Leonis VI. filium referre velit; nam & initio & poſt Romani dejectionem ſolus imperavit, is faciat licet, ſed ſemper videndum erit, quomodo duplicis Imperatoriæ imaginis rationem reddere velit. G

Sed en ipſum nummum Baronianum.



H



Aſ-



Alius præfert Imaginem Salvatoris. Inſcriptio eſt. ✠EMMA. IC XC Emmanuel. *JEſu Chriſtus.* A tergo. ✠ IHSVS XRISTVS BASILEY BASILE. En tibi ipſum nummum.

C



D

Alius habet imaginem Salvatoris ſedentis in gemmato throno. Inſcriptio IC XC. A tergo IS XS BASIL. BASIL. quem hìc vides.

ISXS BASIL BASIL.

Utrum hæc tria numiſmata ſint Joanne Zimiſce antiquiora, vel poſteriora, vel num illa ipſa, quæ Zimiſces fieri juſſit, incertum eſt, cùm nullum adſit indicium, ex quo id colligi queat. Porrò imaginem Salvatoris, imò & D. Virginis, numiſmatis addi conſueviſſe; planum fit ex Balſamone Comment. in Nomocanonem Photii, ubi negat ſacrilegium ab illo committi, *qui furatur numiſmata Chriſti, vel Deiparæ Virginis habentia.* G

Idem conſtat ex Apologia tertia Joannis Cantacuzeni ſub finem, ubi iſta leguntur. *Hoc exemplo tu, & quilibet alius, qui inquirere volet, deprehendere poteſt; quòd quæ in urbibus uſurpantur nomiſmata, Chriſti imaginem inſculptam, & formatam gerunt: quin & ſanctæ matris illius, & aliorum ſanctorum: non tamen propterea à nobis adorantur, nec propterea honor aliquis illis habetur: abjiciuntur enim nonnunquam, & conculcantur, conflantur item, & ex forma una mutantur in aliam, prout magiſtratus voluntas decreverit. Sed imaginibus, quæ nominatim Sanctorum memoriæ dedicatæ ſunt, non idem contingit: verùm cum honore, devotione, & religione illas accedimus.* H

Vides numiſmatibus imaginem Chriſti, Deiparæ, & aliorum Sanctorum adjunctam fuiſſe: quod licèt honoris cauſa factum fuerit, non tamen piaculum cenſebatur, ſi minus honorificè propter ipſam pecuniam haberentur; cùm non eo potiſſimùm conſilio numiſmatis adjungantur, ut ibi honorentur; qui tamen primarius eſt finis imaginum alibi erectarum.

Veniamus ad Theophilum filium Michaë-

Digitized by Google

Caput poſtremum eſt iſtud. *Vidimus in multis locis crucifixionem Chriſti in imagine depictam, & ut convenientia rei poſcit, ſicut acta eſt, videmus Chriſtum pendere, & manus extenſas, ac clavis confixas, quibus ſalutaris paſſio Chriſti omnibus miraculis admirabilior, & cæteris, quibus ſalvi facti ſumus, beatior depingitur nobis. Quid igitur inimici Crucis Chriſti hic facient? Neceſſe eſt alterum è duobus facere, aut adorantes Crucem, imaginem adorare, niſi malint fruſtrari profeſſionem ſuam, aut demolientes imaginem ſimul Crucem demoliri.* Hæc & plura talia in eandem ſententiam Nicephorus Patriarcha, contra inconſtantem ſibíque ipſi diſſentaneam horum Iconoclaſtarum pietatem. C

Licèt autem Theophilus vehementiſſimus in oppugnatione ſacrarum imaginum eſſet, juſtitiæ tamen cultor perquam rigidus videri volebat. Extant apud Cedrenum, Zonaram, & alios memorabilia juſtitiæ à Theophilo adminiſtratæ exempla. Huc fortè alludit aut reſpicit nummus quidam Theophili, in cujus antica parte ipſe conſpicitur dextra Crucem, ſiniſtrâ globum Cruciferum geſtans: hac inſcriptione ΘEOFILOS BASILE. In averſa gladius apparet; ſymbolum utique juſtitiæ. Nummum ipſum non vidi, ſed ectypon ejus in charta percutiendo expreſſum; ſed ita, ut averſæ partis inſcriptio legi nequeat in ectypomate quidem meo. D

Sed en alia Theophili numiſmata crucibus plena, &, ùt Græci vocant πολυςαύρια.





Ubi triplicem, vel potiùs quadruplicem ex parte anteriore Crucem conſpicis; & inter illas unam præfixam inſcriptioni, quæ talis: ✠ *Theodora Deſpoina* ſeu *Deſpœna*, Græcè δέσποινα, idem hic, quod *Auguſta*. Licèt poſteriores Græci ut Deſpotam ab Auguſto, ita etiam Deſpœnam ab Auguſta diſtinxerint, ùt ex Codino de Officiis Aulæ Conſtantinopolitanæ clarum relinquitur. Ex parte averſa vix pauciores habes cruces, cum imagine Michaëlis filii & Theclæ filiæ. Nomen Michaëlis revocat mihi in memoriam lepidum factum Balduini Comitis Edeſſani, quo à ſocero ſuo pecuniam emunxit. G

Cùm enim fingeret ſe militibus barbam ſuam oppigneràſſe; ni ſtipendium ſolveret (*mos eſt autem orientalibus*, inquit Tyrius, *tam Græcis quàm aliis nationibus, barbas tota cura & ſolicitudine nutrire: probro verò & majori, quæ unquam irrogari poſſit, ignominiæ reputare, ſi vel unus pilus, quocunque caſu, ſibi de barba cum injuria detrahatur*) ſocer rei indignitate permotus, quæſivit, *quæ ſit debiti ſumma: cui reſponſum eſt triginta millia Michaëlitarum; quoddam genus aureorum*, inquit Tyrius, *quod tunc in publicis commerciis erat celebre, à quodam Imperatore Conſtantinopolitano, qui eam monetam ſua fecit inſignire imagine, à Michaële nomine ſic nuncupatum.* Tyr. lib. 11. cap. 11. H

Utrum autem ab iſto Michaële, filio Theophili & Theodoræ, hæc moneta nomen habuerit, an ab alio, ex Tyrio mihi non liquet. Meminit ejuſdem monetæ alibi Tyrius, ubi de lytro, quod Rex Balduinus pro liberatione ſua pendere debebat: *Dicitur ſumma fuiſſe centum millia Michaëlitarum, quod moneta illa in regionibus illis, in publicis commerciis rerum venalium principatum tenebat.* De Tyr. lib. 15. cap. 15.

ca-

Digitized by Google


duo millia hyperorum.* Utroque loco loquitur de *Hyperpyris* moneta admodum uſitata in oriente; de qua plura in Notis & Facula ad Curopalatam. Ut proinde vel apud Tyrium utroque loco legendum ſit *Hyperpyrorum*, vel dicendum, vocabulum hujus monetæ fuiſſe à vulgo corruptum & truncatum, Tyriúmque non integrum, ſed truncatum cum vulgo uſurpâſſe. Eadem opera medicinam faciamus Gunthero nuper in lucem producto: qui in Hiſtoria captæ à Flandris & Venetis Conſtantinopoleos ſic ſcribit. *Habebat enim* (Conſtantinopolis) *mille ſexcentas piſcatorias naves, quarum qualibet per totum annum ad quatuordecim dies fiſco regio perſolvebat nummum aureum, qui perperam vocari ſolet, Ferdoni, id eſt, quartæ parti Marcæ unius æquivalens.* Manuſcriptus Codex Bibliothecæ Ingolſtadienſis, ex quo typis deſcriptus eſt Guntherus,
C habebat: *Perpera.* Rectè. Corruptè enim cum vulgo Græcorum, *Hyperpyron* appellavit *perpera* ſeu *perpyra.* Quis enim neſcit, quomodo imperitum vulgus Græciæ Græca vocabula tractet ac dilaniet, in medio, antè, retrò, & de genere in genus transformet. Et quia mentio facta Guntheri tacere amplius nequeo ſuſpicionem meam. Puto enim hunc Guntherum Monachum Beriſienſem in Alſatia, ſcriptorem captæ Conſtantinopoleos, eſſe illum ipſum Guntherum, qui *Ligurinum*, hoc eſt, opus de rebus geſtis Friderici Barbaroſſæ decem libris conſtans, Heroico carmine compoſuit. Omnia con-
D veniunt, profeſſio, ſtylus, tempus ſeu ætas. Sed hæc extra ordinem. Nunc ad lineam.

Poſt Michaëlem Theophili & Theodoræ filium, ſolus imperavit Baſilius Macedo, anno Chriſti DCCC. LXVII. qui ſequenti anno, nimirum DCCC. LXVIII. Conſtantinum filium ſuum ſibi collegam adſcivit, & tandem etiam Leonem Juniorem filium anno DCCC. LXX. quorum trium hoc numiſma reperi apud Baronium.

bet. ✠ *Baſilius, Conſtantinus, Leon ἐν Θεῷ βαſιλεῖς* ROMÆON (ῥωμαίων, *Romaorum.*)

CAPUT XXVIII.

De numiſmatis Crucigeris Caroli & Ludovici Impp. Arnulphi Regis, Æthiopico, ut conjectura eſt, & Offæ Regis Angliæ.



G

NEc Græci duntaxat numiſmata crucis ſigno exornârunt, ſed & alii Imperatores & Reges, quorum tria argentea hic ſpectanda propono, Caroli, opinor, Magni, Ludovici Pii, Arnolphi ſeu Arnulphi Regis illius, niſi fallor, qui anno Domini DCCC. XCVI. à Formoſo Papa Romæ H
Imperator inunctus eſt ac coronatus. Obſervanda eſt laurea in capite Caroli, quæ alioqui non valdè frequens apud Reges & Imperatores occidentis. Nec prætereunda crux, quæ inſcriptioni præponitur: non enim pertinet ad lauream. Et in parte averſa triplicem quoque crucem intueris, ex quibus una vicem literæ C & H. ſubit in epigraphe illa *Chriſtiana religio*, quod etiam fit in nummo Ludovici. Cúmque in Græcorum nummis inſcriptio tendat à ſiniſtra ad dex-

quis paſſim ſcribatur H Ludovicus, H Lotharius, dictu non eſt proclive. Non probo, inquit *R. P. Joannes Buſæus* Societatis noſtræ Theologus, aſpirationis notam illis nominibus præfixam, denotare *Dominum*, Germanis Herr dictum, cur enim aliis Regum Francorum nominibus, ut Pipini, Caroli, Carolomanni, &c. detracta eſt? Id magis probo, priſcis Ethnicorum Regum CHLOTARII & CHLODOVEI (his enim literis ea expreſſa fuiſſe teſtari poteſt vel unus MS. Codex epiſtolarum Hincmari) nominibus, cum abjecta per baptiſmum feritate mentis, mitiora ſucceſſiſſe vocabula LOTHARII & C LVDOVICI, ac primò quidem abjectam literam C. remanſiſſe autem aliquamdiu H, quòd cum adſpiratione ex inveterato uſu illa nomina enunciarentur: tum verò, labentibus ſæculis, ſublato aſpirandi uſu, excidiſſe tandem & H. Initium verò hujus mutationis factum à temporibus CLODOVEI Francorum Regis, poſtquam à S. Remigio Remenſi Epiſcopo ſacris aquis perfuſus eſt, vix ambigo. Nam Hincmarus noſter Remenſis item Antiſtes, in vita ſancti Remigii, Ludovicum appellat regem Francorum, quem ante baptiſmum vocaverat CLODOVEVM, quod & Surius 1. Tomo de vitis Sanctorum ad marginem annotavit. Si quæras cur gemino W veteres nomen Ludovici expreſſerint, reſpondeo, quod olim pronunciaretur à Francis, uti nunc adhuc à Germanis Ludwig. Vitus Amerbachius in annotationibus ad Conſtitutiones præcipuas D Caroli Magni, ad id probandum citat Codicem pervetuſtum, & perpetua memoria, ut ille loquitur, dignum, qui Ratisbonæ eſt in Monaſterio S. Emmerani: in quo erat hoc tetraſtichon.

Buſæus not. in 1. epiſtol. Hincmari.

Hic reſidet Carolus divino munere cultus:
Ornat quem pietas & pietatis amor.
HLVDWIC juſtus erat, quo Rex non juſtior alter
Quis genuit prolem hanc tribuente Deo.

Alterius numiſmatis Epigraphe adverſa eſt hæc. HLVDOWICVS. Crux in orbem incluſa, ſupra orbem. Averſa iſta DOΞESTATVS: quod videtur ad imitationem Græci ἐνδοξότατος, *glorioſiſſimus*, effictum. Hæc duorum numiſmatum ectypa miſit ad nos Moguntia *R. P. Joannes Brenneiſen*, Societatis noſtræ. Alium nummum argenteum nacti ſumus, in cujus una parte imago S. Stephani; in altera, Crux. Utrinque inſcriptio. STEPHANVS. Vidimus etiam ectypon nummi barbari argentei, in quo Crucis nota diſtinctè inter duas figuras ſtantes G ab utraque parte. Addita eſt inſcriptio literis peregrinis, quas quidam Æthiopicas ſuſpicantur, facta collatione cum illis, quas Æthiopicas eſſe certò conſtat. Sanè Abaſſinos Æthiopas crucis cultui admodum addictos eſſe, demonſtravimus lib. 2. de S. Cruce. Quocirca mirum videri non debet, ſi pecuniam ſuam crucis trophæo ſignent ac inſigniant.

Alterius inſuper ectypon habemus, in quo ab anteriore parte imago Regis diademate cincta, cum harum literarum adjectione, EB BH. A tergo crux eſt, cum hac inſcriptione. OYFFA REX. Ego viſo numiſmate, conjiciebam, literas illas prioris partis continere nomen Ebæ ſororis Offæ, de qua Polydorus lib. 4. rerum Anglicarum, quam ſuſpicionem, cùm ad Velſerum detuliſſem, in hæc verba reſcripſit. *De Eba, verum tibi fatebor, conjectura non arridet, neutra inquam,* H *ſive prænomen Offæ, ſive ſororis nomen eſſe; nec enim Britannos ſive Anglos prænominibus uſos invenio: nec veriſimile eſt ſororem nomen adſcripſiſſe, ea præſertim nummi parte, quæ Regis caput præfert. Adde quòd Eba, cujus Polydorus lib. 4. meminit, Offæ quidem ſoror fuit, ſed ſi locum per transſennam obiter inſpectum rectè capio, non Regis, quamvis Regis Ethelfredi filii. Porrò Offæ, & quod idem opinione mea eſt, Vffa inter Anglicos Reges fuêre aliquot; ego neſcio quomodo, nummum ad magnum illum Carolo Magno æqualem, pertinere*

Digitized by Google

ſunt iſti.

G. Comes Flandriæ.	*Civitas Aloſt.*
I. Comes Haÿoniæ.	*moneta montis.*
I. Comes haÿoniæ.	*melbodienſis.*
I. Dux Brabantiæ.	*Bruxellenſis.*
Guido Epiſcopus.	*Cameracenſis.*

Vides igitur non modò Græcanicis, ſed & Gallicanis, Anglicanis & Belgicis numiſmatis cultum & religionem crucis adſtrui, quibus addimus & hoc Othonis Regis.



C

CAPUT XXIX.

Nummi Crucigeri Regum Gothicorum & Hiſpanorum ex Dialogis Antonij Auguſtini.

MAgnus omnino Vir fuit hac noſtra tempeſtate Antonius Auguſtinus Archiepiſcopus Tarraconenſis, & cùm omnium literarum, tum antiquitatis ſcientiſſimus, & ſtudioſiſſimus; qui inter cætera nobilis ingenij præclara monumenta, quæ ad poſteros transmiſit, edidit lingua Hiſpanica undecim dialogos de antiquis numiſmatis, omni eruditionis genere abundantes; quos in Italicam linguam tranſtulit Octavianus Sada. Dial. igitur 6. 7. & 8. multos nummos Regum Gothicorum & Hiſpanorum,
D Cruce inſignitos profert; quos & nos proferemus: etſi non depingemus, quia nec Auguſtinus depinxit. Primus ſit iſte Regis Egicæ fol. 191. in cujus una parte caput eſt ſimile urnæ vel hydriæ cum his literis. I. D. N. M. EG'CA R. quæ ſubeunt vicem harum. *In Dei nomine Egica Rex.* A tergo crux eſt certis gradibus inſiſtens, (ùt in nummis Heraclij) hac inſcriptione addita. NARBONA PIVS.

NΘ: R. quod eſt *Receſvinthus Rex*, polito Θ Græco, vice Th Latini. In altera parte crux eſt, cum aliquot gradibus, & hac inſcriptione. ✠ TARRACO PIV.

Quintus nummus ſancti Martyris Ermenegildi, in quo ſignum hominis pectore tenus abſque brachijs, eo modo, quo Termini effinguntur: & in pecto: : crux.

Sextus nummus Regis Reccaredi, in cujus una parte inſcriptio: ✠ RECCAREDVS REX. Altera, ✠ TOLETO PIVS. Ubi notandus mos, de quo jam ſæpius dictum, præponendi crucem ſcriptioni; ſeu inſcriptioni; & talis crux in pleriſque Gothicis numiſmatibus apparet.

Sic in numiſmate Witerici ſeu Witirici à tergo ſcribitur ✠ TOLETO PIVS. Ab altera parte ✠ WITTIRICVS REX. Sic in alio leges. ✠ SVINTHILA REX. In alio. RECCESVINΘVS R. A tergo, crux cum gradibus, & his literis ✠ TOLETO PIVS. In aliis numiſmatis ſcriptum eſt PIVS TOLETO. HI. quæ duæ litteræ ſub cruce apparent. Habemus ergo jam decadem numiſmatum, in quibus crux conſpicitur. G

Undecimum locum teneant numiſmata Regis Wambæ, quæ, ùt inquit Antonius Auguſtinus, diverſa ab aliis forma conſtant; nam præter faciem, manus eſt, quæ crucem tenet, hac inſcriptione. ✠I. D. N. M. N. WAMBA R. Quibus ſignificatur. In nomine Dei Wamba Rex. Ab altera parte crux eſt cum certis gradibus, ſicut in aliis medaliis cum his literis ✠ PIVS TOLETO ROI. H

Ervigii & Egicæ Regum nummos Narbonenſes cruce conſpicuos, jam antea adduximus. Habet Antonius Auguſtinus eorundem Regum nummos crucigeros Toletanos. Exſtant enim Ervigii numiſmata cum his literis ab una parte : I. D. N. M.N. ERVIGIUS R. A tergo crux cum gradibus & hac epigraphe : ✠ TOLETO PIVS.

in circuitu ✠ LEO CIVITAS. Quis iſte Rex Legionenſis fuerit, non habeo exploratum. Sub dubio dixerim, inquit Auguſtinus fuiſſe Alfonſum Catholicum.



Aliud Wambæ Regis nummus altera parte caput præfert cum his literis ✠ IN D. IN M. WAMBA. At parte averſa, excelſam crucem habet, addita hac inſcriptione ✠ CORDOBA PATRICIA. Alius Ervigii Regis ſimiliter à tergo crucem gerit cum his literis CORDOBA PATRICIA. Alius ejuſdem,
C cui à tergo crux cum aliquot gradibus. Epigraphe: ✠ ISPALI PIVS. Wambæ Regis alius, in cujus una parte cernitur ramuſculus crux, & ſtella ſeptem radiorum cum his literis ISPALI PIVS.

Alius Reccaredi Regis, cujus epigraphe, ✠ RECCAREDVS REX. A tergo, ✠ PIVS ISPALI. Similis, Regis Siſebuti. Item Witterici. Etiam Suinthilæ. Alius, cujus epigraphe. ✠ RECCESVINΘVS. R. figura hominis barbati & prolixè capillati. A tergo crux cum aliquot gradibus hac inſcriptione. ✠ BRACARA PIVS. Similis ibid. nummus Egicæ Regis. Et tam hujus, quàm aliorum Regum Gotthorum multos invenies apud Antonium Auguſtinum. Dialog. 8. fol. 239. videntúrque iſti Reges hoc proprium quodammodo habere voluiſſe, ut nummorum inſcriptioni crucem ſemper præpo-
D nerent, eo modo, quo id in vetuſtis epitaphiis, aliiſque inſcriptionibus videre licet. Habes igitur & à Gotthicis in Hiſpania Regibus, cultum crucis non uno duntaxat, ſed pluribus exemplis aſſertum, & quidem in nummis, cujuſmodi exempla hoc loco duntaxat conquirimus.

Sed quid illud? TOLETO PIVS. ISPALI PIVS. Quare dicitur, legitúrque TOLETO. & non TOLETI, aut TOLETVM? Reſpondet Antonius Auguſtinus Dialogo 7.. in aliquibus (numiſmatis) legitur in primo caſu, ſicut TARRACO, & tum intelligitur FECIT. In aliis, dubium eſt, num in primo, vel in

A. Neſcio equidem cur ita dicant: ſi modò TOLETO non eſt indeclinabile, ſicut TOLEDO in Caſtellano idiomate. Et nihilominus TOLETO aut TOLETI *victor*, non deberet dici, eò quod intra Toletum obtinuerit aliquam victoriam: ſed quia victor Toletum intravit. Quoniam victoriæ, ordinariè, extra civitates regias obtinentur. Et ſicut diſcordat (TOLETO) cum hac voce, VICTOR: ſic, ut opinor, cum his vocibus, IVSTVS, PIVS, diſſonat: adeò, ut ſecundùm meam opinionem, nomen loci G
nobis demonſtret, ubi numiſma fuit cuſum, aut fuſum: ſicut apparet in aliis Græcis aut Latinis, aut peregrinis. Altera verò vocula, ad Regem pertinet, cujus ſunt iſti tituli, PIVS, IVSTVS, VICTOR.

B. Hoc ipſum confirmari poteſt Iuſtiniani Imp. agnominibus, quæ ſunt in ff. & Inſtitutionum principio.

CAPUT XXX.

De inſcriptionibus Crucigeris.

OSTENDIMVS lib. 2. de S. Cruce veteres iis, quæ ſcribebant, crucis ſignum & Chriſti nomen præpoſuiſſe aliquando & poſtpoſuiſſe. Lubet ſub finem hujus diſputationis de numiſmatibus crucigeris plura hujus moris exempla afferre, eáque ex vaſto illo & laborioſo opere *inſcriptionum totius orbis Romani*, in quo non pauca exſtant. H

I. Nebriſſæ in ipſa templi fronte ſupra januam.

ALEXANDRA CLARISSIMA FEMINA VIXIT ANNOS PLVS MINVS XXV. RECESSIT IN PACE X. KAL. IANVAR. ERA. D. III. PROBVS. FILIVS VIXIT ANNOS. II. MEN. VNVM.



II.

POSITO. ONORIO. AVGVSTO C. LAV-
RENTIVS. AMICVS. DOLISI. SCRIBET.

V. Mediolani in S. Victoris arca marmorea.

A  Ω


CERVIA. QVÆ. FIDEI. VEXIT. FON-
C DAMINA. SECLO. TERDENOS. ÆVO. BI-
NOS. QVATER. ATTVLIT. ANNOS. LÆ-
TA. DOLIQ. EXPERS. CVLPA. PROCVL.
IMPIGRA. HONESTA. ASTRIGERAM.
SECAT. ALMA. VIAM. CÆLOQ. RECE-
PTA. HIC. VITÆ. METAS. ET. INANIA.
MEMBRA. RELIQVIT. DED. PRIDIE.
NONAS. IANVARIAS.

VI. Duobus miliaribus intrà Terranum Luſitaniæ ſuprà januam templi.

✠ * HVNC. DENIQ. EDIFICIVM. SAN-
CTORVM. NOMINE. CEPTVM. IVSTI.
ET. PASTORIS. MARTIRVM. QVORVM.
CONSTAT. ESSE. SACRATVM. CONSV-
MATVM. EST. OC. OPVS. ERA. DCCXX.

*pro HOC.

D VII. ROMÆ apud Lælium Paſqualinum ſub duabus palmis, intra quas corona, cum hoc ſigno.



FL. IOVINA. QVI. VIXIT. ANNIS. TRI-
BVS. D. XXXII. DEPOS. NEOFITA. IN PA-
CE. KAL. OCTOBR.

VIII. Genabi Aurelianorum in Baſilica S. Crucis.

XI. Romæ in pavimento S. Petri ad Vincula.

✠ SALBO PAPA. N. JOANNE. COGNO-
MENTO. MERCVRIO. EX. SCE. ECCL.
PRESBYTERIS. ORDINATO. EX. TIT.
SCI. CLEMENTIS. AD. GLORIAM. PON-
TIFICALEM. PROMOTO. BEATO. PE-
TRO. AP. PATRONO. SVO. A VINCV-
LIS. EIVS. SEVERVS. PBO. FR. ET. IT.
LAMPADI. ET. ORESTIS. VV. CC. VR- G
BITCIVS. CEDRINVS. EST.

XII. Romæ in Ara cæli.

XR. HIC. DEPOSITVS. SEPTIMIVS. EV-
GENIVS. ATTIA. IRENE. ET. CHARI-
TOSA. FILIA. POST. SECVS. IN. SARCO-
FAGO. IN. HORTVLIS. NOSTRIS. SE-
CESSIMVS.

XIII. Pace Juliæ in Hiſpania Bætica in cochlea ſummi templi.

A ✠ Ω

SEVERVS. PRESBIT. FAMVLVS. CHRI-
STI. VIXIT. ANN. LV. REQVIEVIT. IN.
PACE. DOMINI. XI. KAL. NOVEMBRIS.
ERA. DCXXII.

XIV. In ædibus Colotianis ad aquam Virginem. H



SVNCIA. FELICITAS. PRÆCILIO. MA-
RINO. VIRGINEO. DVLCISSIMO IN-
COMPARABILI. Q. VIXIT. AN. XLIIII. M.
VNO. DIES. XXVI. DEPOSII. VI. KALEN.
OCTOB. FECIT. ET SIBI.

XV. Romæ ad S. Priſcillæ.

S. XR.
VICTORINA. IN. PACE.

XVI. NARNIÆ in Cathedrali Baſilica ſupra januam Cryptæ S. Juliani. In medio Crux. utrinque Agni duo.

H 2 CAS-

Digitized by Google



A ✠ Ω

BENEMERENTI. VALERIÆ. QVÆ. VIXIT. ANNOS. XXVII. DEPOSITA. AIII. Θ KALENDAS. MARTIAS. POST. CONSVLATVM. GRATIANI. ET. DAGALAIFI.

XIIX. In Aſia in pago Ocuus in Epiſtilio jacente ad latus ſepulchri, legitur hæc inſcriptio. ὑπόμνημα ὀρέϛȣ οἰκονόμȣ. *Monumentum Oreſtis Oeconomi.* Initio & fine additur hujusmodi Crux:  in medio autem talis.  C

XIX. Vidimus toto hoc libro ſignum Crucis numiſmatis adjungi conſueviſſe. Teſtatur S. Chryſoſtomus libro. *Quòd Chriſtus ſit DEus*: idem ſalutare ſignum fulſiſſe etiam *in vaſis argenteis*, *aureis*, *margaritis*. Et quidem exemplum crucis in gemma reperitur in ſæpè jam nominato Antiquarum Inſcript. Volumine in Append. pagin. M.C.L. XII. Sezerini Saraceni donârunt inter cætera Joanni Comneno Imperatori Conſtantinopolitano Crucem in lichnite gemma exſculptam, ſummo artificio divinæ imaginis expreſſa ſimilitudine, *cujus aſpectu oculi ſatiari non poterant*, ùt ſcribit Nicetas Choniates lib. de Joanne Comneno. D

Quando Conſtantinopolis à Cruce ſignato exercitu anno Domini M.CC. V. expugnata fuit, inter cætera, quæ Martinus Periſienſis Abbas in Alſatia, jure victoriæ, ex templo quodam devictæ civitatis ſuſtulit, *erat*, inquit Guntherus in hiſtoria Conſtantinopolitana, *tabula quadam inæſtimabilis ferè pretii, & gemmis precioſis operoſiſſimè exornata, & plurima ſanctarum reliquiarum genera longè auro & gemmis precioſiora ibi diligenter*

XXI. Conſtantinopoli in Coloſſi ſtructilis baſi.

✠ Τὸ τετράπλευρον θαῦμα τῶν μεταρσίων χρόνῳ φθαρὲν νῦν Κωνϛαντῖνος δεσπότης τȣ͂ ῥωμανȣ͂ παῖς, δόξα σκηπτȣχίας κρεῖττον νεȣργεῖ τῆς πάλαι θεωρίας. Ὁ γὰρ κολοσσὸς θάμβος ἦν ἐν τῇ ῥόδῳ. Καὶ χαλκὸς ȣ̓͂τος θάμβος ἐϛὶν ἐνθάδε.

✠ *Hoc quadrilaterum miraculum inter ea, quæ in ſublime tolluntur tempore corruptum, nunc Conſtantinus Deſpota Romani filius, gloria Imperii, in melius reſtituit quàm priùs viſebatur. Nam coloſſus ſtupor erat in Rhodo. At æreus iſte, ſtupor eſt in iſto loco.* G

Edidit hanc inſcriptionem Calviniſta quidam in Hodœporico ſuo Conſtantinopolitano, qui cùm plures inſcriptiones Græcas, & quidem Chriſtianas, ediderit, mirari ſubit, cur nulla ex illis cruce prænotata ſit, præſertim cùm notum ſit, recentiores iſtos Græcos vix quidquam ſcribere, niſi ſignum S. Crucis præpingant, ùt videre licet in omnibus ferè manu exaratis codicibus Græcis.

CAPUT XXXI.

Inſignia crucigera Pontificum, Regum, Regnorum, civitatum, legionum, &c. H

DE his in hoc tertio tomo; & libro ſecundo Tomi primi jam ſæpius egimus. Hîc tamen addemus nonnulla, ac inprimis inſigne Wilhelmi Regis Siciliæ, quod Annalibus Anglicanis Rogerus inſeruit. En tibi ipſum digma, & ſtemma.

Cu-

Digitized by Google

B Cujus inſcriptio explicationis loco eſſe
poteſt. Nam & inde cauſa hujus uſurpati
ſigni, Regiſque inſignis pietas elucet; qui
regnum partáſque victorias dextræ divinæ
per Crucem mirabilia ſemper patrare con-
ſuetæ in acceptis retulit; hócque ſigno mu-
nitus, de Græcis & Saracenis, aliiſque ho-
ſtibus magnificè triumphavit; & felicitatis
ſuæ trophæa ac monumenta paſſim erexit,
de quo inter cætera hæc Fazellus libro 7.
poſterioris Decadis de rebus Siculis.

*Mortuo Alexandro, & Lucio tertio in Roma-
nam Eccleſiam ſuffecto, cùm Andronicus Græcus,
Alexio Conſtantinopolitano Imperatori, pupillo, e-
phebo, Manuelis filio tutor datus, pulſis Latinis,
qui puero favebant, Conſtantinopolitanum Impe-*
C *rium, necato in undis puero, dum laxandi animi
gratia parvo navigio huc illuc temerè dilaberetur,
uſurpâſſet, Guilielmus Rex generoſo animo has
Andronici in Latinos puerúmque injurias ultu-
rus, ingenti coacto exercitu, in Græciam cum
claſſe trajiciens, omnia perturbavit. Ubi cùm
Theſſalonicam Macedoniæ urbem vi cepiſſet, plu-
rêſque alias Thraciæ civitates variis cladibus affe-
ctas partim expugnâſſet, partim diripuiſſet, nec
uſquam Andronicus occurreret, (qui vel ob id,
quòd multos occiderat, & pleróſque exilio injuſto
damnaverat, & Deo & Græcis omnibus inviſus
erat) tantum effecit, ut tandem Conſtantinopoli-
tani cives Andronicum captum membratim in fru-*
D *ſta diſcerpſerint, & Iſaac quendam Regia proge-
nie exortum è Peloponeſo ad Imperium extulerint.
Qui cùm ſuadente Lucio Pont. unà cum Guiliel-
mo Rege, ad recuperandam terram ſanctam ire
decreviſſet, Pontificis obitu res interrupta reman-
ſit.*

*Poſthac Guilielmus contra Joſephum Marocci
Regem movit. Et devicto Rege, captáque ejus
filia, non priùs in redemptionem puellæ conſenſit,
quàm Rex Africam urbem (quam Abdul Mumen* F
*ejus genitor patri ſuo Guilielmo, ùt diximus, olim
abſtulerat) ſibi reddidit: Qua victoria celeberri-
mum nomen acquiſivit.*

*Urbano deinde tertio in Eccleſiam ſuccedente;
cùm Saladinus Saracenorum Rex capta jam Hie-
roſolyma, Tyrum à Chriſtianis poſſeſſam dura obſi-
dione premeret, Guilielmus Rex quadraginta tri-
remes paratiſſimas (quibus Margaritus Siculus &
natura & peritia audaciſſimus præerat) Conrado
Montis Ferrati Marchioni Tyri præfecto in auxi-
lium miſit; cujus claſſis adventu obſidionem Sala-
dinus fœdè ſolvere compulſus eſt.*

*Tempore quoque Clementis III. cùm Fridericus
Barbaruſa, Philippus Francorum, & Richardus
Angliæ Reges, cæterique Principes Chriſtiani,* G
*Pontificis impulſu, contra eundem Saladinum,
Chriſtianorum urbes in Oriente infeſtantem, ar-
ma ſumpſiſſent, Guilielmus Rex pacatum cum ſuis
triremibus à piratis mare continens, ad ſacrum
hoc bellum exeuntibus annonam etiam omnifa-
riam ex Sicilia & Apulia ſubminiſtravit.*

Expeditionem Guilhelmi Regis in Græcos
tragicè deſcribit Nicetas Choniates lib. 1. de
Imperio Andronici Comneni, non ſine in-
gentibus conviciis, quæ Nicetas more ſo-
lenni, largiter in Latinos evomit; nec ipſi
Wilhelmo parcens, quem ſemel atque ite-
rum *tyrannum* appellitat. Sed hanc crimi-
nationem nullo negotio depellet ac diſpellet
cognomentum BONI, quod Wilhelmo
communi non modò Siculorum, ſed & ex- H
terorum ſuffragio tributum fuiſſe, teſtatur
ille ipſe, quem ſuprà citavi, Fazellus, qui
Regis hujus eximiam in omnes benignita-
tem, inque Deum & ſuperos religionem ac
pietatem copioſiùs deſcribit. Deceſſit ex hac
vita anno Chriſti M. C. LXXXIX. ætatis ſuæ
XXXVI. in ipſo ſcilicet ævi flore, ſed ὃν οἱ

cumdant. Flagellandos hoſtes indicant, qui Romanum orbem duobus junctis Imperiis munitum impetiërint. In aureis nummis Juſtiniani & ipſe flagellum manu tenens, Barbaris minatur. Marginem duo circuli, alter cæruleus, alter luteus cingunt, perpetuam duorum Principum connexitatem indicantes. Hæc ille; de qua explicatione nihil habeo, quod dicam.

Sed quæritur ab eruditis, unde iſti *Conſtantini Daphnenſes* nomen acceperint. Illuſtriſſimus Cardinalis Baronius Annali tertio exi-
C ſtimat, *Conſtantini* ſeu *Conſtantinianam Daphnen* aliam non eſſe, quàm celeberrimam illam Daphnen Antiochenam, quam accuratè deſcribit Sozomenus lib. 5. capite 18. profértque nummum antea quoque à Golzio & Nummographo Auguſtano prolatum, in cujus antica parte apparet Imperator diadematus cum hac inſcriptione: CONSTANTINVS MAX. AVG. In poſtica, ſolio reſidens victoria alata coronata captivum ad pedes ſupplicem habet, trophæo propè erecto, cum litera B. quæ fortè *Barbaros* denotat: palmam, quantum conjicio, dextra; ſiniſtra rhabdum ſeu virgam tenens, vel, ùt Notitiæ interpres ait; dextra lauri, ſiniſtra palmæ ramum; neque enim numiſmatis ectypon apud Baronium ſatis expreſsè expreſſum eſt; hac epigraphe: CONSTAN-
D TINIANA DAPHNE, Etſi antiquarij quidam legendum contendant. *Conſtantini Anadaphne;* & in his etiam Nummographus: ſed malè, ùt notat Ortelius in Theſauro Geographico, licèt ipſe Nummographus errorem in ſecunda editione animadverterit, atque adeò correxerit. Hunc nummum ad Daphnen Antiochenam pertinere dixi hoc ipſo libro primo, ſecutus Baronium.

Nunc viſa Notitia, réque meliùs conſiderata, muto ſententiam, & tam nummum hunc, quàm *Conſtantini Daphnenſes,* quorum in Notitia mentio, aliò pertinere dico, nem-

Baliſtarij Daphnenſes; & hujus Daphnes nummus eſt ille apud illuſtriſſimum Annalium ſcriptorem ex Goltzio & Auguſtano Nummographo, qui & apud alios extare fertur; non autem *Daphnes* illius *Antiochenæ;* quam ſchemate & habitu militari, victoriæ ſpecie cum trophæo, captivis, lauru, ſeu palma cæteríſque hoſtium domitorum indiciis ac argumentis, pictam & repræſentatam fuiſſe, quis unquam audivit, cùm Daphne illa Antiochena voluptatibus potiùs & amœnitatibus deſtinata fuerit, quàm bellicis ſudoribus ac laboribus? Daphne autem illa in Thracia,
eo fine à Conſtantino Magno fuerit condita, G
ut hoſtes à finibus Romani Imperij arceret; quod clarum ex teſtimonijs Ammiani ac Procopij. Nec quidquam pro priore opinione facit Suidas: non enim loquitur de Daphne Antiochena, ſed de *Auguſteone,* ſeu de loco, qui *Auguſteo* ſeu *Auguſtæum,* ſeu *Auguſtalis* dicebatur; qui erat Conſtantinopoli, Verba Suidæ ſunt iſta: Αυγȣςεῖον ἐκλήθη διότι ιε τȣ͂ ὀκτωβρίȣ μηνὸς οἱ ῥεγεωνάρχοι καὶ σεβαςοφόροι ἐχόρευον ἐν τῷ αὐγȣςείῳ, οἷον ἐν τῷ ὀψοπωλίῳ εἰς τιμὴν τιβερίȣ, τὸν δὲ τοιȣ͂τον τόπον, ȣ̓́τως ἐκάλεσαν ἀπὸ τȣ͂ αὐγȣ́ςȣ. ἔςησε δὲ καὶ ὁ μέγας Κωνςαντῖνος εἰς τὸ ἀσκεπὲς τῆς δάφνης ςήλην τῆς ἑαυτȣ͂ μητρὸς, ἐξ ἧς ὠνόμασε τὸν τόπον αὐγουςεῖον. *Auguſtum appellatum eſt, eo quod 15. die Octobris Regionum*
curatores ſeu Præfecti & Sebaſtophori ſaltarent in H
Auguſteo, quaſi in Obſopolio ſeu obſoniorum foro, in honorem Tiberij. Hunc verò locum ita nominârunt ab Auguſto. Statuit autem & Conſtantinus in propatulo Daphnes, ſtatuam matris ſuæ, à qua locum vocavit Auguſteum. Hæc Suidas.

Quæ vel corrupta ſunt, vel certè Daphne locus ſeu pars erit Regionis quartæ Conſtantinopolitanæ, quæ *Milium* ſeu *Miliarium* dicebatur; cujus etiam pars erat forum, *Auguſteum* ſeu *Auguſteo* dictum; in qua ejusdem nomin-

Digitized by Google

tur etiam in Originibus Conſtantinopolitanis, quorum verba adſcribam: τῇ πέμπτῃ τοῦ ὀκτωβρίου μηνὸς, ἐχόρευον οἱ ῥεγεωνάρχαι ἐν τῷ αὐγουστεῶνι, ἤγουν, τῷ ὀψοπωλίῳ εἰς τιμὴν τοῦ βασιλεύοντος κατὰ τὸν καιρόν. τὸν αὐτὸν οὖν τόπον οἱ ἰδιῶται αὐγουστεῶνα καλοῦσι, ἐν ᾧ καὶ στῆλαι ἔστησαν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ τῆς αὐτοῦ μητρὸς, διὸ καὶ ἐπονόμασε τὸν τόπον αὐγουστεῶνα, πρότερον γουστεῖον λεγόμενον ἤγουν ὀψοπώλιον. *Quinta die Octobris* (diſcrepat decem diebus à Suida) *ſaltabant Præfecti regionum in Auguſteone, ſive foro obſoniorum, in honorem ejus, qui pro tempore imperabat. Hunc ergo locum vocant idiotæ Auguſteonem, in quo etiam ſteterunt ſtatuæ Conſtantini Magni, & Matris ejus. Ea de cauſa nominavit*
C *hunc locum Auguſteona; qui priùs dicebatur Guſtéum* (à guſtu) *hoc eſt, obſoniorum forum.* Vides igitur in *Auguſteone*, de quo Suidæ ſermo eſt, fuiſſe Helenæ & Conſtantini ſtatuas, & ab his locum *Auguſtéi* ſeu *Auguſteonis* nomen inveniſſe.

Cæterùm ut verbis compendium fiat, dico, Suidæ textum eſſe integrum, & ab omni mendo vacuum, & Daphnen Conſtantinopoli certum fuiſſe locum, partem nimirum Auguſteonis ſeu Milij, in quo Conſtantinus Magnus publicè collocârit ſtatuam Helenæ matris: planum id fit ex Originibus Conſtantinopolitanis, ubi de Conſtantino Magno auctor ait, cum novam urbem exornâſſe quatuor ἐμβόλοις, hoc eſt, porticibus, quarum altera *à Daphne & Sophiis pertigerit uſque ad Rhabdum*, certum itidem Con-
D ſtantinopoleos locum. In hac ergo Daphne Conſtantinopolitana poſuit Conſtantinus ſtatuam ſuæ genitricis. Quo fit ut locus Suidæ Daphnen Antiochenam prorſus non tangat: ùt nec nummus, cujus occaſione iſta diſſeruimus. Nam Suidas de Conſtantinopolitana Daphne loquitur: Nummus doſiana; *Prior à Valente poſt primam introducta*, inquit Pancirolus. *quæ Hermunthi in Thebaide degebat.* & ſucceſſit illi Thebæorum legioni, quæ ſub Maximiano Imperat. Martyrium pro Chriſto apud Agaunenſes fortiter ſubiit. *Hæc legio in clypeo albo rubram crucem geſtabat, in cujus medio pelta item rubea, aureum orbiculum includit. In imo ab utraque parte Crucis duo dimidii tauri incumbunt. Elegans & pium inſigne; crucem ſanguine Chriſti rubentem orbem Romanum pro pila poſitum tueri innuit: ſiquidem pelta hoſtium ictus repellit, & duo Principes quorum typus ſunt tauri, ſub hac cruce tuti requieſcunt.* Idem inſigne habet prima Flavia *Theodoſiana; niſi quòd in ima parte crucis non tauri ſed duo dimidiati canes averſi,* G
& à poſterioribus partibus cruci juncti cum impetu latrantes ferri videntur. Hi duo Principes dimidium quiſque Imperium tenentes, qui præſidio tuti, hoſtes impetunt.

Habebat ſub ſe Magiſter militum Præſentalis Martiarios juniores, qui ſextam legionem Palatinam conficiebant *In horum luteo clypeo rubrum pedamentum orbem cæruleum & decuſſatum, rubróque circulo cinctum ſuſtinet, & in cujus ſummo duæ dimidiæ luteæque lunæ, cornibus ſurſum verſis, crucem amplectuntur: duo utrinque ad dexteram & ſiniſtram erecti canes terga orbi vertunt, inverſiſque capitibus ſe invicem reſpiciunt. Hi referunt duos Principes Imperium orbis tuentes, & ſe reſpiciendo mutuum ſibi auxilium promittentes. Orbis cruce diviſus, & rubro circulo circundatus, terrarum, mariſque imperium inſinuat, quod etſi diviſum, unum tamen eſt & unitum, quod globum ambiens circulus rubeus in-* H
nuit. Dimidiæ lunæ & ipſæ ſunt ſymbolum duplicis Imperii, quod etſi dimidium videtur, integrum tamen eſt permanſurum, quemadmodum luna primò viſa deficere in orbem completur. Crux ſuperior, id Chriſti ope futurum pollicetur. Romani verò Imperii ſtabilitatem columna ſignificat. Aliàs luna cruci juncta, Eccleſiæ, Chriſti ſponſæ, eſt

Digitized by Google

&c. in occidente ex medio prominens ſimplicem crucem geſtant.

Conſtantiniani ſub alio magiſtro Præſentali à Mattiacis ſenioribus, quoad inſignia coloribus tantùm differunt *Orbem enim album duobus rubro luteóque vinculo conſtrictum tenent, fortè ut alterutri diſtinguerentur. In manuſcriptis globus duabus nigris lineis eſt decuſſatus. In Codice Urſini, corvi ſunt lutei: in Madruciano albi: in meo utrobique nigri apparent.* Et iſti quidem numerantur inter auxilia Palatina, ſicut & Cornuti; *ex oppido Illyrici Cornuto contracti. Horum inſigne ita Pierius deſcribit. Cornutorum geſtamen erat parma lutea, ſed nigro circulo aliquantulum interiùs circumducto, in*
C *cujus medio angues rubri duo, &c. ad oſculum incurvabantur. In cippi medio ancile parvum erat, colore depictum luteo, duabus in medio nigris, &c. in ſuperiore parte T Centurionis ſignum notatum erat. Ita Pierius littera T Centurionis notam eſſe non arbitror*, inquit doctiſſimus Pancirolus: *potiùs enim Tribunum denotaret, quem præfectum Cornuti habebant. Illud itaque ſanctiſſimæ Crucis ſignum eſſe cenſeo, ſub cujus præſidio tutum Romanum vivebat Imperium.*

Braccati juniores, à Gallia Narbonenſi, quæ olim Braccata, ſic dicti: *clypeum cæruleum geſtant, in quo duplex rubra & lutea columella globum luteum in ſummo manu retentum ſuſtinet. Utrinque duo purpurei corvi ad crucem ſupra globum infixam, & nigris lineis decuſſatam, clamare videntur, &c. Crucem autem*
D *litera X interſecans, Chriſtum in ea paſſum ſignificat.*

Victores ſub magiſtro militum *Præſentali*, inter auxilia Palatina, *in alba Parma, orbem luteum duplici vinculo item luteo circumdatum geſtant, quem vallum in ſummo prominentibus orbiculis interlunatum ſepit: ſuprà, rubra crux, velut ſanguine Chriſti diſtincta eminet, cujus ope orbem Romanum undique tutum eſſe ſignificatur. Prominentes enim orbiculi munitiones orbem tuentes referunt. Globus eſt mundus Romanus, duplici conjunctóque Imperio rectus, qui ope crucis ſanguine Chriſti aſperſa, munitur.*

Hæc breviter ex notitia utriusque Imperii, & ex clariſſimo ejus Interprete Pancirolii, & ex clariſſimo ejus Interprete Panciroli lo enotare volui, ut rubore ſuffundantur illi, qui nunc novo Evangelio pleni, ſine crucis vexillo militare volunt; illúdque non tantùm oculis æquis intueri non queunt; ſed inſuper conviciis proſcindunt, & contumeliis, ubicunque datur occaſio, afficiunt, cùm olim nihil uſitatiùs fuerit, quàm legiones bellicas hac ſalutifera armatura munire, & ad trophæa ſperanda hoc victorioſo trophæo excitare.

Quia verò dum de Conſtantinianæ Daphnes numiſmate diſputaremus, mentio facta G
eſt Conſtantini Magni; diſſimulare non poſſum, me interea, dum liber iſte ſub prælo erat; incidiſſe in librum Gallicum, auctore *Guilielmo du Choul*, impreſſum Lugduni M. D. LVI. qui inſcribitur: *Diſcurſus de veteri Romanorum Religione*; in quo ex nummis, lapidibus, & antiquis inſcriptionibus eruditè priſca Romanorum Ethnicæ ſuperſtitioni adhuc addictorum myſteria & ſacra illuſtrat; & in eo Chriſtianorum quædam numiſmata crucigera inveniſſe; & in his unum Conſtantini Magni, in quo duæ victoriæ alatæ & coronatæ, clypeum aræ inſiſtentem tenent: in cujus clypei medio hæ leguntur literæ. VOT. PR. in medio aræ crux elegans apparet. Epigraphe eſt. VICTORIAE H
LAET. ſub ara duo iſti characteres viſuntur TT. & ſtellula à tergo alterius victoriolæ.

Profert idem Guilielmus eum nummum Decentii, quem ſupra c. 10. depictum dedimus. Alium ejusdem formæ & notæ. Magnentii vulgavit Guilielmus, cujus inſcriptio: VICTORIÆ DD. NN. AVG. ET. CÆS. ſub ſerto ponuntur iſtæ literæ SPRPLS. Expreſſit idem Guilelmus nummum Theodoſii Magni, quem nos ſuprà cap. 14. repræſentavimus, ſed illius major eſt, quàm noſter. Et in noſtro deeſt canis, non ſine latra-

Rhenanus, Wyckte Duerſteten appellat. Duerſteden, Divæus. Utroque modo vulgò vocatur. Doreſtadum, quod nunc Wyck vocatur, legitur in vita S. Friderici Epiſcopi Trajectenſis. Exſtat nummus argenteus Ludovici Imp. Aug. cum pictura navis, & inſcriptione DORESTATVS. *Mercatori omnino perſuaſum eſt, hodie Wadenberch eo loco eſſe, ubi Ptolomæi* Βατανόδορον. *De Doreſtato vico ſcribit Trithemius in Chronico Hirſaugienſi, olim ſub ſe habuiſſe quinquaginta*
C *parochiales Eccleſias.* Hæc ille. Eligat lector quod lubet. Ego ipſum nummum non vidi, ſed tantummodo ectypon, cujus literæ non ſatis erant liquidæ.

Cap. 21. Mentionem feci nummi cujusdam crucigeri, in quo Juſtinianus & Tiberius. Monueram referendum videri ad Juſtinianum Juniorem. De Tiberio non liquebat, Dubitantem expedivit Velſerus: qui hæc ad me. *Nummus Juſtiniani & Tiberii nominibus inſcriptus, ſine controverſia ad Juſtinianum Juniorem pertinet, non quidem, ut Tiberium Abſimarum referat: hunc enim ſimul cum adverſario efficlum eſſe incredibile rectè ſtatuis, ſed Tiberium filium, quem Panvinius in Faſtis Tiberium Heraclium Conſtantinum nominat. Miſcella. At ille* (Juſtinianus) *miſſo Theo-*
D *phylacto Cubiculario, duxit Theodoram, & filium ejus Tiberium, & coronavit eos, & imperavêre ſimul cum ipſo.*

pagina 622. Ingolſtad. edit.

Inter ſigna Regum Romanorum & Imperatorum Occidentis à Carolo Magno ferè ſemper crucem reperies apud Onuphrium lib. 3. de Romanis Principibus.

Quod ad Pontifices Romanos attinet, tametſi omnes ut Apoſtolici Apoſtolica clavium S. Petri, in formam crucis, gerant inſignia, eáque à S. Petro, vel potiùs Chriſto Pont. Max. primo, hæreditaria: tamen com-

viribus devicit. Inſigne ſancti Gregorii Magni Pontif. Rom. fuit circulo incluſũ quod duo erecti leones tenent. Jam verò Regnorum & Urbium digmata ſtaurophora perſequi velle; neſcio num operæ precium futurum ſit. Fecimus id breviter, ùt res ferebat, tom. 1. de ſancta Cruce lib. 2. Veniamus ergo ad alia.

Inter cæteras inſcriptiones, quæ continentur in vaſto illo romanarum inſcriptionum gemino volumine; hanc quoque reperi, repertam in tabula marmorea *ex publica piſcina eruta prope Armiluſtrium in vinea.* G




H

Si cui mens divina, is divinet de ſenſu inſcriptionis. Crux certè in illa manifeſta, cum ſolenni illo Græcorum, JESVS CHRISTVS VINCIT.



Imagi-

Digitized by Google



Imaginibus iſtis, & Dominicæ paſſionis
A inſtrumentis, quæ mortalium corporibus divinitus impreſſa fuêre, clariſſimam lucem accendet Mirandulanus: (nam ut hic omnia repetam, quæ jam alibi explicata ſunt, tempus non ſinit) qui Maximilianum Cæſarem in epiſtola dedicatoria ita affatur. *Monſtráſti dum eſſem apud te in Germania, cruces, clavos, lanceas, & alia pleraque, cœleſti quadam, nec viſibili pluvia delineata, &c. Vidi & ipſe, poſtquam à tua Majeſtate diſceſſi, in Italiam rediturus, multa, quæ non modò fidem rei jam vulgatæ adſtruerent, ſed majorem multò admirationem incuterent, & univerſam penè Germaniam ad cœleſtia prodigia religionis ergò commoverent.* Hæc Mirandulanus ſoluta oratione ad Maximilianum; in cujus poëmate hoc obſervatu dig-
B num, quòd eundem Principem ad Cruciatam inſtituendam cohortatur his verſibus:

Sopitam turbis ſacrato pollice barbam
Vellere ne pigeat, tua ſunt hæc munia, Cæſar,
Stringere conſtantis fidei pro legibus enſem,
Inſculptáque cruce infidos Mahometis alumnos
Pellere.

Ad quos Mirandulani verſus annotavit hæc verba Calvinianus, qui ſcriptores rerum C
Germanicarum ſub Friderico III. & Maximiliano I. publicavit: *Paſſagio indicto.*

De iiſdem crucibus hæc Trithemius in Chronico Hirſſaugienſi, volum. II. ſub Anno M. D. ùt citat ſcriptorum Germaniæ Calvinianus Editor.

Anno prænotato *cruces apparuerunt in lineis veſtimentis hominum, in camiſiis, in linteaminibus, in menſalibus, in peplis mulierum, in albis ſacerdotum, & corporalibus; nec ſolùm in his, quæ quotidiana habebantur in uſu, ſed etiam in illis, quæ abſcondita jacebant in ciſtis, ad quæ nullus poterat aëris penetrare influxus. Cœperunt autem inprimis apparere circa Rhenum, ac deinde per totam Germaniam, in Suevia, in Francia Orientali, in Auſtria, in Bohemia, in Saxonia, in Dacia, in Polonia, & in Hollandia, Brabantia,* D
per Galliámque totam, non ſine timore & horrore magno mortalium, ſubitò, & inſperatæ apparuerunt, ut cadere quodammodo putarentur de cœlo: ita quod aliquando cùm Salve Regina cantaretur in Eccleſia, quadraginta homines inſigniti cruci-
bus

Digitized by Google

nominum corporibus impreſſæ fuerint, id tamen ex Mirandulano, aliiſque ejuſdem ætatis ſcriptoribus compertum eſt.

De his ipſis Crucibus, præter auctores primo tomo adductos, ſcribit quoque Linturius in Appendice ad Faſciculum temporum. *Eodem anno*, nempe M. D. I. *cecidit de cælo circa Inventionis ſanctæ crucis feſtum, figura armorum paſſionis Chriſti ſanguinea ſuper peplum cujuſdam virginis in Maſtrich: quæ lavans peplum, poſt octavam ſuperceciḋit iterum ſanguinea figura, nec deleri potuit de peplo crux Chriſti, corona ſpinea, lancea, flagella. Alii dicebant, quòd etiam in Lubeck factum eſſet, & alibi in pluribus locis cruces ceciderunt rubri aut fuſci coloris.*

Commemorat idem Linturius ſimiles crucis apparitiones ad annum M. D. III. Hoc C inquit, *anno ceciderunt cruces in ſuperiore Alemannia, in Norinberga, Ratiſbona, Landshuta, & alibi, ad veſtes virorum & mulierum; ut plus tamen mulierum, ut opinor, propter horribilem ſuperbiam, luxuriam, avaritiam, homicidia, intrinſeca bella, inobedientiam Eccleſiæ Catholicæ, & erga ejus præcepta, & tribulationem cleri in eorum libertate, propter vim laicorum tunc regentium, & ordinem verſum, quaſi in omni ſtatu. Fuerunt autem coloris fuſci ad rubedinem declinantes, & ſecundùm ſuperbia diverſos colores in togis & camiſiis: quæ etiam in pauperibus tunc excellenter viguit: & omne malum regimen, prout ſuprà anno 1500. & 1501. in inferiori Alemannia, & Rheno factum eſt,* D *ùt iſto loco diximus. Qui etiam cruces extinguere conati ſunt, ſerpentes ad collum uſque ad introitum habuerunt, aut qui maledixerunt ipſis ſaltem. Sic Bambergæ, Egræ, in Hof, Culmbach, Miſnia, Bohemia totóque penè Romano imperio eædem cruces viſæ ſunt in veſtibus hominum variis formis, ſecundùm omnia arma paſſionum Chriſti.* Hæc Linturius.

Cruces anno M. D. III. per Germaniam apparuiſſe, teſtantur quoque Continuatores Palmerii & Naucleri.

MISIT nuper Reverendiſſimus & Illuſtriſſimus Dominus FRIDERICUS BORROMÆUS S.R.E. Cardinalis ampliſſimus, Archiepiſcopus Mediolanenſis, antiquitatis Eccleſiaſticæ ſtudioſiſſimus, ad clariſſimum Dominum MARCUM VELSERUM Reipubl. Auguſtanæ II. Virum imagines quaſdam CHRISTI Crucifixi ex variis archetypis, quæ Romæ & alibi viſuntur, expreſſas, ipſa vetuſtate mirabiles ſimul ac venerabiles; quas hîc ſtylo utcunque repræſentare volui; maluiſſem coloribus, ſed id mihi integrum non eſt; maximè jam poſt mortem, ah mei quondam Velſeri.

Prima imago crucem immiſſam exhibet; quam Crucis Chriſti fuiſſe, probavimus tom. 1. de S. Cruce, libr. 1. cap. 2. Chriſtum re- G præſentat nudum, cum tegmine tamen prout moris eſt. De quo tomo 1. lib. 1. cap. 22. Affixus viſitur Chriſtus clavis quaternis; ſingulis videlicet pedibus, uno; non ſine ligno ſuppedaneo. De clavis actum eſt tom. 1. lib. 1. cap. 19. & 20. De ligno ſuppedaneo cap. 30. Adſtat à dextra B. Virgo; à ſiniſtra, S. Joannes. De quo tom. 1. lib. 2. cap. 4. In ipſa cruce duodecim columbæ apparent, quinque in crucis ſtipite ſub pedibus Chriſti, lignóque ſuppedaneo; quorum prima, tertia, & quinta, ad dextram Chriſti reſpiciunt; ſecunda & quarta ad ſiniſtram. In ligno tranſverſo duæ ſunt, quæ vultum ad dextram Chriſti obvertunt. Totidem, quæ ad lævam. Supra caput Chriſti in ligno extante, tres conſpiciuntur, quarum ſuprema ad lævam; media ad dextram; tertia, quæ capiti Chriſti proximè inſiſtit, H itidem ad lævam reſpectat. Per duodecim columbas inſinuari duodecim Apoſtolos docuimus ex S. Paulino hoc ipſo libro cap. 24. & tom. 1. lib. 2. cap. 11. Quanquam idem Paulinus epiſt. 12. ad Severum, ubi dixerat, columbas eſſe Apoſtolorum ſymbolum, aliam itidem ſignificationem affert his verſibus:

Ar-

Digitized by Google

cùm commeant volatibus ſimul cohærere, communi converſatione vitam ſuam degere, oris oſculo concordiam pacis agnoſcere, legem circa omnia unanimitatis implere. Hæc eſt in Eccleſia noſcenda ſimplicitas, hæc charitas obtinenda, ut columbas dilectio fraternitatis imitetur, ut manſuetudo & lenitas agnis & ovibus coæquetur.

C *Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo & requieſcam*, inquit Propheta Pſalm. 54. Quò volabis? Ad crucem Chriſti? ubi requieſces? In cruce Chriſti? *Quis dabit pennas ſicut columbæ? Et tamen non ſicut corvo*, inquit S. Auguſtinus, *Columba à moleſtiis quærit avolationem, ſed non amittit dilectionem, Columba enim pro ſigno dilectionis ponitur, & in ea gemitus amatur. Nihil tamen amicum gemitibus, quàm columba, die noctúque gemit, tanquam hîc poſita, ubi gemendum eſt:* In cruce videlicet Chriſti Redemptoris noſtri. Hæc lignum jam olim ex arca Noëtica, emiſſa retulit ad arcam, tanquam ſperatæ ſalutis argumentum. *Dimiſit Noë columbam*, inquit S. Ambroſius, lib. *de iis qui myſteriis initiantur*, cap. 3. *quæ cum ramo olei legitur revertiſſe. Vides aquam? Vides lignum? Columbam aſpicis, & dubitas de myſterio? Aqua eſt ergo, qua caro mergitur, ut abluatur peccatum. Sepelitur illic omne vi-*

S. Aug. in Pſal. 54.

D

tom. 1. lib. 1. cap. 30.

Tertia imago longè eſt elegantiſſima. Quatuor clavi. Lignum ſuppedaneum Crux commiſſa, non immiſſa. Cui ſupernè tabella tituli affixa. Rubra tunica Chriſtus veſtitus; abſque tamen manicis. Nec dubito alluſum ad illud Eſaiæ cap. 63. *Quare ergo rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcantium in torculari? Torcular calcavi ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum; calcavi eos in furore meo, & calcavi eos in ira mea, & aſperſus eſt ſanguis eorum ſuper veſtimenta mea, & omnia indumenta mea inquinavi.* Cui proinde ſponſa meritò accinat illud ex Canticis cap. 5. *Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus.* Candidus brachiis; rubicundus, reliquo corpore. G

Quarta eſt imago S. Petri crucifixi. Capite deorſum verſo, ùt habet veterum traditio. Crux non eſt decuſſata, ſed immiſſa, ſimilis prorſus cruci Chriſti. Tunicâ veſtitus in cruce pendet; quæ etiam brachia tegit. Funibus ad crucem adſtrictus; non clavis confixus. Quod num ex vero ſit, jure ambigas: quia longè probabilius eſt clavis affixum eſſe. H

FINIS LIBRI PRIMI.

Digitized by Google

Clauſa peregrinos optabant mœnia cœtus,
Et non conceſſas ſqualida templa preces:
Et limen quod avi tot quæſivêre, Patrésque,
Tunc cœpit Patres quærere, cœpit avos.
Et toties genibus reptata SACRARIA nudis,
Et toties madidis tacta SEPULCHRA genis,
Et toties repetita pio VESTIGIA fletu,
Arida tunc mæſto conſenuêre ſitu.
Sed cùm TARPEII vigilaret cura Parentis,
Bella per occiduas geſſit IDUMA manus.
TULLINGI venêre Duces, venêre BRITANNI,
Venit JAPYGIIS DAUNIA turba plagis.
Vidimus AUSONIOS, enséſque nitere SICANOS,
Et GERMANORUM vidimus arma DUCUM.
Tunc iterum occiduis viguerunt cœtibus urbes,
Tunc iterum pelago ſunt data jura Syro.
Tunc iterum Solymi caluerunt marmora Buſti,
Tunc iterum tutas audiit ara preces.
Hæc veterum, dices, exempla ſuêre parentum:
Vidimus; at quando poſteritatis erunt?

LIBER

Digitized by Google

IN invenerunt, quas ad Crucis gloriam illuſtrandam pertinere, nemo niſi vel Crucis oſor, vel in hac ſacra militia peregrinus planè & hoſpes inficiabitur: tot enim in his apparent ſacratiſſimæ Crucis decora, tot, ut ſic loquar, adoreæ, coronæ & trophæa, ut non injuriâ dubitare liceat, utrum unquam poſt repertam, & ex terræ viſceribus ab Helena Auguſta erutam crucem, grandiora & mirabiliora miracula, virtute ſalutiferæ Crucis, patrata fuerint; quæ tamen Centuriatores Magdeburgenſes ad finem Centuriæ undecimæ, in Epitome belli ſacri penitus diſſimulant, nec vel ſemel Crucem nominare dignantur, tantum abeſt, ut inſignes illas omníque ævo memorabiles victorias, quas fortiſſimi & invictiſſimi Heroës à Mahometanis reportârunt, Cruci in acceptis referant, ei nimirum hoc ſuo ſilentio gratum facientes, qui jam olim ad crucem ejúſque mentionem cohorreſcit, non ignarus quantas per crucem clades acceperit. Sed quæ victricia Crucis opera Novatores illi tegere ſtuduerunt, ea nos retegamus, & in omnium conſpectu ponamus ad laudem & gloriam Crucis, ejúſque, qui nos in Cruce redemit.

A

CAPUT I.

Quid ſit prædicare Crucem: quæ ratio hujus locutionis. A quibus prædicatio Crucis facta. Adversùs quos.

LICET prima & antiqua natione Crucem prædicare, nihil aliud ſit quàm doctrinam, Chriſti crucifixi, & ùt Apoſtolus vocat, *Verbum Crucis*, mortalibus annunciare; tamen poſt annum 1. Cor. 1. Redemptoris noſtri milleſimum, locutio hæc aliam ſignificationem induit; quia Crucem prædicare eſt, non ære, ſed voce *ciere viros*, ſacrúmque Martem non cantu, ſed piis exhortationibus accendere. B Crucem, inquam, prædicare, eſt Chriſtianos, pro fidei defenſione ad arma corripienda, noménque in militiam dandum publicis privatíſque concionibus & monitionibus, etiam per litteras, excitare; ſubditíſque piæ orationis facibus inflammare; & quaſi quoddam claſſicum ad prælia Domini alacriter prælianda canere.

Quæ cohortatio rectè, multas ob cauſas, C prædicatio Crucis appellatur. Primò, quia inſtituitur pro converſione & propagatione religionis Chriſtianæ; quæ nihil aliud eſt, quàm profeſſio Crucis & Crucifixi; cum Apoſtolo enim liberè exclamat Chriſtiana religio. *Mihi autem abſit gloriari niſi in Cruce Domini noſtri JEſu Chriſti, per quem mihi mundus Crucifixus eſt, & ego mundo.* Et licèt la- Galat. 6. tinus interpres retulerit illud Græcum δι' ὃν, ad Chriſtum; poteſt tamen etiam commodo & vero ſenſu referri ad Crucem; δι' ὃν σαυρὸν, *per quam crucem* mihi mundus crucifixus eſt; & ego mundo. Ad eandem quoque Chriſtianam fidem pertinet illud Apoſtoli: *Non enim judicavi me ſcire aliquid inter vos, niſi JEſum Chriſtum & hunc crucifixum.* D Cùm ergo fides noſtra ſit profeſſio Crucis, meritò is, qui ad defenſionem fidei 1. Cor. 2. torpentes exſtimulat, Crucem prædicare dicitur: ut taceam notionem Crucis metaphoricam, qua pro calamitatibus & adverſitatibus uſurpatur: nam & hac ratione religio Chriſtiana profeſſio Crucis eſt; & prædica-

Digitized by Google

dem appellatio retenta eſt: quoties per Chriſtianum orbem concionatores miſſi, qui fidelium arma contra infidelium vim & impreſſionem ſuſcitarent: vocatur enim Crucis prædicatio, reſpectu & analogia quadam ad primam Crucis prædicationem; in qua de ipſa Cruce Chriſti recipienda tractabatur.

Tertia cauſa hujus nomenclaturæ, & quidem potiſſima eſt; quòd quibus committitur munus excitandi Chriſtianos ad propugnationem fidei; id inprimis conentur efficere, ut qui nomina ſua in illam ſacram militiam daturi ſunt: Crucis ſigno inſigniantur; & hoc charactere palam profiteantur, ſe jam in exercitum *Crucifixi* cooptatos eſſe; jámque ſub crucis auſpiciis ſe merere, ac ſtipendia facere velle. Jure igitur cohortatio illa, prædicatio Crucis nominatur; quia ſcopus ejus eſt; ut auditores ſignum Crucis aſſumant, eo modo & ritu, de quo ſtatim plura.

C

Munere hoc prædicandæ Crucis functi ſunt olim ipſi Pontifices, per literas & *Brevia* Apoſtolica; & absque his proprio ore & labore non ſemel. Miſſu & juſſu Pontificis idem munus obierunt, aliquando Cardinales aliquando Epiſcopi; interdum alii pietate, vitæ integritate, doctrina & eloquentia conſpicui viri: quos nominatim indicabimus, cùm de ſingulis prædicationibus Crucis in ſpecie agemus.

D

Eſt autem Crux primò & primariò prædicata adversùs Mahometanos ſeu Saracenos; qui Palæſtinam, ipſámque Hieroſolymam & omnia Chriſti contactu & præſentia conſecrata loca occupârant. Deinde contra eosdem, in Hiſpania, & alibi in Chriſtianorum provinciis violenter ſubactis degentes. Poſtea contra Hæreticos, maximè Albigenſes in Gallia; & Huſſitas in Boëmia: prӕterea adversùs Idololatras. Otto Friſinġenſis de Saxonibus, cum crux contra Sa-

Vide Joan. Marianam lib. 11. de rebus Hiſp. cap. 23. & lib. 12. cap. 2. Cochl. in Hiſt. Huſſ. Otto lib. 1. de geſtis.

CAPUT II.

De Cruce aſſumpta; quæ & qualis fuerit: quo ritu accepta. Quid cruciata.

SANCTÆ igitur militiæ character erat *Crux*; nota & diſtinctionis & agnitionis; quæ apud Hiſtoricos illis locutionibus occaſionem dedit: *Signari*, *Cruce ſignari*. *Crucem ſumere*, *aſſumere*, *accipere*, & id genus aliis. Otto Friſingenſis Antiſtes. *Cunctis, qui aderant, ex priori rumore excitatis ad accipiendam crucem ultrò accurrentibus. Accepere eadem hora crucem tres Epiſcopi, &c. Dux Boëmorum Ladeslaus & Stirenſis Marchio, &c. Cruces accepêre.* Idem de Ludovico Rege Francorum. *Ludovicus Francorum Rex, crucem, à prætaxato Abbate* (Bernardo) *cum multa mentis alacritate ſumens, militiam tranſmarinam profeſſus eſt.*

G

Otth. lib. 1. de Frid. I. cap. 40.

Cap. 36.

In geſtis Ludovici Regis. *Nec defuit ibi S. Bernardus Clarevallis Abbas, qui cum quibusdam de prælatis, de aſſumptione Crucis prædicans, monuit Barones & populum, ut ad vindicandas Chriſti injurias viribus totis inſurgerent, &c. Rex primus proſiliens cum magno devotionis ardore ſignum S. Crucis aſſumpſit. Et poſt ipſum Regina, &c. Tunc videntes Regem & Reginam ſignum crucis aſſumpſiſſe, &c. iſti, quos litera nominabit, Crucem unanimiter aſſumpſerunt, &c.*

Edidit Pith. fol. 138.

H

Petrus Bleſenſis de nonnullis ſacram hanc militiam profeſſis; ſed vitam Cruci divinæ non conſentaneam agentibus: *Quidam ſignati ſunt; ſed non eſt in eis ſignatum lumen vultus tui Domine, &c. Adhuc dico, ſignati ſunt: ſed non ab eo, qui filium ſuum JEſum ſignavit, & miſit.* Sigebertus, & ex illo Vincentius. *Signo ſanctæ Crucis ſignati & armati, ultum ire parant injurias Dei in hoſtes Chriſtiani nominis.*

Bleſ. in Tractat. de peregrinat. Hieroſol. Sigebert. in Chron. Vincent. lib. 25. Specul. Hiſtor. cap. 112. Urſper. in Chron.

Hinc milites iſti abſolutè dicebantur *Signati*. Abbas Urſpergenſis. *Undecunque augeba-*

Digitized by Google

ſeipſos in veſtibus notare fecit. Nimirum Urbanus Pontifex. Idem Pontif. orat. ad Synodum Claromontanam apud Malmesburienſem. *Ituri ſpecimen Crucis veſtibus inſigniant, ut inteſtinæ fidei foras amorem prætendant.* In Fragmento Hiſtoriæ Franciæ edito à Pithœo: *Hieroſolymam tendunt, Cruce Chriſti inſignitis deſuper veſtibus. Sic enim præceperat Dominus Apoſtolicus, ut quicunque ad hoc bellum, faciente Chriſti gratia, proficiſceretur, crucem ejusdem in una ſuarum ferret veſtium.* Wilhelmus Tyrius.

Tyr. lib. 1. Belli ſacri. cap. 16.

C *Convenerat apud omnes, & idipſum de mandato Domini Papæ injunctum fuerat, ut quotquot prædictæ viæ voto ſe obligarent, vivificæ Crucis ſalutare ſignum veſtibus imprimerent, & in humeris illius ſibi portarent memoriam, cujus paſſionis locum inſtare propoſuerant.* Otto Friſingenſis de Saxonibus, qui Cruces aſſumpſerant adverſus Idiolatras. *A noſtris in hoc diſtabant, quòd non ſimpliciter veſtibus aſſutæ* (Cruces) *Sed à rota ſubterpoſita, in altum protendebantur.* Jacobus de Vitriaco. *Signo ſalutiferæ Crucis affixo, ſeſe voto peregrinationis Domino obligaverunt.* Sigonius. *Signum ejus expeditionis fuit crux è purpureo panno confecta, quam primus è Pontificibus Urbanus, ſalutaris in ſignum expiationis, indulſit, veſtibus ſuper dextram ſcapulam affigendam.*

Vitr. lib. de hiſt. orient.

Sigon. lib. 9. de regno Italiæ.

D Neque ſemper crux omnibus ejusdem coloris. Rogerus de Hoveden in Annalibus Anglicis. *Rex Franciæ & gens ſua ſuſceperunt cruces rubeas, & Rex Angliæ cum gente ſua ſuſcepit Cruces albas. Et Philippus Comes Flandriæ cum gente ſua ſuſcepit Cruces virides:* idque propterea; ut quivis Princeps ſuos agnoſceret. Auctor Stemmatum Ducum Lotharingiæ. *Illorum dextrum humerum Cruce lanea rubra Pontifex decoravit, qua in ipſo conflictu agnoſcerentur, inſulamque paludamento præ ſe ferrent.* Apud Robertum Monachum monet Urbanus Pontif. profecturos ad bellum, crucem in fronte ſeu pectore præferre, *qui verò inde compos voti regredi voluerit, inter ſcapulas re-*

ponat ... neret, accipiebant. Anonymus de Friderico primo in terram ſanctam expeditionem parante: *Ipſe Chriſtianiſſimus Imperator, & filius ejus dux illuſtris Sueviæ, multi quoque Epiſcopi & Principes, cum aliis viris ſublimibus, de manu ipſius* (Godefridi Epiſcopi Herbipolenſis) *aſſumentes Crucis ſignaculum ibi publicè ſe voto & promiſſione itineris adſtrinxerunt.*

Eadem ſolennitate cum aliis quàm plurimis Principibus Eccleſiaſticis & Politicis, crucem aſſumpſiſſe videtur, prædicante S. Bernardo, Ludovicus Rex Franciæ, Ludovici Craſſi filius; ùt in geſtis illius à Pithœo publicatis legimus: ubi & hæc produntur. G *Rebus, quas prælibavimus, ſic peractis, venerabilis Pontius Abbas de Verzeriaco, ut locus ille, in quo ſancta congregatio Crucem aſſumpſerat, tam nobilis facti memoriam in perpetuum retineret, in honorem S. Crucis Eccleſiam conſtruxit, quam poſtea divina potentia voluit multis miraculis illuſtrare.* Rigordus de loco, ubi Philippus Franciæ & Henricus Rex Angliæ Cruces aſſumpſerant. *In eodem loco, in monumentum hujus facti, iſti duo Reges devotè erexerunt Crucem ligneam, fundantes ibi Eccleſiam, & inter ſe fœdus perpetuò percutientes, & vocantes ipſum locum ſanctum agrum, eò quòd ibi ſacris Crucibus ſunt inſigniti.*

Innocentius III. Epiſtola ad Prælatos Franciæ: H *Cum igitur nos ad ſubveniendum Hieroſolymitanæ Provinciæ dilectis filiis noſtris. N. Tit. S. Praxedis Presbytero, & N. Tit. S. Mariæ in Via Diac. Card. impoſuerimus ſignum Crucis, &c.*

Benedicebantur porrò Cruces ſacris militibus ſolenni ritu diſtribui & affigi ſolitæ. Extat in Romano Rituali hujusmodi conſecrandæ Crucis precatio. *De benedictione & impoſitione Crucis proficiſcentibus in ſubſidium & defenſionem Fidei Chriſtianæ ſeu recuperationem terræ ſanctæ. Profecturus in ſubſidium & defenſionem Fidei Chriſtianæ, ſeu recuperationem terræ ſanctæ, genu flectit ante Pontificem: coram quo unus miniſtrorum tenet crucem benedicendam:*

hoc ſignum tua dextera bene-✠dic ; & contra omnes diabolicas fraudes virtutem ei tua defenſionis impendas: ut portantibus illud, animæ pariter & corporis proſperitatem conferat ſalutarem : & ſpiritualia in eis dona multiplicet. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. *Amen.*

Deinde Pontifex aſpergit crucem ipſam aqua benedicta: & ſuper recepturum ipſam dicit. Oremus.

Domine JESU Chriſte Fili DEI vivi, qui es verus & omnipotens DEUS: ſplendor & imago Patris, & vita æterna: qui tuis diſcipulis aſſeruiſti: ut quicunque vult poſt te venire ſemetip- C *ſum abneget: & ſuam crucem tollens, te ſequatur: quæſumus immenſam clementiam tuam: ut hunc famulum tuum, qui juxta verbum tuum ſeipſum abnegare: ſuámque crucem tollere: & te ſequi: ac contra inimicos noſtros pro ſalute populi tui electi properare & pugnare deſiderat: ſemper & ubique protegas: ac à periculis omnibus eruas: & à vinculo peccatorum abſolvas: acceptúmque votum ad effectum deducas optatum. Tu Domine, qui es via, veritas, & vita: & in te ſperantium fortitudo: ejus iter benè diſponas: & proſpera cuncta concedas: ut inter præſentis ſæculi anguſtias tuo ſemper auxilio gubernetur. Mitte ei Domine Angelum tuum Raphaëlem: qui Tobiæ comes fuit in itinere ſuo: ejúſque Patrem à corporis cæcitate liberavit: & in eundo & redeundo ſit ei defenſor contra omnes viſibiles & inviſibiles* D *hoſtis inſidias: & omnem mentis & corporis ab eo cæcitatem repellat: Qui cum DEO Patre & Spiritu ſancto vivis & regnas Deus per omnia ſæcula ſæculorum.* ℟. *Amen.*

Tum Pontifex ſedens accepta mitra: imponit illi crucem, dicens:

Accipe ſignum crucis: In nomine Pa-✠-tris, & Fi-✠-lij, & Spiritûs ✠ ſancti: in figuram crucis, paſſionis & mortis Chriſti, ad tui corporis & animæ defenſionem: ut divinæ bonitatis gratia, poſt iter expletum: ſalvus & emendatus ad tuos valeas remeare. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Demùm Pontifex aſpergit cruce ſigna-

beati Dionyſij, à Martyribus licentiam accepturus, & ibi poſt celebrationem Miſſarum baculum peregrinationis & vexillum beati Dionyſij, quod Oriflambe Gallicè dicitur, valde reverenter accepit. Rogerus in Annalibus Anglicanis. *Perrexit Rex* (Angliæ Richardus) *Turonim & ibi recepit, peram & baculum peregrinationis ſuæ de manibus Willelmi Turonenſis Archiepiſcopi. Dúmque Rex ſe baculo fulciret, fractus eſt baculus:* quod mali ominis loco habitum.

Nec arma duntaxat & inſignia ſeu ſymbola peregrinantium benedicebantur; ſed & ipſi peregrinantes. Abbas Urſpergenſis de Ademario Epiſcopo Podienſi: *Inſignitum cæleſtis militiæ ſtigmate exercitum, Apoſtolica benedictione conſignans, condicto ab univerſis tem-* G *pore profectionis, ipſe cum non modica expeditionis turma Italiam rediit.* Extat in libro Rituali, qui *Sacerdotale Romanum* inſcribitur, peculiaris formula, qua Hieroſolymam abituris benè precari moris eſt. Addebatur etiam armis aliquando crux. Helmoldus de expeditione Conradi Imperatoris & Ludovici *Helmold. lib. 1. Chron. cap. 60.* Regis Franciæ. *Fuerunt ſignati titulo Crucis in veſtibus & armatura.*

Cæterùm Crux ſemel aſſumpta non deponebatur, niſi perſoluto peregrinationis voto. In geſtis Ludovici Regis Ludovici Craſſi filij. *Per totum annum integrum portavit Rex crucem conſtitutam in humeris à feſto Reſurrectionis uſque ad aliam, & ulteriùs uſque ad feſtum,* H *quod dicitur Pentecoſtes.* Nec deerant huic *crucifignationi* (ſic enim nominatur in vita S. Ludovici) miracula. *Nam ſignum Crucis quibuſdam in ipſa carne notatum apparuit*, inquit Bertoldus ſeu Bernaldus Conſtantienſis, *unde & à quampluribus, Dei ordinatione & inſpiratione, ipſum iter incæptum fuiſſe credebatur.* Abbas Urſpergenſis. *Nonnulli etiam crucis ſignaculum ſibimet in frontibus vel veſtibus, ſive in quolibet loco corporis divinitus impreſſum oſtendebant, ipſóque ſe ſtigmate ad eandem Domini militiam præſcriptos credebant.* Scribit Rogerus in Annalibus Anglicis, ea hora, quo Rex Gal-

rent, ac crucis virtute conſiſi, contra inimicos crucis in Domino dimicarent, ùt ait Otto Friſingenſis. Hinc etiam *milites crucis* appellati ſunt: credebant enim, ùt ait Abbas Urſpergenſis, ſe, *in hoc ſigno, juxta viſionem Magno quondam Conſtantino revelatam, ab inimicis crucis Chriſti triumphaturos.* IV. Ut, quod idem Auctor ait, *eſſet mortificationis commonitorium.* V. Ut ſigno externo declararent, quanto recuperandæ & ex manibus hoſtium liberandæ Crucis Dominicæ deſiderio tenerentur. Guillermus Brito de Philippo Rege Galliæ:

Ott. lib. 7. cap. 2.

C

Cultúmque Dei decreſcere totis
Viſceribus doluit; Domini ſe velle ſepulchrum
Viſere proponens, quantóque cor illius igne
Ferveat interius, ſigno notat exteriori.

Tandem, ut ad extremum ex illis, quæ titulus capitis propoſuit, accedamus, *Cruciata*, ùt aliqui ſcribunt *Cruciada*, duo ſignificat. I. Ipſam ſacram expeditionem contra Saracenos, & id genus alios. II. Diploma, quo hujuſmodi expeditio indicebatur. Cochlæus lib. 6. Hiſt. Huſſitarum de Juliano Cardinali S. Angeli. *Afferebat Cardinalis ille pleniſſimas indulgentias, quas Cruciatas vocant, in perfidos Huſſitas.* Poſtea tranſlata eſt hæc vox ad omnes literas Apoſtolicas, quibus alicui vel indulgentia, vel aliqua alia gratia; ùt facultas eligendi ſibi quemcunque confeſſarium, conceditur, quæ notio nunc frequens eſt apud canonum interpretes.

D

Dicuntur inſuper hujuſmodi expeditiones *paſſagia; quo vocabulo nihil aliud deſignamus,* (inquit Auctor orationis ad Nicolaum V. Pont. Max. ut Fridericum Imp. in Turcos *Paſſagium* parantem, modis omnibus adjuvare velit: Et extat Tom. II. ſcriptorum Germaniæ à Frehero editorum) *quàm expeditionem militarem numeroſiſſimam adverſus infideles per Chriſtianos indictam; appellatúrque* Paſſagium *ſermone Italico, quaſi tranſitus. Nam ſicut aves* *ſtatus vellet eſſe memor, aut aliquibus perſuaſionibus deterritus ab incepto deſiſteret: ſed omnes indifferenter manus dabant, omnes unanimiter corde & ore votum profitebantur.* Jacobus de Vitriaco. *Signo ſalutiferæ crucis humeris ſuis affixo, ſeſe voto peregrinationis Domino obligaverunt.* Bertoldus ſeu Bernaldus Conſtantienſis. *Omnes, qui ſe ad hoc iter devoverunt, ſigno crucis ſeipſos in veſtibus notare fecit.* Anonymus de Friderico Imp. & filio ejus, aliiſque Principibus: *Aſſumentes crucis ſignaculum ubi publicè ſe voto & promiſſione itineris adſtrinxerunt.*

G

De quo poſtea voto variæ quæſtiones extiterunt, imprimis, utrum maritus, invita conjuge, poſſit, aſſumpta cruce, votum Hieroſolymitanæ profectionis Deo nuncupare. Ad quam quæſtionem hunc in modum reſpondet Pontifex: *In tanta quoque neceſſitate populi Chriſtiani, ne terræ ſanctæ impediatur ſubſidium, viri, præter uxorum aſſenſum, hujus peregrinationis propoſitum vovere liberè valent: & quod voverint, liberè adimplere: Ut autem conſentiant, ſunt attentiùs commonendæ.* Ubi gloſſa: *Specialiſſimus eſt caſus iſte, quòd vir poteſt emittere votum præter licentiam uxoris.* Fit nimirum hoc propter commune bonum Reipublicæ, cui meritò privatum cedit: & votum hoc licitè voveri, docet Sylveſter V. *Votum, Quinto,* cum Reimundo, Innocentiò, Oſtienſi, & verba Pontificis per ſe clara ſunt; nec multa explicatione egent: cui doctrinæ adverſari videtur S. Thomas, qui in *Quodlibetis ſuis* hanc quæſtionem proponens: *Utrum vir poſſit accipere crucem ad transfretandum ultra mare, nolente uxore, ſi de ejus incontinentia timeatur:* reſpondet; *quæ ſunt neceſſitatis, non eſſe prætermittenda propter ea, quæ ſunt propriæ voluntatis: Ex neceſſitate autem viro impoſitum eſſe, ut gerat curam uxoris, eò quòd vir ſit caput mulieris; accipere verò crucem & mare trajicere,* *in*

Cap. Ex multa ext. de voto & voti redempt.

H

S.Thom. Quod. 4. art. 11.

Digitized by Google

reipublicæ, ut emittat. Imò non deſunt Doctores, inter quos Oſtienſis citatus à Sylveſtro, & Panormitanus citatus à Navarro, & ipſe Navarrus, qui arbitrantur, uxorem quoque, quantumvis reclamante marito, peregrinationem Hieroſolymitanam licitè & validè vovere poſſe: præſertim ſi ea ſit conditione; ut impenſa ſua aliquos, qui pro terra ſancta propugnent, ſuſtentare poſſit.

Navar. cap. 12. Man. num. 62.

Voti hujus executionem, legitima ex cauſa, præſertim ſedis Apoſtolicæ auctoritate & juſſione, potuiſſe aliquamdiu differri; exploratum eſt apud omnes Doctores; nam, ut Pontifex dicit: *Non eſt voti dicendus transgreſſor, qui quod vovit, auctoritate ſedis Apoſtolicæ diſtulit adimplere.* Quocirca mandavit Innocentius III. Strigonienſi Archiepiſcopo, ne tametſi jam voto obſtrictus, iter Hieroſolymitanum iniret; donec turbatus Hungarici regni ſtatus tranquillaretur; quia abſentia ejus non parum detrimenti Regno allatura erat. At verò Andream Ducem, Regis Hungariæ filium, idem Pontifex ad celerem voti ſolutionem; etiam Anathematis & regni amittendi metu propoſito adegit: *Licèt* inquit, *univerſis liberum ſit arbitrium in vovendo, uſque adeò tamen ſolutio neceſſaria eſt poſt votum, ut ſine proprio ſalutis diſpendio alicui non liceat reſilire. Accepimus ſiquidem, quòd cùm Rex Hungariæ Pater tuus, agens in extremis, votum, quod voverat Domino, Hieroſolymitanam provinciam in forti manu, humili corde viſitare, ſub interminatione maledictionis paternæ commiſerit tuæ fidei exequendum, & tu aſſumpto Crucis ſignaculo, te id impleturum ſine dilatione qualibet promiſiſti, mandamus quatenus poſtpoſitis cæteris ſollicitudinibus uſque ad feſtum Exaltationis ſanctæ Crucis, debitum acceptæ Crucis exſolvens, propoſitum iter arripias, & humiliter proſequaris: ne ſi onus tibi à patre injunctum, & à te ſponte ſuſceptum, occaſione qualibet detrectaveris, paternæ te reddas ſucceſſione indignum, & hæreditatis emolumento priveris, cujus recuſaveris onera ſup-*

C

Cap. Non eſt Ext. de voto, &c.

Cap. licet. Extra de voto, &c. Extat inter epiſtol. Innocent. pag. 5.

D

divina. Periculum enim *eſt in mora*, ut vulgo dici ſolet; hic præſertim, ubi cum gente ad arma tam prompta, & ad perniciem Chriſtianis ſtruendam tam attenta & vigilante negotium erat.

Quanta quæſo inſania eſt, ait Petrus Bleſenſis ſcribens adversùs illos, qui diem ex die ducebant; & opem, quam Chriſtianis non modò ex charitate, ſed & ex voto ferre debebant; procraſtinabant, *in tam anxiæ neceſſitatis articulo dilationes mittere, innectere viam, protelare ſalutem, Chriſti diſſimulare injurias, permittere, ut lupus in ovile deſæviat, & tunc primò parare ſubſidium, cùm oves devoraverit univerſas. Certè qui opportunitatem deſerit, opportunitas eum fugit. Filii hominum uſquequò gravi corde? Quomodo eſtis ad ſalutaria pigri, ad vana & caduca ſolliciti? Numquid vinitores expectant donec vindemia tranſeat, aut inſtitores, donec nundinæ finiantur; aut meſſores, donec tempus meſſionis excurrat?* Hæc & plura alia in eandem ſententiam Bleſenſis. Hinc Pontifex in mandatis dederat Archiepiſcopo Cantuarienſi, *ut eos, qui ſignum crucis aſſumptum abjecerant, ad reſumptionem ipſius & executionem voti compelleret.*

Bleſ. Tract. de peregrin. Hieroſol.

G

Cap. Quod ſuper his.

Idem mandavit Innocentius in Conſtitutione ſeu Ordinatione pro recuperanda terra ſancta. *Ne hoc ſanctum propoſitum impediri vel retardari contingat, univerſis Eccleſiarum prælatis diſtrictè præcipimus, ut ſinguli per loca ſua, illos, qui ſignum Crucis diſpoſuerunt reſumere, ac tam ipſos, quàm alios cruce ſignatos, & quos adhuc ſignare contigerit, ad reddenda vota ſua Domino diligenter moveant & inducant, & ſi neceſſe fuerit per excommunicationis in perſonas, & interdicti ſententias in terras eorum, omni tergiverſatione ceſſante, compellat: illis duntaxat exceptis, quibus tale impedimentum occurrerit, propter quod, ſecundùm Sedis Apoſtolicæ providentiam, votum eorum commutari debeat meritò, vel differri:* Et hæc non injuria ſtatuit Innocentius, vel potiùs Synodus Lateranenſis cum Innocentio;

H

Digitized by Google

eundum; melius eſſe, ut votum redimat, quàm conſumat expenſas; *quamvis poſſit & aliter reſponderi*, inquit Pontifex, *quòd non ſunt inutiles ad pugnandum, qui etſi per ſe pugnare non poſſunt, maturitate tamen conſilii adeſſe valent pugnantibus, & perſonæ defectum per alios relevare.*

Sed quid ſtatuendum de illis, quibus peregrinatio Hieroſolymitana pœnitentiæ loco impoſita erat? imponi enim à Confeſſariis ſolebat; ut cùm aliunde, tum ex titulo Decretalium *de voto & voti redemptione*, manifeſtum relinquitur. Reſpondet Pontifex, poſſe redimere votum, qui propter debilitatem *non poteſt iter injunctæ peregrinationis implere:* licèt ille votum redimere nequeat, *qui quamvis ſit impotens ad bellandum, potens tamen eſt ad eundum;* hic enim non tam ſpectatur ſuccurſus terræ ſanctæ; quàm ut per labores & moleſtias itineris Deo pro peccatis ſatisfiat. Quod extenditur etiam ad Clericos, ipſo Pontifice id decernente; etſi enim ex ipſo officio Clericali inhabiles ſunt ad pugnandum; ſi tamen Hieroſolymitana profectio eis pœnitentiæ loco impoſita eſſet; neque infirmitate detinerentur, noluit Pontifex, ut voti redemptione gaudere poſſent: quanquam poterant, ſi ſponte ſua ad hoc iter ſeſe obſtrinxiſſent; niſi conſilio aut officio prædicationis multum valerent; aut *obſequio Magnatum deputati eſſent*; aut divitiis adeò abundarent, *ut in expenſis ſuis aliquos ſecum ducere valerent bellatores.*

C

Cap. Quod ſuper his.

D

Ex his nullo negotio expedietur quæſtio illa; *utrum Epiſcopus abſque conſenſu Pontificis, & Clericus, inconſulto ſuo Prælato*: iter Hieroſolymitanum vovere queat. Concorditer reſpondent Doctores, & inter illos Oſtienſis & Panormitanus, poſſe; tempore generalis *Paſſagii*, ùt loquuntur; hoc eſt, quando crux prædicatur, & communis expe-

Oſtien. cap. ult. de voto & voti redempt.

valuiſſet; nulla prorſus commutatione opus fuiſſet. Clericorum itidem votum ſimpliciter approbatur cap. *Ex multa.* §. *De Clericis*, ut obſervandum & explendum; vel certè commutandum. Nec vel verbulo monet Pontifex attendendum eſſe, num votum illud conſenſu Epiſcopi, an ſine conſenſu nuncupatum fuerit.

Adhuc tamen dubitatio reſtat; num votum ultramarinum ſuſcipi poſſit à Clerico vel Epiſcopo abſque facultate, etiam extra tempus generalis expeditionis ſeu *Paſſagii.* Quidam affirmant. Aliqui, ùt Sylveſter, rectiùs negant, ídque probant ex cap. *Fraternitati*, de Clericis, ubi habetur, *Clericum alterius Diœceſis, abſque commendatitiis literis ſui Epiſcopi non debes recipere*: Si recipiendus non eſt abſque literis Epiſcopi, non poteſt ergo peregrinari abſque literis & conſenſu Epiſcopi ſui; ergo nec voto ad peregrinationem ullam ſeſe obligare; niſi in prædicto caſu.

G

Syl. V. votum. 3.

De Monachis res longè eſt liquidior: nihil enim vovere poſſunt independenter ab Antiſtitis ſui conſenſu; præſertim ſi ſit ejuſmodi quiddam, quod ad religioſæ diſciplinæ perniciem tenderet; ex quo genere inprimis excurſiones & vagationes ſæpè ſpecioſo peregrinationis nomine velatæ. Tempore tamen generalis peregrinationis Prælatis Regularibus licitum fuit hoc ultramarinum votum emittere. Patet id cùm ex multorum Abbatum exemplis, tum ex cap. *Poſtulaſtis: extra, de voto & voti redempt.* ubi duo Ordinem Regularem profeſſi, quorum unus jam Cruce ſignatus erat, alter Cruce inſigniri optabat; conſuluerunt Pontificem, num viceſimam proventuum Eccleſiarum ſuarum deputatam ſuccurſui terræ ſanctæ, poſſent ſecum deferre. Reſpondet Pontifex, poſſe; nec improbat alterius votum, & alterius nuncupandi voti deſiderium: *dummodo*, inquit,

H

Digitized by Google

c. 17. cuniam. Quo fit, ut omnis redemptio voti, ſit commutatio; non autem omnis commutatio, redemptio; quæ in hoc ſita, ut quis ſolvat *expenſas, quas in eundo, morando,* Cap. Magna de voto. *& redeundo facturus erat, útque ipſum etiam laborem laboribus recompenſet, ſollicitiùs inſtando vigiliis, devotiùs vacando orationibus, & in jejuniis fortiùs ſeſe exercendo.* Iſtæ enim conditiones exiguntur à Pontifice pro redemptione voti, licèt poſteriores iſtæ non habeant locum apud omnes; illos præſertim, qui eundo non multum emolumenti terræ ſanctæ allaturi erant: vel ob imperitiam pugnandi; vel ob ſenium, vel alias ob cauſas.

C Reſervatum erat, & hodie etiam reſervatur, votum Hieroſolymitanum ſummo Pontifici: id quod apud Doctores omni controverſia caret. Sed quæritur, utrum non tantùm illud votum ultramarinum, quod fit gratia ſubſidii terræ ſanctæ, ejúſque incolis ferendi, Pontifici reſervatum ſit; ſed & illud, quod tantummodo fit ſtudio & amore pietatis augendæ & exercendæ. Abbas, & quidam alii, dicunt votum prioris generis Pontifici reſervatum; non autem poſterio- Syl. V. votum 4. Azor lib. 11. Inſt. cap. 19. ris. Contrà exiſtimat Sylveſter: Omne votum ultramarinum Pontifici reſervatum eſſe. Conciliat utroſque Joannes Azor: nam prior ſententia vera eſt, ſecundùm jus antiquum & commune; quod Jus votum ultramarinum primo modo acceptum Pontifici reſervabat, quia erat magni momenti,

D & nuncupabatur à primariis viris, & ſi ab Epiſcopis relaxari potuiſſet, ceſſiſſet id in grande nocumentum Chriſtianorum in Palæſtina degentium & ſubſidio externo admodum egentium, quippe qui Saracenis undique cingerentur. Nihilominus tamen more & conſuetudine receptum eſt, ut in univerſum voti ultramarini quomodolibet facti abſolutio, ad ſolum Romanum Pontificem ſpectet. Quo ſenſu vera eſt illa altera Sylveſtri ſententia.

ctoritate confiſi, fidelibus Chriſtianis, qui contra eos (Saracenos) *arma ſuſceperint, & onus ſibi hujus peregrinationis aſſumpſerint, iniunctas ſibi pro ſuis delictis pœnitentias relaxamus. Qui autem in vera pœnitentia deceſſerint, & peccatorum indulgentiam & fructum æternæ mercedis ſe non dubitent habituros.* Matthæus Weſtmonaſterienſis de Urbano Pontif. & Synodo Claromontana. *Nec adhuc ſoluto concilio, conceſſa eſt à Papa, cui conceſſa eſt poteſtas à Domino, vice beati Petri, ligandi atque ſolvendi ſuper terram, generalis indulgentia peccatorum ſe cruce ſignaturis, & jam ſignatis.* G

Vitriacus de eodem Urbano Pontifice. *Non multo autem tempore pòſt, venerabilis Pater Apoſtolicæ Sedis Antiſtes Urbanus, prædictum Petrum in Galliam ſubſecutus, convocato generali Concilio apud Clarummontem Alverniæ civitatem, calamitates & oppreſſiones fidelium in terra ſancta commorantium, & tam Dominicum ſepulchrum, quàm alia loca ſancta ab immundis canibus conculcata & profanata diligenter expoſuit omnibus quos Spiritus ſanctus ad ultionem injuriarum Crucifixi, & ad terræ ſanctæ liberationem inſpiraret, in remiſſionem omnium peccatorum tam ſanctam & Deo placitam peregrinationem injungens.*

Bertoldus Conſtantienſis: *His temporibus* H *maxima multitudo de Italia, & omni Gallia, & Germania Hieroſolymam contra Paganos, ut liberarent Chriſtianos, ire cœpit, cujus expeditionis Dominus Papa* (Urbanus) *maximus auctor fuit. Nam & in præteritis ſynodis ſtudioſiſſimè omnes de hac expeditione promovit, eámque eis in remiſſionem omnium peccatorum faciendam firmiſſimè commendavit.*

Abbas Urſpergenſis de eodem Urbano Pontif. *In hoc eis doctor egregius remiſſionem omnium condonat peccatorum, ſi renunciatis omnibus quæ poſſidebant, crucem poſt Chriſtum unanimiter portantes, periclitantibus conchriſtianis ferrent auxilium.*

Eugenius Pontifex in epiſtola; qua Chriſtianos ad bellum ſacrum cohortatur. *Nos autem*

Digitized by Google

atque ſolvendi contulit poteſtatem, omnibus, qui laborem propriis perſonis ſubierint & expenſis, plenam ſuorum peccaminum de quibus liberaliter fuerint corde contriti & confeſſi, veniam indulgemus, & in retributione juſtorum ſalutis æternæ pollicemur augmentum. Similia habet in epiſt. ad Archiepiſcopum Magdeburgenſem, & in alia ad populum Viennenſem.

S. Bernardus epiſtola ad Epiſcopum, Clerum & populum Spirenſem. *Suſcipe ſignum crucis, & omnium pariter, de quibus corde confeſſionem feceris; indulgentiam obtinebis.*

C Petrus Bleſenſis Tract. de peregrinatione Hieroſolymitana acceleranda. *Privilegio ſiquidem Petri Apoſtoli, & auctoritate Eccleſiæ generali propoſuerat Dominus in hoc ſigno verbum reconciliationis, ut viæ Hieroſolymitanæ aſſumptio eſſet pœnitentia conſummata, & ſufficiens ſatisfactio de commiſſis.*

Thom. Cant. lib. 2. Exemplorum cap. 2. ſect. 10.

Thomas Cantipratenſis. *De Indulgentia, quæ crucem ſuſcipientibus prædicatur, nullus fidelium dubitare permittitur, quin integraliter verè pœnitentes & confeſſi Indulgentiam recipiant omnium peccatorum, & in ea deſiderii voluntate, qua pro fide, ſi ſe obtulerit locus, mori geſtiunt, totaliter à pœna ſimul abſolvantur & culpa.*

Kem. 4. p. exam.

Nec opus plures hujus Indulgentiæ, & quidem plenariæ, teſtes producere; quia factum liquet, ùt & hoc, Martinum Kemnicium Hæreticum, largiter mentitum; quando ſcribere non erubuit: nullam doctrinam,
D nullúmque uſum Indulgentiarum ante annum MCC. in Eccleſia exſtitiſſe. Nam Urbanus Pontifex, ut & alii quidam ante prædictum annum floruerunt; & Indulgentias promulgârunt; ùt contra Kemnitianam impudentiam fuſiùs oſtendit Cardinalis Bellarminus.

Bellar. lib. 2. de Indulg. cap. 17.

Extenſæ ſunt iſtæ indulgentiæ etiam ad illos, qui aliquid in ſubſidium terræ ſanctæ qui moritur, antequam iter arripiat, habeat *plenariam indulgentiam* peccatorum: Reſpondet, hoc pendere ex voluntate & diplomate Pontificis. *Si enim indulgentia concedatur accipientibus crucem in ſubſidium terræ ſanctæ, cruce ſignatus ſtatim habebit indulgentiam:* inquit S. Thomas: *etiamſi decedat antequam iter arripiat, quia ſic cauſa indulgentiæ erit non iter, ſed votum itineris; ſi autem in forma literæ continEatur, quòd indulgentia debetur his, qui tranſierint ultra mare, ille, qui decedit, antequam tranſeat, non habet indulgentiam, quia non habet indulgentiæ cauſam.*

Quodl. 2. art. 16.

Quærit idem S. Thomas, *utrum meliùs moriatur crueeſignatus, qui moritur in via eundi ultra mare, quàm ille, qui moritur redeundo.* Reſpondeo, inquit S. Thomas, *quòd quantò aliquis cum pluribus meritis moritur, tantò meliùs moritur, &c. Manifeſtum eſt autem, quòd ille, qui moritur in redeundo de ultra mare, cæteris paribus, cum pluribus meritis moritur, quàm ille, qui moritur in eundo: habet enim meritum ex aſſumptione itineris, & ulteriùs ex proſecutione, in qua fortè multa gravia eſt paſſus, & ideo, cæteris paribus, meliùs moritur ille, qui moritur redeundo, quamvis ire ſit magìs meritorium, quàm redire, genus operis conſiderando.* Hæc S. Thomas. G

S. Thomas Quodl. 5. art. 14.

Qui ibidem in objectione quadam ait, eum, qui proficiſcitur Hieroſolymam *proſequendo votum ſuum,* paratum morti ſeſe exponere pro Chriſto, ſi moriatur, *mori tanquam Martyrem.* Tyrius. *Inſtar Martyrii non immeritò reputabant, in agone hujuſmodi vitam amiſiſſe.* Vitriacus de eodem exercitu Hieroſolymam obſidente; *Maxima frequenter Dei Martyres perpeſſi ſunt detrimenta.* In Geſtis itidem Ludovici Regis Franciæ, F. Ludovici Craſſi hæc leguntur; ubi agitur de clade quadam Chriſtiano exercitui à Turcis illata. *Multi fuerunt, qui illa die pro Chriſto Martyrium receperunt.* H

Tyr. lib. 3. cap. 5.

In-

Digitized by Google

Tom. 3. d. 8. q. 2. p. 2.

requiri, ut mors non obeatur quaſi ex conſequenti, ùt fit, quando quis intendit aliquid aliud, & præter ejus intentionem mors ſequitur. Nam ob defectum hujus conditionis mors militum in bello, etiamſi propter fidei defenſionem occumbant, non eſt Martyrium: & Martyrum itidem eſt, ut occidenti non repugnent; quod profeſſio ni euntium Hieroſolymam ex inſtituto adve- ſabatur; nam vel maximè Saracenis repugnare, & ſceleratam gentem excindere debebant.

Ut autem paucis rem ipſam complectar; aut moriebatur quis in itinere, morbo correptus, & tam moleſta peregrinatione fractus; aut moriebatur in prælio, aut præſidio adversùs hoſtes Chriſtiani exercitus: neutróque modo propriè Martyr erat; ob cauſam jam allatam; & ideo quoque, quia mors ad Martyrium neceſſaria activè inferenda eſt ab aliquo adverſario, & injuſtè, qualis hîc nullus; cùm quis, morbo devictus, decedit; licèt decedat in opere, Dei cauſa ſuſcepto.

C

Non eſt tamen dubitandum plurimos ex his, qui ad terram ſanctam variis temporibus ſeſe contulêre, Martyrii palmam propriè adeptos eſſe; quia ſæpe à Saracenis, etiam extra prælia capiebantur; & exquiſitis tormentis excruciabantur, ob odium Chriſti & nominis Chriſtiani; ex quorum numero unus fuit Thiemo Archiepiſcopus Saliſburgenſis: cujus paſſio nuper publicata eſt. Nec dici poteſt, hujuſmodi peregrinos ſemper à Saracenis fuiſſe captos & interemptos, eò quòd eſſent & haberentur hoſtes propter bona temporalia, (quam cauſam negant viri docti ad Martyrium ſufficere, licèt quis innocenter interficiatur) longè credibilius eſt crebrò excruciatos, & neci datos præcisè propter Chriſtianam religionem, quam gens illa deteſtabilis penitus execratur. Meritò autem olim irriſus & exploſus fuit Nicephorus Phocas Imper. Conſtantinopol.

D

Henriquez lib. de Baptiſmo c. 38.

(peregrinationis) aſſumpſerint, ſub Eccleſiæ defenſione, & beatorum Petri & Pauli protectione, tanquam veræ obedientiæ filios recipimus, & ab univerſis inquietationibus, tam in rebus alienis, quàm in propriis ſtatuimus manere ſecuros. Si verò quiſquam moleſtare eos interim auſu temerario præſumpſerit, per Epiſcopum loci excommunicatione feriatur, & tamdiu ſententia ab omnibus obſervetur, donec & ablata reddantur, & de illis damnis congruè ſatisfiat. Epiſcopi verò & Preſbyteri, qui talibus fortiter non reſtiterint, officii ſuſpenſione mulctentur, donec miſericordiam Sedis Apoſtolicæ obtineant.*

Eugenius Pontifex epiſt. ad Ludovicum Francorum Regem. *Uxores & filios eorum* (crucе ſignatorum) *bona quoque & poſſeſſiones ſub ſanctæ Eccleſiæ, noſtra etiam & Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum Eccleſiæ Dei protectione manere decernimus: Auctoritate etiam Apoſtolica prohibemus, ut de omnibus, quæ cùm crucem acceperint, quietè poſſederint, nulla deinceps quæſtio moveatur, donec de ipſorum reditu vel obitu certiſſimè cognoſcatur. Quicunque verò ære premuntur alieno, & tam ſanctum iter puro corde inceperint, de præterito uſuras non ſolvant: & ſi ipſi, vel alii pro eis occaſione uſurarum adſtricti ſunt ſacramento vel fide Apoſtolica auctoritate eos abſolvimus.*

G

Eadem Innocentius III. & cum illo tota Synodus Lateranenſis: additque: *Quòd ſi quiſquam creditorum eos ad ſolutionem coëgerit uſurarum, eum ad reſtitutionem earum Eccleſiaſtica cenſura cogi mandamus. Judæos verò ad remittendas uſuras per ſecularem compelli præcipimus poteſtatem, & donec illas remiſerint, ab univerſis Chriſti fidelibus per excommunicationis ſententiam eis omnino communio denegetur. His autem, qui Judæis debita ſolvere nequeunt in præſenti, ſic principes ſeculares utili dilatione provideant, quòd poſt iter arreptum, uſquequò de ipſorum obitu vel reditu certiſſimè cognoſcatur, uſurarum incommoda non incurrant, compulſis Judæis proventus pignorum, quos interim ipſi perceperint, in ſortem, expenſis deductis neceſſariis, computare.*

Similia habet Innoc. III. epiſt. ad Archiepiſcopum Magdeburgenſ. Tom. 2. fol. 564. Et in epiſt. ad Viennenſ. fol. 565. & alibi ſæpe.

H

Porrò

Digitized by Google

legimus. De clericis in exercitu ſacro verſantibus hæc Innocentius. *Clericis indulgemus, ut beneficia ſua integra percipiant per triennium, ac ſi eſſent in Eccleſiis reſidentes, & ſi neceſſe fuerit, & per idem tempus pignori valeant obligare.* Extat & apud Rigordum diploma, in quo multa privilegia à Philippo Francorum Rege peregrinis conceſſa ſunt, cùm ipſe profectionem in Palæſtinam adornaret. Similia privilegia invenies in Annalibus Anglicanis Rogeri data cruceſignatis ab Henrico Rege Angliæ, qui cum Philippo Franciæ Rege crucem ſuſceperat; mortuus tamen antequam iter iniret.

Rigord. de geſtis Philippi Auguſti.

Fol. 366.

C

Porrò, quia pro tantis exercitibus maximis impenſis opus erat, variæ rationes conquirendi ſumptus excogitatæ & adhibitæ ſunt. Initio enim pleríque fortunis divenditis, ſuis militabant ſtipendiis, præſertim Principes. Dignum verò admiratione illud eſt, quod Anonymus, ſed fidus ſcriptor, refert; Fridericum Barbaroſſam edicto prohibuiſſe, ut nullus expeditioni ſuæ adſcriberetur, *qui ad minùs in biennium ſumptus itineris habere non poſſet.* Otto de S. Blaſio de eodem Friderico. *Pauperioribus ad minus trium marcarum expenſam, ditioribus pro poſſe expenſas præparare indixit. Egentibus autem pondo trium marcarum ſub anathemate profectionem fecit indici, nolens exercitum vulgo minùs idoneo prægravari.* Plerique ergo ære ſuo militabant.

In Append. ad Otton. Friſingenſ. cap. 31.

Poſtea cùm hæc ratio non modò Privatorum; ſed & Principum facultates exſuperare videretur, ad exactiones deventum eſt. Innocentius III. *Ex communi Concilii approbatione ſtatuimus, ut omnes omnino Clerici tam ſubditi, quàm Prælati, viceſimam partem Eccleſiaſticorum proventuum uſque ad triennium conferant in ſubſidium terræ ſanctæ, per manus eorum, qui ad hoc Apoſtolica fuerint providentia ordinati. Quibusdam duntaxat religioſis exceptis, ab hac prætaxatione meritò eximendis,* *fratres noſtri S. R. E. Cardinales plenariè decimam perſolvemus, ſciántque omnes ſe ad hoc fideliter obſervandum per excommunicationis ſententiam obligatos, &c.* Similia in Epiſtola *ad univerſos Chriſti fideles per Viennenſem provinciam.*

D

Innocen. in conſtit. de recup. terræ ſanctæ.

Tom. 2. fol. 565.

Quod ad laicos attinet, hæc in Concilio Later. decreta ſunt. *Volumus & mandamus, ut Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, & alii, qui curam obtinent animarum, ſtudiosè proponant ſibi commiſſis verbum crucis, obſecrantes per Patrem & Filium, & Spiritum ſanctum, unum, ſolum, verum, æternum Deum, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites & Barones, alióſque Magnates, nec non communiones civitatum, villarum, oppidorum, ut qui perſonaliter non acceſſerint in ſubſidium terræ ſanctæ, competentem conferant numerum bellatorum cum expenſis ad triennium neceſſariis, ſecundùm proprias facultates, in remiſſionem peccatorum ſuorum.*

G

Illud inſuper idem Pontifex mandavit, ut in Eccleſiis Gazophylacium conſtitueretur; in quod fideles eleemoſynas ſuas pro terræ ſanctæ defenſione conferre poſſunt. *In ſingulis Eccleſiis truncum concavum poni præcipimus, tribus clavibus conſignatum prima penes Epiſcopum, ſecunda penes Eccleſiæ ſacerdotem, tertia per aliquem religioſum laicum conſervandis, & in eo fideles quilibet, juxta quod eorum mentibus Dominus inſpiraverit, ſuas eleemoſynas deponere in remiſſionem ſuorum peccaminum moneantur, &c.* Fecit etiam poteſtatem Epiſcopis; *ut circa eos, qui de bonis ſuis terræ ſanctæ voluerint ſubvenire, de diſcretorum virorum conſilio, qualitate perſonarum, & rerum facultate penſatis, ac conſiderato nihilominus devotionis affectu, opus injunctæ pœnitentiæ commutare poſſent in opus eleemoſynæ faciendæ.* Hæc & id genus alia Innocentius, & alii Pontifices.

Innoc. epiſt. ad Arch. Magdebur. & ad Vienen.

H

Neque verò ipſi Reges ac Principes iter Hieroſolymitanum abſque hujusmodi contributionis ope ſemper ſuſcipere valuerunt. Quare

Digitized by Google

tis indicat duabus epiſtolis, quas eo ipſo tempore ſcripſit, quo *ultramarinæ* expeditiones adhuc in uſu erant.

CAPUT VI.

De prima prædicatione Crucis.

ANNO Domino DC. XXXVI. Heraclii Imperatoris anno XXVII. capta eſt Hieroſolyma à Saracenis, poſt biennii obſidionem, populúſque Chriſtianus ſervitutis Mahometanæ duriſſimo jugo op-
C preſſus; nec exiguo tempore ſed uſque ad annum M. XCIX. quo invicta occidentalium Principum dextera tyrannidi Saracenicæ finem impoſuit; libertatémque locis ſanctis; & Chriſtianis ad loca ſancta proficiſcentibus, reſtituit: neque enim incolæ urbis & terræ ſanctæ duntaxat infandis injuriis ab infidelibus afficiebantur & exagitabantur; verùm etiam non modica injuriarum pars redundabat in ipſos peregrinos, qui pietatis amore loca illa ſacratiſſima adire ac religioſè viſere volebant: *quibus*, ùt inquit Tyrius, *per mille mortis genera, pérque hoſtium regiones ad urbem accedentibus, negabatur introitus, niſi in porta aureus, qui pro tributo conſtitutus erat, janitoribus daretur. Sed qui in itinere cuncta perdiderant, & vix cum incolumitate membrorum ad loca pervenerant optata,*
D *unde tributum ſolverent, non habebant. Sic ergo fiebat, ut ante urbem ex talibus mille vel plures collecti, & exſpectantes introëundi licentiam fame & nuditate conſumpti deficerent. Hi tam viventes quàm mortui miſeris civibus intolerabili erant oneri. Nam & viventes alere, & cibo quocunque modo ſuſtentare ſatagebant, & mortuos ſepulturæ tradere nitebantur, cùm tamen eis ſupra vires ſua eſſent negotia. Quibus autem, ſoluto pretio, urbem dabatur ingrediendi facultas, hi majorem civibus ingerebant ſollicitudinem, timentibus, ne fortè deambulantes incautè tanquam loca ſancta viſere volentes, ſputis & alapis afficerentur, ad poſtremum autem, ne clam ſuffocati interimerentur, &c.* Tyrius.

Quo rerum ſtatu Hieroſolymam venit *ſacerdos quidam, Petrus nomine, de regno Francorum:* (quidam Hiſpanum faciunt) *de Epiſcopatu Ambianenſi, qui re & nomine cognominabatur Eremita. Statura quidem puſillus, ſed vivacis ingenii, & oculum habens perſpicacem, gratúmque, & ſponte fluens ei non deerat eloquium:* qui partim audita, partim viſa calamitate populi Chriſtiani, literas à Patriarcha Hieroſolymitano ad principes occidentales accepit; quibus rogabantur, ut terræ G
ſanctæ ſubſidio accurrerent; ſervitutémque Mahometanam à fidelium cervicibus depellerent.

Legatione ſua graviter & induſtriè functus eſt Petrus: excitatus etiam ad hoc cœleſti viſione: nam cùm in Eccleſia Dominicæ Reſurrectionis pernoctaret, ſopórque vigiliâ feſſum altior oppreſſiſſet, *viſus eſt ei Dominus noſter JEſus Chriſtus, quaſi coram poſitus aſtitiſſe, & eandem legationem injunxiſſe dicens: Surge, Petre, propera, & quæ tibi ſunt injuncta, intrepidus perage. Ego enim tecum ero. Tempus eſt enim, ut purgentur ſancta, & ſervis meis ſubveniatur.* Hac cohortatione Petrus erectus in viam ſeſe dedit; & proſpera uſus navigatione, Barium pervenit; inde Romam ad Urbanum Papam, cui literas Patriarchæ & fidelium, qui Hieroſolymis habitabant, tradidit; eorúmque miſerias expoſuit, ut & *abominationes, quæ in locis ſanctis fiebant, à gen-* H
tibus immundis.

Deinde tranſcurrens omnem Italiam, zelo divino ſuccenſus, Alpes tranſiens, occidentales Principes omnes ſigillatim circuit, inſtat ſollicitus, increpat, arguit, atque cooperante divina gratia, monendo quibusdam perſuadet, ut fratribus in tanta afflictione poſitis ſubvenire non differant: & loca ſancta, quæ Dominus propria dignatus eſt illuſtrare præſentia, infidelium ſpurcitiis diutiùs profanari non permittant. Nec viſum eſt ei ſufficere, quòd hoc apud Principes diſſeminaret, niſi etiam & plebes & inferioris manus homines ad id ipſum

Digitized by Google

non extremum locum obtinet; quòd Epiſcopos, alióſque Præſules ſedulò monuit; ut & ipſi ad ſuum quique gregem reverſi crucem ſedulò prædicarent, & cauſam Hieroſolymitanam ſtudioſè populo commendarent: quod & præſtitum: *nam Epiſcopi, prout in mandatis acceperant*, inquit Tyrius, *fideles ſe cooperantes exhibebant, plebes ſuas ad ipſum invitantes, & circumeuntes parochias ſuas verbum vitæ diſſeminabant in populis, nec cadebat vel unus apex ſine fructu ſuper terram: ita ut verè dici poſſet, quòd verè illud verbum Domini impleretur: non pacem veni mittere, ſed gladium.* C

Primi ergo Prædicatores crucis fuêre Petrus Eremita; Urbanus Pontifex, & Antiſtites, qui horum veſtigia ſecuti ſunt.

CAPUT VII.

Admiranda, quæ virtute crucifixi & crucis primam crucis prædicationem ſubſecuta ſunt.

IN hac Crucis prima prædicatione vel maximè eluxit, quàm verum ſit illud Dei oraculum: *Quomodo deſcendit imber & nix de cœlo, & illuc ultra non revertitur, ſed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti: ſic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo; non revertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcunque volui, & proſperabitur in his, ad quæ miſi illud.* (Iſaia 55.) D Nam *hæc fama* crucis prædicatæ, *commovit diverſos populos & ignotos*, inquit Otto Friſingenſis, (Otto lib. 7. cap. 2.) *ſcilicet ex Aquitania atque Nortmannia, Anglia, Scotia, Hybernia, Britannia, Galicia, Gaſconia, Gallia, Flandria, Lotharingia, Burgundia, cæteróſque populos non ſolùm terram, ſed & Inſulas maris ac ultimum Oceanum inhabitantes.*

Fama boni totum dilapſa per orbem, ait Malmesburienſis, *dulci Chriſtianorum animos inpræjudicium facere; ita ut de clauſtris [illegible] egrederentur Monachi; & incluſi de carceribus, in quibus ſe incluſerant ſpontaneè propter Deum. Non erat in regnis occidentalibus, qui aut ætatis, aut ſexûs, aut conditionis, aut ſtatûs vellet eſſe memor, aut aliquibus perſuaſionibus deterritus ab incepto deſiſteret: ſed omnes unanimiter corde & ore votum profitebantur.*

Quo factum, *ut ex univerſo orbe tam innumerabilis multitudo conflueret*, inquit Rudolphus, (Rud. lib. 4. cap. 6.) *quantam nullus hominum priùs ſperare poterat; primitus enim ordo inferioris plebis deinde verò mediocres; poſthæc permaximi quique Reges & Comites ac Præſules. Ad ultimum verò, quod nunquam contigerat, mulieres multæ nobiles, illuc* (Hieroſolymam) *perrexerunt: pluribus enim erat mentis deſiderium mori, priusquam ad propria reverterentur.* G *Orientalibus* tamen *Francis*, teſte Abbate Urſpergenſi *Saxonibus, Thuringis, Baioariis & Alemannis hæc tuba minimè inſonuit.* Otto dicit: *Orientales Francos*, & alios modò nominatos *hæc expeditio minùs permovit.* Permovit igitur, ſed *minùs*, quàm alios, *propter illud maximè ſchiſma, quod inter regnum & ſacerdotium à tempore Alexandri Papæ uſque hodie*, verba ſunt Abbatis, *tam nos Romanis, quàm Romanos nobis inviſos & infeſtos jam heu confirmavit. Inde eſt, quòd omnis penè populus Theutonicus in principio, profectionis hujus cauſam ignorantes, per terram ſuam tranſeuntes, tot legiones, equitum, tot turmas peditum, tótque catervas ruricolarum, fœminarum ac parvulorum, quaſi inaudita ſtultitia delirantes, ſubſannabant, utpote qui pro certis incerta captantes, terram nativitatis vanè relinquerent, terram repromiſſionis incertam, certo diſcrimine appeterent, renunciarent facultatibus propriis, inhiarent alienis.* H

Excuſat tamen Abbas Germanos, & meritò; nam meliora edocti non erant: & poſtea copioſo fœnore in tot expeditionibus Ger-

L 2

Digitized by Google

ti cruce ſignato exercitui ſeſe adjunxerunt; teſte Auctore Anonymo.

Nec defuerunt prodigia cœleſtia, quibus inducti Germani, de hac militia meliorem mentem acceperunt; &, ut aliarum nationum homines, Crucis ſignaculum aſſumpſerunt: nam, ùt Abbas ait *ſignum in ſole viſum, multáque, quæ tam in aëre, quàm in terris portenta apparuerunt, ad hujuſmodi exercitia non paucos antea torpidos excitârunt. E quibus aliqua hic interſeri duximus utiliſſimum: cuncta verò longiſſimum. Et nos cometen in plaga meridiana ſtantem, ſuúmque ſplendorem in obliquum gladii more protendentem, tunc circa Nonas Oct. vidimus.* Poſt alia hujus generis recenſita, addit idem Auctor. *Item aliis ſubita mentis mutatione compunctis vel viſione nocturna edoctis, prædia réſque familiares diſtrahere, ſignúmque mortificationis veſtibus aſſuere placuit, &c.*

C

Tandem ſubjungit. *Hujuſmodi ſignis, tota creatura in creatoris ſe militiam cohortante, nil moratur inimicus ille, cæteris etiam dormientibus ſemper pervigil, bono illi ſemini zizania ſua ſuperſeminare, Pſeudoprophetas Dominicis exercitibus, falſos fratres, & inhoneſtas fœminei ſexus perſonas, ſub ſpecie religionis, intermiſcere, ſicque per aliorum hypocriſin atque mendacia, per aliorum verò nefarias pollutiones, Chriſti greges adeò turbabantur, ut, juxta boni paſtoris vaticinium, etiam electi in errorem ducerentur. Inde fabuloſum illud confictum de Carolo Magno: quaſi de mortuis in id ipſum reſuſcitato, & alio neſcio quo nihilominus redivivo: frivolum quoque illud de anſere, quaſi dominam ſuam deducente, multáque id genus.* Nec mirum in tam innumerabili hominum multitudine repertos, qui vel ſomnia pro rebus veris venditarent, vel tanquam Judæ quidam Apoſtolis, hoc eſt, populo Dei, ſeſe admiſcerent. Qui enim in tanta colluvie & diverſitate nationum & morum, omnes ſinceri eſſent?

D

naturalem habitum in virilem nefariè mutaverunt, cum quibus fornicati ſunt, in quo Deum mirabiliter, ſicut Iſraëliticus populus quondam, offenderunt. Hæc Bertoldus.

Certè in Conradi Imperatoris expeditione Hieroſolymitana fuiſſe mulieres habitu virili, imò & armis indutas, teſtatur Nicetas Choniates, ſi quæ tamen fides habenda Germani nominis hoſti infenſo. En verba Nicetæ. *Inter quos* (Alemannos) *& mulieres erant, non conjunctis pedibus, ſed virorum inſtar diviſis, ſuper palliis equitantes, haſtatæ atque armatæ, ac virili habitu ornatæ, Martio vultu, Amazonibus audaciores. Inter quas una excelluit, quaſi altera Pentheſilea, quæ ob faſtigia & limbum veſtium auro intertextum Auripes vocabatur.* Iſta Græcus ille. At Otto ſequentia: *Fuêre quidam ex eis, qui falſâ ſpecie religionis eandem militiam aggrederentur, inter quos Emicho quidam Comes de partibus Rheni, uſurpans ſibi ducatum ferè duodecim millium, Judæos ubicunque reperit, vel delere, vel Eccleſiæ incorporare ſatagebat.*

Nicet. lib. 1. de geſt. Manuelis Imp.

G

De his vide Tyr. lib. 1. cap. 27. & ſeqq.

Ejuſdem farinæ erat Godeſchalcus, *non verus ſed falſus Dei ſervus*, inquit Urſpergenſis; qui & ipſe non exiguam manum prædatum potiùs, quàm contra Saracenos pugnatum eduxit: *Hæcque eſt cauſa*, ait Abbas, *qua quidam ſimpliciores fratres, utpote rem ignorantes, ſcandalizati, totum hujus profectionis conatum vanum atque frivolum ipſi nimis præproperi judices interpretati ſunt. Paleis tamen ex area Dominica hujuſmodi ventilabro decuſſis* (plerique enim perierunt in Ungaria) *vidimus grana triticea naturalis ſoliditatis gravitate perdurantia, Gotefridum ſcilicet, cæteróſque verè Dominicæ militiæ duces, cum ſuis ſinguli ſuper omnem ſtellarum diſpoſitionem ſpecioſis caſtris, ab univerſis, quas pertranſibant gentium principibus, pacem ac favorem humilitatis atque charitatis exemplo, ut verè Chriſti diſcipuli conſequentes, donec diverſis itinerum difficultatibus, Bulgaria permeata, Conſtantinopolitanas attigerunt arces.*

H

Fuêre

merus diſertè quoque ponitur in Epitome bellorum ſacrorum nuper in lucem data. Quid, quod numerum cruce ſignatorum longè majorem fuiſſe oportet, cùm collecto & recenſito ad Nicæam univerſo exercitu, reperti ſint *peditum promiſcui ſexus ſexcenta millia. Equitum verò loricatorum centum millia*, ùt ſcribit Tyrius ſub finem libri ſecundi; nimirum poſtquam jam, variis locis, tam multa millia cruce ſignatorum occubuerant: imò cùm à Nicæa expugnata diſceſsêre, *æſtimabantur, ſeptingenta millia*, inquit Willhelmus Malmesburienſis. Quod profectò inter admiranda crucis maximè admirandum eſt: quando enim ſimile quid à condito mundo unquam auditum? Nulla tuba, nullus lituus, nullum claſſicum unquam ad arma excivit tam multos, tam citò, tam ad arduum ſupráque vires humanas bellum; quàm crux cruciſque prædicatio.

Wilhel. lib. 4. de Reg. Angl.

C

Tyr. lib. 1. cap. 7.

Cæterùm in hac *cruciata* militia *præcipui & præeminentes exſtiterunt*, inquit Vitriacus, *Dux Nortmannorum, Comites Toloſanus & S. Ægidii, & Flandrenſium, Bleſenſium & Carnotenſium, Hugo frater Regis Francorum, Godefridus Dominus de Bullion, Dux Lotharingiæ, cum fratre ſuo Balduino. De regno etiam Siciliæ Boëmundus cum Tancredo cognato ipſius*; & plures alii, quos lege apud Tyrium.

Tyr. lib. 1. cap. 17.

Inter Eccleſiaſticos potiſſimùm claruerunt Ademarus Epiſcopus Podienſis, qui primus in concilio Claromontano crucem aſſumpſit, *Vir vitæ venerabilis*, ait Tyrius, *qui poſtea Apoſtolicæ ſedis legatione functus, in eadem legatione populo Dei tam fideliter, quàm prudenter præfuit Guilielmus: & Auraſicenſis, Epiſcopus, vir verè religioſus ac timens Deum.*

D

At verò ex Laicis primum fuiſſe comitem Toloſanum Raimundum, qui crucem ac-

ris eſt reddita temperies, equos præparant, arma exerunt, componunt ſarcinas, & mutuò ſe, qui ſimul erant profecturi, invitant legationibus, &c. Non erat uſpiam in tot provinciis, quot habet occidens, domus otioſa vel una, &c. dum hic paterfamilias, hic filius, illic verò tota domus ad migrandum ſe congregaret. Nullus neceſſitudinum amor, ait Malmesburienſis, *affectus patriæ vilis, ſolus Deus præ oculis: quidquid in horreis, quidquid in tricliniis repoſitum, reſponſurum erat vel avari votis agricolæ, vel theſaurorum incubatoris, deſeritur: in ſolum Hieroſolymitanum iter eſuritur. Gaudium erat euntibus, mæror remanentibus. Dirigebantur frequentes epiſtolæ, quibus ſe mutuò excitabant, attentiùs moram increpantes, & monentes properare celeriùs: diligenter præordinantes, quando oporteat eos iter arripere, ubi convenire, & qua via tutiùs commodiúsque poſſint incedere: nec enim poterant tot támque infinita populorum millia in unaqualibet regione ſibi reperire neceſſaria.*

G

Delecta, ubi omnibus conveniendum erat, Conſtantinopolis in Thracia, aut Nicæa in Bithynia: quò variis viis itum. Nam primus omnium anno Redemptionis M. XCVI. *menſe Martio, quidam Galterus, cognomento Senſaveir, vir nobilis, cum ingenti multitudine pedeſtrium turmarum, nam pauciſſimos ſecum habebat equites, in viam ſeſe dedit, peragratáque Germania, Ungaria, Bulgaria, Conſtantinopolim ſatis feliciter advenit.* Quem paulò pòſt, eadem via, etſi non pari fortuna, ſecutus eſt Petrus Eremita, cum ingenti multitudine, *quam ex omni populo, & tribubus, & linguis & nationibus collegerat, quaſi ad quadraginta millia*, Teſte Tyrio, tandémque maxima accepta in Bulgaria clade, Conſtantinopolim attigit, tranſmiſſóque Boſphoro, unà cum Galteri exercitu caſtra poſuit in Bithynia, ubi dum miles contra profeſſionem

Tyr. lib. 1. cap. 18.

H

Tyr. cap. 19.

L 3

Simili exitu, & fortè ſimili cauſa, conſumpti ſunt, qui per Saxoniam & Bohemiam, Folcmaro Presbytero duce, iter agebant: de quibus hæc Urſpergenſis: *Pauciſſimi, qui remanſerant, adhuc teſtari ſolent, quòd Crucis ſignum ſuper ſe cœlitus apparens ab imminente eos nece liberâſſet.*

Eodem Anno milleſimo nonageſimo ſexto, menſe Auguſto, Godefridus Lotharingiæ Dux cum maximis & inſtructiſſimis copiis, iter ingreſſus per Germaniam, Ungariam & Bulgariam Conſtantinopolim venit:
C trajectóque Boſphoro Chalcedone caſtra metatus eſt.

De quibus ob ſummam Ducis æquitatem, moderationem & religionem erga Deum, potiſſimùm accipias illud quod Malmesburienſis teſtatur; *Præcipuum erat videre miraculum, cùm tam infinita multitudo ſenſim per terras Chriſtianorum, & non prædabunda procederet, & non eſſet, qui coërceret. Fervebat in omnibus alterutra dilectio, ùt ſi penes aliquem quid repertum eſſet, quod ſuum non eſſe cognoſceret, per multos dies paſſim agnoſcendum proponeret, ſuſpendebatúrque interim inventoris aviditas, dum fortè illius qui perdiderat, corrigeretur neceſſitas.*

D Poſt Godefridum Boamundus, Princeps Tarentinus, transmiſſo cum ſuo exercitu, Dyrrhachium appulit; & inde Conſtantinopolim terreſtri itinere proceſſit, ùt & longè pòſt, eadem via, Comes Flandrenſium cum copiis ſuis; per Dalmatiam verò Comes Toloſanus, & Epiſcopus Podienſis cum ſuis: Tandem per Mare Adriaticum & Dyrrhachium Robertus Nortmannorum comes, & alii in eodem comitatu & exercitu viri clariſſimi & fortiſſimi.

Cæterùm tot novæ & inſtructiſſimæ copiæ, quarum aliæ poſt alias Conſtantinopolim deferebantur, Græcis non modò ſtuporem, ſed & timorem incuſſerunt, præſertim Alexio Comneno Imperatori Conſtantinopolitano; qui licèt initio, ùt ſcribit Abbas Urſpergenſis, ſummum Pontificem Urbanum ſtri everſum ibant.

Scribunt Zonaras & Glycas hanc tantam Francorum ex Occidente in Orientem expeditionem, præſignificatam fuiſſe hujusmodi prodigio. *Locuſtarum infinita multitudo ab occidente orta, & tanta, ut inter volandum nubibus æquipararetur, & ſolem obumbraret, urbe maxima, & finibus ejus pervolatis, quievit.* Hæc illi, penes quos fidem facti, veritatem
interpretationis eſſe volumus: Etſi nihil cauſæ, cur hanc expoſitionem repudiemus; cùm locuſta ſit ex illis: *quatuor terræ*, quæ *ſunt ſapientiora ſapientibus*; ùt ait ſapientiſſimus Salomon; addens; *Regem locuſta non habet, & egreditur univerſa per turmas ſuas.* Neque exercitus iſti Regem habebant; quando Conſtantinopolim venerunt. Et tamen per turmas ordinatiſſimas egrediebantur & ingrediebantur, ùt non ſemel experti Græci, non ſine damno. *Non perluſtraverunt radii ſolares*, inquit Henricus Huntindonienſis, *à prima ſui creatione tantam, tam præclaram militiam, tam verendam, tam numeroſam turbam, tot & tam bellicoſos duces. Ceſſet Troja, ceſſent Thebæ duces & principes deſtructionis ſuæ, ut excuſentur, nominare. Hic adfuerunt electiſſimi omnium temporum filii fulgentes occidentis: omnes crucis ſigno inſigniti: omnes in regnis ſuis reliquorum fortiſſimi.* H

Zon. in Annal. Glyc. in Annal.
Simile quid narrat Urſpergenſ. in Chronico.
G
Prov. 30.

CAPUT IX.

Præclara & Heroica facinora à cruce ſignato exercitu patrata.

TRAJECTO *Boſporo conſtraverunt viam plurimo ſudore*, ait Robertus, *uſque Nicæam, &c. Poſuerúntque ligneas cruces per reflexus viarum, in teſtimonium, ut cunctis notum fieret, quòd via illa erat peregrinantium.* Primò omnium obſeſſa Nicæa; cùm aliis omnibus, tum gemino concilio iſthic celebrato clariſſima: Nec obſeſſa tantùm fortiter, ſed & feliciter expugnata, repulſis maxima ſtrage Turcis, qui numeroſiſſimis copiis obſidio-

DEUS VULT, DEUS VULT. Sic Græci hoſtem adorientes clamabant; teſte Cedreno, ςαυρὸς νενίκηκε, *crux vicit.* Leo Imperator. *Cùm jam ad conflictationem movet exercitus, conſueta Chriſtianis vox uſurpanda eſt, νικητήριον τȣ̃ ςαυρȣ̃: Crucis victoria.* Idem: *Quando denſata acies ad unius ſagittæ jactum ab hoſtibus abfuerit, & conflictatio futura eſt, dicito:* ἕτοιμοι, *parati. Alius ſtatim excipiat & clamet,* βοήθει, *juva, & confeſtim una claráque voce, omnes perſonent:* ὁ Θεός, *Deus.* Sic olim Gedeon manus cum Madianitis conſerturus præcepit trecentis, quos ſecum ducebat. *Clangite & conclamate: Domino & Gedeoni, &c. clamaverúntque Gladius Domini & Gedeonis.* Videntur & cruce ſignati Græcorum more, aliquando crucem inſonuiſſe initio conflictus. Henricus Huntindonienſis de Chriſtianis ad Antiochiam. *Chriſtiani ſignum crucis acclamantes, tam acriter in prima invaſione hoſtes percuſſerunt, & propulerunt, ut ſtatim fugæ darentur.*

Baſil. Leo libro de appar. bellico c. 12. cap. 7.

C

Jud. 7.

Symbolum hoc militare, DEUS VULT, DEUS VULT, natum eſſe ex unanimi totius multitudinis ad orationem Urbani Pontificis apud Clarummontem acclamatione, docet Robertus Monachus; nam ubi Papa finem dicendi fecerat, *ita omnium, qui aderant, affectus in unum concitavit, ut omnes acclamarent;* DEUS VULT, DEUS VULT. *Quod ut venerandus Pontifex Romanus audivit, erectis luminibus in cœlum Deo gratias egit, & manu ſilentium indicens ait, Fratres chariſſimi, hodie in vobis eſt oſtenſum, quod Dominus dicit in Evangelio: ubi duo vel tres fuerint congregati in nomine meo, ibi in medio eorum ſum. Niſi enim Dominus Deus in mentibus veſtris fuiſſet, una omnium veſtrûm vox non fuiſſet. Licèt enim vox veſtra numeroſa prodierit, tamen origo vocis, una fuit. Propterea dico vobis, quòd Deus hanc à vobis elicuit, qui veſtris eam pectoribus inſeruit. Sit ergo vobis vox iſta in rebus bellicis mi-*

Robert. lib. 1. Hiſt. ſacra.

D

[illegible] *nem daret, omnes clamaverunt, qui aderant, dicentes, nos tecum ibimus, & abſque retractatione viam ſancti ſepulchri promittimus. Tunc vir ſapiens & aſtutus cruces juſſit afferri, quas præceperat fieri. Quibus allatis, dixit: ſi dictis veſtris facta unire vultis, de crucibus iſtis unuſquiſque accipiat unam, & acceptio crucis, ſponſio vis fiat. Tunc tot ad accipiendum confluxerunt, ut multis ad accipiendum affectantibus cruces defuerint. Audientes igitur optimates Apuliæ & Calabriæ, & Siciliæ, quod Boamundus viam ſancti ſepulchri ſuſceperat, omnes ad eum confluunt, & tam mediocres, quàm potentes, ſenes quàm juvenes, ſervi quàm Domini viam ſancti ſepulchri promittunt.* Sed ad inſtitutum.

G

Peragratis domitiſque longè latéque variis provinciis, tandem Antiochiam pervenit cruce conſpicuus exercitus: quam & obſidione cinxit; & in poteſtatem redegit, multis priùs non ſemel trucidatis, qui vel Antiochenis opem latum ibant; vel ex urbe in obſidentium caſtra impreſſionem fecerant. *Capta eſt autem Antiochia,* inquit Tyrius, *anno ab Incarnatione Domini M. XCVIII. menſe Junio, tertia die menſis;* cœpta obſideri decima die menſis Octobris anno XCVII. Vix urbem cruce ſignati intraverant; cùm ab ingenti Turcarum exercitu (trecenta millia fuiſſe refert Wilhelmus Malmesburienſis, *cum viginti ſeptem Ammiratis*) obſeſſi, incluſi & in maximas anguſtias conjecti ſunt.

H

Tandem tamen Deus populum ſibi conſecratum reſpexit, *& gemitus eorum exaudivit,* inquit Tyrius, *mittens ei conſolationem de ſede majeſtatis ſuæ. Quidam enim Petrus clericus, ut dicitur, de regione Provincia, ad Epiſcopum Podienſem, & Dominum Comitem acceſſit Toloſanum, aſſerens, quod ei B. Andreas Apoſtolus in ſomnis apparuerit, & eum ter vel quater commonuerit diligentiſſimè, quatenus ad prin-*

Tyr. lib. 6. cap. 14.

Digitized by Google

tanquam immiſſa de ſupernis conſolatione, currunt unanimes, & donis muneribúſque tam precioſum multo honore prævenientes inventum, cœperunt quodammodo à ſuis anxietatibus reſpirare, & in obſequiis divinis reperiri fortiores. Fuerunt & alii nonnulli, qui ſe dicebant, viſiones Angelorum & ſanctorum Apoſtolorum vidiſſe: quibus quaſi invicem conſonantibus, fides habebatur amplior, & populus à ſua dejectione reſurgebat in immenſum.

Robert. lib. 5. Mirabiliora literis prodidit Robertus Monachus. *Erat quidam Admiraldus de genere Turcarum in illa civitate regia, cum quo Boamundus plurima & privata pacis tempore habuit*
C *colloquia. Hic inter cetera quodam die requiſivit ab eo, ubinam caſtra poſuerit ille candidatorum exercitus innumerabilis, quorum in omnibus bellis fulciebantur auxilio. Dicebat enim quòd adventum illorum nunquam poterant ſuſtinere, ſed ſtatim ut viderint illos, incipiebant pavere, illi ipſos ùt ventus turbinis opprimerent, & iſti vulnerabant, iſti obruebant, & iſti occidebant. Cui Boamundus ait. Putáſne alium exercitum eſſe, quem vides noſtrum? Cui ille: per Mahometem meum præceptorem juro, quoniam ſi hìc adeſſent, tota eos planities non caperet. Omnes habent equos albos miræ celeritatis & veſtimenta, & ſcuta, & vexilla ejuſdem coloris. Sed forſitan ideo abſconduntur, ne virtus veſtra nobis manifeſtetur. Sed per fidem, quam habes in JEſum, ubi caſtra eorum locata ſunt? Boamundus itaque ſpiritu Dei*
D *illuſtratus, illico ſentit hanc, quam viderat Dei viſionem eſſe, nec, quòd quærebat ex tentatione, ſed ex bona voluntate procedere: & reſpondens inquit: licèt ſis extraneus à lege noſtra, quia video te bona erga nos voluntate, bonóque ſpiritu animatum, aperiam tibi aliquod fidei noſtræ Sacramentum. Si tantum profundi intellectus haberes; gratias Creatori omnium referre deberes, qui tibi oſtendit exercitum candidatum, & ſcias quia in terra non converſantur, ſed in ſupernis manſionibus regni cœlorum. Hi ſunt, qui pro fide Chriſti martyrium ſuſtinuerunt, & in omni terra contra incredulos dimicaverunt. Horum præci-*

Vincentius. *Cuidam ſacerdoti apparuit Dominus, cum beatiſſima genitrice ſua, Et Petro Apoſtolo Cruce ſuper caput reſplendente, exprobrans beneficia, quæ Chriſtianis contulerat, & ingratitudinem eorum cum mulieribus fornicantium: cúmque minaretur ſe vindicaturum de illis, & mala ſua illis redditurum, Mater miſericordiæ, & beatus Petrus ceciderunt ad pedes ejus ſupplicantes, ne pro paucorum culpis cunctis iraſceretur, qui precibus eorum acquieſcens dixit presbytero: Vade, & dic populo meo, lupanar & proſtibulum, & omnem à vobis removete abuſum, & infrà quinque dies, ſi reverſi fueritis ad me, revertar ad vos, & opportunum vobis providebo auxilium: & interim quotidie cantetur; Congregati ſunt inimici noſtri, &* *Robert. lib. 7*
gloriantur in virtute ſua, contere fortitudinem illorum Domine, &c. G

Hæc Vincentius & alij; quibus inde etiam probabilitas accedit, quòd, Tyrio referente; ex communi Principum ad Antiochiam decreto, *fatuas & leves mulierculas ab exercitu ſequeſtrârunt, adulteria & omne fornicationis genus ſub pœna mortis inhibentes. Commeſſationes & ebrietates, & periculoſum alearum ludum, incauta juramenta, in pondere & menſura fraudem & omnem circumventionem, furtum & rapinam interdicentes*, conſtitutis quoque judicibus, qui in hujus interdicti violatores animadverterent. Eadem Auctor Anonymus, qui hujus ipſius expeditionis tempore vivebat, quem Reineccius Novator ante aliquot an-
nos ſine nomine publicavit, ſed nomen po- H
ſtea reperi in manuſcripto quodam Codice. Et eſt *Albertus Canonicus & Cuſtos Eccleſiæ Aquenſis*. Quo titulo Hiſtoria hæc conjecta etiam eſt in volumen illud; quod *Geſta Dei per Francos* inſcribitur. Hæc iſti de Cruce ſignatis Antiochiæ obſeſſis, qui diutiùs obſidionis impatientes, invento tam precioſo lanceæ theſauro, hoſtibus aperto campo obviàm iêre, propitiato priùs numine per malè commiſſorum confeſſionem & corporis Dominici communionem.

Po-

Digitized by Google

Quidam enim ros ſuaviſſimus immiſſus de ſupernis modicus, ſed gratiſſimus, inquit Tyrius, *ſuper noſtrum exercitum deſcendit, ita placidus, ut quaſi in eo benedictionem & gratiam ſuam videretur Dominus infudiſſe. Quicunque enim eo imbre cælitus immiſſo conſperſus eſt, ita plenam mentis & corporis hilaritatem, & integritatem ſoſpitatis ſuſcepit, tanquam nihil laboris, nihil moleſtiæ, tota illa expeditione paſſus eſſet: nec ſolùm hominibus, verùm etiam equis vigor priſtinus à Deo reſtitutus eſt in integrum, ut qui per multos ante dies non niſi folia, & cortices arborum habuerunt pro pabulo, hoſtium equos hordeo paſtos & palea, tota illa die, & celeritate vincerent, & laboris patientia. Tanta ergo ex illius benedictionis rore noſtris legionibus victoriæ ſpes & fortitudinis gratia videbatur acceſſiſſe, ut de eis videretur eſſe dictum:* pluviam voluntariam ſegregabit Deus hæreditati ſuæ, *& Spiritùs ſancti gratiam manifeſtè ſe non dubitarent accepiſſe.* Hoc primum miraculum, & futuræ victoriæ non leve indicium.

Tyr. lib. 6. cap. 21. Alterum non minus ſic deſcribit Tyrius. *Tanta divina virtus Turcis timorem immiſerat, ut vel reſiſtere, vel à ſe inſectantium propulſare injurias nec attentarent; decem enim ex noſtris videbantur eis quaſi multa millia, nec erat, qui à facie noſtrorum fugientibus poſſe miniſtrare conſolationem.* Impletum nempe tum etiam eſt hoc promiſſum Dei. *Perſequemini inimicos*

Levit. 26. *veſtros, & corruent coram vobis. Perſequentur quinque de veſtris centum alienos, & centum de vobis decem millia: cadent inimici veſtri gladio in conſpectu veſtro.*

Quin & cœlites in conflictu viſi, qui non parum terroris hoſtibus incuſsêre: *Perſuadebant ſibi videre antiquos Martyres*, inquit Malmesburienſis, *qui olim milites fuiſſent, quique*

quit Wilhelmus. Tantam enim *rerum neceſſariarum invenerunt copiam*, inquit Tyrius, *ut jam auri & argenti, & gemmarum, holoſericarum & precioſarum veſtium, nec non & vaſorum tam artificio, quàm materia commendabilium, neque numerus eſſet, neque menſura; equorum etiam, ſed & gregum & armentorum. Annonæ quoque nihilominus, & victualium tanta ibi reperta eſt abundantia, ut jam neſcirent, quid eligerent, etiam ſuprema qui priùs laboraverunt inopia.* Lib. 6. c. 22.

Accidit hoc 28. Junij año Chriſti M.XCVIII. Nec ex tantis exuviis nullas Deo decimas, beneficiorum immemores, dedicârunt. *Obtulerunt de ſpoliis hoſtium*, inquit Tyrius, *aurum, argentum, unde fierent candelabra, cruces, & calices, & textus Evangeliorum, & cætera Eccleſiaſticis neceſſaria uſibus utenſilia. Holoſerica quoque ad opus ſacerdotalium inſtrumentorum, & altarium operimenta.*

Obſervandum porrò ex relatione Tyrii, an hodiernis ſectariis non bellè conveniat cum Turcis in profanatione ſacrarum ædium & demolitione imaginum. Accipe Tyrij verba. *Gens Turcarum impia, loca profanaverat venerabilia; & ejectis inde cultuum divinorum miniſtris, uſibus profanis ea deputaverant, in aliis equos, & jumenta quaſi in ſtabulis collocantes, in aliis verò indigna iis locis exercentes negotia. Venerabiles quoque Sanctorum imagines ex ipſis deraſerant parietibus, & quaſi in viventes perſonas deſævientes, oculos effoderant, & mutilaverant nares, & luto ſumpto de immundis, obduxerant, dejecerant altaria, & nefandis operibus inquinaverant ſanctuarium Domini.* Eadem Albertus lib. 5. cap. 1. Abbas Urſpergenſis de Eccleſiis, quas Turcæ in Aſia occupaverant. *Vidimus*, inquit, *& adhuc videre miſerabile ſpectaculum eſt, in ſemidirutis par-*

acriter invehuntur in noſtros, præſertim Boamundum, quòd Imperatori Alexio Antiochiam ex pactis non reddiderint; quantumvis licèt non ſemel repoſcenti. Sed rectè Tyrius ait: *iniquum eſt ei fidem ſervare, qui contra pacta nititur verſari. Nam cùm noſtris principibus ex compactis teneretur obligatus, quòd convocatis exercitibus ſtatim nos ſequeretur, & per mare navibus continuum eis miniſtrari faceret commercium, & rerum venalium toto itinere exhiberi præciperet opulentiam: utrumque neglexit fraudulenter adimplere, cùm ſine difficultate utrumque potuiſſet effectui mancipare.*

Tyr. lib. 7. cap. 20.

C

Nec omittenda controverſia, quæ de lancea, ſimul ac in lucem prodiit, excitata, & poſtea renovata fuit; ſed à quo? Ab Arnulpho Toloſani Comitis familiari & capellano, *viro quidem litterato, ſed immundæ converſationis, & ſcandalorum procuratore*; ait Tyrius; num vera & legitima eſſet; an verò commentitia & ſuppoſititia. *Cùmque diu ſuper hoc*, addit Tyrius, *in populo ſermo diſcurreret contradictorius, hic, qui eam revelationem ſibi factam eſſe aſſerebat, ut populo fidem faceret, & omnem tolleret ambiguitatem, rogum copioſum jubet accendi, pollicens auctore Domino, certo per ignem experimento, fidem ſe facturum incredulis, quòd nihil confictum, nihil commento adumbratum in eo facto interceſſiſſet, ſed ſola revelatione divina ad notitiam hominum, & conſolationem totum eſſe procuratum. Accenſo igitur rogo copioſo admodum, cujus incendij fervor etiam circumpoſitos terrere poterat: convenit univerſus populus à majore uſque ad minorem, in ea ſexta feria, quæ ſanctum Domini Paſcha præcedit, in qua & mundi Salvator pro ſalute noſtra paſſus legitur, ut tantæ rei plenum haberet experimentum. Qui verò tam periculoſum examen ſponte ſubiturus erat, &c. oratione facta, in conſpectu circumſeptarum legionum, aſſumpta ſecum prædicta lancea, per ignem tranſivit, quantùm populo videbatur, illæſus.* Hæc Tyrius. Sed quia poſt paucos dies deceſſit; quæſtio non mo-

Tyr. lib. 7. cap. 18. Eadem Albertus lib. 5. cap. 32.

D

vinciæ totæ ſubactæ.

RECREATO nonnihil apud Antiochiam exercitu cruce ſignato copiiſque, quæ hinc inde diſperſæ, in unum conductis, Hieroſolymam versùs, fauſto pede, proceſſerunt, multis urbibus in via aut in deditionem acceptis, aut vi expugnatis. Venerunt autem Hieroſolymam anno Domini M. XCIX. ſeptimo die Junii, *dicitúrque fuiſſe advenientium numerus*, inquit Tyrius, *promiſcui ſexus, & ætatis & conditionis, quaſi ad quadraginta millia, inter quos expeditorum vix poterant eſſe viginti millia peditum, equites autem mille quingenti In urbe verò dicebantur virorum fortium & optimè armatorum quadraginta millia.* G

Tyr. lib. 8. cap. 5.

Porrò cùm quidam cæteros antegreſſi ex agro Hieroſolymitano prædam abduxiſſent; & ad exercitum regreſſi expoſuiſſent, undénam præda illa adveniret; cruce ſignati, *audito nomine civitatis, pro qua tot & tantos labores pertulerant, præ fervore devotionis lacrymas & ſuſpiria cohibere non valentes, pronos in terram ſe dederunt, adorantes & glorificantes Deum, de cujus munere venit, ut ſibi à fidelibus dignè & laudabiliter ſerviatur, &c. Unde progreſſi puſillum è vicino urbem ſanctam contemplantes, cum gemitu & ſuſpiriis præ gaudio fuſis ſpirituali, pedites & nudis ex plurima parte veſtigiis cœpto ferventiùs inſiſtentes itineri, ſubitò ante urbem ſe conſtituerunt.* H

Tyr. lib. 8. cap. ult.

Diſtinctiùs Baldricus Archiepiſcopus Dolenſis. *Ubi ad locum ventum eſt, unde ipſam turritam Hieruſalem poſſent admirari, quis quàm multas ediderint lacrymas dignè recenſeat? Quis affectus illos convenienter exprimat? extorquebat gaudium ſuſpiria, & ſingultus generabat immenſa lætitia. Omnes, viſâ Hieruſalem, ſubſtiterunt, & adoraverunt: & flexo poplite terram ſanctam deoſculati ſunt. Omnes nudis pedibus ambularent, niſi metus hoſtilis, eos armatos incedere debere præciperet. Ibant & flebant, & qui orandi gratiâ convenerant, pugnaturi priùs properis arma deferebant.* Pri-

Bald. lib. 4. de exped. Hieroſol.

Digitized by Google

Papa ſecundo.

Nec cœleſtibus prodigiis hæc expugnatio caruit : cùm enim quadam die exercitum deſperatio invaſiſſet ; omnibus machinamentis, quæ capiendæ urbi adhibebantur, in irritum recidentibus, *adfuit divina virtus*, inquit Tyrius, *quæ rebus deſperatis neceſſariam, & pro votis hilariter intulit conſolationem. Nam de monte Oliveti miles quidam, qui tamen poſtea non comparuit, ſplendidum & refulgentem ventilando clypeum, ſignum dabat noſtris legionibus, ut redirent in ipſum, & congreſſionem iterarent. Quo ſigno exhilaratus animo Dux Godefridus,* C *qui cum fratre ſuo Euſtachio in ſuperiore caſtelli noſtri cœnaculo, ad urbem impugnandam, & ad cautius tuendum ædificium erat conſtitutus, populum, & majores cœpit ingentibus revocare clamoribus. Factúmque eſt, prævia Domini miſericordia, quòd univerſus cum exultatione ad pugnam reverſus eſt populus, eum tanto fervore, ut tanquam viribus integris de novo incipere viderentur prælium. Denique qui priùs aut feſſi, aut læſi vulneribus operam ſubtraxerant, nunc receptis animis, & viribus geminatis, ultrò ſe offerebant, inſtantes animoſiùs.*

Tyr. lib. 8. cap. 22. Illud item miraculis adſcribendum, quod Tyrius memoriæ prodidit ; Ademarum D Epiſcopum Podienſem, qui Antiochiæ obierat ; *à multis in ſancta civitate viſum eſſe, ita, ut multi viri venerabiles, & fide digni eum ſuper civitatis murum, primum omnium adſcendiſſe, & cæteros animâſſe ad congreſſum, oculis corporeis ſe vidiſſe conſtanter aſſererent. Et poſtea plurimis loca venerabilia circumeuntibus, eadem die manifeſtus apparuit: aliique quàm plures, qui in toto itinere divinis obſequiis mancipati, piam in Chriſto dormitionem acceperant, in eadem civitate apparuerunt multis.*

Nec omittenda Ducis Godefridi pietas, cordibus ſuffragiis Dux Godefridus ; qui munere accepto, nomen & inſignia Regis, coronámque & ſceptrum repudiavit ; aſſerens (qua erat Chriſtianæ ſubmiſſionis abundantia) indignum, ut ea in urbe, in qua Chriſtus pro ſalute generis humani ſpinis coronatus fuerat, ipſe coronaretur auro. Ita *Tyr. lib. 9. cap. 9. Vitr. c. 20.* Tyrius, & pleri que alii. Rectiùs omnino, quàm fragmentum hiſtoriæ Franciæ, quod à Principibus cautum memorat, ne regium diadema intra ſanctam urbem geſtaret: nam totum hoc factum modeſtiæ, & religionis fuit, non Imperii. Si enim ſucceſſores diademate regali uſi ſunt ; cur non licuiſſet G etiam Godefrido, ſi libuiſſet ? Cujus primordia regnandi illuſtravit Deus inventa parte modica crucis Dominicæ. Rem his verbis deſcribit Tyrius. *Tyr. lib. 9. cap. 5. Albert. lib. 6. cap. 34.* *Per idem tempus inventa eſt in parte ſanctæ Reſurrectionis Eccleſiæ, ſeorſum, portio una crucis Dominicæ, quam ob metum gentilium, quorum jugum patiebantur fideles, ad ampliorem cautelam, multò antè, paucis admiſſis, occultaverant. Hanc ſtudio & opera cujuſdam hominis Syri, qui ejus tam precioſi depoſiti fuerat conſcius, repertam, theca reconditam argentea, primùm ad Domini ſepulchrum, deinde ad templum Domini, cum hymnis & canticis ſpiritualibus deportantes, proſequente eam univerſo Clero & populo, conſolationem quaſi de* H *cœlo miſſam omnes in commune acceperunt, arbitrantes ſe laborum & moleſtiarum ſuarum mercedem condignam recepiſſe.*

Scribunt nonnulli, inter quos Henricus Huntindonienſis, qui eo tempore vivebat, Regnum Hieroſolymitanum Roberto Normannorum Duci oblatum fuiſſe; hunc verò formidine laborum & periculorum id repudiâſſe, ac propterea Numine offenſo, nihil ampliùs ei proſperè eveniſſe. Idem Matthæus Weſtmonaſterienſis.

Digitized by Google

ſignaculo ab Arnolfo, Petro, cæteriſque ſacerdotibus muniti & ſignati, confeſſionis puritate confortati ſunt, &c. Id quo ritu factum ſit docet Baldricus, Archiepiſcopus Dolenſis: *Genibus in terram defixis oraverunt, &c. Ubi verò breviter oratum eſt, & ſignum ſalutiferæ Crucis eorum frontibus admotum eſt majore confidentia equitaverunt.* Quo loco obſerva ipſum lignum S. Crucis, quod in illa expeditione præſtò erat, militum frontibus, benedictionis cauſa admotum fuiſſe. Bald. lib. 4. de expedit. Hieroſ.

C Subjungit Albertus: *Præfectus autem civitatis Rametis* (erat hic Saracenus, ſed Chriſtianis fœderatus) *videns populum in tibiis, citharis, muſicorúmque ſonis, ac voce exultationis jucundari & pſallere, &c. admiratus eſt vehementer, & Ducem ſuper his ſciſcitatur dicens: miror, & ſufficienter mirari nequeo, unde populus hic in tanta lætitia, & voce exultationis glorietur, quaſi ad convivium iturus, cùm hodie mors illi præſens ſit, & præſens Martyrium univerſos præſtoletur, &c. Ad hæc Dux fide plenus, &c. ſciſcitanti viro ſuper his ſapienter expoſuit, cur in ſpe hodiernæ mortis, præſentiſque prælii ingenti gaudio dulcique melodia Chriſtianus populus delectaretur. Dicebat enim, populus hic, quem vides & audis in voce exultationis adversùs inimicos properare, &c. ſcito, quòd certus eſt hodie de corona regni cœlorum, &c. Idcirco non timemus mortem, &c. Hoc verò ſignum ſanctæ Crucis, quo munimur & ſanctificamur, proculdubio ſpiritale nobis ſcutum eſt contra jacula inimicorum, & in eodem ſperantes tutiùs adversùs pericula cuncta ſtare ardemus.*
D *In hoc utique ligno ſanctæ Crucis redempti ſumus de manu mortis & inferni, ac poteſtate Angeli nequam, &c.*

En quantum cruce ſignati milites in cruce Dominica ſpei & præſidii poſuerint. Videntur autem ſacerdotes, qui crucis lignum ferebant, exercitui ipſo crucis ligno cruce efformata benedixiſſe; eo modo,

que tantas audaciæ vires miniſtravit, ut qui eos in hoſtem currere videret, fontem aquæ vivæ ſitientem cervum ſegnem haud judicaret, miro videlicet modo, cùm in exercitu Chriſtiano non plusquam quinque millia equitum, & 15. millia peditum fuiſſent: & in exercitu hoſtium centum millia equitum, quadringenta millia peditum eſſe potuiſſent. Tunc mirabilis in ſervis ſuis Deus apparuit, cùm antequam confligerent, pro ſolo impetu eorum, hanc multitudinem in fugam convertit, & omnia eorum arma diripuit, &c. De ſpoliis verò non eſt quærendum, quantum captum ſit, ubi theſauri Regis Babyloniæ occupati ſunt. G
Tandem variæ ſupellectilis, & peregrinarum copiam invenerunt divitiarum: ut uſque ad nauſeam ſatiati, mella faſtidirent & placentas, inquit Tyrius, *& puſillus & abjectus dicere poſſet: inopem me copia fecit.* Tyr. lib. 9. cap. 12.

Ceciderunt ibi pluſquam centum millia Maurorum gladio, ait Urſpergenſis: *timor autem illis tantus erat, ut in porta civitatis ad duo millia ſuffocati ſint; de his verò, qui mari interierunt non eſt numerus, ſpineta etiam ex ipſis multos obtinuerunt. Pugnabat certè orbis terrarum pro Chriſtianis, &c. Nubes etiam ab æſtu ſolis Chriſtianos defendebant & refrigerabant. Sic igitur palma ſine labore conceſſa,* ait Tyrius, *cum ingentibus gratiarum actionibus reverſi ſunt Hieroſolymam, tam Princeps, quàm univerſus Chriſtianus exercitus, onerati manubiis & prædam inauditam ſecum trahentes, gaudentes, & exultantes in Domino, tanquam victores capta præda, quando dividunt ſpolia.* Quocirca poſteris Vitriacus cap. 21.
H quoque temporibus *non in fortitudine ſua, neque in multitudine, ſed in ſola protectione Dei ſpem habentes, & ſalutiferæ Crucis vexillum ſecum ſemper in prælio deferentes, inimicis partim fugatis, partim trucidatis, partim carceri mancipatis, urbes munitiſſimas, & caſtra inexpugnabilia Chriſto ſubjecerunt.*

Parta hac victoria, plerique Principes peregrinationis voto fideliter ac feliciter perſoluto, domum rediêre, remanentibus ad novi

Digitized by Google

[illegible]

Nihil unquam horum laudi comparabile ulla genuère ſæcula. Nam & ſiqua fuit illorum virtus, in ſepulchrales favillas poſt mortem evanuit, quid potiùs in mundialis pompæ fumum, quàm in ullius boni ſolidum effuſa fuerit. Iſtorum autem fortitudinis ſentietur utilitas, & oſtendetur dignitas, quamdiu orbis volubilitas, & ſancta vigebit chriſtianitas.

Dux porrò magnanimus, & cui vix quiſquam in religione comparabilis inveniatur, inquit Urſpergenſis. *Parva licèt manu fultus, magna quæque in Domino cæpit attentare, reliquias gentilium quæcunque remanentes perſequi, præſidia locis opportunis inſtituere, Joppen diu deſtructam,* C *portúmque ibi jam diu deſolatum renovare, Eccleſias Clerúmque, quantum potuit, reparare: cænobitas alibi congregare, donaria multa tam Monaſteriis, quàm Hoſpitali, quod nunquam defecerat in Hieruſalem, devotiſſimè conſerre.*

Verumenimverò occulto Dei judicio accidit, ut recens tenerúmque adhuc Hieroſolymorum regnum tanti Ducis vita diutiùs frui non poſſet; vix enim exacto anni ſpatio, ad meliorem vitam à Deo evocatus terrenam Hieruſalem cum cœleſti commutavit, mortuus v. Kalend. Auguſti, Anno Domini M.C. *Sepultúsque in Eccleſia Dominici ſepulchri, ſub loco Calvariæ, ubi paſſus eſt Dominus:* cujus tumulo hæc epigraphe inſcripta fertur. *Hic jacet inclytus Dux Gotfridus de Bullion, qui totam iſtam terram acquiſivit, cujus anima regnet cum Chriſto.*

Tyr. lib. 9. cap. 23. In epit. Bell. ſacrorum tom. 6. Antiq. Lect. Vide Tyr. lib. 21. c. 17. Alb. lib. 6. cap. 54.

Non eſt autem ſilentio involvendus mos D regredientium Hieroſolymis in patriam: palmas quippe ſecum ferre ſolent, digma aditi ſepulchri Dominici. Malmesburienſis de Balduino, qui Edeſſa; & de Boamundo, qui Antiochia Hieroſolymam pietatis cauſa adierant, cùm ad ſuos reverterentur. *Poſt circumciſionem Domini ſumptis in Hiericho palmis quod inſigne peregrinantium antiquitas inſtituit, ſedes quiſque ſuas raptim repetere properârunt:*

Comes Edeſſæ factus, & quocunque proficiſcitur *ab Armeniis & Syris grato excipiebatur gaudio & indulgenti fovebatur hoſpitio cum* CRUCIBUS, *& candelabris per tramites occurrentibus*, ùt idem Wilhelmus ſcribit.

Edeſſa igitur evocatus ad regnum Hieroſolymitanum, ſubditos otio langueſcere non permiſit; ſed foras in hoſtem, finium amplificandorum cauſa, eduxit: & primò Antipatridem cepit: auxilio Genuenſium, mox Cæſaream; in cujus expugnatione *Patriarcha Crucem Dominicam prætulit*, ùt ait Albertus, *ad defenſionem & protectionem gentis Catholicæ ſtola ſancta, & candida pro thorace indutus, quem uſque ad muros tota manus pugnatorum ſequi non dubitavit.* Paulò pòſt inter Liddam, & Ramulam cum equitibus ducentis ſexaginta, G peditibus verò nongentis, Ægyptiorum equitum undecim millia, peditum verò viginti millia profligavit, ſed tamen *prævio ligno Crucis Dominicæ: quam quidam Abbas religioſus cum multo Dei timore geſtabat in manibus.*

Alb. lib. 7. cap. 56.

Tyr. lib. 10. cap. 17.

Longè accuratiùs ſcribit de hac victoria Abbas Urſpergenſis. Adſcribam ejus verba, quia ad crucis illuſtrationem plurimùm faciunt. *Egreſſus XL. millium exercitus de Babylone, primùm ad obtinendam Joppen tendens, non longè ab Aſcalone, ſumptis nimirum inde ſociis conſedit. Balduinus verò rem non ignorans, ſuos undique, &c. in Joppen congregat, ubi tunc non parva manebat peregrinorum turba, &c. Denique cujuſdam diei hora tertia, præcedente Regem ligno Dominicæ crucis, &c. extra civitatem Joppen totius populi conventus eſt factus, juſſúque Regis Arnoldus quidam, &c. Clericus,* H *ſic in medio concilii eſt exorſus. Beata gens, &c.* Et cùm concionem ejus, quantúsque animorum motus ſubſecutus fuiſſet, expoſuiſſet, ſubjungit: *Protinus ante crucem reparationis noſtræ, confeſſione peccatorum unanimi humiliatione facta, ac poſt dictam indulgentiam ab Apoſtolico Legato, qui tunc fortè aderat, benedictione accepta, Domini inclamantes adjutorium, ca-*

Digitized by Google

juſſe.

Commemorat deinde quomodo præda caſtríſque hoſtium opulentiſſimis direptis, terra maríque obſeſſæ civitati Joppenſi Rex ſubſidio accurrerit; addítque admirabile prorſus virtute ſanctæ Crucis patratum miraculum. *Sequenti* (ab adventu Regis) *die, multam nobis abundantiam frumenti, cunctoriúnque victualium cum peregrinis fratribus ad duodecim millia æſtimatis, naves triginta deferebant: quas cùm hoſtium claſſes invadere niterentur, mira Dei potentia per virtutem ſanctæ Crucis, quæ, dum nil carnalis adjutorij de civitate conferri poſſet, in altum è contra, jubente Rege, levabatur, adeò repreſſit, ut nullo conatu,*
C *vel arte remigandi de loco moveri, vel unam de tot navibus poſſe, tam pagani, quàm Chriſtiani populi nimis mirarentur.*

Alb. lib. 7. cap. 64. 65. 66.

Albertus, qui ipſo tempore primæ expeditionis vivebat, idem prælium deſcribit; ſed aliter: nam tres acies ex noſtris propè ad internecionem deletas ait; *Rex ergo tam grave exterminium ſuorum fieri videns, vehementer cum duabus aciebus, quæ ſecum remanſerant, timore concuſſus eſt. Ad hæc duo Catholici Epiſcopi, Gerhardus & Baldevvinus, quorum alter Gerhardus Crucem Dominicam præferebat ad confuſionem & occæcationem Saracenorum, & liberationem Chriſtianorum, Regi in manſuetudine, & correctione ſic locuti ſunt. Timemus, Domine Rex, ne ob diſcordiam, quæ inter te & Dominum Patriarcham orta eſt, hodie noſtris victoriæ fiat impedimentum. Ideo monemus te, ut cum illo in*
D *concordiam redeas, & ſic Domino Deo pacis ſatisfacias, quatenus à præſenti periculo liberemur.* Quibus Rex, *rectè,* inquit, *monuiſtis, & hæc dicens, ab equo deſiliit, & coram Dominica Cruce procidens in terram, adoravit Dominum cæli, & hæc Pontificibus reſponſa dedit: patres & fratres in Chriſto chariſſimi, paſtores & doctores peritiſſimi, judicium mortis nobis præſtò eſt, &c. Inimici innumerabiles obſtant in arcu, &c. de quorum manibus ſic me Dominus Deus eruat, ut non cum illo pacem componam, &c. Et hoc dicto cum*

petu trans pectus & femur utriuſque perforavit, ſicque ambo, equus ſcilicet & ſeſſor ejus à Chriſtiano Rege occiſi ſunt. Itaque duobus Ammiraldis, exercitus Babyloniorum magis ductoribus, primo divina ultione, altero Regis transfixione (interemptis) *Rex & univerſi ſui, recuperatis viribus, per medias acies Saracenorum, in multitudine denſatas, irruperunt in nomine Domini noſtri JEſu Chriſti, & ſanctæ CRUCIS, inauditam illorum occiſionem facientes uſque ad veſperum, donec hinc & hinc fatigati utrinque ſe à bello continuerunt.*

Verùm Rex & reliquiæ fidelium obtinentes camporum planiciem in caſtris inimicorum pernoctaverunt. Saraceni verò deſperati in montis cacumine ea nocte remanſerunt. Patet hic profectò, quomodo virtus ſanctæ crucis non ſolùm contra inviſibilium jacula prævalet inimicorum, ſed etiam G
adversùs arma viſibilium; quia in prima, ſecunda, tertia ac quarta acie ſuperbia, ac fortitudo gentilium vincendo præceſſit, in quinta verò acie, in qua lignum ſanctæ ac venerandæ Crucis ante Regem & ejus ſocios præferebatur, tota virtus infidelium cœpit infirmari, humiliari & conculcari. Sed & Principes eorum ferociſſimi, Deo gloriam non dantes, nec ſanctæ Cruci, ſed in eam ſibi oppoſitam audacter & inſipienter irruentes, ſubitanea morte præoccupati perierunt. Hæc Albertus de prælio planè memorabilia; & ad Crucis gloriam illuſtrandam contra crucis inimicos obſervatu digniſſima.

Cæterùm copiis his partim trucidatis, partim cæſis reſtabant aliæ ad Joppen; quæ cùm quibuſdam non viderentur aggrediendæ, exercitu Chriſtiano adeò imminuto, Rex H
hac oratione vacillantium animos erexit. *Quid conſulam neſcio, niſi ut in nomine Domini JEſu, & in virtute ſanctæ crucis univerſi ſtemus adversùs incredulos pugnantes; potens eſt enim Deus etiam de iſtorum manibus nos liberare, &c. Hac Regis exhortatione milites omnes & pedites* (quorum univerſim tantùm erant 40. equites & 200. pedites) *roborati in ſpe vitæ æternæ, inimicorum turmas* (erant viginti millia) *operientes*

Digitized by Google

σιν, *baptiſmate jam conſecrato, lumen de cælo nobis miniſtrari devoti nimis exſpectabamus uſque ad veſperam, orationibus ſolitis inſtitimus: túncque propter peccata noſtra, deſiderato dono cæleſti, quòd etiam in conſpectu gentium olim Chriſtiani ante nos ſemper ſuſcipere ſolebant, omnimodò fruſtrati, abſque omni feſtivæ ſynaxis officio, noctem illam Dominicæ reſurrectionis lugendo tantùm & mœrendo transegimus: ſummo autem manè cum Litaniis à ſepulchro Domini nudipedes proceſſimus: ingreſſique ante templum Domini, quo ſcilicet loco, id eſt in monte Morea in area Davidem in maxima tribulatione exauditum, cunctósque exaudiendos, qui idem corde devoto oraverunt, Salomoni promiſſum legimus: mox poſt*
C *preces lacrymáſque, ne nos deſerendo, Chriſtus nomini ſuo blaſphemiam inter gentes præpararet, fuſis, necdum atrium illud famoſum egredimur, & ecce concrepantia ſigna laudes altiſonas in occurſum nobis ab his, qui remanſerant reboantes audivimus, intrantes verò Eccleſiam prænominatam* (ſepulchri Domini) *lampades duas, cælitus incenſas immenſo gaudio repleti conſpeximus, Quid plura? A baptiſmi officio, quo pridie ceſſaveramus, incipientes, totum ſervitutis noſtræ penſum, Domino dudum ſubtractum, uſque ad Miſſæ completionem, lætiſſima devotione perſolvimus, nobis quoque egreſſis inter Miſſam Syrorum, qui ſemper poſt noſtrum egreſſum eodem pſallere choro ſolent, lampades aliæ divinitus accenduntur; ante veſperas verò & inter ipſas veſpertinas laudes uſque ad ſedecim hujuſmodi lumina viſibiliter ampliantur, ſicque contigit, ut pauci intra Hieruſalem ſeu Chriſtiani ſeu pagani reperirentur, qui*
D *tam evidentem Chriſti potentiam ſe non vidiſſe teſtarentur.*

Ejuſdem annui miraculi, nonnihil dilati, meminit Wilhelmus Malmesburienſis; ſed malè initio templum ſepulchri, in quo accidebat, confundere videtur, cum templo Domini, eo loci extructo, ubi erat o- *tis expenſæ compegerat.* Hæc ille de igne cælitus miſſo; qui & incolis & peregrinis magno in honore ſemper fuit. Malmesburienſis de Wilhelmo Comite Pictavienſi, aliiſque Principibus. *Benigno apud Joppen hoſpitio excepti, Hieroſolymam proximo paſcha contenderunt, ubi ſacroſanctum ignem lætis hauſerunt oculis, devotis adorârunt animis.*

Idem miraculum perduravit etiam poſtquam ejectis Chriſtianis, urbs Hieroſolymitana in poteſtatem Mahometanorum rediit. Id liquet ex Joanne Cantacuzeno Apologia tertia contra Mahometanos, ubi infideles hoc anniverſario divinitus accenſi luminis miraculo urget, & ad fidem Chriſtianam complectendam inducere conatur hunc in modum: *Miraculo, quod annuatim Hieroſolymis juxta Chriſti ſepulchrum tempore reſurrectionis illius contingit, ut ipſe noviſti, nunquid contradicere potes? Non ignoras enim, quòd Dei ſic* G
permittente judicio, loco illi ſancto Muſulmani dominantur, & circa tempus reſurrectionis Chriſti multam, magnámque curam adhibent, & diligentiam, ne ullum aliquod lumen ardens conſpiciatur. Fit igitur hoc ſine omni controverſia diligentiſſimè. Eo autem temporis articulo, quo Chriſtiani, qui illic agunt, hymnum de Chriſti reſurrectione compoſitum decantant, lumen cælo delabitur, vidente hoc Muſulmanorum Principe, qui interea temporis ibi commoratur, incendens tres illas, quæ Chriſti ſepulchro adſtant, lampades. Quid igitur tibi videtur? Num falsò dixit Chriſtus, ſe Deum eſſe, & Dei filium? Falsóne hoc Chriſtiani credunt? Quomodo igitur eadem hora, qua illi Chriſtum, ut diximus, H
Deum, & Dei filium decantant, & creatorem omnis creaturæ, in copioſiorem nimirum miraculi aſſertionem, expoſitionémque, teſtante ſimul Deo, hoc verum eſſe, lumen cælitus delapſum, lampades, ut dictum eſt, circa Chriſti ſepulchrum adſtantes, incendit? Quemadmodum enim in

Digitized by Google

multitudine, quæ annuatim ſemper cum Chriſtianis adeſſe ſolet, exclamavit, ut Chriſtianis mos eſt, cùm primùm videtur, ajos, Kyrie eleiſon, cavillanter cachinnum emiſit: extenſáque manu arripuit cereum de manu cujuſdam Chriſtiani aufugere tentans. Videtur locus corruptus; itáque legendus: *Hagios, Sancte: Kyrie eleiſon; & cavillanter, &c.* ut ſenſus ſit; Saracenum illum ludibrii gratia, Chriſtianos, *Hagios, Kyrie eleiſon*, igne viſo, clamare ſolitos, imitari voluiſſe, non ſine cachinnis.

Pergit Rudolphus. *Qui illico arreptus à Dæmonio turpiter nimiùm vexari cæpit, quem*
C *proſequens Chriſtianus, cereum abſtulit. Ille verò tortus acerrimè protinus inter Saracenorum manus expiravit. Quod factum omnibus in commune terrorem immiſit: Chriſticolis tamen gaudium & exultationem præbuit. Statim verò, ut aſſolet Dei virtute erumpens ignis ex una lampadarum, quæ ſeptem ibidem pendere cernuntur.* (plures ponit Urſpergenſis) *curſim eructando, cæteras inflammavit; quam* (lampadem *cum ſuo oleo præfatus Epiſcopus emens auri libra à Jordano, qui tunc præerat Patriarcha, ſecum detulit; atque in ſede propria reponens, plurima infirmis contulit beneficia.* Hæc Rudolphus de lampadibus in templo Dominici ſepulchri quotannis pridie Paſchæ accendi conſuetis. *In nocte Dominicæ Reſurrectionis ignis ſacer deſcendit de ſupernis*, inquit Vitriacus, loquens de ſepulchro Dominico. Mittebatur ergo
D cœleſte hoc lumen, quando jam noctefcebat.

Sed ad Balduinum Regem revertatur oratio; qui hactenus partis victoriis adjecit devictam Ptolemaidem ſive Acconem. Poſtea rurſus, equitibus quingentis & bis mille peditibus adjutus, quindecim millia Saracenorum partim cedit, partim in fugam ver-
Tyr. lib. 11. cap. 3. tit: Ubi *Dominus patriarcha*, inquit Tyrius, *vivificæ crucis lignum præliaturis ingerens, & percurrens agmina, monet & hortatur, ut ejus meminerint, qui nobis peccatoribus ſalutem in eodem lig-*

Progreſſione temporis in poteſtatem venit Tripolis, item Berythus, Sidon; ædificata munitiſſima caſtra, Mons regalis, in Syria Sobal, & Alexandrinum, quod vulgò *ſcandalum* nominabant, ante Tyrum: ſed & Aſcalon tributaria facta. Abbas. *Hoc anno M. CV. Balduinus Rex Aſcalonem à mari copioſiſſima claſſium multitudine, à terra verò non parvo cingens exercitu, tributariam ſibi fieri longa obſidione coëgit.*

Operæ pretium erit annotare hic id, quod in obſidione Sidonis eveniſſe ſcribit Albertus. Habebant Chriſtiani ſecum, more con- Alb. lib. 10. cap. 47. G
ſueto ac ſolenni, *Crucem Dominicam: quam Rex à Hieruſalem detulerat ad protegendum populum Dei.* Hanc *Apoſtatæ quidam & prævaricatores fidei* cujusdam turris propugnatores, conſpicati, *deridentes illudebant*, & ſibi contrariò *crucem facientes, & in culmine turris figentes, ſputo & urina, ipſi inſipientes & maligni, inhonorare præſumebant. Quod pius Rex & omnis populus deplorantes, Deum cœli flebili voce invocant, ut fontem miſericordiæ ſuæ aperiens, apoſtaticis viris & ſtultis Saracenis demonſtrare velit, quòd non rectè agentes, Divinæ Majeſtati blaſphemiam irrogare præſumpſiſſent. Mox eorum precibus exauditis, abſque hominum labore ſic turris illa concuſſa & diruta eſt, jam veſpere mundo imminente, ut lapis ſuper lapidem non remaneret, & increduli homines ruina illius ſuffocati, obruerentur.*

Rurſus cùm Turci Chriſtianos Edeſſæ admodum urgerent; eíſque opitulatum accurif- H
ſent Rex Balduinus, & plerique Chriſtiani Alb. lib. 11. cap. 42.
principes, prælióque inito prima acies in fugam verſa fuiſſet. *Balduinus & Tancredus videntes ſuos defeciſſe, & uſque ad exercitum in fugam remiſſos, prolato ſigno ſanctæ Crucis, contra inimicos, in ſpe ſalutis & victoriæ, laxis frenis, Turcos impetu adeunt. Sed Turci ſolito more, equorum curſu per centum & centum, per mille & mille, nequaquam bellum ſecum committere paſſi ſunt.*

Tan-

Digitized by Google

tare vexillum amiſere. Sed cùm longiuſculè fugiſſent, reverſi ſunt, pudor famæ trepidos animavit, ut ignominiam propulſarent, &c. Noſtri crucem reportârunt, fuſis adverſarijs campum vindicantes. Ceciderunt ibi plures, quos ego quoque nôram, &c. Videtur hæc clades eadem cum illa, quæ deſcribitur à Tyrio, ubi dicit; *Rex ipſe, relicto vexillo, quod geſtabat in manibus, & Arnulphus Patriarcha, qui cum eo erat, & alij regni Principes, relictis caſtris & impedimentis omnibus, vix evaſerunt.* Nihil tamen de recuperatione impedimentorum Tyrius: & nihil de amiſſione ſacroſanctæ Crucis; eam enim non Rex, ſed Patriarcha, aut ſacerdotum quiſpiam ferre conſueverat. Sed ut amiſſa fuerit, certum eſt recuperatam, cùm apud alios Reges, ſemper, copiis in acie conſiſtentibus præportata ſit; ut ſuis locis monebimus. Hæc de Balduino. Neque, eo regnante alij Principes, ùt Tancredus, Comes Edeſſanus, Tiberiadenſis, & alij otio ſeſe dediderunt; ſed fines provinciarum ſuarum longè latéque protulerunt, ſummotis hoſtibus: & non raro ad internecionem deletis.

Tyr. lib. 11. cap. 19.

C

Addam coronidis loco, quod Urſpergenſis accidiſſe tradit proximo die Paſchæ, poſt mortem & ſepulturam Regis Balduini. *Valdè manè Dominicæ Reſurrectionis die, cœlum à parte meridiana apertum, tantam lucis effudit abundantiam, ut lunæ, quæ tunc clariſſima nimirum videbatur, lumen inæſtimabili fulgore detergeret, & per unam vel amplius horam (quod multis teſtibus comprobamus) omni ſolis luce clarior permaneret. Ipſo tamen ſpatio Crux non modica per idem foramen dependens, apparuit; cujus tam auri, quàm gemmarum varietas evidenter diſcerni potuit.*

D

* * * * * * * *

bus, maximè ab his, quorum priùs votis timor, vel diffidentia, inopia vel imbecillitas obſtiterant: primum ab Epiſcopis Mediolanenſi, Papienſi, cæteriſque Longobardorum populis ad quinquaginta millia ſignatis.

Albertus ait fuiſſe triginta millia Longobardorum, quos Conſtantinopolim ſecutus eſt *Conradus Stabularius Henricii III. Romanorum Imperatoris cum duobus millibus Teutonicorum. Dehinc Stephanus Bleſenſium Comes, pœnitentia ductus, Hieroſolymam reditum parat. Stephanus quoque Dux Burgundiæ, Milo etiam de Brajo, Wido pariter rufus capite, &c.* & plurimi alij ex Francia & Aquitania, ita ut, teſte Alberto, ſumma omnium ad ducenta & ſexaginta millia excreverit; quando, trajecto Boſporo, per Aſiam ſimul iter facere inceperunt. Sed non fauſto pede, ùt poſtea dicemus.

Alb. lib. 8. cap. 1. & 6.

G

His tantis copiis jam per hoſtiles provincias multùm progreſſis; imò & diſperſis, fugatis, & propemodum ad internecionem cæſis; *Comes & Princeps potentiſſimus de civitate Ninive, quod vulgò dicitur Navers, Wilhelmus nomine, de terra & regno occidentalis Franciæ egrediens, & iter per Italiam faciens, ad portum, qui vocatur Brandiz,* (Brunduſium) *navigio alto mari invectus eſt cum quindecim millibus equitum & peditum virorum pugnatorum, &c. Et poſt plurimum itineris, cum omni manu & apparatu ſuo Conſtantinopolim profectus, ab Imperatore benignè & honorificè ſuſceptus eſt, &c.*

H

Hos, ſed alia via, terreſtri ſcilicet, per Hungariam, ſecutus eſt *Willhelmus Comes & Princeps Pictavenſium, de ſanguine Henrici III. Imperatoris Romani, cum Duce Bavariorum* † *Welfone, & cum Comitiſſa nobili, nomine Ida, de Marchia Oſterrich, in ingenti manu equitum & peditum, & feminei ſexus ſupra CLX. millia.*

† *Eſt hic Guelpho quartus & primus Dux Bavariæ ut conſtat ex lib. 4. cap. 44. Chronici Viti Arenbeckij. Exſt. Tom. 4 Antiq. Lect.*

In hoc cœtu fuit etiam Thiemo Juvavienſis ſeu Salisburgenſis Archiepiſcopus, de quo hæc Auctor, qui Acta ejus in literas miſit.

per mare, ſacer Thiemo factus, ſimul cum Duce B *Welſone Hieroſolymitanæ peregrinationis iter invadit.*

Exſt. Tom. 1. Antiq. lect.

Qua porrò de cauſa Guelpho iter hoc ſuſceperit, indicatur his verbis in Hiſtoria de Guuelfis Principibus. *Volens de exceſſibus ſuis difficiliorem ſatisfactionem exhibere, Hieroſolymitanum iter arripuit, quod & in maximis perſecutionibus & periculis Ungariam & Græciam tranſiens perſolvit. Sepulchrum enim Domini & alia loca ſancta, omnibus ſuis penè amiſſis, viſitavit.*

Tres ergo diſtincti exercitus diſtinctis temporibus transmiſſo S. Georgij brachio per *Romaniam* iter facere cœperunt: omnes diverſo tempore à Turcis, fraude & proditione Imperatoris Græci Alexij, funditus propemodum deleti; paucis fuga ſervatis. Primi fuerunt Longobardi, & alij, de quibus paulò antea; tanti numero, ut cuivis exercitui, etiam numeroſiſſimo, reſiſtere poſſe C viderentur. Sed quis reſiſtat proditoribus & incommodis, quæ ex proditione enaſci, etiam tantas copias vel maximè in perniciem præcipitare ſolent? Certè Urſpergenſis, Tyrius, & alij, cauſam hujus cladis in unicum Alexium conferunt.

Alb. lib. 8. cap. 11.

Stragem hanc adeò miſerandam tragicè deſcribit Albertus, ubi, eo die, quo de ſumma rei pugnatum eſt; hujusmodi factum de Mediolanenſi Epiſcopo memorat. *Epiſcopus Mediolanenſis in medio exercitûs exurgens, divino tactus ſpiritu, hac die bellum affuturum prædixit, & ſermonem ad populum Dei viventis faciens, omnes ad Confeſſionem delictorum venire admonuit, quos in nomine JESU Apoſtolica auctoritate à peccatorum nexibus abſolvit, univerſos poſt datam indulgentiam brachio S. Ambroſij, Mediolanenſis Epiſcopi, ſanctificans & benedicens, quin* D *& lancea Dominica, quam Reimundus ſecum attulerat, eſt aucta ad ſanctificandum & benedicendum populum.*

Exponit deinde, quomodo à Turcis hæ tantæ copiæ disjectæ diſſipatæque fuerint. A quorum cæde vix Turcæ conquieverant, cùm ecce adſunt copiæ Wilhelmi Nivernenſis, quas eadem fortuna excepit. His vix jam tum Conſtantinopolitanos Imperatores ſervitutem Turcicam fundendo Chriſtianorum ſanguinem, corúmque felici progreſſui remoras opponendo, cœpiſſe mercari.

De tam innumero populo, ait Urſpergenſis, *heu, non credimus mille viros remanſiſſe, quos poſtea vix oſſibus hærentes, Rhodo, Papho, cæteriſque portubus, raros etiam Joppæ vidimus: è quibus Bernardus Comes, & Henricus Comes Ratisbonenſis, Hieroſolymæ obièrunt; Dux verò Wanilphus*, (Welfus, ſic legendum) *revertendo moriens Papho eſt humatus. Welſo Hieruſalem perveniens*, inquit Albertus, *adorato JEſu Domino & ejus ſepulchro, poſt aliquot dies navigio uſque ad Inſulam Cyprum reverſus eſt.* Ubi & ipſe infirmitate detentus, mortuus & ſepultus eſt.

Capti ſunt ex illis Thiemo Archiepiſcopus Salisburgenſis, Marchioniſſa Auſtriæ, & alij plurimi; *Et ab Alexio Memphæorum Regi ſeu Admiraldo præſentati;* ùt ait Otto, nec reticet Urſpergenſis. G *Quam hiſtoriam miſerabiliter ac luculenter in modum Tragœdiæ, quidam ex his, qui ſe eidem interfuiſſe teſtatur, executus eſt*, inquit Friſingenſis. *Comprehenſus inter alios venerabilis Præſul Thiemo, ad idololatriam, ùt tradunt, à Rege angariatur, Ille inducias petens fanum ingreſſus, animi & corporis viribus robuſtiſſimus idola, quæ adorare debuit, non Deos, ſed opera manuum oſtendens, in fruſta comminuit. Ob ea productus ac exquiſitis ſupplicijs & tormentorum generibus affectus, glorioſo Martyrio coronatus eſt. Quòd ob fidem Chriſti paſſus ſit, fideliſſima traditio habet*, inquit Otto. *Quòd autem idola comminuit, ex hoc credere difficile eſt, quia conſtat univerſitatem Saracenorum, unius Dei cultricem eſſe, libróſque legis, nec non & circumciſionem recipere, Chriſtum etiam & Apoſtolos & Apoſtolicos viros non improbare: in hoc tantùm à ſalute longè eſſe, quòd* H *JEſum Chriſtum humano generi ſalutem afferentem, Deum vel Dei Filium eſſe negat, Mahométque ſeductorem, tanquam Prophetam magnum ſummi Dei veneratur & colit.* Hæc Otto, nec abs re, nam Saraceni, Judæorum inſtar, omnia ſimulacra abominantur, ùt notum eſt.

Ex-

Quod attinet ad *Admiraldum*, cujus meminit Otto: variè hoc nomen & ſcriptum, & corruptum, & acceptum eſt tam à Græcis, quàm à Latinis. In vita S. Ludovici & alibi invenias *Admiratus:* Apud Malmesburienſem; *Ammiratus:* vulgo jam *Almiralius.* Græci ἀμηράλιος, *Ameralius vel Amirarius,* & apud Huntidonienſem, *Amiralius;* apud Tagenonem, *Admuratus.* Item *Amerae.* Hinc recentioribus ἀμηρεύειν, *Ameram agere.* Apud Rogerum: *Admiralis.* Apud Robertum, *Admiravisſus.* Item *Admirabilis, &* ἀμήρισσα, *Amerissa*, conjunx *Amera.* Reperitur quoque *Amiren*, *Ammuratus.* Apud Cedrenum in Heraclio legimus *Ameradas*: *conſtitu-*
C *tis*, inquit *quatuor Ameradis, qui Arabibus Chriſtianam religionem amplectentibus, bellum facerent.* Hinc & apud pleroſque Europæos *Amiral*, pro Thalaſſiarcho ſeu præfecto maris; quæ ſignificatio in hoc nomine jam admodum recepta; licèt olim Principem ſeu Regulum ſeu Dynaſtam ſignificaret: nec inferioris notæ tantùm; ſed & ſupremæ. Unde toties apud Georgium Protoveſtiarium *Ameras Mahomet*, pro Turcico Imperatore, qui Conſtantinopolim cepit: & Arabum Principibus *Amera* appellatio præ cæteris ſemper arriſit. Verùm hæc per parecbaſin.

Sic igitur, ùt vidimus, dolo improbiſſimi Imperatoris Græci, altera hæc expeditio *Cruciata* in terram ſanctam miſerrimè diſſipata, & Turcarum acinacibus confecta eſt: qui tandem, depoſita larva, apertum ſeſe *Cruce ſignatorum* hoſtem profeſſus, *diu tectam ſuæ perfidiæ toxicatam rabiem evaginat,*
D ùt ait Urſpergenſis, *Turcis, quibus jam nulla vel rara in oriente ſpes remanſerat, ſe tutiſſimè conciliat, & ô turpiſſimum facinus, Nicæam, &c. Solymanni Tyranni filiis reddidit, cuſtodias ad prohibendum tranſitum peregrinis, terra marique conſtituit, & Babylonicum Regem contra noſtros frequentibus nunciis animavit.* Quibus, ut & aliis injuriis excitatus Boamundus

lis cohors, Domino ſe conſecrârunt; parati non modò quaſcunque moleſtias ſubire, ſed & ſanguinem pro Chriſto fundere. Quid mirabilius, quàm tot phalangas uno animo & natale ſolum deſerere; pérque mare & terram, pérque Græcorum & Turcarum inſidias ad ſepulchrum Chriſti properare? Nam quod conatus ex voto non ſucceſſit; id nequitia Alexii evenit; cui cur Deus frenum non injecerit; ille nobis exponat, qui conſiliarius ejus fuit. *Judicia tua abyſſus multa.*; clamat Propheta. Verè *abyſſus*; Et quidem penitùs impenetrabilis; niſi hactenus, quod certò compertum habemus; ſuo præmio apud Deum non carere conatum; licèt ſperatus ſucceſſus non ſubſequatur. Nec tamen nulla ad terram ſanctam hinc G manavit utilitas; nam aliquot ſaltem terreſtri itinere, pluréſque per mare Palæſtinam attingentes: Chriſtianorum rebus in arcto poſitis, & ſolatio & levamento fuère. Hæc de altera expeditione, primo Balduini Primi coronati Regis anno, à ſupradictis nationibus ſuſcepta.

CAPUT XIII.

Trophæa Crucis ſub Balduino Hieroſolymitano Secundo Rege coronato, & ſub Fulcone Rege Tertio.

BALDUINO primo ſucceſſit Balduinus de Burgo, Comes Edeſſanus, *coronatus & conſecratus anno Domini M. CXVIII. ſecundo die Aprilis, præſidente ſanctæ Eccleſiæ Romanæ Domino Gelaſio Papa Secundo,* Tyr. lib. 12. cap. 4. qui felicitatis, & ſtrenuitatis ſuæ egregium ſpecimen anno ſecundo regni ſui edidit, H congreſſus cum Gazi Turcorum potentiſſimo ſatrapa, & recenti victoria à Principe Antiocheno relata, mirum in modum ſuperbiente: ſeptingentis enim equitibus, paucíſque peditibus immenſam multitudinem Turcorum fugavit, cæſis quatuor millibus; ut præter Tyrium teſtatur epitome Bello-

N 2 tum

cap. 14.

nus, *Rex impiger, aſſumpto ſibi ſalutiferæ Crucis ligno, equitumque honeſto comitatu, ad partes illas properat:* Verùm Gazi derepentè extincto, Turci campo ſe credere non auſi, pedem retulêre. *In ſecundo autem bello*, inquit epitome, *ſecum habens mille, & centum equites, duo millia peditum, Regem Damaſci cum quindecim millibus, & ex illis, duobus millibus interemptis, fugam appetere coëgit.*

In tertio bello Regem Aſcalonitarum cum ingenti populo Ægypti dorſum vertere fecit. In quarto bello Terquinum (alii Boldequinum) *Regem Damaſci projectis de ipſius exercitu duobus millibus,*
C
ad fugam potenter arctavit. Tandem à Balac Turco ex improviſo captus, & in vincula conjectus, quinto Regni ſui anno; duos annos in carcere tranſegit: quem ut liberarent, Chriſtiani omnes, *quaſi vir unus*, de univerſa provincia accurrerunt, aſſumpta ſibi CRUCE Dominica.

Tyr. lib. 12. cap. 20.
Tyr. cap. 21.

Interea Regni curam geſſit *Euſtachius Grener*; ſub quo Ægyptiorum ſedecim millia advolârunt, exceptis illis, *qui claſſi deſervientes, dicebantur eſſe in navibus.* Quibus occurrit Euſtachius, *quaſi ſeptem millia populi promiſcui, & plebis omnimodæ*, ùt Tyrius loquitur, *ſecum ducens.* Noſtri prævia Cruce Dominica, *fide armati, & cooperante Domini gratia, in victoria ſpem erecti;* in hoſtes irrunt, & ex illis ad ſeptem millia proſternunt, reliquis in fugam actis: & caſtris opulentiſſimis victori relictis. Robertus de Monte ait, hoſtium fuiſſe 40. millia;
D
noſtrorum, tria millia. *Procedunt*, inquit, *Chriſtiani, &c. principes gradiuntur in fronte, ſcilicet Patriarcha vexillo offerens* CRUCEM *Chriſti: Abbas olim Cluniacenſis Pontius, præferens lanceam transfixam in latere Chriſti: Epiſcopus Bethleemites, ferens in pixide lac ſanctæ Mariæ virginis. Saraceni vero quaqua verſum effuſi ex omni latere in orbem circumcingunt Chriſtianos, ne quis poſſit evadere. Dum ita in promptu hærent Chriſtiani, vident, Deo ſibi auſpice, ſplendorem ſciſſo aëre ſuper paganos ſubitò*

Robert. in Append. ad Sigeb.

gam conjicit, cæſis duobus millibus, è noſtris tantùm viginti quatuor deſideratis. Nec mora, victorias victoriis nectens Aſcalonitas compeſcit: & paulò pòſt, inclytam de Damaſcenis victoriam refert; tandem annis meritiſque gravis, hinc ad beatius quietiúſque regnum migravit Anno Domini M.CXXXI. vigeſimo primo Auguſti, regni ſui anno Decimo tertio.

Cui ſucceſſit Fulco Comes Andegavenſium, qui ſignis ſæpius cum hoſte feliciter collatis anteceſſores ſuos ſi non ſuperavit, certè æquavit: cui, cùm à Sanguino ſæviſſimo Turcorum & potentiſſimo in Caſtro Monteferrando obſeſſus teneretur; ſubſidio G
accurrit, etſi nimis ſerò, Princeps Raimundus, Comeſque Edeſſanus, *& Hieroſolymorum exercitus, ſalutiferæ lignum Crucis ſequentes unanimiter*, inquit Tyrius. Tribus Caſtris contra Aſcalonem exſtructis, multiſque aliis præclarè geſtis caſu equi obtritus obiit, anno Chriſti M.CXLII. Regni ſui undecimo: quarto Novembris.

Tyr. lib. 14. cap. 28.

CAPUT XIV.

Ordines Crucigeri occaſione Expeditionum Cruciatarum & terræ ſanctæ defendendæ inſtituti, ac primò Templarii.

INSTITUTUS eſt Templariorum Ordo anno Domini M. CXVIII. ſub Balduino Rege. *Quidam enim nobiles viri de* H
equeſtri ordine, inquit Tyrius, *Deo devoti, religioſi & timentes Deum, in manu Domini Patriarchæ, Chriſti ſervitio ſe mancipantes, more Canonicorum Regularium, in caſtitate & obedientia, & ſine proprio velle perpetuò vivere profeſſi ſunt. Inter quos primi & præcipui fuerunt, viri venerabiles Hugo de Paganis*, qui primus poſtea Magiſter militiæ templi creatus eſt, *& Gaufredus de S. Ademaro.*

Tyr. lib. 12. cap. 7. Vide epitomen bellorum ſacrorum Tom. 6. Antiq. Lect.

Nec plures initio erant, quàm novem; & quidem novem integris annis. *Et quoniam*

Digitized by Google

rent. Cùm enim ex omnibus mundi partibus divites & pauperes, juvenes & virgines, ſenes cum junioribus loca ſancta viſitaturi Hieroſolymam pergerent, latrunculi quidam, & raptores, & viarum publicarum prædicatores incautis peregrinis inſidiantes, multos ex ipſis ſpoliabant, quoſdam autem trucidabant. Profeſſio igitur iſtorum erat, ut tuta *itinera*, maximè *ad ſalutem peregrinorum, contra latronum & incurſantium inſidias pro viribus conſervarent :* voto ſolenni ad hoc præſtandum adſtricti.

Ac primò quidem novennio *in habitu fuerunt ſæculari*, teſte Tyrio & Vitriaco, *talibus utentes veſtimentis, quales pro remedio animarum ſuarum populus largiebatur : cúmque annis novem in hac profeſſione, & ſancta paupertate*
C
communem vitam ducentes concorditer, & quaſi unius moris in domo permanſiſſent, anno gratiæ M. CXVIII. de mandato Domini Papæ Honorii, & Domini Stephani Hieroſolymitani Patriarchæ, inſtituta eſt eis regula, & albus habitus abſque aliqua cruce aſſignatus. Hoc autem factum eſt in Concilio generali apud Trecas civitatem Campaniæ celebrato, ſub Domino Albanenſi Epiſcopo, Apoſtolicæ ſedis Legato, &c.

Nulla ergo Cruce, quæ profeſſionis proprium ſtemma foret, initio inſigniti ſunt. *Poſt hæc verò Domini Eugenii Papæ mandato Cruces rubeas veſtimentis ſuis exterius affixerunt, veſtes albas in ſignum innocentiæ deferentes, per Cruces autem rubras Martyrium deſignantes, eo quòd ſanguinem proprium ſecundùm inſtituta regulæ pro defenſione terræ ſanctæ effundere ſunt profeſſi : & Chriſti crucis inimicos viriliter expug-*
D
nando, à Chriſtianorum finibus propellere : & ad nutum & mandatum ejus, qui præeſt militiæ, non impetuosè, neque inordinatè, ſed prudenter, & cum omni cautela ad prælia procedendo, primi in progrediendo, in regrediendo poſtremi. Quorum res adeò crevit in immenſum, inquit Tyrius, *ut hodie trecentos plus minúſve in conventu habeant equites, albis chlamydibus indutos, exceptis aliis fratribus (qui dicuntur Servientes) quorum penè infinitus eſt numerus. Poſſeſſiones autem*

nentes, & in Cruce JEſu Chriſti ſummam habentes fiduciam, pretioſè in conſpectu Domini morti corpora ſua pro Chriſto exponebant, Dominus cum ipſis & pro ipſis pugnabat. Unde adeò formidabiles facti ſunt fidei Chriſti adverſariis, quòd unus perſequebatur mille, & duo decem millia, non quot eſſent, ſed magis ubi eſſent, dum Deut. 23.
ad arma clamaretur, interrogantes, leones in bello, agni manſueti in domo: in expeditione milites aſperi in Eccleſia velut eremitæ & Monachi : inimicis Chriſti duri & feroces : Chriſtianis autem benigni & mites : vexillum bipartitum ex albo & nigro, quod nominant Bauceant, prævium habentes, eò quòd Chriſti amicis candidi ſunt, & benigni, nigri autem & terribiles inimicis. Hæc fortitudinis exempla.

Sequentia diſciplinæ. *Et quoniam religionis vigor abſque diſtrictiore diſciplina non poteſt* G
obſervari, viri religioſi & prudentes ab initio ſibi præcaventes, & in poſterum providentes, tranſgreſſiones ſeu negligentias delinquentium fratrum nullo modo diſſimulare, vel impunitas præterire voluerunt, ſed quantitatem criminum, & peccatorum circumſtantias, circumſpecto examine, diligenter ponderantes, à conſortio ſuo quoſdam irrevocabiliter ejicientes, crucem rubeam auferebant, ne morbidæ capræ contagio grex ovium macularetur. Alios autem, uſque ad condignam ſatisfactionem, ad terram abſque mappa cibum tenuem ſumere, ut coram omnibus eis rubor, & aliis timor incuteretur, eis injungentes: quibus etiam ad cumulum majoris confuſionis & expiationis, canes, ſi fortè ſecum manducarent, non liceret amovere. Alios etiam, ut à gehennali carcere valerent liberari, carceribus & vinculis ad tempus, vel in perpetuum, ſe- H
cundùm quod expedire videbatur, coërcebant. Multis inſuper aliis modis ſecundùm regulæ ſalutaris inſtituta ad obſervantiam regularis diſciplinæ, & profeſſionis honeſtæ rebelles & contumaces compellebant, &c. Nulli moleſti erant, ſed ab omnibus propter humilitatem & religionem amabantur. Ex quo factum eſt, quòd nomen honeſtatis eorum, & fama ſanctitatis, quaſi cella a-

Digitized by Google

ei, quam eorum prædeceſſores eidem exhibuerant, denegantes; ſed & Eccleſiis Dei, eis decimas & primitias ſubtrahentes, & earum indebitè turbando poſſeſſiones, facti ſunt valde moleſti. Quare ſub Clemente V. Pontifice penitus ſublati, & quotquot comprehendi potuêre, necati ſunt: cujus variæ afferuntur ab Hiſtoricis cauſæ; quas qui nôſſe avet; Platinam, Ganguinum, Crinitum, Joannem Azorium & alios conſulat. Sat cauſæ profectò fuit; ſi, ùt Platina, ſcribit à virtute majorum ſuorum degeneres filij conſpirârunt cum Saracenis in Chriſtianorum perniciem, & ſi, ùt Ganguinus refert; tyrones ſuos non aliter initiabant, quàm abnegatione Chriſti, & conculcatione ſacroſanctæ Crucis. Verùm nos hæc in medio relinquimus: ſcimus enim ſtudio partium multa non admodum ſincerè ſcriptis commendari.

C

Plat. in Clement. V. Crinit. lib. 24. de honeſt. diſcipl. cap. 13. Ganguinus lib. 7. in Philipp. Pulch. Petr. Greg. lib. 15. Syntag. cap. 33. Azor. lib. 13. inſtit. mor. cap. 6.

CAPUT XV.

Milites Cruciferi Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani.

D

De his, ut de Templariis & Teutonicis, vide Renatum Choppinum lib. 2. Monaſticorum. Vitriacus c. 64. Hiſt. Orient. Tyr. lib. 18. cap. 5. Polyd. lib. 7. de Invent. rerum. Greg. lib. 15. Syntag. cap. 33. Azor. lib 13 Inſtit. cap. 6.

INſtitutus eſt hic ordo anno ſalutis M. C.XVIII. vel, ùt alij tradunt, M.CXIX. confirmatus ab Honorio II. Pontifice anno Redemptoris M.C.XXIV. vel, quod aliis videtur, anno M.C.XX. cœptus Hieroſolymis, noménque adeptus ab *Hoſpitali* quodam Hieroſolymis in gratiam peregrinorum exædificato, & S. Joannis memoriæ conſecrato, Joannis, inquam, *Eleemonis* ſeu *Eleemoſynarij* Patriarchæ Alexandrini, pauperum parentis & fautoris optimi & benigniſſimi, ùt Vitriacus & Tyrius, & non pauci alij teſtantur: licèt Polydorus Virgilius, Petrus Gregorius, Joañes Azorius, domum hanc hoſpitalem in honorem S. Joannis Baptiſtæ dedicatam velint, idque Azorius ex formula profitendi horum militum liquere tradit: nam cùm civitas Hieroſolymitana adhuc ſub Saracenorum ditione teneretur, Chriſtiani la*rum dominio liberaret, & eam cultui reſtitueret Chriſtiano, vir quidam ſanctæ vitæ & probatæ religionis nomine Gerardus, qui longo tempore in prædicto Hoſpitali pauperibus devotè miniſtraverat, adjunctis ſibi honeſtis & religioſis viris, habitum regularem ſuſcepit, & veſtibus ſuis* (& quidem nigris) *albam Crucem exterius affigens in pectore, regulæ ſalutari & honeſtis inſtitutionibus, facta ſolenniter profeſſione, ſeipſum obligavit. Cui etiam mulier quædam Agnes nomine, Romana natione, nobilis carne, ſed nobilior ſanctitate, quæ in Monaſterio Monialium vicem geſſerat Abbatiſſæ, in miniſterio pauperum adjuncta, eandem regulam & humilitatis habitum votivè ſuſcepit.*

G

Finis igitur Ordinis hujus & profeſſionis erat, peregrinis & pauperibus in Hoſpitali S. Joannis ſedulò miniſtrare; & quidquid operum miſericordiæ poterant, ſollicitè exhibere: & Templariorum etiam more, itinera à latrociniis tuta præſtare: Hinc & mortuos in agro Aceldemach ſepeliebant; *orationi vacantes, vigiliis & jejuniis ſeipſos affligentes, operibus miſericordiæ affluentes, parci ſibi & auſteri, pauperibus autem & infirmis, quos Dominos ſuos appellabant, largi & miſericordes exiſtebant, panes de pura ſimila largiebantur infirmis, reſiduum verò cum furfure, ad uſus proprios reſervabant. Diſciplinæ itidem cumprimis amantes erant, hinc ut ſuprà de exordiis Templariorum diximus, culpas non relinquebant impunitas. Secundùm enim, quod culpæ reatus exigebat, quidam ſigno crucis à veſtimentis avulſo, tanquam membra putrida, prorſus ejiciebantur, alios vinculis & carceri mancipabant, alios ad pedes fratrum in terra cibum arctiſſimum, uſque ad condignam ſatisfactionem, ſumere decernebant. Et quoniam Deus erat cum eis, ab omnibus amabantur. Unde factum, quòd in omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ forma ſanctitatis eorum. Et ex largitione principum & eleemoſynis fidelium modico tempore adeò ditati ſunt, quòd ab univerſis occidentalibus provinciis reditus copioſos colligentes, Caſalia ſibi & oppida,*

H

tanquam

Digitized by Google

Pruſſiam, & alias Poloniæ vicinas ditiones armis in ſuam poteſtatem redegerunt, & ad Chriſtianam religionem adduxerunt.

CAPUT XVI.

De ordine Crucifero Teutonicorum.

NON conſtat, quo anno ordo iſte fuerit inſtitutus; & ubi. Aliqui inſtitutum tradunt Hieroſolymis anno Domini M. CXCII. vel M. CXCV. Quod fieri nequit; quia eo tempore Saladinus Chriſtianis Hieroſolymam jam eripuerat. Probabilius eſt, quod ab aliis proditum, horum altero anno ordinem hunc auctoritate Apo-
C ſtolica confirmatum per Cæleſtinum III. Pontif. Maximum. Siffridus Presbyter in Chronico. *Anno Domini M. CCXII. in Accarone* (Accone) *capit Ordo fratrum domus Teutonicorum.* In Compilatione Chronologica dicitur inchoatus anno Chriſti M. CC.

Siffrid. lib. 2. Chron.

At longè veriſimilior eſt ſententia Petri Gregorii & aliorum, qui volunt, Hieroſolymis inſtitutum, antequam Chriſtiani à Saladino inde ejicerentur. Et quidem ùt Vitriacus memorat, hac occaſione. *Cùm civitas ſancta poſt ejus liberationem habitaretur à Chriſtianis, & multi ex Teutonicis & Alemannis, cauſa peregrinationis, pergentes Hieruſalem linguam civitatis ignorarent, inſpiravit divina clementia cuidam honeſto & religioſo viro Teutonico, qui in civitate cum uxore ſua morabatur, quatenus quoddam Xenodochium de bonis ſuis conſtrue-*
D *ret, in quo pauperibus & infirmis Teutonicis hoſpitalitatem exhiberet. Confluentibus autem ad ipſum ratione commercii linguæ & noti ſibi idiomatis, de gente illa multis pauperibus & peregrinis, de conſenſu & voluntate Domini Patriarchæ quoddam oratorium compoſuit juxta prædictum Hoſpitale* (ſeu Xenodochium) *in honore beatæ Dei genitricis Mariæ. Longo autem tempore, in magna paupertate tam de bonis ſuis, quàm de his, quæ colligebat ex fidelium eleemoſynis, pauperes*

Vitriacus cap. 66.

quaſi conflârunt; in ſtudio quidem rei bellicæ Templarios imitati; in cura autem infirmorum & peregrinorum fratres Hoſpitalis S. Joannis, quos excipiebant, omníque charitatis genere tractabant in Hoſpitali ſuo, *quod dicitur ſanctæ Mariæ Teutonicorum in Hieruſalem*, tametſi, ut ſuprà dictum, ne ipſi quidem Hoſpitalenſes rem militarem à ſuo inſtituto alienam cenſebant. Porro ad differentiam *Templariorum* & *Joannitarum* ſeu *Hoſpitalariorum*, *Cruces nigras* albis chlamydibus aſſuebant, teſte Vitriaco; qui etiam votum addit. *Et quoniam uſque ad noſtra tempora præſentia in humilitate paupertatis, & fervore religionis permanſerunt avertat Dominus ab eis ſuperbas, avaras, litigioſas, & ſollicitudine anxias, & religioni inimicas divitias.* Hæc G
Vitriacus.

Capta Hieroſolyma à Saladino, tranſtulerunt Collegium & *Hoſpitale* ſuum Acconem, quæ & Ptolemais. Inde, ut & ex tota Syria, cum cæteris Chriſtianis expulſi, in occidentem migrârunt, inque Pruſſiam à Polonis accerſiti, multa cum Pruſſis finitimíſque nationibus bella geſſerunt; quæ qui cognoſcere cupit, Cromerum adeat.

Crom. Hiſt. de rebus Pol. maxime lib. 7.

Ad formam horum trium Ordinum in Palæſtina natorum, inſtituti ſunt alibi etiam ordines militares Cruciferi, ex quorum numero ille in Livonia ab Alberto Epiſcopo introductus, cujus profeſſores *milites Chriſti* nominabantur, *enſis rubri* imaginem cum *cruce*, pallio inſutam geſtantes; ùt auctor eſt Cromerus. Quorum ſcopus erat fidem Chriſtianam contra Ethnicos tueri & extir- H
pata idololatria, religionem veram propagare. De eodem militari Ordine hæc Arnoldus Lubecenſis, ubi de Livonia ad Chriſti religionem traducta agit. *Multi continentias voventes, & ſoli Deo militare cupientes, forma quadam Templariorum omnibus renunciantes, Chriſti militiæ ſe dediderunt, & profeſſionis ſuæ ſignum in forma gladii, quo pro Deo certabant, in ſuis veſtibus præferebant. Qui conforta-ti*

Arnold. lib. 7. Chron. Sclav. c. 9.

Digitized by Google

iis brachiis binæ cruces appareant, rubra & candida. Deinde milites *Avis* ab oppido ſic appellati, utentes veſte pulla, & *albæ crucis* figura. Tertiò, milites *dela palmera;* quibus eadem ſunt veſtimenta & digmata, quæ militibus S. Jacobi in Hiſpania. His accedit Ordo S. Stephani à Coſmo Medice, Duce Florentino inſtitutus, cui in uſu veſtis nigra cum *cruce rubra.* Sunt fortaſſis & alii crucigeri ordines fidei & religionis Chriſtianæ defendendæ gratia erecti. Sed hos enumeraſſe ſufficiat. Nunc Hieroſolymam revertamur: nam quæſtionem illam, utrum Ordines iſti militares ſint religiones propriè dictæ, ablegamus ad Theologorum cathedras

C

Azor lib. 13. Inſtit. cap. 3. Lege, ſi placet Azorium.

CAPUT XVII.

Trophæa Crucis ſub Balduino Tertio.

PRIMO ſtatim regni ſui anno, quamvis adhuc adoleſcens, Turcos, ex caſtro, cui *nomen vallis Moyſi, in Syria Sobal,* quod fraudulenter occupaverant, fortiter ac feliciter ejecit. Altero regni ſui anno expeditionem contra Boſtrum, Arabiæ metropolim, ſuſcepit, *implorato deſuperius auxilio*, inquit Tyrius, *& vivificæ Crucis ligno ſalutari ſecum aſſumpto.* Sed res non ceſſit ex

Tyr. lib. 16. cap. 8. & ſeqq.

D

ſententia, ob multitudinem hoſtium, quibus ita cincti fuêre, ut de reditu propemodum deſperarent. Quocirca quidam Balduino Regi ſuadere cœperunt, *ut aſſumpto vivificæ Crucis ligno*, equum, celeritate præſtantem conſcendens, præſentiſſimo diſcrimini ſeſe eriperet. *Quod verbum Rex, licèt infra annos puberes conſtitutus, regia ſprevit magnificentia, dicens, propriam ſe omninò contemnere ſalutem, ſi tam Deo devotus populus, caſu tam flebili deperiret*

Cùm verò hoſtes animadverterent, ſagittis ſe parum detrimenti Chriſtianis inferre, *ad alia ſe convertunt molimina*, ait Tyrius: *erat regio tota vepribus & frutetis humilibus, cardo-*

[illegible] *lis, contritus corde, & animo valde compatiens, ſalutare lignum erigit contra incendia, quæ illi totis viribus procurabant, & invocato deſuperius auxilio, ſtatim adſuit virtus divina, & in momento converſis in oppoſitum flatibus, incendia tetra cum fumi caligine in hoſtes, qui noſtrum præcedebant exercitum, ſe dirigunt, & quæ in noſtram paraverant læſionem, in ſuam vident retorta perniciem. Stupent hoſtes novitate miraculi, & ſingularem reputant Chriſtianorum fidem, quæ tam præſens à Domino Deo ſuo pro votis impetraret beneficium. Suis ergo occupati neceſſitatibus,* G
noſtris aliquam indulgent requiem, & ad tempus reſpirare concedunt.

Inſigne hoc eſt Crucis trophæum, omni ære perennius: omniúmque linguis prædicandum: cui adjungatur & hoc in eadem expeditione factum; nam *cùm ducem non haberent, qui agmina præiret, & locorum, per quæ tranſituri erant, haberet peritiam, ecce ſubitò cohortes præcedens, miles quidam ignotus, albi ſeſſor equi, rubei coloris vexillum bajulans, lorica indutus, curtis uſque ad cubitos manicis antecedebat exercitum. Hic tanquam Angelus Domini exercituum viarum ſequens compendia, & ad aquas ducens priùs incognitas, congruis & commodis ſtationibus caſtra metari docebat, &c. Aſſerunt autem unanimiter,* inquit Tyrius, *quibus illius facti adhuc plenior famulatur memoria,* H
quòd hunc, ùt diximus, ducem itineris nemo noverit. nam cùm ventum erat, ut caſtra metaretur exercitus, ſubitò diſparuit, nec uſpiam in caſtris videbatur, manè verò iterum exercitum anteibat.

Tandem Rex cum exercitu Hieroſolymam venit, quo *reverſo, & Cruce quoque Dominica Hieroſolymis reſtituta, gaviſus eſt populus qui remanſerat.* Iſta prorſus admiranda Tyrius.

Anno Domini M.CXLVII. obſeſſa eſt Damaſcus, *congregatis ex univerſo regno militaribus tam equitum, quàm peditum copiis, tam ex indigenis, quàm peregrinis, prævio vivificæ Crucis ſalutari ligno.* Non longo pòſt tempore, *Tyr. lib. 17. cap. 2.*

cœſo

regni proceribus, inquit Tyrius, *& populo unanimiter conveniente, Dominus Rex, Dominúſque Patriarcha cum aliis tam ſecularibus, quàm Eccleſiaſticis regni Principibus, ſignum Dominicæ Crucis vivificæ, & venerabile ſecum habentes, ante urbem prædictam, felicibus auſpiciis, octavo Kalen. Februarii*, Anno Domini M.CLIV. caſtra poſuerunt: quo etiam in Chriſtianorum poteſtatem venit. Cùm autem obſidio diutiùs extraheretur, & exercitus Chriſtianus indies plurimas clades ab Aſcalonitis acciperet; inſtituta eſt deliberatio *coram poſita vivifica Cruce*, num obſidio ſolvenda, an continuanda foret, pervicítque eorum ſententia, qui continuandam ſuadebant; & quidem feliciter. Non enim diu pòſt obtinuerunt civitatem, *quam Rex & Patriarcha cum cæteris regni Principibus, & Eccleſiarum Prælatis, unà cum univerſo Clero & populo, prævio ligno Dominicæ Crucis, cum hymnis & canticis ſpiritualibus ingreſſi, in præcipuo eorum, & eximii decoris oratorio, quod poſtmodum in honorem Pauli Apoſtoli conſecratum eſt, Crucem Dominicam intulerunt. Ubi celebratis ſolenniter divinis, poſt gratiarum actiones, in hoſpitia ſibi deputata ſe recipientes, lætum & ſæculis memorabilem egerunt diem.*

Tyr. lib. 17. cap. 28.

C

Tyr. cap. 30.

Multas deinceps idem Balduinus Rex victorias de hoſtibus reportavit, præclaráſque urbes non paucas, optabili ſucceſſu, in ditionem ſuam redegit; & Saracenos crebris conflictibus profligavit & attrivit & in his Noradinum ingentis animi Mahometanum Principem; qui cùm Chriſtianorum præſidium, *quod dicitur Sueta*, obſideret. Rex intrepido, Cruce Dominica comitatus, ſubſidio accurrit; & eo die, quo manus conſerendæ, *convocatis ſummo diluculo Principibus, adoratóque ſuppliciter vivificæ Crucis ligno, quod Petrus Tyrenſis Archiepiſcopus, geſtabat, de communi conſenſu*, in hoſtes itum, & victoria commemorabilis obtenta eſt.

D

Tyr. lib. 18. cap. 21.

tamiæ, excepta Antiochia & Damaſco, Princeps, Perſarum verò & Medorum Regis, ſeu Soldani ſubditus, Edeſſam, quæ nunc Rohas dicitur, unicum Hieroſolymitanæ Eccleſiæ pro magnitudine ac abundantia ſui refugium, cum infinita Saracenorum multitudine circumdedit, ac in ipſa, ut dixi, nativitate Domini irrupit, cunctis ibidem cum Epiſcopo urbis Chriſtianis in ore gladii occiſis, vel miſerabili captivitate in ſervitutem redactis, Eccleſias Chriſti, & præſertim beatæ Mariæ ſemper Virginis Baſilicam, & eam, in qua reliquiæ S. Thomæ Apoſtoli reconditæ ſunt, ad Salvatoris noſtri ignominiam, intro ferens ea, quæ non licebat, fœdè polluit, Chriſtianiſque penitus exterminatis, vel tributo ſubactis, Saracenos ibi ad habitandum collocavit.

G

Capta igitur urbe Ediſſana, inquit Tyrius, *rumor lethalis memoria pleniùs perſonuit, & crebra fama divulgabatur per occidentem univerſum, quòd impia gens Turcorum, non ſolùm urbem prædictam, ſed populum ampliùs ſolito Chriſtianum præliis & crebris nimium invaſionibus affligerent. Erant qui verba hujuſmodi longè latéque in populis, & nationibus diſſeminarent, & deſides ex longa pace diſſolutas, ad tantarum ultionem injuriarum ſollicitarent provincias.*

Tyr. lib. 16. cap. 18.

Inter quos præcipuus *Eugenius Papa Tertius*, vir Deo plenus, teſte Tyrio; cujus ad Ludovicum Regem Galliarum, & omnes regni illius Principes, ſuper hoc ipſo negotio hæc exſtat apud Friſingenſem epiſtola: *Quantum prædeceſſores noſtri Romani Pontifices pro liberatione orientalis Eccleſiæ laboraverunt, antiquorum relatione didicimus, & in geſtis eorum ſcriptum reperimus. Prædeceſſor etenim noſter felicis memoriæ Papa Urbanus, tanquam tuba intonuit, & ad ipſius deliberationem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ filios de diverſis mundi partibus ſollicitare curavit. Ad ipſius ſiquidem vocem ultramontani: & præcipuè Francorum regni fortiſſimi, & ſtrenui bellatores, & illi etiam de Italia, charitatis ardore ſuccenſi convenerunt; & maximo*

Otto de Geſt. Frid. Imp. lib. 1. cap. 35.

H

Domino ſerviebat, ab inimicis Crucis Chriſti capta eſt, & multa Chriſtianorum caſtella ab ipſis occupata, ipſius quoque civitatis Archiepiſcopus cum Clericis ſuis, & multi alii Chriſtiani ibidem interfecti ſunt, & Sanctorum reliquiæ in infidelium conculcationem datæ ſunt & diſperſæ. In quo quantum Eccleſiæ Dei, & toti Chriſtianitati periculum immineat, & nos cognoſcimus, & prudentiam veſtram latere non credimus. Maximum namque nobilitatis & probitatis indicium fore cognoſcitur, ſi ea, quæ patrum ſtrenuitas acquiſivit, à vobis filiis ſtrenuè defendantur. Verumtamen, ſi quod abſit, ſecùs contigerit, patrum fortitudo in filiis imminuta probatur. Univerſitatem itaque veſtram in Domino commonemus, rogamus atque præcipimus, & in peccatorum remiſ-

C *ſionem injungimus, ut qui Dei ſunt, & maximè potentiores & nobiles, viriliter accingantur: & infidelium multitudini, quæ ſe tempus victoriæ ſuper nos adeptam lætatur, ſic occurrere, & Eccleſiam orientalem tanta patrum veſtrorum, ut prædiximus, ſanguinis effuſione, ab eorum tyrannide liberatam, ita defendere, & multa captivorum millia confratrum noſtrorum, de ipſorum manibus eripere ſtudeatis, ut Chriſtiani nominis dignitas veſtro tempore augeatur, & veſtra fortitudo, quæ per univerſum mundum laudatur, integra & illibata ſervetur.*

Hæc & plura talia Pontifex ad Ludovicum Regem, alióſque Franciæ proceres; quæ, ut efficaciora eſſent, ad crucis prædicationem deſtinat non quemvis, ſed, ùt

Tyr. lib. 16. cap. 18.

Tyrius loquitur, *virum immortalis memoriæ, & honeſtæ converſationis Dominum Bernardum, Clarevallenſem Abbatem, piæ in Domino, & per*

D *omnia amplectendæ recordationis, ad prædicti Deo placiti muneris executionem delegit, qui injunctæ ſibi diſſipationis ſedulus executor, ejuſdem operis ſecum Deo amabiles trahens comminiſtros, impiger, indefeſſus, licèt corporis eſſet invalidi, propter jejunia penè continua, & ſubtilem nimis diætam, regna circuit, regiones obambulat, evangelizans ubique regnum Dei: afflictionem populi, qui & in oriente eſt, ſimul & moleſtias, quibus inceſſanter opprimuntur, aperit diligenter tur-*

Nam apud Verzeliacum Galliæ oppidum, ubi beatæ Mariæ Magdalenæ oſſa recondita ſunt, generalis curia indicitur, inquit Friſingenſis, *convocatis ex diverſis Galliæ provinciis optimatibus, viriſque illuſtribus. Ibi Ludovicus Francorum Rex* (imò & Regina) *crucem, à prætaxato Abbate, cum multa mentis alacritate ſumens, militiam transmarinam profeſſus eſt cum Theodorico Flandrenſi, & Henrico Theobaldi Bleſenſis filio, Comitibus, aliis de regno ſuo Baronibus, viriſque nobilibus,* quorum ſi non omnium, certè plurium nomina ſpeciatim exprimuntur in Geſtis Ludovici Regis, quæ Pithæus jam olim vulgavit. *Anno 1146.*

Nec politici tantùm, ſed & Eccleſiaſtici Principes Regis, & Reginæ veſtigia ſecuti crucem aſſumpſerunt, inter quos *Simon* G *Epiſcopus Noviomenſis, Godefridus Epiſcopus Lingonenſis, Arnulphus Epiſcopus Liſienenſis.* De Abbatibus, Herbertus Abbas ſancti Petri vici *Senonenſis, Theobaldus Abbas ſanctæ Columbæ Senonenſis. Metis ſimiliter crucem aſſumpſit Comes Moriennæ, avunculus Ludovici Regis Franciæ, multique cum eo Principes & Barones. Rebus ſic peractis, venerabilis Pontius Abbas de Verzeliaco, ut locus ille, in quo ſancta congregatio crucem aſſumpſerat, tam nobilis facti memoriam in perpetuum retineret, in honorem ſanctæ Crucis Eccleſiam conſtruxit, quam poſtea divina potentia voluit multis miraculis illuſtrare.* Et hæc acta ſunt anno Domini M. CXLVI.

Cæterùm Bernardo, aliiſque legitimis prædicatoribus crucis rem Chriſtianam ſedulò procurantibus & amplificantibus, accurrerunt alii, qui nec vocati, nec miſſi, in Germania crucem prædicabant, aut certè vocati, & miſſi munus ſuum ritè non obibant: in his Rudolphus Monachus, *qui*, ùt Otto ait, *multa populorum millia ex Agrippina, Moguntia, Wormacia, Spira, Argentina, aliiſque vicinis civitatibus, oppidis, ſeu vicis, ad accipiendam crucem accendit. Hoc tamen doctrinæ ſuæ non vigilanter interſerens, quòd Judæi in civitatibus oppidiſque paſſim manentes, tanquam Chriſtianæ religionis hoſtes, paſſim trucidarentur,*

Vide epiſt. 363 S. Bernardi.

H

præmonitóque, ne contra Monachorum regulam, per orbem vagando propria auctoritate verbum prædicationis aſſumeret, tandem ad hoc eum, ut ſibi promiſſa obedientia, in cœnobium ſuum tranſiret, induxit, &c.

Ægerrimè autem tulit Fridericus Dux Sueviæ, Conradi Imperatoris frater, Fride-
C ricum filium ſuum crucem accepiſſe, omni hujus rei culpa in Conradum Imperatorem collata: *Quem* S. Bernardus *viſitandi gratia adiit*; inquit Otto *& benedicens ei in orationes recepit. Ipſe tamen vim doloris non ſuſtinens, non multis pòſt diebus vivendi finem fecit, ac in monaſterio, quod S. Walpurgis vocatur, in terminis Alſatiæ ſito, humatus eſt, ſucceſſitque ei in ducatu filius ſuus Fridericus:* ille nimirum, qui cum Rege Conrado crucem aſſumpſerat; & poſtea Imperator factus eſt.

Necdum tamen finis, nam poſt hæc menſe Februario, *in Bojaria generalem curiam*, Conradus Imperator *celebravit, ducens ſecum vice Claravallenſis Abbatis, Eberacenſem Abbatem Adam, virum religioſum, & honeſtè eruditum.* Qui *Miſſarum ſolennia ex more celebrans*
D *invocatáque Spiritûs ſancti gratia, ambonem aſcendit, ac lectis Apoſtolicæ Sedis, & Claravallenſis Abbatis literis, brevi exhortatione facta, pœnè omnibus, qui aderant, præfatam militiam profiteri perſuaſit. Neque enim perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, vel artificioſæ juxta præcepta Rhetorum orationis circuitus inſinuatione egebat, cunctis, qui aderant, ex priore rumore excitatis, ad accipiendam crucem ultrò accurrentibus. Accepêre eadem hora crucem tres Epiſcopi, videlicet Henricus Ratisbonenſis, Otto Friſingenſis, Reginbertus Patavienſis, & Dux Noricorum Henricus, frater Regis, déque ordine Comitum, nobilium, virorum illuſtrium innumerabiles. Gueifo quoque, Henrici prioris Ducis frater, de nobiliſſimis regni optimatibus in ipſa Nati-*

alia cumprimis obſervanda. Alterum; ad iſtam crucis in Bavaria viciniſque locis prædicationem *tantam prædonum, & latronum advolâſſe multitudinem, ut nullus ſani capitis hanc tam ſubitam, quàm inſolitam mutationem ex dextra Excelſi provenire non cognoſceret; cognoſcendo, attonita mente non obſtupeſceret.* Alterum, *repentè ſic totum fermè occidentem conticuiſſe, ut non ſolum bella movere, ſed & arma quempiam in publico portare nefas haberetur.* G

der. Imper. cap. 41.

CAPUT XIX.

Quando Conradus Imperator iter inièrit; quo ſucceſſu; quas inſidias à Græcorum Imperatore Manuele perpeſſus; demùm quando Hieroſolymam venerit.

Hiemalis *algoris auſteritate deterſa*, inquit Otto, cruceſignatus & ipſe in hac expeditione, *cùm veris benigna humiditate ex telluris partu flores, & herbæ procrearentur, camporúmque viriditas lætam terræ faciem monſtrans, orbi arrideret; Conradus Rex à Norico caſtro cum ſuis procinctum movens, per Danubium iturus, Ratisbonæ naves ingreditur, ac in Aſcenſione Domini, in orientali Marchia* H *juxta Burgum, qui Ardaker vocatur, caſtra ponens, ſuos, qui jam adventabant, duobus ſeu tribus diebus exſpectavit. Inde uſque ad terminos ferè Regni ſui procedens, non longè à fluvio Viſcahe manſionem locavit, celebratáque ibi ſancta Pentecoſte, cum univerſis pœnè copiis ſuis Litahe tranſiens, in Pannonia tentoria fixit, aliis per Danubium navigantibus, aliis per terram euntibus. Tantam autem poſt ſe multitudinem traxit, ut & flumina ad navigandum, camporúmque latitudo ad ambulandum vix ſufficere viderentur.*

In Geſtis Ludovici Regis dicitur, in exercitu Imperatóris fuiſſe *ſeptuaginta millia bella-*

Digitized by Google

Choniates inundationis illius, aitque torrenti nomen eſſe *Melas;* coactúmque Conradum, ut exercitum abſque mora in Aſiam trajiceret, & nullum non navigii genus in tranſportandis Alemannis fuiſſe occupatum. Cùm verò Imperator Manuel multitudinem exercitus deſcribi: *& quot quaque vice trajicerent, annotari juſſiſſet, ij, quibus id negotii erat datum, tantæ multitudinis deſcriptione fatigati, re infecta domum redierunt,* inquit Choniates, qui fraudes Imperatoris & Græcorum in cruce ſignatos luculenter profectò omnium oculis ſubjicit, ut ſatis mirari nequeam, Hiſtoricum latino nomini infenſiſſimum, adduci potuiſſe, ut nequitiam ſuorum coloribus tam vivis depingeret.

Nicet. lib. 1. de geſtis Manuel. Imp.

Fatetur enim I. *Manuelem exercitui crucigero, locis opportunis & anguſtis tramitibus, inſidias collocâſſe, quibus non pauci interierint.* II. *Græcos, clauſis portis, forum Alemannis non præbuiſſe, ſed funibus de muris ſuſpenſis pecuniam prius attraxiſſe, iisque rurſus quantum vel panis, vel aliarum rerum libebat, demiſiſſe; & ſæpius accidiſſe; ut nihil prorſus demitterent; ſed auro argentóque attracto, atque in ſinibus recondito, ex mœnibus ſe ſubducerent:* III. *Quosdam etiam calce immiſta farinæ, cibum peſtiferum reddidiſſe.* Etſi autem addit Nicetas, ſe neſcire, utrum hæc commiſſa ſint, juſſu Manuelis, non eſt tamen dubitandum, quin eo & imperante, lubente, volente, omnia iſta geſta ſint; quæ facilè credet, quisquis ſequentia perpenderit; Nam IV. fatetur Nicetas, *Manuelis juſſu, ex improbo argento monetam eſſe cuſam, quæ iis daretur, qui ex Italico exercitu aliquid venditturi eſſent.* Quo ſcelere quid atrocius? V. *Nullum mali genus fuiſſe quod Imperator non vel ipſe in eos machinaretur, vel aliis machinandi auctor eſſet.* VI. *Turcos, Manuelis litteris, ad bellum Alemannis faciendum concitatos eſſe.* Et ſucceſſit conatus; *nam circa Bathrym, Pamplano quodam duce,* Turci prælio victores, multos occiderunt. licèt cùm partem illam exercitus, quæ per Phry-

C

D

litteris mandârunt; inter quos Otto Friſingenſis; qui præſens omnium ſpectator fuit; & Tyrius, & Auctor, qui geſta Ludovici Regis conſcripſit; Gulielmus Neubrigenſis, Helmoldus, & alij, qui dicunt, totum illum exercitum, fraude Manuelis Imperatoris partim inediâ, viaque difficultatibus, partim crebris conflictibus, & impreſſionibus Iconienſis Soldani, qui immenſam Turcarum multitudinem à Manuele impulſus, ex toto Oriente adversùs noſtros conduxerat; disjectum, diſſipatum, conciſum, & fermè uſque ad internecionem extinctum fuiſſe; & ex his, qui evaſerant, alios Hieroſolymam perrexiſſe; alios pedem Conſtantinopolim versùs retuliſſe; inter hos etiam Conradum Imperatorem cum paucis Principibus elapſum, ibíque usque ad veris initium ſubſtitiſſe, tum claſſe vectum, cum quibusdam ex Principibus ſuis, in Orientem perveniſſe; portum Acconenſem attigiſſe, & Hieroſolymam ſeſe recepiſſe, & à Rege Balduino, & à Fulchero Patriarcha, *occurrente ei extra civitatem univerſo Clero & populo, cum hymnis & canticis in ſanctam civitatem introductum eſſe.* Hæc & plura hujus generis Latini ſcriptores, quos conſulat, cui id libitum. *Nos,* inquit Otto, *qui non hac vice tragœdiam, ſed jucundam ſcribere propoſuimus hiſtoriam, aliis vel aliàs hoc dicendum relinquimus.* Addò ipſe Otto enumerationem calamitatum, quæ cruce ſignatis obvenerant, abhorrebat. Illud autem conſideratione dignum eſt, quomodo Deus juſtus Judex nil impunitum, aut irremuneratum relinquat: cùm enim poſt aliquot annos, ipſe Manuel ingentem exercitum in orientem, per Iconium traduceret, univerſus propemodum, ad Iconium, à Turcis cæſus eſt & profligatus, ita ut ægrè Imperator elapſus Conſtantinopolim pervenerit; quique copias Conradi Iconienſi Sultano, per viarum non ductores, ſed ſeductores dilaniandum objecerat; ipſe *nunc ductu ſuorum, qui præibant*

Imp. c. 44. 45. Tyr. lib. 16. cap. 20. & ſeq. Neubrig. lib. 1. rerum Anglic. cap. 20. & 21. Helmold. lib. 1. Chron. cap. 61.

G

H

Digitized by Google

CAPUT XX.

Quo ſucceſſu Rex Ludovicus iter fecerit, & de cauſis tam inauſpicatæ expeditionis.

EAndem viam, quam Conradus Imperator, tenuit etiam Conſtantinopolim usque Ludovicus, Rex Franciæ, qui Conradum *non multò pòſt cum ſuis ſubſecutus eſt*, inquit Otto, *iſti enim duo magni principes*, ait is, qui geſta Ludovici Regis conſcripſit, C *prius ordinaverant, quòd ſimul ire non poterant, propter multitudinem populi utriusque exercitus, timebant enim ne diſcordia & tumultus oriretur in caſtris, quod de facili accidit, maximè ubi tot ſunt diverſæ nationes lingua & moribus differentes: propter hoc voluerunt, ut uni præcederent alios, & intervallo facto inter utrumque exercitum, etiam quilibet ſuum duceret ſeparatum. Erant autem in exercitu Regis Franciæ penè ſeptuaginta millia equitum loricatorum, & gens optima, & in rebus bellicis approbata, peditum verò non erat numerus, quorum multitudo terræ ſuperficiem tegere videbatur. Si videres bellatorum acies tam decenter ordinatim procedere, galeas & ſcuta contra ſolis aciem coruſcare, & cohortes cum vexillis in aëre crepantibus terræ latitudinem operiri, crederes, quòd poſſent de omnibus crucis inimicis triumphare, & omnes regiones orientis, armorum potentia, vendicare, & ſine dubio potuiſ-* D *ſent, ſi Dominus voluiſſet eorum peregrinationem acceptare.*

Poſtquam Rex fines Conſtantinopolitanos cum copijs ſuis intravit, non minores fraudulenti Imperatoris inſidias ſuſtinùit, quàm prior exercitus, peſſimè enim oderat Manuel Francos & Alemannos propter potentiam & dextram invictam; quod non diſſimulans Nicetas, diſertè id palàmque profitetur ad

vit; *cum magna devotione à Foucherio Patriarchâ: quia moris erat tunc temporis ad Chriſtianam militam ſemper illam præferri in negotiis præliorum.* Sed fruſtra omnia, occulto Dei judicio cœptis aſpirare nolentis; *ſed fortaſſe eorum meritis exigentibus*, inquit ſcriptor rerum geſtarum Ludovici, *ut ad finem honorabilem attingerent eorum opera, noluit Deus conſentire; cauſam neſcimus, quare hoc fecerit: ſed certi ſumus, quòd in vero judicio non erravit.* rius lib. 17. cap. 2.

Dolendum ſummoperè tantum apparatum in nihilum recidiſſe; etenim *tanquam invita divinitate, & eis irata iter aſſumpſerunt, in tota illa profectione nihil Deo placitum, peccatis noſtris exigentibus*, inquit Tyrius, *operati ſunt, ſed noſtrum, quibus opem ſe laturos arbitrabantur, ſtatum, in deteriorem mutaverunt conditionem. Veruntamen credimus & ſperamus*, ait ſæpe jam nominatus rerum Ludovici Regis ſcriptor, *quòd illi, qui bona intentione, labores itineris pertulerunt, & ſe à peccato, prout homini poſſibile eſt, continuerunt, quantum ad animas, nihil de præmio, quod meruerunt, perdiderunt.* Tyr. lib. 16. cap. 19. G

Otto Friſingenſis *in excurſu ad excuſandum eventum hujus expeditionis*, inter cætera ita ſcribit. *Si non fuit bona pro dilatatione terminorum, vel commoditate corporum, bona tamen fuit ad multarum animarum ſalutem: ſic tamen ut bonum non pro dato naturæ, ſed pro utili ſemper accipias. Quamvis ſi dicamus ſanctum illum Abbatem* (Bernadum) *ſpiritu Dei ad excitandos nos afflatum fuiſſe, ſed nos ob ſuperbiam laſciviámque noſtram ſalubria mandata non obſervantes, meritò rerum perſonarúmve diſpendium deportáſſe, non ſit à rationibus vel antiquis exemplis diſſonum.* Otto lib. 1. de geſtis Frid. cap. 60. H

Certè, ſi vera ſcribit Henricus Huntindonienſis, mirum non eſt omnia improſperè ceſſiſſe: *Summis ducibus illuſtrati cum ſumma incedebant ſuperbia*, inquit, *ad nihilum devenerunt, quia Deus ſprevit eos. Aſcendit enim* Henr. lib. 8. hiſt. Eadem Rogerus in Annal. Anglicis.

in

dio interemptis, nonnullis, etiam vinculis hoſtium mancipatis.

Ludovicus Rex Franciæ, inquit Helmoldus, *direxit iter verſùs Hieroſolymam, & pugnantibus ſecum Barbaris, univerſum perdidit exercitum. Quid dicam de Rege Alemanniæ, & his, qui cum eo fuerant? univerſi perierunt ſiti & fame, tranſducti in deſertum maximum, dolo legati Regis Græciæ, qui eos in fines Perſarum ducere debuerat. Adeo contabuerunt fame & ſiti, ut incurſantibus Barbaris ultro cervices præbuerint. Rex & validiores quique, qui neci ſuperfuerant, in Græciam refugerunt. O judicia excelſa. Tanta fuit clades exercitus, & miſeria inexplicabilis,*

C *ut eorum, qui interfuerunt, adhuc lacrymis deplangatur.*

In noſtro illo exercitu, ait Neubrigenſis, *tanta, tam contra Chriſtianam, quàm contra caſtrenſem etiam diſciplinam mala increverant, ut mirum non ſit, quòd eis tanquam pollutis & immundis favor nequaquam divinus arriſerit.*

Non pepercit populo ſuo, non ſuo nomini, inquit S. Bernardus, loquens de hac ipſa expeditione, cujus ipſe, Pontificis miſſu & juſſu, impulſor fuerat. *Nónne dicunt in gentibus, ubi eſt Deus eorum? Nec mirum. Eccleſiæ filii, & qui Chriſtiano cenſentur nomine, proſtrati ſunt in deſerto, aut interfecti gladio, aut fame conſumpti. Effuſa eſt contentio ſuper principes, & Dominus errare fecit eos in invio, & non in via. Contritio & infelicitas in viis eorum. Pavor & mœror & confuſio in penetralibus regum ipſorum. Quàm confuſi pedes Evangelizantium pacem, annunciantium bona! Diximus pax, & non eſt pax. Promiſimus bona, & ecce turbatio. Quaſi verò temeritate in opere*

S. Bern. lib. 2. de conſid. init. Vide lib. 3. vita S. Bernard. cap. 4.

D *iſto, aut levitate uſi ſimus. Cucurrimus planè in eo, non quaſi in incertum; ſed te jubente, imò & per te, Deo. Quare ergo jejunavimus, & non aſpexit, humiliavimus animas noſtras, & neſcivit? Nam in his omnibus non eſt averſus furor ejus, ſed adhuc manus ejus extenta. Quàm patienter interim audit adhuc voces ſacrilegas, & Ægyptios blaſphemantes, quia callidè eduxit eos,*

ſignis.

Sed populus ille, inquis, duræ cervicis fuit ſemper contentioſè agens contra Dominum, & Moyſen ſervum ejus. Bene, illi increduli & infideles; hi autem quid? Ipſos interroga, quid me dicere opus eſt, quod fatentur ipſi? Dico ego unum. Quid poterant proficere, qui ſemper revertebantur cùm ambularent? Quando & iſti per totam viam non redièrunt corde ad Ægyptum? Quòd ſi illi ceciderunt & perièrunt propter iniquitatem ſuam, miramur iſtos eadem facientes, eadem paſſòs? Sed numquid illorum caſus adversùs promiſſa Dei? Ergo nec iſtorum. Neque enim aliquando promiſſiones Dei, juſtitiæ Dei præjudicant. G

Et audi aliud. Peccavit Benjamin. Accinguntur reliquæ tribus ad ultionem: nec ſine nutu Dei. Deſignavit denique ipſe ducem præliaturis; itaque præliantur freti & manu validiore, & cauſa potiore, & quod his majus eſt, favore divino. At quàm terribilis Deus in conſiliis ſuper filios hominum! Terga dedêre ſceleratis ultores ſceleris, & paucioribus plures. Sed recurrunt ad Dominum, & Dominus ad eos: Aſcendite, inquit. Aſcendunt denuò: denuóque fuſi & confuſi ſunt. Ita Deo primùm quidem favente, ſecundò & jubente juſti juſtum certamen ineunt, & ſuccumbunt. Sed quò inferiores certamine, eò fide ſuperiores inventi ſunt. Quid putas de me facerent iſti, ſi meo hortatu iteratò aſcenderent, iteratò ſuccumberent? Quando me audirent monentem tertiò repetere iter, repetere opus, in quo ſemel & jam ſecundò fruſtrati forent? Et tamen Iſraëlitæ unam & alteram non reputantes fruſtrationem, tertiò parent & ſuperant.

Sed dicunt forſitan iſti. Unde ſcimus, quòd à H

Domino ſermo egreſſus ſit? Quæ ſigna tu facis, ut credamus tibi? Non eſt, quod ad iſta ipſe reſpondeam: parcendum verecundiæ meæ. Cæterùm locò S. Bernardi præ modeſtia & religioſa humilitate reſpondere nolentis, reſpondit Gaufridus Monachus Claravallenſis. *Evidenter verbum hoc* (Crucis) *prædicavit, Domino cooperante & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.*

Gauf. lib. 3. vita S. Bernard. cap. 4.

Digitized by Google

ſpiritus ejus aſſuerat, in illius illuminatione oſtendere dignaretur. Dum verò poſt orationem orationis præſtolaretur effectum: quid facturus ſum? ait puer. Video enim. Attollitur illico clamor adſtantium, plures enim non modò è fratribus, verùm etiam è ſecularibus aderant, qui ut puerum vidêre videntem multipliciter conſolati Deo gratias referebant.

Nec illud prætereundum, quod idem auctor his verbis commemorat, de Aſcalone poſt miſerabilem exercitus Imperatorij & Regij interitum. *Illud etiam ſatis credimus conſiderâſſe nonnullos,* C *quod eadem hebdomada, qua feliciſſima anima ejus carne ſoluta eſt, Eccleſia Hieroſolymitana magnificè ſatis fuerit, divino munere, conſolata; ſicut ſæpius noverunt illum promiſiſſe. Siquidem capta eſt Aſcalon illa munitiſſima, paucis à ſancta civitate milliariis diſtans, & periculosè inſtans calcaneo ejus. Adversùs hanc quinquaginta annis, & eò amplius nihil profecerant Chriſtiani laborantes. Nam & tunc non humana virtute capta eſt, ſed divina. Nec incongruum nunc ipſius interſerere verba, quæ eodem ſcripſerat anno ad virum optimum Militem Templi, tunc miniſtrum, nunc etiam Magiſtrum Militiæ Templi, qui ipſius ſecundùm carnem avunculus erat: Væ principibus noſtris, ait. In terra Domini nihil boni fecerunt; in ſuis, ad quas velociter redièrunt, incredibilem exercent malitiam,* D *& non compatiuntur ſuper contritione Joſeph. Confidimus autem, quia non repellet Dominus plebem ſuam, & hæreditatem ſuam non derelinquet. Porrò dextera Domini faciet virtutem, & brachium ſuum auxiliabitur ei, ut cognoſcant omnes, quia bonum eſt ſperare in Domino, quàm ſperare in principibus.*

Hæc & id genus alia alij, & ipſe S. Bernardus pro excuſatione tam ſui, quàm infauſtæ illius expeditionis; quorum meminit etiam Otto Friſingenſis, & eò lectorem remittit: quæ eò libentiùs huc tranſcripſi; quòd nec hodie deſint, qui univerſim hoc operari, ſic judicare ſuperna Divinitas ſolet: *ſcienti loquor. Quando autem magna mortalibus provenerunt bona, quæ non magna prævenerint mala.*

Ita S. Bernardus ad Eugenium, qui Conradum Imperatorem in Occidentem regreſſum literis Apoſtolicis conſolatus eſt; ut & Ludovicum Regem. Priores extant apud Ottonem: poſteriorum meminit S. Bernardus. *S. Bernard. epiſt. 256.* Et quamvis divina judicia parùm expendentibus expeditio iſta ſcandalo & offenſioni fuerit; non deterruit tamen magnanimos invictóſque Francos, quò minùs denuò, coacto apud Carnotum conventu, de expeditione ſuſcipienda conſilia agitarent, delecto G S. Bernardo, qui totius exercitus vel Moyſes quidam, aut Aaron dux & moderator eſſet. Colligitur hoc ex citata S. Bernardi epiſtola, ubi hæc ad Eugenium Pontificem. *De cætero verbum illud, quod jam, ni fallor, audiſtis, quomodo videlicet in Carnotenſi conventu (quonam judicio ſatis miror) me quaſi in ducem & principem militiæ elegerunt: certum ſit vobis nec conſilii mei, nec voluntatis meæ fuiſſe, vel eſſe, ſed nec poſſibilitatis meæ (quantum metior vires meas) pervenire uſque illuc. Quis ſum ego, ut diſponam caſtrorum acies? ut egrediar ante facies armatorum? aut quid tam remotum à profeſſione mea, etiamſi vires ſuppeterent, etiam ſi peritia non deeſſet?* Placet hic recenſere, H quod de expeditione Conradi & Ludovici ſcriptum reliquit Gerochus ſeu Gerhohus Præpoſitus Reicherſpergenſis in Bavaria, qui eo ipſo tempore vivebat; *Geroch. lib. 1. de Inveſtigat. Antichriſti.* tametſi Hieroſolymitanis iniquior eſt; quippe quos ſine ulla neceſſitate, ex ſola avaritia utrumque Regem ad tantam expeditionem ſuſcipiendam impuliſſe ſcribit. In quo, vereor, plus datum ſiniſtro alicui affectui, quàm ipſius rei veritati. Sed audi jam Gerochum.

Videamus autem per unum ex his conſiliariis, quæſtum dico vel avaritiam, quale quantùmque ma-

rinis, & à Chriſtianorum univerſitate, exercitu quàm copioſo ſubveniretur. Cúmque iſta querimonia augeretur in dies, Rex Romanorum Chunradus, Rex quoque Franciæ Ludovicus Chriſtianiſſima miſeratione permoti, laborem ſibi tanti negotii, támque piiſſimi operis aſſumpſerunt, & cum infinito exercitu de omnibus terris Chriſtianorum ad eos confluente, viam terraneam ingreſſi ſunt; præter eos, qui navibus per mare viam arripuerunt. Non fuit civitas, quæ multitudines, non villa ſeu vicus, quæ non ſaltem paucos emitteret. Epiſcopi cum gregibus ſuæ parochiæ ſibi adunatis, Ducéſque & Comites, aliique Principes, ac magnates ſinguli cum ſuis turmis incedebant; ſcuta, gladios & loricas, aliáque Belli vaſa ſecum perferentes cum copioſa præparatione ſumptuum ac tabernaculorum, quæ plauſtris & equis innumeris ſubvehebant. Vix terre-
C *ſtris via ſimul & campi contigui, per terram gradientes, vix Danubii decurſus navium multitudines capiebat. Tam enim erat infinitus exercitus, quòd ex quo gentes eſſe cœperunt, nunquam tantam hominum, equitum ſimul & peditum multitudinem in unum congregatam æſtimaverim. Nulla eorum neceſſitatibus venalium rerum fora, vix ulli campi caſtris metandis ſufficiebant. Unde vulgus innumerabile, cui plauſtra & equi victualibus perferendis deerant, non poſt longum fame cœpit laborare. Multitudo namque etiam ruſticanorum ac ſervorum, dominorum ſuorum relictis aratris ac ſervitiis, ignorantibus quoque nonnulli, vel invitis dominis parùm aut*
D *nihil auri vel argenti habentes inconſultè expeditionem illam longiſſimam arripuerant, ſperantes in tam ſancto negotio, ſicut olim antiquo illi Iſraëlitarum populo, vel pluente deſuper cœlo, vel undecunque cælitus ac divinitus adminiſtranda fore victualia.*

Sed longè aliud, quàm ſperabant, evenit. Maximæ namque adverſitates eundem exercitum in eadem ſancta via, ut æſtimabant, comprehenderunt. Prima namque calamitatum ejuſdem exercitus, quas relatu dignas arbitramur, hæc fuit. Cùm in finibus Græciæ, ſecus mare pergerent,

Chriſtianis infeſtas ſubjugare Chriſto, vel humiliare, atque infirmare potuiſſet. Sed Græcis, quorum id erat conſilium, inimicorum ſuorum magis humiliationem, quàm Chriſtiani nominis propagationem intendentibus. Igitur exercitibus in duo diviſis, Rex Romanorum, cum ſuo exercitu verſus Iconium, viam, ductu Græcorum, ingreſſus eſt per deſertum. Rex verò Franciæ cum exercitu ſibi adunato verſus Antiochiam, & Hieroſolymam, viam, ùt cœperat, tenuit, aliis per mare, aliis per terram tendentibus. Verùm quantæ utrique exercitui calamitates obvenerint, quoniam enumerare impoſſibile foret, ſummatim majora perſtringemus. Exercitus namque verſus Iconium gradiens, labore, fame, ac ſiti in deſerto confectus, inſuper diſſenteria graviſſimè ac penè univerſaliter fatigari cœpit, cui nimirum infirmitati labor corporalis permaximè contrarius eſt. Igitur infirmitate, & labore viæ, ſimúl- G
que inopia turba confecta morte conſumi cœpit; ita ut diatim multitudines fame ac morbo ſimul & labore depaſtæ caderent.

Tranſito tamen ſic morbidè ac laborioſè deſerto, ventum tandem eſt ad terram hoſtibus habitatam, qui eos pugnæ occurſibus & incurſibus exceperunt, non tamen ut eis cominus pugnandi facultatem darent; ſed ſagittis eos die noctúque incurſando ſimul & fugitando eminus fatigabant, ita ut nec pugnæ ſeu victoriæ locus eſſet, nec tamen abſque pugnæ incurſibus ullo momento exiſterent. Quòd ſi noſtri equites eos incurſare voluiſſent, fugientes illos noſtri conſequi non valebant; nimirum equis noſtrorum labore & inedia fatiga- H
tis, illorum verò equis pinguibus & requietis. Sed & pauci noſtro exercitui erant ſagittarij: tota verò adverſariorum multitudo arcubus munita hunc ferè ſolum pugnandi uſum retentabant. Unde ex conſilio Rex noſter cum exercitu divertit ab eis eandem, quam iêrat viam, per deſertum repedando, non quòd noſtri bello ac victoriæ defuerint; ſed quòd bellum ac victoria fugerit ab eis. Nam ſi pugnare voluerant, & ad bellum acies ordinaverant, nullus erat ex adverſo adverſariorum occurſus. Si verò ſe in caſtra recepiſſent, requies

eis

Digitized by Google

dam reliquiis Conſtantinopolim rediit; ubi cum aliquantis principibus, aliiſque magnatibus, quibus animus vel pecunia non defecerat, viam Hieroſolymitanam per mare ingreſſus eſt.

Sed & Regis Franciæ exercitum, & quàm plures ex Germanis, qui per viam terreſtrem Hieroſolymam tetenderant, infinitæ, atque innumeræ calamitates, comprehenderunt. Nam cùm ad loca montium anguſtiora deveniſſent, illic Turci diſpoſitis armatis, cum parte exercitus aperta manu congreſſi ſunt, quos etiam à facie ſimul & à tergo, atque à ſcopulis deſuper impugnantes C maximam ex eis multitudinem peremerunt. Ubi & Comes Carinthiæ Bernardus occubuit. Illic etiam complures locorum ſimul & armatorum cuneis obſeſſi, cum quibus ex quo congredi non poterant, relictis ſuis omnibus, ſolas animas ſalvare cupientes, per aſpera & ardua montium fugam inierunt; inter quos & frater Regis Romanorum, Otto Friſingenſis Epiſcopus non ſolùm calceamentis, ſed etiam pedibus attritis, fame quoque ac gelu confectus ad quandam civitatem maritimam cùm deveniſſet, miſeratione civium refotus, atque mutuò ab eis acceptis aliquibus, etiam ipſe per mare Hieroſolymam tetendit. Similiter autem & Rex Franciæ calamitatem non modicam incurrit. Nam cùm Antiochiam deveniſſet, nihilque illic utpote inter compatriotas ſuos ſuſpicaretur mali, fraude ſimul & vi per D principem civitatis, propriæ uxoris, quam ſecum duxerat, conſortio privatus eſt, Quæ cùm poſt tempus libertati reddita redire ad ipſum, utpote ſervatæ fidei matrimonialis ſibi conſcia, voluiſſet, admiſſa non eſt, manétque inter eos hodiéque divortium, ſed aliis ex cauſis eccleſiaſticè ſtabilitum. Nam & ille duxit aliam & tenet uxorem, & illa Regis Angliæ matrimonio ſociata eſt. Ventum tamen eſt tandem Hieroſolymam ab utriſque Regibus, cum quibuſdam reliquiis exercituum. Nam Regis Romanorum exercitus qui deſerti illius labores & tela hoſtium evaſerat,

adventaverat, conduxit exercitum. Sicque ad obſidionem à Regibus Romanorum, & Franciæ, eorúmque exercitibus, nec non à Rege Hieroſolymæ, omnique Hieroſolymitana militia itum eſt. Et Rex quidem noſter credens omnia ſimpliciter, ac fideliter agi, pomaria civitatis irrumpens ſecus muros caſtra locavit, rem, ùt erat ſtrenuus, ſtrenuè peracturus. Alii verò aliis locis facilioribus ac remotioribus caſtra diſpoſuerunt. In hac denique obſidione claruit, qua intentione Hieroſolymitani totum orbem in expeditionem permoviſſent, quódque tanto illo totius orbis motu laborioſiſſimo, tot mortibus Chriſtianorum, qui partim gentium gladiis & ſagittis, partim fame, ac frigore, partim diſſenteriæ morbo, ac fluminum incurſu, mariſque tempeſtate perie- G rant, non tam pacem ſibi, ſiquidem eam integrè poſſidebant, quàm auri & argenti theſauros ſibi multiplicare quæſierint. Continuò namque ut obſidione civitas cincta eſt, cives intra mœnia poſiti de pace & obſidione relaxanda, cum Hieroſolymitanis tractare cœperunt. Quibus etiam auri plurimum offerentes, mox quod petierant, impetrârunt. Conventione itaque pacti clam firmata, pecuniâque copioſa recepta, Hieroſolymitani perſuaſo Rege Franciæ ab obſidione receſſerunt. Regem Romanorum ſolum cum ſuis in obſidione relinquentes. Qui cùm vidiſſet ſecum fraudulenter actum, etiam ipſe, quod reliquum erat, ab obſidione receſſit. Ecce quis finis, quis fructus, quanta rerum molimina ſubſecutus eſt? Quis non penſet ex fine; Hieroſoly- H mitani tanto rerum motu, tot mortibus Chriſtianorum, tanto rerum publicarum, & cujuſque privatarum diſpendiis quid intenderint? Nam quòd ferè ſolam pecuniæ acceptionem ſive ex oblationibus adventantium, ſive ex redemptione obſidionum intenderint, acceptæ pecuniæ finis probavit. Sed Domino interim etiam hîc juſtè judicante, non uſquequaque de tantæ pecuniæ acceptione iniqua gaviſi ſunt. Nam qui multos deceperant, etiam ipſi in eadem pecunia data decepti ſunt. Siquidem ex maxima parte pro auro cu-

genti , ſuperantes ingreſſi cum hymnis Eccleſiam dedicantes , Epiſcopum ibi & Clericos ordinaverunt.

Eadem Henricus Huntindonienſis & Rogerus in Annalibus: qui addunt, tunc quoque aliam civitatem Mauris ereptam, *quæ vocatur Almade :* & hoc ideo , quòd iſti, licèt pauci , *nec potentes nulli alteri inniterentur , niſi Deo omnipotenti ; & quia*, inquiunt , *humiliter profecti ſunt , gratiam Dei meruerunt , & magnam probitatem oſtenderunt.* Erat his proculdubio animus non modò pug-
C nandi contra Saracenos in Hiſpania, ſed & contra illos in Palæſtina: iſto enim fine ex patriis finibus egreſſi , altóque ſe crediſiſſe videntur , excitati crebris illis trophæis, quæ Chriſtiani jam in terra promiſſionis erexerant.

Helmold. lib. 1. Chron. cap. 60. & ſeqq.

Scribit Helmoldus in Chronico, exercitum ſub Conrado Imperatore cruce ſignatum, propter nimiam multitudinem in tres partes diviſum, quorum una deſtinata fuerat in Orientem : altera in Hiſpaniam, tertia ad Sclavos. De mediis hæc ille verbatim. *Secundus navalis exercitus, Colonia & aliis civitatibus Rheni conflatus , præterea littore fluminis Wiſeræ, navigare cœperunt latiſſima Oceani ſpatia, quouſque venirent in Britanniam. Ubi per aliquot dies reſarcita claſſe, non modica etiam Anglorum & Britannorum adjecta manu ,*
D *torſerunt vela verſus Hiſpaniam , applicuerúntque ad Portugalenſem nobiliſſimam Galatiæ urbem , adoraturi apud ſanctum Jacobum. Rex ergo Galatiæ lætior effectus de adventu peregrinorum , rogavit , ut ſi propter Deum pugnaturi exiſſent , fierent ſibi auxilio contra Lacebonam* (Ulyſiponem) *& ejus incolas, qui fines Chriſtianos inquietabant , cujus petitioni faventes, abierunt Lacebonam cum magna navium copia. Rex quoque terreſtri accedens itinere validum adduxit exercitum, & obſeſſa eſt civitas terra marique. Multum ergo temporis effluxit in obſidione civitatis : Ad ultimum capta*

Anglia tota reſedit hyeme, plurimo per Eccleſias auro expenſo ; mox ut Favonius ad ſerenitatem pelagi vernales portas aperuit , naves repetiit, provectúsque in altum, Balcares Inſulas ,quæ Majorica & Minorica dicuntur, armis territans ,faciliores ad ſubigendum Willelmo de monte Piſlerio reliquit. Inde pertendit Hieroſolymam, omnibus navibus incolumis, præter unam, &c. Hieroſolymam veniens Tyrum & Sidonem , urbes , quas mare allambit , ad Chriſtianitatis gratiam obſedit, effregit, ſubegit. Mutato itinere Conſtantinopolim , ingreſſus navem aureis roſtratam Draconibus faſtigio ſanctæ Sophiæ pro trophæo affixit. Hæc Malmesburienſis ; quæ commemorare volui, ut videas crucis amorem & vene- G
rationem , etiam ex intimis Septentrionis angulis , multos, cóſque non infimæ ſortis, Hieroſolymam pertraxiſſe , per tot terrarum mariúmque tractus.

Otto lib. 7. cap. 31.

Addamus & hoc, quod Otto literis prodidit ex relatione Gabalenſis Epiſcopi , Regis Æthiopiæ ſeu Abyſſinorum, quem *Presbyterum Joannem* appellant, parta de Perſis inſigni victoria,*ad auxilium Hieroſolymitanæ Eccleſiæ procinctum moviſſe,ſed dum ad Tigrim veniſſet ibique nullo vehiculo exercitum traducere potuiſſet, ad ſeptentrionalem plagam, ubi eundem fluvium hyemali glacie congelari didicerat, iter flexiſſe. Ibi dum per aliquot annos moratus . gelu expectaret, ſed minimè hoc impediente aëris temperie obtineret, multos ex inſueto cœlo de exercitu amittens, ad propria redire compulſus eſt.* Hæc Otto ex narratione prædicti Epiſcopi, cujus H
fidem penes utrumque eſſe volumus.

CAPUT XXI.

Brevis ſumma eorum, quæ in regno Hieroſolymitano geſta, uſque ad captam à Saladino Urbem.

Vide Tyr. lib. 19. cap. 1.

BALDUINO tertio ſucceſſit Amalricus frater, anno Domini M. C. LXIII. Aliquot bella geſſit ; præſertim in Ægypto ; Damiatam claſſe Manuelis Conſtan-

cap. 29. dionem minaretur, *Rex adventum ejus præſentiens, exercitus ſuos collegerat, & aſſumpto ſibi Domino Patriarcha, cum mirifico & venerabili crucis ligno, circa Berſabee caſtra locaverat, ut de vicino advenientibus hoſtibus commodiùs poſſit occurrere*; effecítque, ut Saladinus nulla re memorabili patrata, eò, unde venerat, rediret.

Mortuus eſt autem Amalricus anno ſalutis M. C. LXXIII. quinto Idus Julii, anno regni duodecimo, Menſe quinto, ſepultus inter prædeceſſores ſuos ante locum Calvariæ.
C Quo anno hæc habet in Annalibus Godefridus. *Ipſo anno, Henricus Dux Saxonum, Hieroſolymam cum quingentis ferè militibus tetendit, felici prorſus uſus & honeſta per terram profectione & reditu: nam in eundo nullas Turcarum paſſus eſt inſidias, & à Rege Conſtantinopolitano honorificè ſuſceptus & magnificè dimiſſus eſt.* In reditu quidam paganus Rex eum *honorificè ſuſcipiens plura & magnifica dona obtulit, omnéſque captivos Chriſtianos, qui ſub regno ejus exulabant, interventu Ducis abſolvit.* De hac Henrici Leonis Saxoniæ & Bavariæ decantatiſſimi Ducis peregrinatione in terram ſanctam, déque ſplendido & numeroſo ejus comitatu, fusè ſcribit Arnoldus Lubecenſis lib. 2. Chronici Sclavorum. Inter cætera hoc monumentum pietatis ei ſtatuit: *Obtulit ad ſanctum ſepulchrum pecuniam multam, & Baſilicam,*
D *in qua lignum Domini repoſitum eſt, ornavit muſivo opere, & oſtia ejuſdem Baſilicæ veſtivit argento puriſſimo. Deputavit etiam reditus annuos ad cereos comparandos, jugiter ad ſanctum ſepulchrum arſuros.*

Succeſſit Amalrico Balduinus quartus hoc nomine, filius Amalrici, vix annorum tredecim, quando regnare ingreſſus eſt; ſub quo res Chriſtiana ob diſſenſiones Principum noſtrorum & Saladini potentiam indies majoribus atque majoribus ncrementis augeſcentem, ſenſim collabi; & ad interitum *que occubuerunt equites, pedites autem ad certum, quem nos ignoramus, numerum.*

Rogerus in Annalibus Anglicanis longè numeroſiorem facit Saladini exercitum: ait enim fuiſſe plusquam quingenta *millia militum & peditum.* Addit & hæc duo. I. *Viſum eſſe paganis, quòd militia cæleſtis exercitus quaſi per ſcalam deſcenderet in ſimilitudinem militum armatorum, & congreſſum cum illis faceret in adjutorium Chriſtianorum.* II. *Ad confuſionem Paganorum, & Chriſtianæ fidei confirmationem, viſum eſſe Paganis, quòd ſummitas ligni Dominicæ Crucis, quod Epiſcopus Bethleemiticus portabat, cœlum attingeret, & quòd* G
brachia illius totum amplexarentur orbem: & inde territos fugiſſe, Chriſtianos autem, glorioſa potitos victoria, cum gaudio reverſos in Hieruſalem, & repleviſſe terram ſpoliis interfectorum.

Non longè pòſt, cùm Saladinus Sidonis fines ingreſſus omnia depopularetur, Rex, Tyr. lib. 21.
aſſumpto ſibi Dominicæ Crucis ligno, hoſtibus cap. 28.
intrepidè occurrit, primo congreſſu victor; deinceps ex incuria victus: mox tamen nonnihil ex clade reſpiravit; profligato Saladini exercitu, non ſine ſolito crucis auxilio, *habebant enim ſecum Dominicæ Crucis lignum*, inquit Tyrius, quem etiam à Berythi obſidione abſcedere compulit: cúmque Saladinus interea in Meſopotamiam abiiſſet, Rex fines Damaſcenorum devaſtavit, *aſſumpto ſibi* H
vivificæ Crucis ligno precioſo, Domino quoque Patriarcha eos proſequente. Mox eandem excurſionem in Damaſcenos repetit, iterum *aſſumpta ſecum cruce Dominica.* Poſtquam Rex, morbo ingraveſcente compulſus, Guidonem de Lizimaco ſeu Liſiniaco ſororis ſuæ maritum, regni procuratorem conſtituit, rurſus adversùs Saladinum arma corripuerunt, *vivifi-* Tyr. lib. 22.
cæ crucis lignum, regiáque vexilla ſecuti. De- cap. 26.
jecto Guidone, tanquam inepto, ab adminiſtratione, Balduinus, puer quinquennis, Regis ex ſorore nepos Rex inungitur,

P 2 *aſſum-*

Digitized by Google

*rino, & Magiſtro Magno Templi, ad Chriſtia-
niſſimum Francorum Regem miſſi Pariſios vene-
runt. Intraverunt enim eo tempore Saraceni
cum magno exercitu terras Chriſtianorum tranſ-
marinas, & multos ex ipſis interfecerant, plures
etiam captivos ſecum duxerant; vadum Jacob,
videlicet quandam fortiſſimam munitionem Chri-
ſtianorum ceperant, ubi multos ex fratribus Hoſ-
pitalis & Templi militibus miſerabiliter occiderant,
aliósque captivos ſecum traxerant. Hac de cau-
ſa omnes Chriſtiani tranſmarini timentes, ne ſumpta
audacia Saraceni ſanctam civitatem Hieruſalem
caperent, & templum cum ſepulchro Dominico
polluendo profanarent, miſerunt Patriarcham cum
duobus Magiſtris prædictis in Franciam portantes*
C *claves civitatis Hieruſalem, & ſancti ſepulchri
Domini ad Chriſtianiſſimum Regem Francorum
Philippum, rogantes & humiliter deprecantes,
quatenus intuitu Dei, & amore Chriſtianæ reli-
gionis terræ Hieroſolymitanæ oppidò deſolatæ ſuc-
curſum præſtare dignaretur, qui per multa ma-
ris pericula & frequentes incurſus piratarum, &
longo tractu terrarum, Magiſtro militiæ Templi
interim in fata collapſo, duo ſuperſtites, Domino
ducente, Pariſios venerunt, ubi cum ſolenni pro-
ceſſione à venerabili Mauricio Epiſcopo Pariſienſi &
Clero, & univerſo totius civitatis populo receptus
eſt quaſi Angelus Domini. Sequenti die in Ec-
cleſia beatæ Mariæ Miſſam celebravit, & ſermo-
nem ad populum fecit. Quo audito, Philippus
Auguſtus Francorum Rex, omnibus aliis negotiis
omiſſis, nuntiis citiſſimè occurrit, & in oſculo
pacis honorificè recepit, diligentiſſimè præpoſitis
terræ ſuæ ſive diſpenſatoribus præcipiens, quòd*
D *ubicunque per terram irent, de redditibus Regis
ſufficientes expenſas illis miniſtrarent. Et cog-
nita cauſa, quare venerant, paterna pietate
commotus, generale Concilium omnium Archiepiſ-
coporum, Epiſcoporum, & Principum terræ ſuæ,
Pariſiis convocari præcepit. Celebrato autem cum
illis communi Concilio, Archiepiſcopis, Epiſcopis,
& omnibus Eccleſiarum Prælatis regia auctori-
tate mandavit, quòd ipſi per frequentes prædi-
cationes, & admonitiones populos ſibi ſubditos
admonerent, quatenus pro fide Chriſtianorum*

*ab hærede, & Domino terræ Jeruſalem. Eſt enim
ſciendum, quòd Fulco frater Gaufridi Comitis An-
degaviæ, patris quoque iſtius Henrici, fuit Rex
Jeruſalem, &c. Cum autem prædictus Patriar-
cha, & Magiſter Hoſpitalis venirent in Angliam,
Rex Angliæ occurrit eis in villa de Redinges, &
eos cum gaudio ſuſcepit, qui ſtatim ad pedes Re-
gis provoluti, cum fletu magno & ſingultu verba
ſalutationis, ex parte Regis & Principum, & uni-
verſæ plebis terræ Hieroſolymitanæ proferebant, &
exponentes cauſam adventus eorum, tradiderunt
ei vexillum regium, & claves ſepulchri Domini,
& claves turris David, & Civitatis Hieruſalem
ex parte Regis, & Principum terræ Hieroſolymi-
tanæ, & literas Lucij Papæ;* quas Rogerus hi- G
ſtoriæ ſuæ inſeruit; ſcriptas ad Henricum *Recitat eadem epiſtol. Neubrig. lib. 3. cap. 12.*
Regem; quibus Pontifex Regem monebat;
ut abſque mora periclitanti Hieroſolymita-
no regno ſubveniret.

Subjungit Rogerus, *His auditis reſpondit
Rex, rem benè proceſſuram, volente Deo, & ſta-
tuit eis terminum ſuæ reſponſionis primam Domi-
nicam Quadrageſimæ apud Londonias. Ad quam
Dominicam Dominus Rex, & Patriarcha, &
Epiſcopi, & Abbates, & Comites, & Barones
Regni Angliæ, & Willhelmus Rex Scotiæ, & Da-
vid frater ejus cum Comitibus, & Baronibus ter-
ræ ſuæ convenerunt Londoniis, & habito inde cum
deliberatione conſilio, placuit univerſis, quòd Do-
minus Rex conſuleret inde Dominum ſuum Phi-
lippum Regem Franciæ, & ſic ſoluto concilio, Do-
minus Rex dedit univerſis hominibus ſuis tam Cle-
ricis, quàm Laicis licentiam capiendi crucem.
Unde factum eſt, quòd Baldevvinus Cantuarien-
ſis Archiepiſcopus, & Ranulfus Juſtitiarius, &* H
*Waltherus Rothomagenſis Archiepiſcopus, & Hu-
go Dunelmenſis Epiſcopus, & alij quàm plures
Epiſcopi transmarini & ciſmarini: & ferè omnes
Comites, & Barones, & milites Angliæ, Nor-
manniæ, & Aquitaniæ, & Britanniæ, & An-
degaviæ, & Cenomanniæ, & Turoniæ crucem
ceperunt.*

Recenſet deinde Rogerus mirificam hiſto-
riam de prægnante muliere & diabolo, quam
legat

Digitized by Google

dolens, & confuſus à curia receſſit.

Porrò quid hinc conſecutum ſit, ſic idem Rogerus narrat. *Eodem anno*(M.C.LXXXV.) *paulò ante feſtum S. Petri ad Vincula, cùm prædictus Patriarcha Hieroſolymam rediiſſet, & nihil auxilij ad defenſionem terræ ſecum reportâſſet, timor magnus cecidit ſuper inhabitatores terræ Hieroſolymitanæ. Unde factum eſt, quòd quidam frater Templi natione Anglicus, nomine Robertus de S. Albano, relicta lege Chriſtiana, abiit ad Saladinum Regem Babyloniæ, & promiſit ei ſe traditurum Civitatem Hieruſalem, & facta inde ſe-* C *curitate, Saladinus dedit ei neptem ſuam in uxorem, & tradidit ei exercitum magnum, & conſtituit eum Principem exercitûs ſui & ducem: qui ſtatim profectus eſt cum exercitu ſuo uſque ad planities ſancti Georgij, & ibi diviſit exercitum ſuum in tres turmas, quarum duas miſit in regiones circumjacentes ad devaſtandum eas, & devaſtaverunt omnem terram à monte Regali uſque Neapolim: & Jericho, & Civitas Sebaſta, & aliæ Civitates nonnullæ deſtructæ ſunt. Prædictus autem Robertus cum tertia parte exercitûs ſui proceſſit uſque ad Civitatem Hieruſalem, & paucitas illa hominum, quæ in Civitate erat, in Domino confidens, & per poſternas egrediens, & lignum crucis Dominicæ pro vexillo ſibi præferens, in virtute Domini percuſſit aciem, in qua præfa-* D *tus Robertus erat, & ipſe in fugam converſus terga dedit percutientibus, & Hieroſolymitani ſecuti ſunt eum, & exercitum ejus in ore gladij, & multos ex illis interfecerunt; Robertus tamen vix evaſit.* Hæc Rogerus.

Quod ad *Vadum Jacob* attinet, cujus Rigordus ſuprà in relatione ſua meminit, erat id caſtrum ad Jordanis ripam recens à Balduino leproſo ædificatum; & Templariis commiſſum, de quo Tyrius. Hoc funditus evertit Saladinus cæſo præſidio, ùt ſcribit idem Tyrius. Addit Neubrigenſis. *Congregatus eſt exercitus Chriſtianus apud Tyberia-*

Tyr. lib. 21. cap. 26.

olim ſolebant claves S. Petri: quas miſit S. Gregorius Anaſtaſio Patriarchæ Antiocheno; Andreæ de Dibiria, Joanni Exconſuli Patritio, Columbo Epiſcopo Numidiæ, Childeberto Francorum Regi, Theotiſto, Theodoro Medico Conſtantinopolitano, Leontio Exconſuli, Secundino ſervo Dei Incluſo, denique Savinellæ, & aliis. Sed his omiſſis ad propoſitum redeamus.

29. 30. lib. 2. epiſt. 47. lib. 5. epiſt. 6. lib. 6. epiſt. 23. epiſt. 25. lib. 7. epiſt. 34. epiſt. 54. lib. 10. epiſt. 7.

Teſtatur Rogerus jam anno Domini M.C. LXXXI. *Templares* & *Hoſpitalares* à Rege Angliæ Henrico, & Rege Franciæ Philippo poſtulâſſe ſubſidium adversùs Saladinum, oblatis Alexandri ſummi Pontificis literis, quas G Rogerus Annalibus ſuis intexuit: etſi illæ nominatim non erant ad Reges Angliæ & Galliæ, ſed univerſim ad omnes Principes Chriſtique fideles, quibus illos ad opem terræ ſanctæ ferendam graviſſimè cohortatur; propoſita plenaria omnium peccatorum indulgentia; conceſſiſque aliis privilegiis & immunitatibus, quas ſuo loco diximus ab Urbano, Eugenio, & aliis Pontificibus crucesſignatis fuiſſe conceſſas, in eandem ſententiam literas dedit ad Eccleſiaſticos præſules, quas idem Rogerus deſcribit. *Quibus auditis*, inquit Rogerus, *Philippus Rex Franciæ, & Henricus Rex Angliæ plurimùm condolentes de adverſitate, & deſolatione terræ Hieroſolymitanæ, promiſerunt, ſe, Domino auxiliante, celerem* H *ſuccurſum facturos terræ illi.*

Sed dum cunctantur iſti, minimè cunctandum ſibi cenſuit Saladinus, qui mortuo Balduino leproſo, & altero Balduino puero; regnóque ad Guidonem de Liſiniaco translato, impigrè operam dabat, ut noſtros everteret. Nec caruit ſucceſſibus. *Nam menſe Julio quarto nonas ejuſdem*, inquit Vitriacus, *anno Incarnationis Domini M.C.LXXXVII. tradidit Dominus populum Chriſtianorum, infinitis eorum peccatis exigentibus, in manus impiorum, adeò quòd noſtri ſubitò terga dantes inimicis,*

Mortuus eſt Balduinus puer anno 1186. teſ. e Rogero.

Vitriacus cap. 69. hiſt. Orient.

cto Ruffino Epiſcopo Acconenſi, qui eam portabat. Capiendæ crucis præceſſit pridie non obſcurum argumentum. *O res mirabilis*, exclamat Auctor, qui expeditionem Friderici literis mandavit, *O terribile vicinæ cladis præſagium, Ea nocte in tentorio Patriarchæ, ubi erat ſancta Crux, in Matutinali officio caſualiter venit legenda de arca fœderis à Philiſtæis capta in prælio, & deducta. Unde nimirum cunctorum audientium, & intelligentium corda metu ſubito percelluntur, quod juxta illud poëticum: peſſimus in dubiis augur timor.*

C

Saladinus victoria uſus, è veſtigio omnes Chriſtianorum urbes, pauculis exceptis, occupavit; etiam Hieroſolymam; *ſanctam quoque civitatem idem furoris divini malleus adiit;* inquit Neubrigenſis, *Patriarcham & populum metu languidum ad deditionem coëgit. Civitatem pompaticè ingreſſus, Eccleſias ſpoliatas profanavit; formam vexilli Dominici ludibrio habitam & fuſtigatam confregit: templum verò Domini, quod & ipſis Saracenis ſemper venerabile fuerat, ſolenniter aqua roſea, tanquam Chriſtianis ſordibus expians, ſacrilegis ritibus dicavit. Sepulchri verò Dominici aliquantulam reverentiam habuit, quod omni quidem aureo vel argenteo ornatu ſublato, Syros, illius terræ indigenas Chriſtianos, cuſtodire præcepit, &c.*

D

Fermè autem acciderat, ut Saladinus Hieroſolymam abſque pactis violenter occuparet; omnéſque cives trucidaret. *Nec ſilendum arbitror*, inquit Otto de S. Blaſio in ſuo Chronico, *quòd obſeſſa Hieruſalem paganis irruentibus, una turrium, occiſis pleriſque Chriſtianis, impoſito Saladini vexillo capta eſt, unde civibus ortâ deſperatio, relicta murorum defenſione, eadem die civitatem in ore gladii exterminandam penè dederat exitio. Quod videns quidam miles Teutonicus, ex deſperatione ſumens audaciam, quoſdámque circa ſe hortatus, impetu magnanimiter in hoſtes facto, turrim vi obtinuit, occiſisque in ea paganis, vexillum Saladini truncata haſta dejiciens de eminentia turris in lutum projecit, civibúſque fiduciam reſiſtendi hoc*

vibus propè ad Acconem delatus eſſet; ignarus planè miſerandæ cladis, quæ paulò antea evenerat; ex alto pelago urbem mutatam animadvertit. *Nam nec Chriſtiana inſignia, quæ mox abominatio hoſtilis abſtulerat, ex templorum vel turrium faſtigiis procul aſpicientibus refulgebant, nec campanæ; uti mos fuerat, peregrinis portui appropinquantibus, concrepabant. Unde intellexit vir prudens eandem civitatem incidiſſe in manus hoſtiles. Flexo ergo curſu Tyrum adiens ibidem applicuit.* Hæc Neubrig.

G

Quæ ſunt illa Chriſtiana inſignia in templorum vel turrium faſtigiis coruſcare ſolita? Quæ? niſi ſacroſanctæ Cruces, quas Saraceni, eóſque imitati Sectarii noſtri, diligenter decutiunt, pari odio adversùs Crucem Chriſti inflammati.

Hac tam miſerabili clade in occidentis regionibus audita; Urbanus III. Pontifex præ magnitudine doloris, è vita migravit. Hujus porrò tanti, & tam irreparabilis damni variæ redduntur cauſæ à Vitriaco, Neubrigenſi, & aliis; quas apud ipſos legat, quem lugubrium rerum pluſquam tragica lectio delectat. *Hujus miſerabilis & famoſi exterminii, cauſam fuiſſe peccata plus ſolito inundantia, nemo debet ambigere*, inquit Neubrigenſis. *Et quidem ab initio in omnibus, quæ ſub cœlo ſunt regionibus patientiùs divinitas peccata diſſimulâſſe noſcitur; quàm in terra illa, quam undique gratia tantorum, támque inſignium operum divinorum, quæ in ea mirabiliter patrata, vel patranda fuêre, quadam, ut ita dicam, privilegiali neceſſitate, ſanctam eſſe oportuit, aut non diu impunitam.* Occupata eſt autem Hieroſolyma à Godefrido Duce, exterminatis Saracenis, anno Chriſti M. XCIX. Urbano II. Pontifice: amiſſa verò ejectis Chriſtianis anno M. CLXXXVII. Urbano III. Pontifice.

H

Vitri. Hiſt. Orient. cap. 69. & ſeq. & cap. 94. Neubrig. lib. 3. cap. 14. Vide apud Rogerum epiſt. Terrici Præceptoris Templi de captione terræ Hieroſolymitanæ. Item Annales Godefridi Anno 1187.

Illud Rigordi & Vincentii, fabellis accenſeatur: *Nota, quòd ab eodem anno Domini, quando Crux Dominica in transmarinis partibus à Saladino capta fuit, infantes, qui ab eo tempore nati ſunt, non habent niſi viginti duos dentes.*

Digitized by Google

cum Legato Hieroſolymitano, invitare & exhortari omnem virum ſtrenuum & electum, ad ſubeundam peregrinationem pro amore Chriſti, & ligni Dominici liberatione. Innumera ergo nobilium, & vulgarium turba crucem ſibi affigunt.

Sed mox ob doloris vehementiam Urbano III. ex hac vita evocato ſucceſſit Gregorius VIII. *qui venerabilis Pontifex*, inquit Neubrigenſis, *triſti nuncio perculſus ingemuit, & vi doloris anxius, tam enormem Chriſtiani nominis jacturam inconſolabiliter deploravit: aliquod tamen remedium adhibere, & tanto malo, ne latius ſerperet, pia proviſione occurrere ſatagens,*
C *hanc illicò in orbem Chriſtianum direxit epiſtolam.* Deſcribit deinceps Neubrigenſis epiſtolam, plenam divino ſpiritu, & Petri ſucceſſore dignam, qua omnes Chriſtianos ad aſſumptionem crucis terræque ſanctæ ſubſidium graviſſimis obteſtationibus cohortatur, propoſitis iiſdem tam ſpiritualibus quàm temporalibus præmiis, quæ jam olim Cruce ſignatis concedi ſolebant.

Eiusdem Greg. duas alias epiſt. recitat Rog. in Annal.

Hæc epiſtola in orbem directa, ait Neubrigenſis, *idem Reverendus Pontifex, piæ ſollicitudinis inſtinctu Piſas contendit, Piſanos & Januenſes jugi, & inveterata diſcordia diffidentes reconciliaturus, vel ferales illas inimicitias, protenſioribus ſaltem induciis, ſuſpenſurus, ut ſublatis, vel ad tempus ſepoſitis ſtudiis partium, uter-*
D *que populus, quorum & opes ampliſſimæ, & vires erant terra marique ingentes, in Chriſtianæ expeditionis communiter accingerentur negotium. Cùmque per religioſam illius operam opus pacis procederet, jámque arripiendi melioris propoſiti meditatione, inveteratæ illæ ferocium populorum langueſcerent ſimultates, febre correptus, poſt dies pauciſſimos apud Piſas valedixit huic mundo.*

Gregorio ſucceſſit Clemens, qui non ſegnior in hoc tam pio & neceſſario negotio. Hinc factum, ut Præſules Eccleſiaſtici, & alii, quibus gloria Dei curæ erat, crucem ubique

Sed ad pugnam congreſſuris — Eſt athletis opus duris;
Non mollitis Epicuris. — Non enim qui pluribus
Cutem curant ſumptibus — Emunt Deum precibus.
Lignum Crucis, &c. ut ſuprà.
Novi rurſus Philiſtæi — Capta Cruce crucis rei
Receperunt arcam Dei, — Arcam novi fœderis,
Rem figuræ veteris — Poſt figuram rei.
Sed cùm conſtat quòd ſunt iſti, — Præcurſores Antichriſti,
Quibus Chriſtus vult reſiſti, — Quid, qui non reſtiterit,
Reſpondere poterit — In adventu Chriſti?
Lignum Crucis, &c.
Crucis ſpretor Crucem premit, — Ex quo ſi 'es preſſa gemit, G
In vindictam qui non fremit — Quanti fidem æſtimat,
Tanti Crucem redimat — Si quem Crux redemit.
Quibus minus eſt argenti, — Si fideles ſunt inventi
Pura fide ſint contenti, — Satis eſt Dominicum
Corpus ad viaticum — Crucem ſanctam defendenti
Lignum Crucis, &c.
Chriſtus tradens ſe tortori — Mutuavit peccatori:
Si peccator non vis mori, — Propter pro te mortuum
Malè ſolvis mutuum — Tuo creatori.
Sanè poteſt indignari — Cui declinas inclinari
Dum in Crucis torculari — Pro te factus hoſtia
Tibi tendit brachia — Nec vis amplexari.
Lignum Crucis ſignum ducis, &c. H
Cum attendas adquid tendo, — Crucem tollas & vovendo
Dicas illi, me commendo, — Qui corpus & animam
Expendit in victimam — Pro me moriendo.
Lignum Crucis, &c.

Hos rhythmos adſcribere placuit, quia ſenſu & ſententia graviſſimi ſunt & planè divini. Et qui tales rident, illi eadem opera ridere poterunt illos, quibus Eccleſia, magna omnium piorum approbatione & conſolatione, certis temporibus utitur, præſertim in annua ſolennitate Corporis Chriſti.

Sanè triſtis ille rumor rerum in oriente malè geſtarum, inquit Neubrigenſis, *orbem pervagatus*,

Digitized by Google

mulos aſſiduè paterentur.

Tandem verò Archiepiſcopus Tyrius à partibus veniens orientis, & duriora nuncians, tam præſentes, quàm etiam imminentes orientalis Eccleſiæ miſerias, ita in auribus publicis deploravit, ut duo magni Reges Francorum & Anglorum, tractandi gratia quidnam facerent, terræ Hieroſolymitanæ ab hoſtibus liberandæ, C *in terrarum ſuarum confiniis, cum Epiſcopis & procerum ſuorum frequentia convenirent. Et quidem paulò antè hoſtiliter diſcordaverant, nec finierant inimicitias, ſed induciis ad tempus ſuſpenderant. Verùm in illo colloquio, dum religioſa intentione, non quæ ſua, ſed quæ Chriſti ſunt, quærerent, nulla vel admodum languida priſtini rancoris irrepſit memoria, ſed omni propter Chriſtum ſimultate & quæſtione ita ſopita, ut ſepultam crederes, paribus votis & ſtudiis, Chriſtiano negotio intenderunt. Itaque in multo devotionis fervore ſurgentes, ſignum Regis Regum, in ejus mox militiam accingendi, per manum memorati Archiepiſcopi acceperunt, & non tantùm ſua, ſed etiam ſeipſos eidem claræ militiæ devoverunt.* Idque accidit anno Domini M. C. LXXXVIII. 13. D die Januarii in feſto S. Hilarii.

Eadem ferè Rigordus & Rogerus, qui addit, *eadem hora apparuiſſe ſupra Reges ſignum crucis in cælo.* Regum veſtigia ſecuti ſunt *multi,* ùt ait Rigordus, *Archiepiſcopi, Epiſcopi & Comites, Duces & Barones,* inter quos potiſſimùm eminebant Dux Burgundiæ, Comes Flandriæ, & Comes Campaniæ. *Et in eodem loco, in monumentum hujus facti, iſti duo Reges,* teſte Rigordo, *devotè erexerunt crucem ligneam, fundantes ibi Eccleſiam, & inter ſe fœdus perpetuò percutientes, & vocantes ipſum locum ſanctum agrum, eò quòd ibi ſacris crucibus ſunt inſigniti.* Decantat hæc eadem Guillermus Brito carmine.

Guiller. lib. 3. Poump.

Intellectus hebet, ratio caligat, adhæret
Fauci lingua, manu calamus languente ſtupeſcit.
Voti non meminit mens carminis imemor, ori,
Subtrahit aſſueti cor flebile neumatis auſum,
Signo ſe ſignare crucis properanter avebant.
Par deſiderium cunctos habet, unica mens eſt,
Omnibus, unus amor ſanctæ ſuccurrere terræ.

Eò autem cupidiùs crucem aſſumpſit Henricus Rex Angliæ, ut cædem Thomæ Archiepiſcopi Cantuarienſis, ſe vel jubente vel diſſimulante, patratam expiaret. Quocirca in G literis, quibus à Legato Apoſtolico abſolutus eſt, hæc inter cætera eidem Regi impoſita fuerant: *Ab inſtanti feſto Pentecoſtes uſque ad annum tantam dabitis pecuniam, unde ad arbitrium Fratrum Templi ducenti milites valeant ad defenſionem terræ Hieroſolymitanæ, per ſpatium unius anni, teneri. Vos autem à ſequenti Natalis Domini uſque ad triennium accipietis Crucem, proxima tunc æſtate illuc in propria perſona, ducente Domino, profecturi, niſi remanſeritis per Dominum Papam, vel Catholicos ſucceſſores ejus.*

Exſtant in Annal. Rogeri fol. 303. in Henrico ſecundo.

Dum hæc inter Galliæ & Angliæ Reges, & comitem Pictavienſem Richardum feliciter tranſacta & conſtituta eſſent; derepentè, Dæmonis impulſu, novum bellum inter Philippum Regem, & Richardum Comi- H tem Pictaviæ exſtitit, quod Crucis negotio non exiguam moram attulit; nam *Richardus Comes pictavienſis, collecto exercitu, intravit terram Comitis Tholoſæ,* inquit Rigordus, *quam tenet à Rege Francorum, &c. Quo audito Comes Tholoſæ Raimundus, miſit nuncios ſuos ad Chriſtianiſſimum Regem Philippum, ſignificans ei omnia mala, quæ contra jus & fœdus, quod percuſſerant, à Comite Pictavienſi ei illata fuerant. Frangebat enim Comes Richardus pactionem, quæ facta fuerat, & per juſiurandum confirmata anno præcedenti inter Calvum montem, & Giſortium inter Philippum Regem Francorum, & Henricum Regem Angliæ, & ipſum Richardum, quæ talis erat, quòd terra eorum in eo ſtatu remaneret, quando crucem aſſumpſerunt, quouſque peracto ſervitio Domini ultra mare in terra ſancta, unuſquiſque ad propria cum gaudio remearet.* E veſtigio igitur, cum expeditis copiis advolavit

Neubrig. lib. 3. Rer. Angl. c. 24. confert culpam rupti fœderis & crucis violatæ in Philippum Regem & Francos.

ricus anno Domini M.C.LXXXIX. *in Octavis Apoſtolorum Petri & Pauli*, ùt ſcribit Rigordus, moritur *apud Chionium anno, ex quo ſignum Domini ſuſcepit, ſecundo*, inquit Neubrigenſis: Palæſtina nunquam viſa; Mox, ùt canit Guillermus. *Guiller. l. 4.*

Lege patrum veterum Richardum, patre ſepulto
Efficit Anglorum primogenitura Monarcham.

qui memor voti crucíſque aſſumptæ, ſeriò ad transmarinam peregrinationem animum
C adiecit cum Philippo Rege. Et quia volens ædificare turrim priùs ſedens computat, num ſumptus idonei ad opus perficiendum ſuppetant; & ſi non ſuppetant, disquirit, unde comparari queant, ideo & Reges expeditionem tam a duam aggreſſuri, diligenter curârunt, ne belli nervus pecunia in mediis cœptis deficeret. Hinc inſtitutis novis decimis, & alijs exactionibus, rei nummariæ ante omnia proſpexerunt. Qua de re conſulantur Rigordus, Rogerus, & Neubrigenſis.

Illud non omittendum, quod Rogerus & Neubrigenſis ſcribunt: *ſtatutum eſt etiam, ut nullus enormiter juret, & quòd nullus ad aleas vel decios ludat, & quòd nullus vario vel griſo,*
D *vel Sabellinis, vel Eſcarletis utatur: & quòd omnes tam Clerici, quàm Laici duobus ferculis ſint contenti, & quòd nullus aliquam mulierem ſecum in peregrinatione ducat, niſi lotricem peditem, de qua nulla ſuſpicio habeatur, & quòd nullus habeat pannos deciſos vel laceratos.* Hæc & plura hujus generis à Regibus ſalubriter decreta ſunt in primo colloquio inter *Triam & Giſortium*, quando Philippus & Henricus cum aliis principibus crucem aſſumpſerunt: antequam rem ſanctè conſtitutam Richardus Comes intempeſtivis armis turbaret: poſtea tamen in utriusque Regis regno, & ſeparato conventu hæc omnia à proceribus confirmata ſunt.

tum ſacratiſſima Cruce inſigniti ſunt. Et propter hanc inſtantem neceſſitatem (oppidò enim iter Hieroſolymitanum Rex affectabat) cum aſſenſu Cleri & populi, quasdam decimas ab omnibus eſſe accipiendas, eo tantùm anno, decrevit: quæ dictæ ſunt decimæ Saladini, quas in præſenti libro poſuimus. At ego non pono; videat, cui lubet, apud Rigordum.

Ne verò Germani hujus tanti apparatus otioſi duntaxat ſpectatores eſſent, manavit & ad ipſos prædicatio Crucis Clementis III. cura & ſtudio. *Qui*, ùt ait Otto de S. Blaſio, *lamentabili de ſubverſione terræ transmarinæ accepto nuncio, omni Eccleſiæ, ad placandum Deum indicta pœnitentia, legatos ſuos Cardinales Epiſcopos & Presbyteros, in omnes ciſmarinæ Eccleſiæ fines direxit, filiis Eccleſiæ, matris confuſionem paterno conquerens affectu, & ut matri vim patienti, meliores uberum, quorum lacte primitiva Eccleſia in Hieruſalem nutrita, de eis virili robore convaluit, ſubveniant, obteſtatur; Crucéque accepta in remiſſionem peccatorum, Crucis ſervos ſe gloriantes, Crucis ignominiam, quæ à paganis capta tenebatur, in laudem & gloriam vindicent Crucifixi, verbo prædicationis magnanimiter hortatur.* G

H

Nec fruſtra. *Nam anno Dominicæ Incarnationis M.C.LXXXVIII. Fridericus Imperator generalem Curiam in media Quadrageſima Moguntiæ celebravit, ibique per totam Germaniam, ſedatis belli turbinibus, pace undique reformata, Reipublicæ negotia tractavit. Ad quam Legati Sedis Apoſtolicæ venientes, Imperatori deſolationem transmarinæ Eccleſiæ, ſcriptis & verbis, ex perſona Domini Apoſtolici ac totius Eccleſiæ conqueſti, repræſentaverunt, patrociniúmque Romani Imperij per ejus auxilium imploraverunt. Qui habita deliberatione ad ſubveniendum ſe obtulit, acceptáque cum filio, Friderico ſcilicet Suevorum Duce, peregrinationis Cruce in remiſſionem pecca-* *Otto de S. Blaſ. in append. ſua ad Otton. Friſing.*

Crucis ſignaculum *catervatim accurrerent:* Imperatorem verò de induſtria propoſitum ſuum accipiendæ Crucis diſſimulâſſe, ut id poſtea Moguntiæ commodiùs exequi poſſet; quod & fecit cum filio ſuo duce Sueviæ, *de quo,* ùt inquit Anonymus, *maximè gaudendum fuit omnibus peregrinis; nam poſtea, ſicut facta ipſius teſtantur, celſitudo ſanguinis & animi, ſæpe, imò ſemper, per multa bellorum diſcrimina, & gravium experientiam laborum, pro* C *ſtatu exercitus Chriſti, animoſitatem illius ad actus ſtrenuos invitavit, & ipſe ſtrenuitate ſua ſibi omnium favorem adſcivit.*

Cæterùm Cardinales & alij, quibus Crucis prædicandæ munus demandatum erat, *curia* ſeu conventu Moguntino *digreſſi,* inquit Otto, *verbo prædicationis per diverſas Imperij partes inſtabant, multisque relinquere patrem & matrem, uxorem, & filios, & agros propter nomen Chriſti, & crucem tollere, ipſum ſequi in expeditionem transmarinam, perſuaſerunt, & innumerabilem exercitum contraxerunt.*

Teſtatur Godefridus in Annalibus, conventum hunc Moguntinum ab Imperatore & filio ejus Duce, *Curiam JEſu Chriſti antè fuiſſe intitulatam. Ad eandem curiam Imperator interrogavit in propria perſona, quid potiſſimum* D *judicaretur? An in continenti crucem ſumeret, an differret, quòd poſt annum iturus erat? cùmq; omnes acclamarent, ne differret, crucem ab Herbipolenſi Epiſcopo Godefrido ſuſcepit, cum ſummo tripudio & laudibus ac præ gaudio, fletu cunctorum.* Eſt & illud obſervatione dignum, *Epiſcopus Trajectenſis,* inquit Godefridus, *& Comes de Geldre, & multi alij, quos diſcordes antea nemo potuit in concordiam reducere: nullo, niſi ſpiritu Dei mediante, ibidem inter ſe reconciliantur, & plurimi læti ex eis crucem ſumunt.*

Quia verò tam arduum negotium moram & inducias ad præparamenta itineris compoſcebat, inquit Anonymus, *de conſilio principum ſeorſim habito, viſum eſt Imperatori, ut propoſita expeditio, à ſolennitate inſtantis Paſchæ, in annum protelaretur, & in feſto S. Georgij* (ſequentis

pus ſuis iter Hieroſolymitanum inierit, & quo ſucceſſu.

DICEBAT Salvator. *Primi erunt noviſſimi, & noviſſimi primi.* Id adeò in hoc itidem negotio uſu venit. Nam Rex Franciæ Philippus, Rex Angliæ Richardus; qui in aſſumptione Crucis primi fuerant, noviſſimi fuerunt in executione ejus, quod per crucem voverant, propter mutua & domeſtica diſſidia. Fridericus autem Im- G perator, & Fridericus Dux, qui noviſſimi fuerant in aſſumptione Crucis, facti ſunt primi in eo implendo, cujus gratia Crucis ſignaculum acceperant, *Fridericus enim Imperator Romanus tantæ vecordiæ* (Regis utriuſque) *jure ſuccenſens,* inquit Neubrigenſis, *eoſdem non exſpectandos cenſuit; ſed filio ſeniori, quem Regem Longobardorum conſtituerat, Imperii cura commiſſa, cum filio, Sueworum duce, per Pannonias Thraciáſque iter facturus, tempore congruo peregrinationem arripuit, ducens ſecum maximas atque fortiſſimas Germanicarum gentium copias* Anno Domini M.C.LXXXIX. quod tempus indicant iſti verſiculi apud Ottonem de S. Blaſio.

Annis undenis demptis de mille ducenis
Chriſtus, ut eſt natus tranſit mare Rex Fridericus. H

Ante natale Domini, inquit, Godefridus, *Imperator ſcripſit duobus Comitibus, & cunctis principibus per imperium, qui ſignati erant, ut ſe exſpectent in eundo, iuramento paratus confirmare, ſi non crederetur, ſe ultra diem S. Georgii non moraturum, imò ea die apud Ratisbonam venturum, quicunque Cruciati ſint, ad hoc iter expediti eò occurrant, inde ſecum migraturi contra Saladinum. Ab hoc Natali Domini uſque in mediam Quadrageſimam, ut arena maris atque cæli ſidera, incomputabiles ſignatorum catervæ euntium & equitantium, omnes ſtratas regias, & per aſcenſum Rheni loca omnia repleverunt.* Otto de S. Blaſio.

Pentecoſten celebravit Imperator Preſburgi. Qua ſolennitate peracta, iter reſumpſit, *ac multis muneribus à Rege Ungariæ libera-*

Digitized by Google

ſcriptoribus, tum præ cæteris ex Tagenone,
& ex Anonymo Auctore nuper evulgato
cupidus lector facilè cognoſcet. Nec diſ-
ſimulat Nicetas Choniates injurias ab Iſaa-
co copiis Friderici Imper. irrogatas, invi-
ctúmque Friderici animum, quibus omnes
Græcorum technas & ſtrophas pervicit, ma-
C xima ſui exiſtimatione apud omnes tam
Græcos, quàm Saracenos excitata; ut quo-
cunque ſigna ferret, eò victoria ſimul, tan-
quam inſeparabilis comes iret.

Trajecto Helleſponto, tam Græcos quàm
Turcas ex inſidiis crebrò in cruce ſignatos
impreſſionem facientes, & extrema agmi-
na infeſtantes, aut etiam aperto Marte, con-
gredientes, proſperè ſemper profligârunt
& proſtraverunt, non ſine cœlitum admi-
niculo, qui aliquoties non modò à noſtris,
ſed & à Turcis propugnare pro Chriſtianis
viſi.

Exſtat ad finem Radevici, Canonici Fri-
ſingenſis, epiſtola incerti Auctoris, qui ta-
men expeditioni huic præſens interfuit, &
omnia oculis uſurpavit; in qua de pugna
ad Iconium hæc leguntur. *Poſt ſanctum diem*
Pentecoſtes, invenimus Melich magni Soldani fi-
D *lium, & acies contra nos diſpoſitas, & Turco-*
rum multitudinem circa quadringenta millia equi-
tum, qui totam, ut locuſtæ, repleverant ter-
ram, contra quos victrices aquilas in nomine Chri-
ſti, à fronte ereximus, nec famem, nec vulne-
ratorum defectum ſentientes. Et cùm vix ſex-
centi equites eſſemus, ſub ſigno vivificæ Crucis eos
vicimus, & convertimus in fugam, ubi Melich
filius Soldani, ab equo dejectus eſt, & quatuor
nominatiſſimi ejus principes occiſi ſunt, & alii
quàm plurimi. Ibi etiam quiddam accidit dig-
num memoria: Sanctus Georgius eadem die ſicut &
priùs, quaſdam acies noſtras à Ludovico de Hel-
fenſtein præcedere viſus eſt, impendens auxilium
exercitui noſtro. Ipſe enim Ludovicus ſub jure-
ruiſſe Angelum, haſta proſternentem Turcos, tunc
videlicet cùm *filij Soldani, collectis trecentis mil-*
libus equitum, exercitui Imperatoris occur-
rerunt. Tanta autem pietate colebatur à
Chriſtiano exercitu S. Georgius, ut cùm res
totius exercitûs Chriſtiani jam propemodum
eſſent deploratæ ac depoſitæ, Imperator
publicè *votum voverit Domino, ſe fundaturum*
Baſilicam ad titulum beati Georgij, ſi per ejus au- G
xilium ſibi concederetur evincere neceſſitatem im-
minentem. Nec unus vel alter cælitum dun-
taxat viſus, ſed integra acies, etiam à Tur-
cis. Hinc *vir quidam magnus in exercitu Me-*
lich, teſte Anonymo, ſuadebat Melichio,
ne cum noſtris confligeret, tum alias ob
cauſas, tum propter *terribilem Candidatorum*
aciem, quam ipſe inter copias noſtras con-
ſpiciebat.

In epiſtola ad Radevicum adjuncta, quam
ſcripſit, quia omnia coràm ſpectavit; legi-
mus, Chriſtianum exercitum magna Turco-
rum multitudine ad Mandram, ſeu Mæan-
drum fluvium infeſtatum fuiſſe: *Sed Deo au-*
ctore & duce, inquit Auctor, *ſub ſancta Crucis*
vexillo, in ore gladij eos vicimus, magna eorum H
facta ſtrage.

Illud etiam memorabile, quod apud Ta-
genonem proditum eſt. *Nonis Maji Turci exi-*
ſtimantes noſtros omnes inedia extabuiſſe, horâ
veſpertinâ caſtra noſtra fundis, jaculis, lanceis
potenter invaſerunt, ſed exercitus vivificæ Crucis
incurſitationibus Turcorum viriliter occurrit, ita
ut duo noſtratium fugarent decem millia hoſtium;
auctoribus Duce Sueviæ, & Duce Meraniæ ex
Bavaria de caſtro Andechs. Sex ferè millia Tur-
corum interfecta ſunt, &c. Muniebant autem
ſe, periculoſo & dubio prælio imminente,
Corporis Dominici ſumptione. Anonymus.
Manè facto, celebratis Miſſarum ſolemniis, ſingu-
li acceperunt Viaticum. Tageno. *Audita ſacra*
Miſſa, communione accepta, pedetentim proceſſi-
mus.

O viri fortes, exclamabat, *quorum animoſitas & virtus per multa bellorum diſcrimina huc uſque ſatis enituit, ut quid modò ad ignominiam ſanctæ Crucis, & veſtræ peregrinationis velut degeneres & trepidi, &c. fugitis in interitum, &c. Eja milites egregij, redite ocyus ad pugnam, & veſtram incitet audaciam illius diei memoria, qua ſalutiferæ Crucis ſignaculum accepiſtis.*

Nicet. lib. 2. de Imp. Iſaaci Angeli.

C Lubet inſerere, quod Nicetas in Annalibus ſuis prodidit. *In hac expeditione* (Friderici Imp.) *ferunt Alemannum quendam, corpore ingenti & robore invicto præditum, populares ſuos longo intervallo ſecutum, pedetentim inceſſiſſe, equum trahentem ex itinere fatigatum. Iſmaëlitas verò circiter quinquaginta, viros fortiſſimos, ſuis ſtationibus evagatos, illum undique ſagittis petiſſe. Cæterùm eum lato ſcuto tectum, & firmitate thoracis fretum, alacrem perrexiſſe, nihilomagis Barbarorum telis commotum, quàm ſi rupes eſſet. Unum autem cæteris jactantiorem, abjecto inutili arcu, longum enſem ſtrinxiſſe, & concitato equo cominus illum, ut promontorium, aut æream columnam, gladio percuſſiſſe. Alemannum verò gladio, qui heroicam dextram deceret, ambos anteriores pedes hoſtilis equi, tanquam fœnum amputâſſe, qui cùm in genua prolapſus, nihilominus ſeſſorem in ſella ſuſtineret, enſem in medium* D *Perſæ caput ita impegiſſe, ut equite in duas partes diſſecto, etiam jumenti tergum, ſella quoque diſſecta, vulneraret; eóque ſpectaculo Perſas attonitos, non ampliùs eſſe auſos unum eum laceſſere, qui, nihil accelerato itinere, pedetentim veſperi in caſtra ſuorum pervenerit.* Hæc & plura hujus generis in laudem Germanicæ fortitudinis Nicetas vel invitus; qui & ipſe relicta Philippopoli fugit cum ſuis Græcis *à facie* Friderici Imperatoris, & Alemannici roboris; & ut poſteris hoc conſtaret, annalibus ſuis id illigatum voluit.

Non dubito tamen, quin calumnia ſit; quod præterea de Alemannis & Armenis in hunc modum ſcribit. *Philippopolim ingreſſus* (Fridericus Imp.) *urbem pleriſque, iiſque no-*

Certum itidem eſt, quando Fridericus in Palæſtinam proficiſcebatur, jam ſublato ſchiſmate, omnes Germanos communioni Apoſtolicæ Sedis reſtitutos fuiſſe; & tempore etiam ſchiſmatis non propter imagines, ſed ob alia ſejunxerat ſe magna pars Germaniæ à cathedra Petri. Nec eſt ullo modo veriſimile, Pontificem Romanum, recepturum fuiſſe Fridericum, & Germanos in gratiam; ſi hoc tam deteſtabili errore fuiſſent infecti. Nec de Armenis proditum novi, eos imaginum venerationem averſatos eſſe; loquor de Armenis in communi, non de hoc aut illo fanatico; cujus errores toti nationi adſcribi non debent, ùt facit Nicetas, qui Alemannos & Armenos univerſim hujus tam pernicioſi dogmatis inſimulat. Sed de hac Nicetæ criminatione jam alibi copioſiùs egi. Nihil non fingit odium, præſertim inexſaturabile; quale erat Græcorum, atque adeò Nicetæ in Latinos & Alemannos, etiam ob hoc ipſum Crucis negotium, quod Græci tantoperè oderant, ut Iſaacus Angelus, cujus res geſtas deſcribit Nicetas, interdixerit, teſte Rogero, *ne aliquis in tota terra ſua crucem caperet. Et ſi caſu aliquo aliquis de terra ſua crucem ſuſcepiſſet, ſtatim capiebatur, & in carcerem mittebatur.* G H

Admodum mihi probatur, quod doctiſſimus Genebrardus in Chronologia his verbis occaſione Græcorum varia de Armenis ſpargentium ſcripſit. *Illo artificio Græci ſæpius uſi ſunt in Chriſtianos Orientales, ut quos cernerent in ſedem Apoſtolicam propenſos, hæreſeos infamia traducerent, vel etiam, quia præ ſe alios ſolent contemnere. Hinc eos ſuſpectos habeo, quotiescunque de Syris, Maronitis, Æthiopibus, Perſis, Indis, Georgianis, Ægyptiis ſcribunt, eos, vel Jacobitas, vel Neſtorianos appellantes; nam qui versùs eos peregrinantur, Catholicos offendunt, nec niſi quibusdam ritibus & cæremoniis à nobis differentes vident;* vel certè, ſi errant, non errant illos errores, quibus Græci eos tene-

Digitized by Google

ſten enim Friderici, & Alemannorum Nicetas agit, coactus, opinor, à Deo, ut olim Balaam) *& judicio prudentum, vel in tali obitu felix; non eò tantùm, quòd nobili ortus genere, avitum imperium in multas gentes obtinuit: ſed ob illud potiùs, quòd ultra omnes omnium gentium Chriſtianorum Principes Chriſti deſiderio flagrans, patria, deliciis regiis, tranquillitate, beata domi ſuperbâque cum chariſſimis vita deſpectis, cum Chriſtianis Palæſtinæ incolis ærumnas tolerare maluit, & propter Chriſti nomen & vitalis ſepulchri venerationem, exteras terras patriæ prætulit, ab eo inſtituto non tot paraſangis, non tam longinquo, & ubique difficili itinere, non periculis, quæ à gentibus,*
C *per quarum provincias tranſcendum erat, imminebant, abſterritus. Non aquæ penuria, non præſcriptus, iſque empticius panis, & alicubi inſidioſus, eum ab inſtituto dimovit. Non liberorum amplexus cum lacrymis, & extremæ ſalutationes animum ejus commoverunt aut effæminârunt; ſed potiùs inſtar Apoſtoli Pauli, vitam parvi æſtimans abiit, non modò ut vinciretur, ſed etiam ut pro Chriſti nomine moreretur. Adeo Apoſtolicus fuit illius viri fervor, & religioſum inſtitutum, nihil eorum ſanctimonia inferius, qui extra communem ſortem poſiti, tota contentione animorum ad vitæ rationem Evangelicæ celſitudini reſpondentem, feruntur, & totius ætatis curſu eo directo res humanas, tanquam ſtercora, deſpexerunt. Ac is quidem, ut mihi per-*
D *ſuaſum eſt, feliciter eſt defunctus.* Hoc elogium ab hoſte Latinæ & Alemannicæ gloriæ profectum, & hinc eò verius, hoc loco Heroi præſtantiſſimo ponere libuit.

Nec diſſimulare poſſum Hæretici illius impudentiam, qui non ita pridem, Nicetam Græcolatinum ex Wolphiana interpretatione evulgavit, notiſque marginalibus conſpurcavit: nam prædicto Imperatoris encomio has ad libri oram criminationes, partim in Imperatorem, partim in Pontifices Romanos allevit. *Vicit iter*

ctu intolerabili, Auguſtum, ſi vixiſſet, omni orienti metuendum, luxit; ſepultiſque inteſtinis ejus cum carne reliqua apud Tarſum, oſſa Antiochiam translata cultu regio officioſiſſimè reconduntur. Igitur Fridericus Sueviæ Dux filius ejus, nobilis hæres, theſauris paternis exercitui liberaliter erogatis, militiæ Chriſtianæ decus, & ſpes unica, exercitum mœrore confectum conſolatus, recreavit: eductóque de hoc fatali, & inviſo loco milite, Antiochiam pervenit, ubi ſtatim peſtilentia, defecto capite in morte Auguſti, per totum corpus graſſatur, &c. Itaque cœleſti cenſura inopinabiliter tali exercitu penè defluxo, Fridericus Dux, reliquis aſſumptis, Chriſtianis in obſidione Accaron deſudantibus aſſociatur, ab eiſque glorioſè ſuſcipitur, ubi modico manens tem- G
pore, febre corripitur, immaturâque morte raptus, cum maximo planctu ibidem ſepelitur. Sicque nobilis illa, & inclyta virtus Imperatoria, ſpes totius Eccleſiæ, in patre & filio, ad nihilum devenit, tanquam aqua decurrens. Ut benè lamentatio Hieremiæ huic calamitati poſſit aptari, ubi in Threnis filios Sion (nam & hi filii Thren. 4.
Sion, utpote peregrini ſepulchri Domini) deflet, ita dicens: filii Sion inclyti, & amicti auro primo, quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli? *Hi ſi vixiſſent, cum tali exercitus apparatu, tanta prudentia, tantâque fortitudine inſtructi, in unum corpus cum Accaronica militia coacti, quæ gens, quæ regio, quis Regum fortiſſimus, imò quæ multo-* H
rum Regum virtus in omni oriente, Italiæ potentiam, Franciæ alacritatem, bellandique ſcientiam, & quod his omnibus ſupereminet, Germaniæ animoſitatem & fortitudinem, indomitúmque regni caput ſuſtinere poſſet? Sed non eſt conſilium, neque virtus præter Dominum. Niſi enim Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt, qui ædificant eam. Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. *Ergò tu exurgens Domine miſereberis Sion, quando, & quomodo, & per quos volueris, cùm venerit tempus miſerendi ejus. Quia ſi humana virtute liberari meruiſſet, te*

Digitized by Google

veniis vir fortis & nobilis, inquit Neubrigenſis, *cum aliis plurimis, nec non & ex aliis regnis Chriſtianis, armata manus non modica, Imperatore Latino, propter Græci Imperatoris perfidiam, per ſubditas illi regiones moroſè tranſeunte, liquidi itineris compendio Tyrum venerunt. Nam ea urbs*, ùt ait Nicetas, *receptus Chriſtianorum, & quaſi belli arx erat contra Saracenos.*

Neubrig. lib. 4. cap. 13. Antequam hinc abimus, operæ pretium duxi adſcribere judicium Guilielmi Neubrigenſis, plenum judicij de lugubri Friderici Imperatoris caſu. *O abyſſus multa judiciorum Dei, vir tantus, & qui divino quodam fervore relictis deliciis opibúsque Imperij, mille ſe expoſuerat propter Chriſtum periculis, tam ſubito miſeróque caſu abſumitur. Peccatum tamen ejus tantum & tale elucet, quòd fortè in Imperialibus non potuerit deliciis expiari, atque ideo oportuit, ne æternaliter plecteretur, pro Divinitatis proviſione in hac vita ſeveriùs caſtigari. Siquidem nefarij ſchiſmatis, ſub venerabili Papa Alexandro, principalis fautor extiterat, & pacis eccleſiaſticæ per imperialem potentiam, multo tempore perturbator. Tandem verò perſpicuè dans palmam veritati, minus tamen in deliciis palatij piaculare malum defleverat. Porro ne propter hoc gravia poſt mortem ſupplicia lueret, ſed potiùs tam grande malum momentaneæ mortis caſus acerbus perfectè dilueret: illa inſigni devotione, qua propter Chriſtum, relicto imperio, tantis ſe immerſit periculis, actum credo.* Hæc Neubrigenſis.

Nec ſilentio involvenda eſt ejuſdem invicti Imperatoris animi magnitudo, qui nunquam adduci potuit, ut vel fœdera iniret, vel reſponſa daret, Cæſarea Majeſtate, aut Godefrid. in Annal. Chriſtianitate indigna. Quare cùm Imperator Conſtantinopolitanus ei neſcio quas in dignitate plenas conditiones proponeret, reſpondet ipſe: *Eam ego in Chriſto, & in fratribus meis, qui pro ejus crucis liberatione mihi adhærent, fiduciam habeo, quòd ejuſmodi compoſitionem cum eo facere nobis opus non erit.* Sic cùm Soldani Iconienſis legati ab illo pete-

aliis atque aliis inter utrumque Regem controverſiis, & bellis exiſtentibus, promiſſioni ſuæ ſatisfecerant. Miſſu igitur Philippi Regis, ad Richardum in Angliam abiêrunt Rothrodus Comes de Pertico, & alij, *dicentes;* ponam enim verba Rogeri, *quod Rex Franciæ in generali Concilio Pariſijs juraverat, tactis ſacroſanctis Evangeliis, & omnes Principes Regni ſui, qui Crucem Domini ſuſceperant, quod, Deo volente, immutabiliter erunt apud Vizeliacum ad clauſum Paſchæ, inde Hieroſolymam ituri: & in teſtimonium illius Sacramenti Rex Franciæ miſit Regi Angliæ chartam ſuam, petens ab eo, ut ipſe, & Comites, & Barones ſui facerent illi ſimili modo ſecurum, quòd ad eundem terminum eſſent apud Vizeliacum. Hinc factum eſt, quòd* G *Richardus Rex Angliæ, & Comites, & Barones ſui, qui Crucem ſuſceperant, in generali Concilio conſtituti apud Londonias, juraverunt tactis ſacroſanctis Evangeliis, quòd per auxilium Dei immutabiliter venirent Vizeliacum in clauſum Paſchæ, parati inde iter Hieroſolymitanum arripere: & prædictus Comes de Pertico, & cæteri nuncij Regis Franciæ, hoc idem juraverunt in animam Regis Franciæ, coram Rege Angliæ in Concilio illo, & Willelmus Mareſcallus, & quidam alij hoc idem juraverunt in animam Regis Angliæ, coram nuntiis Regis Franciæ in eodem Concilio, & miſit inde chartam ſuam Regi Franciæ.* Etſi poſtea conventus iſte dilatus eſt uſque *ad feriam quartam poſt octavas S. Joannis Baptiſtæ;* teſte Rigordo, qua *cum Rege Angliæ Richardo apud Vizeliacum* H *venit.*

Philippus ergo,

Guiller. lib. 4. Philip.

Anxius interea vix Chriſto reddere votum
Propoſito nuper ſancto, quod voverat illi
Dum properat, vigili ſibi providet omnia cura.
Tanti procinctus ſibi quæ deſiderat uſus,
Quæ ſibi depoſcit ſeries tam longa viarum.
Præmunit validis ſe pugnatoribus, & tot
Quot ſatis eſſe putat ad tanta negotia, tota
Delectos patria bellis, & pace robuſtos

Propinquante jam præfinito tempore Philippus

Digitized by Google

rum Martyrum, & tutela contra inimicos Crucis Chriſti pugnaturus accepit. Demùm orationibus fratrum ſe commendans, accepta benedictione clavi, & ſpineæ coronæ, & ſancti Simeonis brachij, receſſit, & feria quarta poſt Octavas S. Joannis Baptiſtæ, cum Rege Angliæ Richardo, apud Vizeliacum venit. Ubi accepta licentia ab omnibus Baronibus ſuis, Adelæ chariſſimæ matri ſuæ, & Guillelmo Archiepiſcopo Rhemenſi, avunculo ſuo, pro tutela & cuſtodia totum Regnum Francorum, cum filio ſuo dilectiſſimo Ludovico, commendavit. Et antequam de regno *exiret teſtamentum condidit, & regni totius ordinationem in hunc mo-*
C *dum ordinavit.* Recitat Rigordus modum, quem legat, cui ejus cognoſcendi cupiditas.

Guiller. lib. 4. Philipp.

Nos cum Philippo demus claſſibus Auſtros.

Millenus centenus erat deciéſque novenus,
Quo petiit Francus Rex regna marina Philippus,
Fruge, leguminibus, argento, carnibus, auro,
Rebus, equis, armis, bis cocto pane, meróque
Innumeras onerat naves; & claſſe parata
Propulſus Zephyri ſpiramine, movit ab urbe
Italiæ, clarum poſuit cui Janua nomen.
Hebdomadisq; tribus Tyrrhena per æquora vectus,
Lævus habens Romam, dexter Carthaginis arces,
Poſt tempeſtates, poſt multa pericula multas
Paſſus jacturas, Trinacribus appulit oris.

Meſſanam, celebrem Siciliæ Civitatem, delatus menſe Auguſto, *honorificè receptus eſt in Palatio Regis Tancredi,* inquit Rigordus. Quò paulò pòſt etiam appulit Richardus Rex
D Angliæ; quem cùm Philippus ſæpius commoneret; ut memor jurisjurandi votíque ſui, in Palæſtinam ſecum vela faceret, præciſè abnuit; ortíſque ſimultatibus inter utrumque Regem longè graviſſimis, & Chriſtianæ rei, ùt exitus comprobavit, planè pernicioſis, Philippus ſolus inſtitutum iter tenens Acconem ſive Ptolemaidem, quæ jam antea à Chriſtianis obſidebatur, pervenit. Deplorat hoc diſſidium inter Reges Guillermus his & aliis verſibus, quos brevitatis cauſa omitto.

lippus
Rex cum Francigenis Zephyris dat carbaſa primis
Vere novo, & læva Græcos à parte relinquens,
A dextra Pharios, Cretam, Cyprúmque ſecundis
Præteriens velis, Acharon illabitur urbi
Paſchæ nocte ſacra, quem ſic cœleſtis agebat
Gratia, quò firmis ſacræ ſolenne diei
Exigeret plantis, quò jam præceſſerat ille
Inclytus eximiæ Jacobus virtutis Avennas,
Et jam cum paucis audax obſederat urbem,
In Domino ſolo confidens, qui pius illi
Miſit oportuno ſuccurſum in tempore gratum,
Qui præſtò ſemper eſt confidentibus in ſe.
Navibus egreſſi firma veſtigia planta G
Figere congaudet exercitus, & ſua ſaltu
Corpora dant ſabulo, læti poſt longa marini
Tædia diſcurſus, grata potiuntur arena
Intus & exterius aura meliore refecti.

Applicuit autem Philippus Acconem anno Domini MCXCI. in Vigilia Paſchæ, cum, teſte Richardo, menſe Martio ex Sicilia diſceſſiſſet.

CAPUT XXV.

Quando Richardus Rex Angliæ Hieroſolymam petierit; & quo modo.

RICHARDUS Rex Angliæ, cùm adhuc vivente patre, Comes Pictaviæ eſſet, crucem accepit; & poſtea ad regiam dignitatem evectus, aſſumptæ cruci H
ſatisfacere volens, ante omnia ſalutares leges ſanxit, quibus turbam militarem in officio contineret. Exſtant apud Rogerum in Analibus. Inter cæteras etiam hæc. *Qui hominem in navi interfecerit, cum mortuo ligatus projiciatur in mare. Si autem eum ad terram interfecerit, cum mortuo ligatus in terra infodiatur. Siquis autem per legitimos teſtes convictus fuerit, quòd cultellum ad alium percutiendum extraxerit: aut quòd alium ad ſanguinem percuſſerit: pugnum perdat. Si autem de palma percuſſe-*

Digitized by Google

Guillermus:

Guiller. lib. 4. Philipp.

Rex quoque Richardus properus haud ſegnius illo
In crucis obſequium (conſtrictus ad hoc tamen ipſum
Jure tenebatur jurando) movit ab urbe
Maſſilia, rebus ita præmunitus & armis
Electiſque viris, ut non minor ipſe Philippo
Viribus ac aliis, quæ præſens poſtulat uſus,
Eſſe videretur hinc Tuſca per æquora ductu
Velivolo raptus, numeroſa claſſe Sicanos
Ingreditur portus, nil paſſus in æquore damni,
Gaudia Francorum renovans Regiſque Philippi,
Qui tunc Meſſana novus hoſpes in urbe manebat.
Exultant Siculi, gaudet Trinacria tota
C *Hoſpitibus tantis, tot habentibus agmina ſecum,*
Quos Rex Tancredus magno ſuſcepit honore,
Ditia qui gentis Siculæ tum frena regebat
Inſidiis, mixta vi, ſceptra potenter adeptus.

Extat apud Rogerum *planctus ſuper itinere verſus Hieruſalem*; in quo de expeditione Regis Franciæ & Angliæ & Imperatoris Friderici iſta:

Procedunt cum millibus multis armatorum
Illuſtris Rex Angliæ, atque Rex Francorum
Eſt videre in gloria agmen Senatorum
Armis juſtitiæ & cultoribus decorum;
Eſt audire gratiùs, fidei amicum
Romani Imperii caput Fredericum
Debellantem jugiter crucis inimicum,
Ut reformet patriam ſtatum in antiquum;
Tendunt cruce prævia versùs orientem,
D *Atque ſecum contrahunt totum occidentem:*
Lingua, ritu, moribus, cultu differentem,
Producunt exercitum, ſed fide ferventem.
Ut victores redeant, imploremus Deum,
Ut tollant de medio terræ Cananæum,
Ingreſſi Jeruſalem pellant Jebuſæum,
Chriſtianæ Gloriæ portantes trophæum.

Neque verò omnes Anglicanæ naves, quæ Hieroſolymam petebant, in Siciliam cum Rege pervenerunt, ſed plures illarum alium curſum tenentes, vel recta Acconem, vel in Hiſpaniam delatæ ſunt; ita enim Ro-

[illegible]
Chriſticolas cruce ſignatos, Dominique ſepulchro
Ferre negabat opem, Saraceniſque favebat.

Quia illam eo tempore tenebat Iſaacius Comnenus, quem ipſe Nicetas Choniates *inhumanum* ac *implacabilem tyrannum*, & *nefarium hominem* appellat. Pergit Guillermus: Nicet. lib. 2. de Imper. Iſaaci Angeli.

Mox Cypro victa ſpoliis ditatus & auro
Feſtinat Acharon, quam fractis undique muris,
Obſeſſa vita tantummodo dedere ſalva
Orabant, quorum, ſolo pro munere vita
Chriſticolas omnes, quos vincula dura tenebant
Saracenorum, Saladinus cum cruce ſancta
Reddere pactus erat Francis, Regique Philippo.
At Rex Catholicus donec Rex Anglus adeſſet, G
Cui fore ſe ſocium promiſerat ipſe fidelem,
Dum crucis obſequio ſervire ſtuderet uterque,
Nolebat tanto ſolus gaudere triumpho,
Exſpectans ſocium, cui dimidiaret honorem,
Quem ſoli ſibi contulerat clementia Chriſti
Gentis & invictæ vis invictiſſima bello,
Servitio Chriſti multo conſperſa cruore.
Poſtea nolebat Syrus, vel fortè nequibat,
Verbo ſtare ſuo pactúmve tenere Philippo,
Unde quidem juſta Richardus bile tumeſcens,
Præſertim ſibi non contradicente Philippo
Mahometicolas omnes, quos urbe recluſa
Invenit, numero quaſi bis ſex millia, fecit
Verticibus cæſis efflare in tartara vitas.

CAPUT XXVI.

De capta Accone aliiſque urbibus. Et de reditu Regum in patriam. H

VARIE nominatur hæc urbs à ſcriptoribus; *Accon* nimirum, *Acharon*, *Accaron*, *Acra* à Neubrigenſi & aliis. *Ace* à Niceta. olim *Ptolemaïs* erat. Hanc Guido Rex Hieroſolymitanus, vinculis poſt amiſſum regnum ſolutus, cum paucis obſedit *ſequenti æſtate poſt amiſſionem terræ ſanctæ*, ùt ait Vitriacus. Cæterùm mox undique confluentibus ad caſtra copiis, vires Chriſtia- Neubrig. l. 4. c. 13. Nicet. lib. 2. de Imper. Iſaaci Angeli, in fine. Vitriac. lib. 10.

Digitized by Google

Guiller. lib. 4. Philipp.

Urbe reformata poſitis cuſtodibus, omnes
Vici Chriſticolis & prædia diſtribuuntur,
Eccleſiasque novas, ubi Chriſti nomen adorent,
Ædificant, ridet ſubitò mutata locorum
Et rerum facies. Jam Mahometus ab omni
Exulat ore procul, jam per totam regionem
Catholicæ cultus fidei ſe pandit ubique.

C Tempus captæ urbis deſignat Guillermus his verſibus:

Unus & undecies centum deciésque noveni,
Transierint anni poſtquam Deus eſt homo factus,
Quando cepit Acharon gens Gallica, Rege Philippo,
Craſtina Quintiles data cùm produceret Idus.

Et facilè potuiſſent noſtri, inquit Vitriacus, *non ſolùm regnum Hieroſolymitanum, ſed partem magnam terræ Saracenorum acquirere, niſi humani generis hoſtis, tantis Chriſtiani populi ſucceſſibus invidens: ſuperſeminaſſet zizania. Immiſit enim inter Reges æmulationes, & diſcordiam, & facta eſt contentio inter principes, & errare fecit eos in invio, & non in via. Venantes enim propriam gloriam, & quæ ſua ſunt,* D *non quæ JEſu Chriſti, quærentes, invicem detrahendo & invidendo, lætificaverunt inimicos ſuos, magnam autem Chriſtianorum populo confuſionem induxerunt. Adeò autem ab initio rancor, invidia & diſcordia inter Reges invaluerunt, quòd plerumque quando Rex Francorum contra civitatem aſſultus ex una parte faceret; Rex Angliæ, ne civitatem impugnarent, ſuis inhibebat. Quotquot autem de principibus & baronibus Franciæ, muneribus vel promiſſionibus ſibi allicere poterat, latenter attrahebat, & in partem ſuam inclinabat.*

Neubrig. lib. 4. Rer. Angl. cap. 19.

Domine JEſu ſeminator: exclamat Neubrigenſis, *nónne bonum ſemen ſeminâſti in cordibus*

Utcunque ſit, illud conſtat, Richardum non modò Francis, ſed & Germanis fuiſſe inviſum, ob injurias Leopoldo Auſtriæ Duci illatas: nam capta civitate, *Rex Anglorum*, inquit Otto de S. Blaſio: *ſigna triumphalia ſui exercitus turribus affigi præcepit, titulum victoriæ ex toto ſibimetipſi ſatis arroganter adſcribens: hácque de cauſa cum per civitatem tranſiret, vexillum Ducis Leopoldi turri, quam ipſe cum ſuis obtinuerat, affixum vidit, ſuúmque non eſſe recognoſcens, cujuſnam ſit percontatur. Qui Leopoldi Ducis Orientalium eſſe accepto reſponſo maxima indignatione permotus, vexillum turre dejici, lutóque conculcari præcepit: inſuper ducem verbis contumelioſis affectum ſine cauſa injuriavit.* G

Otto in Chron.

Subdit Otto. *Teutonica militia cum Italica his admodum exaſperata Regi in faciem reſtitiſſet, niſi autoritate militum repreſſa fuiſſet. Anglicani itaque perfidiam deteſtantes, Angliæq́ ſubdi dedignantes, aſcenſis navibus, ſimul cum Duce Leopoldo, repatriaverunt, rege cum ſuis adhuc remanente, quotidiéque paganos impugnante.* H

Quid autem Richardo regi domum per ditionem ducis Auſtriæ redeunti contigerit, infra breviter indicabimus.

Rediit quoque in patriam Rex Philippus, relicto in Palæſtina non modico exercitu, quem Regis reditum non omnes bonam in partem interpretantur, præſertim ipſe Richardus in epiſtola quadam *de receſſu regis Franciæ de Accon. Reverſo igitur in Franciam Philippo*, inquit Rigordus, *Natale Domini apud fontem Eblandi celebravit, & revolutis paucis diebus ad Eccleſiam beatiſſimi Martyris Dionyſii cauſa orationis quantocius properavit: ubi ſacer conventus cum Hugone Abbate ſuo, facta proceſſio-*

Exſtat in Annal. Rogeri.

Digitized by Google

fectum perducere non potuerunt, Rex Angliæ vehementer iratus, captivos paganos extra civitatem educens, quinque millia, & eò amplius decollari fecit, retentis majoribus & ditioribus, à quibus innumeram pecuniæ ſummam pro redemptione accepit.

Exſt. apud Rog.

Quod ipſe etiam Richardus in epiſtola ad Abbatem Claravallenſem his verbis prædicat. *Reddita eſt domino Regi Francorum & nobis civitas Accon, ſalva vita Saracenorum, qui ad eam defendendam, & cuſtodiendam intus miſſi fuerant. Pactione etiam ex parte Saladini pleniùs firmata,* C *quòd nobis crucem ſanctam, & mille & quingentos captivos vivos reſignaret, diémque ad hæc omnia perſolvenda nobis conſtituit. Sed eodem termino expirato, & pactione, quam pepigerat, penitùs infirmata, de Saracenis, quos habuimus in cuſtodia, circa duo millia & ſexcentos, ſicut decuit, fecimus exſpirare; paucis tamen de nobilioribus retentis, pro quibus ſanctam Crucem, & quoſdam captivos Chriſtianos ſperabamus recuperaturos.*

Commemorat Rogerus nonnulla obſervatione & admiratione digna, quæ Chriſtianis Acconem obſidentibus contigerint. Primum ſit hoc. *In civitate erat quidam homo Deo devotus, occultus tamen propter metum paganorum, qui frequenter literas ſuas foras miſit uſque in exercitum Chriſtianorum, Hebraicè, Græcè & Latinè ſcriptas, & per illas totum ſtatum & propoſitum paganorum ſignificavit Chriſtianis. Unde* D *Chriſtiani ſæpius præmoniti inſidias Paganorum vitabant. Sed valde erat moleſtum Chriſtianis, quòd non noverant virum illum, neque nomen ejus: ipſe enim nunquam voluit nominare nomen ſuum, ſed in omnibus literis, quas foras miſit, confeſſus eſt ſe eſſe Chriſtianum, & in ſcriptis ſuis ſemper præponebat: In nomine Patris, & Filij, & Spiritûs ſancti, Amen. Sed hoc mirandum eſt, quòd ipſe neque ante captionem civitatis, neque poſt captionem voluit ſe manifeſtare Chriſtianis.*

Alterum ſit iſtud. *Nocte ſequenti* (poſt octavam diem Julii) *dum milites & ſervientes multi de exercitu Chriſtianorum, vigilâſſent ante* [illegible] *Regibus & Principibus exercitus viſionem, quam viderant, & verba, quæ dixerat illis Mater Domini, & ſtatim divulgata ſunt omnia hæc per exercitum, & facta eſt lætitia magna in populo Dei.*

Tertium locum jure meretur, quòd Chriſtiani Saladinum, potentiſſimum principem, eò adegerunt, ut Civitatem Hieroſolymitanam, & crucem ſanctam, & omnes civitates & caſtella, quæ ipſe poſt *captionem Regis Guidonis ceperat, Chriſtianis obtulerit,* hac conditione, *ut Reges venirent cum illo*, inquit G Rogerus, *vel mitterent cum illo ſex millia militum*, (hoc eſt, equitum, hos enim recentioris ævi ſcriptores, nomine *militum* intelligunt. Exempla ſunt obvia apud Robertum Monachum, Albertum, & alios) *& viginti millia peditum ad terram ſuam defendendam contra dominum Muſſe & filios Noradini, qui Thekedinum avunculum ſuum vicerant in prælio, & totam terram illius occupaverant; etſi ipſi permiſiſſent illos abire læſos, ſed Reges id facere noluerunt.*

Poſt abitum Regis Philippi, aliquoties ſigna collata ſunt per Regem Angliæ cum Saladino, ſatis fortunatis auſpiciis, & aliquot præſidia recepta, quæ fuſiùs ipſe Rex Angliæ enumerat in epiſtola ad Abbatem Claravallenſem. *Habito autem poſt hac conſilio*, inquit H Vitriacus, *quòd tempore hiemali non obſiderent Hieruſalem, præſertim cùm nullam inter Accon & Hieruſalem munitionem haberent, niſi Joppen, nec ſine gravi & manifeſto periculo victualia ad exercitum deportare valerent, cum multis lacrymis & immenſa triſtitia majoris partis exercitus propoſitum mutaverunt. Nam à multis dicebatur, & ab his maximè, qui ſtatum Saracenorum pleniùs agnoverant, quòd exercitum noſtrum nunquam expectâſſet Saladinus, nec poterat invenire, qui in civitate, ipſo recedente includi vellent, vel auderent remanere: Acconenſium exemplo perterriti, quibus non potuit ſuccurrere Saladinus quin etiam*

Digitized by Google

nihilari viderent.

Matthæus Paris in ſua hiſtoria acriter defendit Richardum, totámque culpam in Ducem Burgundiæ, & Francos confert: quin & prædictione ac admonitione Eremitæ cujuſdam ab incœpto revocatum ſcribit his verbis. *Venit nocte ſequenti religioſus quidam ad Regem, & mandatum cujuſdam ſancti Eremitæ ad eum detulit, qui Regi ſignificavit, ut ad eum viſendum properaret. Rex autem de nocte conſurgens, aſſumptis ſecum ſociis quingentis,* C *ad virum DEI pervenit. Hic verò per longum tempus apud S. Samuelem in monte manſerat, qui & ſpiritu Prophetiæ pollebat. Hic à die illa, qua Crux Dominica capta eſt, & terra amiſſa, nihil niſi herbas comederat & radices, nec ullo utebatur tegumento, capillis tantummodo operiebatur, barbâque prolixa: quam Rex diutius admirando intuens, ſciſcitabatur, quid vellet. Ille verò de Regis adventu gaviſus ipſum in Oratorium ſuum adduxit, eruénſque de muro lapidem quendam, crucem ligneam, & cubitalem extraxit de muro, & Regi devotè porrexit; affirmans procul dubio hanc Crucem de ligno Domini fuiſſe: Regi etiam inter alia dixit; quòd nequaquam hac vice terram illam obtineret, quamvis ſtrenuiſſimè ubique geſſiſſet. Et ut Rex certiùs dictis ejus fidem accommodaret, aſſerebat ſe ipſum ab hoc ſeculo die ſeptima migraturum. Quem Rex ſecum* D *ad caſtra perduxit, ut dictorum ejus comprobaret eventum: qui, ſicut prædixerat, die ſeptima ab hac luce migravit.*

Quomodo autem ex Palæſtina diſceſſerit Richardus, his verſibus canit Guillermus.

Diſſimulat Regem, pauciſque triremibus æquor
Sulcat, & Jonia progreſſum denique ponto
Adria ſuſcepit: à dextro remige littus
Miſit in Illyricum, quo navibus ille relictis
Imperiale ſolum cultu Templarius intrat,
Privato ut tectus habitu ſecurior iret.
Ille quidem multos magnates læſerat, unde

cognoſcens, agnitum diſſimulavit, conciteque curſu in civitatem reverſus, Ducem, qui tum fortè aderat, de præſentia regis certificans, admodum exhilaravit. Igitur ſine mora aſcenſis equis cum frequentia militum Dux accurrens, Regem frixam carnem manu tenentem captivavit: irriſúmque tali opere in civitatem duxit, eúmque arctiſſimæ cuſtodiæ mancipavit, digna recompenſatione reddens ei, quod meruit. Attamen multi pro hoc facto Duci detrahentes, ac pro ſacrilegio in peregrinum ſepulchri Dominici commiſſum computantes deteſtantéſque improbabant: licèt hæc improbatio captivo Regi parum profuiſ- G *ſet.*

Imperator itáque captum Anglorum regem audiens, miſſis ad Ducem nuntiis, Regem ſibi præſentari juſſit, præſentatúmque Wormatiam aſportari, vinctum ferróque onuſtum præcepit, datis ſibi induciis deliberandæ redemptionis: ad quem multi ſuæ terræ majores videndi gratia venerunt, & diverſas rerum ſpecies Domino ſuo obtulerunt. Itaque pro captivatione peregrini Regis Leopoldus Dux à ſummo Pontifice excommunicatus, ne ſimili auſu peregrini ſancti ſepulchri à quopiam impetiti à ſubventione tranſmarinæ Eccleſiæ deterrerentur. Tandem datis in redemptionem ſuam imperatori multis millibus centenariorum auri & argenti, nec non & Duci Leopoldo auro & argento pro libito collato, eiſque pace & reconciliatione ſacramento ab eo firmata, captivitate exuitur, ſicque multatus rediit in terram ſuam. H *Certum autem precij ponduſ, quod contulit, explicare diſtuli, ne cuiquam incredibile viſum falſitatis arguerer. Hoc autem ſciendum, quòd Eccleſiaſtici theſauri per omnes Angliæ Eccleſias collecti, hujus cenſus pars maxima conſtabat calicibus, crucibus, aliiſque diverſis ſpeciebus conflatis.*

Verumenimverò hæc quæ Leopoldus, & Leopoldo auctore, Imperator Henricus geſſerat, multis diſplicuerunt, ùt ſatis ex narratio-

Digitized by Google

Rege, quod Crucem retinuit, cum animo redeundi in Palæſtinam, ùt teſtatur Neubrigenſis.

Neubrig. l. 4. c. 29. & ſeqq. Neub. l. 4. c. 27. Neubrig. lib. 4. c. 18.

Hunc exitum, *occulto Dei judicio*, inquit Neubrigenſis, *habuit Chriſtiana illa tam ſumptuoſa*, *laborioſa*, *periculoſa contra immaniſſimum ſacri*, *& tremendi nominis hoſtem Saladinum expeditio*, *magnorum Regum*, *inclytorum Ducum*, *innumerabilium populorum. Et quidem tantis ſumptibus*, *periculis*, *laboribus pro recuperanda terrena Hieruſalem*, *parum actum eſt : pro inſtauranda verò ſuperna Hieruſalem plurimum*, *uti ſuperiùs oſtenſum eſt*, *Deo enim meliùs,quàm humana erat intentio*, *diſponente*, *tam multa Chriſtianorum* (*ſuſcepta pro Chriſto tam laborioſa peregrinatione*) *occumbentium millia*, *quæ* C *quidem ſecundùm intentionem pro recuperatione terrenæ Hieruſalem fruſtrà ſudaſſe videntur*, *eum fructu pii laboris*, *tanquam vivi lapides in illius*, *quæ ſurſum eſt Hieruſalem* ,*ædificium tranſierunt. Verumtamen ſicut defectui temporum noſtrorum*, *quibus utique abundante iniquitate refrigeſcit charitas*, *imputandum eſt*, *quòd loca ſacra*, *in quibus redemptionis noſtræ celebrata ſunt ſacramenta*, *tradita ſunt in manus impiorum : ita & illud*, *quòd pro recuperatione eorundem locorum tantis laboribus & ſumptibus Chriſtianum* D *minùs proceſſit negotium. Itaque propter noſtrorum defectum*, *& dedecus temporum*, *oportet civitatem ſanctam conculcari & profanari à gentibus uſque ad tempus*, *quod ſolus Deus novit. Nam ſuo tempore procul dubio*, *juxta morem priſcum*, *terra ſancta ſpurciſſimos evomet incolas*, *& fortè per parciorem manum Chriſtianam*, *ut virtus divina in negotio clariùs eluceſcat.*

In omnibus his, inquit Arnoldus Lubecenſis, loquens de his ipſis expeditionibus, *non eſt averſus furor ejus*, *ſed adhuc manus ejus extenta : ſiquidem propter peccata noſtra quæ quotidie accreſcunt ſuper nos*, *nondum venit tempus miſerendi. Nam Sion captivata*, *& adhuc à gentibus eſt conculcata*, *ſed tu exurgens Domine*, *miſereberis Sion*, *& utinam coram te veniam Dominum non habemus præter te*, *Domine*, *in quem ſperamus : quia etſi juſtè ad tempus iraſceris*, *propter temetipſum tamen propitius eris*, *nec in ira tua miſericordias tuas continebis. Nunc ergo quique terrigenæ & filii hominum*, *ſimiliter in unum & dives & pauper*, *placate Dominum ; ſumite armaturam Dei*, *ſignum videlicet victorioſiſſimæ crucis*, *ad expugnandos ipſius hoſtes tam viſibiles*, *quàm inviſibiles : Audite Palmographum*, *exhortantem : Hodie ſi vocem Domini audieritis ; nolite obdurare corda veſtra. Hanc vocem*, *ut ſperamus*, *audivit pius Imperator Henricus*, *qui licèt publicè cruce ſignatus non fuerit*, *per viſcera miſericordiæ ſpiritualiter tamen fuiſſe ſignatum non ambigimus. Nam ſicut pater ejus* (Fridericus Barbaroſſa)*priorem*, *ita ipſe ſecundam* (imò tertiam ex Germania) *devotus ordinavit peregrinationem.* G

Arn. lib. 5. Chron. c. 1.

CAPUT XXVII.

Quinta, *eáque publica in Palæſtinam cruce ſignata expeditio.*

ANNO *Dominicæ Incarnationis M. C XCIII. multi de ciſmarinis regionibus*, *cruce peregrinationis accepta*, inquit Otto de S. Blaſio, *ad auxilium tranſmarinæ Eccleſiæ accenduntur.* Qui Henrico Imperatori, eo ipſo tempore in Campaniam, Apuliam, & Siciliam ducenti, in ſubjugandis illis regionibus præclaram operam navârunt; in ſuam enim ditionem eas redegit, *militia peregrinorum*, *quæ in procinctu tranſmarinæ expeditionis conſtituta*, *cum eo tranſalpinaverat*, inquit Otto de S. Blaſio, *quæque interim confluebat*, *opem ei ſummo niſu conferente. Igitur tali modo confecto bello Samnico*, *Apulienſique cum Calabrico*, *redactáque in Provinciam tota Sicilia cum Sardinia : Henricus Imperator belliciſſimus exercitum peregrinorum*, *multis muneribus illuſtratum*, *à ſe dimiſit*, *& cum ipſis è ſuo latere publici ærarij ſtipendiarios*, *quingentos milites*, *in adjutorium tranſmarinæ Eccleſiæ direxit.* H

Qui

[illegible], *mandans omni ſtudio impenſas præparari peregrinationi, quæ ſequenti anno futura erat, in auro, frumento, vino, & navibus plurimis. Cujus zelo plurimi incenſi tam magnates, quàm militares, ſignum Dominicæ paſſionis in remiſſionem peccatorum ſuorum tunc temporis ſuſceperunt, Henricus videlicet Palatinus de Rheno, & Otto Marchio de Brandeburg, qui tamen ipſam peregrinationem non peregit, ſed per Dominum Papam diſpenſatione eam dimiſit; Henricus Dux Brabantiæ, Hermannus Landgravius de Turingia; Walrauen Comes de Limburg: Adolphus Comes Schavvenburg, Dux de Oſterreich, Hartvvicus quoque Archiepiſcopus Bremenſis, & Rudolphus Verdenſis, & alij quàm plures. Multi etiam acceptis literis exhortatorijs Domini Papæ à Cardinale memorato* (Gregorio) *in civitates & parochias plurimas eas detulerunt. Quibus perſpectis nonnulli cælitus inflammati pro defenſione terræ ſanctæ triumphale ſignum Dominicæ paſſionis & ipſi ſuſceperunt. Inter quos in Civitate Lubeca de valentioribus circa quadringentos viros ſignati ſunt. Ferventè itaque zelo Chriſtianæ devotionis, omnes in unum, dives & pauper ad peregrinationem futuræ æſtatis ſe præparabant. Ipſe quoque Imperator in propria perſona eandem peregrinationem ordinaturus in Apuliam properavit, tantò devotior, quantò adventantibus peregrinis eſſet paratior.*

C

D

Platina in Celeſt.

De eadem expeditione Platina: *Mortuo Saladino, Celeſtinus* (Pont. Rom.) *in magnam recuperandæ Hieroſolymæ ſpem veniens, Henricum Imperatorem, qui mortuo Tancredo, Regnum Siciliæ occupaverat, ad bellum Aſiaticum adhortatur: quod cùm ipſe obire non poſſet, eò Moguntinum Archiepiſcopum, & Saxoniæ Ducem eum magnis copiis properè mittit. Idem quoque feciſſet & Franciæ Rex, ni Saraceni Mauritaniam incolentes, in ulterioremque Hiſpaniam trajicientes, capto Rege Caſtellæ, Bæticam omnino cepiſſent, quæ hodie Granata dicitur. Non enim quieturos barbaros Galli arbitrabantur, tanta victoria elatos, expedita militia crucem ſuam tollentes, Chriſtúmque ſequi cupientes ad auxilium transmarinæ Eccleſiæ transfretaverunt, ibique adhuc de priori expeditione multos invenerunt. Quibus conjuncti, à paganis, quotidie igne ferróque inſtantes, plurimam pervaſæ terræ partem receperunt.*

Extat apud Godefridum in Annalibus epiſtola Ducis Lotharingiæ, ad Archiepiſcopum Colonienſem, in qua recenſet, quid Duces & milites hujus expeditionis in Palæſtina præſtiterint. Et quamvis ipſe Henricus Imperator non ſit in terram ſanctam profectus, juſſu tamen & auxilio ejus hæc profectio ſuſcepta fuit, ùt cognoſcere licet ex epiſtola, quam in Germaniam hac de re miſit: promiſitque ſe ſua impenſa per annum mille quingentos milites, & totidem *ſargantos* terræ ſanctæ ſuppeditaturum. G

Ejuſdem expeditionis mentionem facit Rogerus, qui præter nominatos ab Ottone, nominat *ducem de Saringes* (fortè *de Zaringen*) *ducem de Svvethde, ducem de Bajueria, & Walramum fratrem ducis de Lamburg, Fridericum autem filium Leopoldi Ducis Orientalis,* hoc eſt, Auſtriæ, vocat Rogerus *Ducem de Oſtricio,* alludens nimirum ad Germanicum Oſtrich: quod nos dicimus, *Oſterreich.* Quorum egregia, in terra promiſſionis defendenda & recuperanda, facinora idem Rogerus his verbis poſteritati commendavit.

H

Interim Saphadin frater Saladini poſt captionem Joppes, magno congregato exercitu Paganorum, commiſit prælium cum ſuprà dictis ducibus, & comitibus, & exercitu Imperatoris Romanorum, quem ipſe in terram Hieroſolymitanam miſerat: & prævaluit exercitus Chriſtianorum, & ceperunt in prælio illo Chriſtiani duos filios Saladini, & plus quàm ſexaginta Admirales: & Saphadinus frater Saladini lethaliter vulneratus vix evaſit. Ceperunt etiam Chriſtiani Sidonem civitatem, & Laliche, & magnum Gybel, &

Digitized by Google

num Chriſtianorum videlicet: Adjuvet nos Chriſtus Dei filius, & ſanctum ſepulchrum ejus.

Nota hic, Chriſtianorum ſymbolum, & militarem quaſi teſſeram non tam agnoſcendi, quàm divinæ opis implorandæ gratiâ inventam; De ſigno illo militari, *Deus vult, Deus vult*, jam ſuo loco diximus.

Adjungit Rogerus. *Ad hanc vocem Pagani exterriti fugerunt ad montana, relicto caſtello, & civitate, & victu, & armis ſuis; & Chriſtiani recepti ſunt in civitate & caſtello cum gaudio. Deinde præfatus Moguntinus Archiepiſcopus, conſilio & voluntate Principum Alemanniæ, tra-*

C

Aliter Arnoldus Lubecen. lib. 5. Chronici cap. 2.

didit Aimerico Domino Cypre, Accon & Tyrum, & Barhud, & cæteras civitates, quas ceperant; deinde dedit ei Miliſent in uxorem, quæ fuerat uxor Comitis de Campania, & coronavit eos in civitate de Barhud, & ipſe Aimericus devenit homo Henrici Romanorum Imperatoris de Inſula Cypri.

Tyr. lib. 2. cap. 15.

Quod attinet ad modum illum loquendi, *Homo Henrici Imperatoris*, nihil aliud eo ſignificatur, quàm aliquem fieri alterius *vaſallum* & *ligium*. Apud Nicetam ſcribitur λίζιον, Tyrius de Boamundo. *Factus eſt Boamundus Imperatoris homo, fidelitate manualiter exhibita, & juramento præſtito corporaliter, quale ſolent fideles Dominis ſuis exhibere.* Hinc *Hominium facere*. Rigordus de Richardo Comite Pictaviæ. *Coram patre ſuo regi hominium fecit.*

D

Lege Arnoldi Lubecenſis. lib. 5. Chronici.

Porrò hujus etiam expeditionis Germanicæ alacritas, & apparatus in nihilum recidit, improbitate falſorum fratrum, qui dæmonis inſtinctu, fauſtis novæ ſacræque militiæ progreſſibus ſeſe adverſarios oppoſuerunt. Audi Ottonem, *Caſtrum Dorolz natura, & arte munitiſſimum obſederunt* (Cruce ſignati) *quod & cepiſſent, ſi non auri ſacra fames in mente quorundam Chriſto præponderans, id impedivìſſet. Nam ſicut fertur, quidam de militibus Templi à paganis corrupti, pecunia animum Conradi Cancellarii, qui in hac ipſa obſidio-*

cum paganis deteſtans, ſe ab eorum auctoritate ducatúque alienavit, auctoritate propria regi cœpit, & multis tam publicis, quàm privatis congreſſionibus cum paganis habitis, victoriam ſæpius conſequutus, actibus præclaris admodum enituit. Videntes itaque compatriotæ militiam peregrinorum alacriter incedere, eiſque pro voto cuncta ſuccedere, ſicut ab his, qui eidem expeditioni interfuerunt, audivimus: plus eorum induſtriam, quàm paganorum militiam metuentes, inſidias parant, peregrinóſque omnes dolo occidendos conſpiratione cum paganis habita, deliberant; Henrico Rege eorum in ipſum conſentiente. Verebantur enim, ne ſi peregrini paganis prævalerent, eos patria pulſos arcerent, eámque vi obtinentes poſſiderent. Hícque de cauſa mortem, vel captivitatem eorum machinati ſunt. G *Nam quæ ſua ſunt, non quæ JEſu Chriſti, quærentes, regionem maritimam, quæ fertiliſſima eſt, propter rerum ubertatem tantùm obtinere delectantur, Jeruſalem ſepulchrúmque Domini parvipendentes, ideóque tantis proficiſcentibus, Jeruſalem conculcatur à gentibus. Igitur Henricus Rex cum ſuis fautoribus in feneſtra altiſſima turris apud Accaron reſidens, ùt fertur, & qualiter auxilio paganorum peregrinos morti exponeret, capiens conſilium, divinum judicium, in quod horrendum eſt incidere, expertus eſt, ac de feneſtra, cui inſidebat, peſſima tractans, nutu Dei forinſecus corruens, quaſſatóque membratim corpore, ſpiritum exhalavit, ſicque pravorum diſſipato conſilio, res, ùt propoſuerant, caruit effectu,*

Aliter de morte Henrici Arnoldus lib. 5.

En irritæ expeditionis fontem & originem: Etſi Vitriacus paulò aliter hac de re ſcribit. H Jam quod ad Henricum attinet, ſucceſſit is Guidoni, qui Hieroſolymam perdidit, licèt Vitriacus dicat eum coronari, & regem fieri recusâſſe. Hunc excepit Aimericus, de quo antea ex Rogero. Poſt illum dictus eſt rex Hieroſolymitanus Joannes Comes Bremenſis, qui, ùt inquit Rigordus, ſub ipſum extremum vitæ tempus Regis Philippi, *in Franciam venerat pro negotiis, & neceſſitatibus terræ ſanctæ Condito teſtamento lega-*

vit

Digitized by Google

Diſpenſanda cruci famulantibus atque ſepulchro,
Unde fide certa fas eſt præſumere nobis,
Quod famulis immenſa ſuis miſeratio Chriſti
Sanctam reſtituet terram, mediante Philippi
Et merito & cenſu, nec ad hoc mora longa futura eſt.

Obſederat iſte Rex Joannes, atque adeò expugnaverat Damiatam Ægypti urbem ſub Honorio III. Pontifice. Et huc ſuo in carmine Guillermus reſpexit. Sed de hoc alio loco.

Dilapſo exercitu, & ad patrios fines re- C greſſo, manſit in Palæſtina Archiepiſcopus Moguntinus, & Epiſcopus Verdenſis, & alii de nobilioribus. Aberat tamen Moguntinus, copiis Germanicis domum regredientibus: *in Armenia conſtitutus*, inquit Arnoldus, *pro coronando Rege ejuſdem terræ, ad quod tamen negotium Cancellarius deputatus fuerat, qui ut dictum eſt, in Cypro ſimilia perpetraverat. Sed cùm eſſet apud Baruth, viſum eſt principibus, ut remanente Cancellario, Moguntinus vicem ejus ſuppleret, & ipſum Regem diademate impoſito, ad titulum Romani Imperii coronaret. Ipſe enim Rex omnimodis hoc affectans, audita fama virtutis populi Dei, & quia Dominus ad ipſorum introitum omnes inimicos eorum terruiſſet, & quia glorioſè multa loca munita obtinuiſſent, miſſis nunciis honoratis, cum muneribus non paucis, ipſos principes devotè ſalutavit,* D *& quanto deſiderio ipſorum adventum exſpectaverit, per ſcripta ſimul & verba, ampliſſima intimavit: paratiſſimum ſe dicens Romano ſubdi Imperio, ſi coronam diu deſideratam ab ipſius mereretur ſuſcipere nuncio. Glorietur Eccleſia Romana, quæ non ſolùm in ſpiritualibus, ſed etiam, favente Chriſto, dilatatur in temporalibus, ut etiam Reges tranſmarini hoc titulo affectent inſigniri.* Hucuſque Arnoldus. De coronatione Leonis (ſic enim appellabatur) Regis Armeniæ, lege epiſtolas Innocentii Pontificis.

Arn. lib. 5. Chron.

Fol. 447. & ſeq. inter opera Innoc. edit. Colonienſis.

Cruce ſignata expeditio.

MORTUO Cæleſtino III. de recuperatione terræ ſanctæ admodum ſollicito, ſucceſſit Innocentius III. Pontifex optimus maximus & doctiſſimus; qui licèt ſummis difficultatibus undequaque ingruentibus non modò premeretur, ſed & propemodum obrueretur; adeò tamen Hieroſolymam curæ cordique habuit, ut ſine cujuſquam injuria dici poſſit, eum plus cæteris omnibus Pontificibus hac in re elaboràſſe. Quid non tentavit, ut negotium hoc toties tentatum felici tandem ſucceſſu Chriſtianitatem exhilararet? cujus G fores & excitandi & ſubſidii impetrandi gratia non pulſavit? Quas epiſtolas, & ad quos non ſcripſit; inſtans *opportunè, importunè, arguens, obſecrans, increpans, in omni doctrina & patientia*; planè inſtar legitimi prædicatoris ſanctæ Crucis?

Indixit & celebravit generalem Synodum Lateranenſem, in qua cùm alia ſalubriter decreta ſunt; tum illud inprimis, ut omni ope preſſis in Palæſtina Chriſtianis ſuppetiæ ferantur. Extat adhuc *Ordinatio* ejuſdem, vel potiùs Synodi Lateranenſis, *de recuperanda terra ſancta*; ex qua ſuis locis multa huic noſtro commentario intexuimus. Literas ejuſdem argumenti plurimas ad Archiepiſcopos, H Epiſcopos, alióſque præſules Eccleſiaſticos; ad Reges & Principes; Comites, Barones, ad Reſpublicas & communitates, ad Regem & Epiſcopum Armeniæ, denique ad univerſam Eccleſiam, omnéſque Chriſti fideles miſit; ut arma partim pro defenſione, partim pro recuperatione terræ ſanctæ corriperent.

Vide Tomum 2. operum Innocentii fol. 180. 217. 218. 223. 225. 263. 264. 286. 287. 323. 499. 520. 525. 526. 549. 561. 562. 564. 565.

Nec timuit ipſum Græcorum Imperatorem Alexium Angelum Comnenum, ad tam ſacrum bellum invitare; & quòd hactenus otioſus duntaxat ſpectator fuiſſet, liberè incre-

Digitized by Google

Poſtea cùm Pontifex eundem monuiſſet, populum quoque Chriſtianum *murmurare* contra ipſum, ob diſceſſum à Romana Eccleſia, ſubjungit. *Ut igitur ex utroque prædictorum murmur ſileat populi Chriſtiani, imò ut Chriſtum tibi reddas propitium, celſitudinem tuam rogamus, monemus & exhortamur in Domino, & in remiſſionem injungimus peccatorum, quatenus poſtpoſitis aliis ſollicitudinibus, viriliter ac potenter aſſurgas in adjutorium JEſu Chriſti, & ad terram ipſam, quam ipſe proprio ſanguine comparavit, de qua in Pſalmo habetur, homo factus eſt in ea, & ipſe fundavit eam Altiſſimus, & alibi: Deus Rex noſter ante ſæcula, operatus eſt ſalutem in medio terræ, liberandam de manibus paganorum, & reſtituendam priſtinæ libertati,* C *ut in ea nomen Domini glorificetur in ſæcula, ſicut tantus princeps manum extendas, & exercitum dirigas copioſum, ſperans in eo, qui eſt ſpes omnium, qui non deſerit ſperantes in ſe, quòd paganorum multitudinem à facie tui exercitus effugabit. Nos enim remiſſionis & protectionis, quam propter hoc aliis principibus Chriſtianis indulſimus, te volumus eſſe participem, dummodo ad ſuccurſum terræ ſanctæ potenter aſſurgas.*

Cùm Alexius Imperator cohortationem Pontificis de ope ferenda ſepulchro Dominico vafrè eluderet, quaſi nondum Deo placitum eſſet, terram ſanctam ex impiorum manibus eripere, hunc in modum occurrit magnanimus Pontifex. *Miramur, quòd imperialis prudentia pro recuperatione terræ ſanctæ non eſſe laborandum viſa eſt ſuis literis innuiſſe:* D *quia ſicut ex detentione ipſius terræ poterat evidenter agnoſci, nondum Dominus peccatis noſtris fuerat complacatus, qui non in multitudine, nec in arcu, ſed in virtute ſua ſalvos facit de ſua miſericordia confidentes. Times enim, ſicut tuæ literæ continebant, ne ſi tempus à Deo ejuſdem terræ liberationi prævisum imperialis ſerenitas voluerit prævenire, ſe fruſtra laboráſſe deploret, & increpetur à Domino per Prophetam dicentem: Sibi regnaverunt, & non per me, dominati ſunt, nec me noverunt.*

...rat offenſam, unde per ſolicitudinem ſuam, gratiam Domini poterat promereri. Nunquid enim ſenſum Domini cognoviſti? nunquid conſiliarius ejus es? ut certus de diſpoſitione divina tunc primùm arma moveas in Paganos, & ad liberationem Hieroſolymitanæ provinciæ accingaris, cùm Dominus miſereri diſpoſuerit populi Chriſtiani, & hæreditatem ſuam de Saracenorum manibus liberare. Nónne legiſti de altitudine divitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus?

Sanè ſi divinæ mentis arcana praſcires, & liberationem dominici ſepulcbri occultæ revelationis oculo prævideres, nunquid tibi meritorium eſſet, tunc primùm in terræ ſanctæ ſubſidium proficiſci, G *quaſi velles dominum in ſuæ diſpoſitionis executione juvare, quæ per te nec impediri poſſet, nec etiam prorogari? Qui hoc ſentiunt, dicere compellentur, deſipuiſſe Prophetas, qui eos pœnitentiam agere prædicabant, quorum peccatum ex eorum contemptu, Deus prævideraṫ aggravandum. Ut cùm Moſes juſſus à Deo monuerit Pharaonem, ut dimitteret populum, induratum ſic tamen cor ejus, ut populum dimittere nollet, eſt flagellatus. Non erit etiam ſecundùm opinionem talium vel deſiſtendum à vitiis, vel virtutibus inſiſtendum, ſed ſtandum potiùs diſpoſitioni divinæ: quæ damnandos prævidit ſingulos, aut ſalvandos. Legit ſicut credimus, imperialis excellentia, vel audivit, quòd propter peccatum Iſraëlitici populi quadraginta dies, quibus debuerat terram promiſſam intrare, in annos totidem Dominus commutavit, & è contrario ad contritionem & lachrymas Ezechiæ vitam ejus inter quinque annos extendit.* H *Ex quo poteſt plenè perpendi, quòd & tempus perſecutionis Saracenicæ breviare poteſt, qui in Evangelio de Antichriſti perſecutione loquutus adjecit: Niſi breviati fuiſſent dies illi, ſalva non fuiſſet omnis caro.*

Hac igitur tam pia, perenni & indefeſſa paſtoris ſollicitudine, excitati ſunt ferè cunctis in partibus Chriſtiani orbis, qui crucem prædicarent, inter quos duo maximè eminuerunt,

affabilis, eloquio gratioſus, inter fratres ſuos manſuetus, & humilis, ut quilibet illorum, apud ſeculares autoritate præcipuus, apud utroſque dilectus ac tractabilis haberetur. Hic à ſummo Pontifice Innocentio, qui tunc ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tertius ſub hoc nomine præſidebat, mandatum accepit, ut & ipſe indubitanter ſignum Crucis acciperet, & hoc idem aliis in partibus publicè prædicaret. Qui etiam mandato pontificali in utroque obtemperans, confidenter & impigrè verbum C *prædicationis arripuit, mirantibus cunctis pro eo, quòd talis complexionis homo, tantique laboris impatiens, ab omnibus putabatur. Habuit itaque ſermonem ad clerum & populum in civitate ſua, quæ græco vocabulo Baſilea, id eſt, Regalis dicta eſt, in celebri Eccleſia beatæ Virginis Mariæ, ubi magna utriusque ordinis novis excitata rumoribus convenerat multitudo. Audierant quippe jam dudum alias circumquaque provincias ad hanc militiam Chriſti, celebribus prædicationibus, excitari. In partibus autem illis nullus adhuc ejuſdem rei fecerat mentionem. Unde & eorum quàm plurimi parati animo Chriſti caſtris ſe tradere, hujuſmodi exhortationem totis deſideriis expectabant. Stabant igitur omnes auribus arrectis, fixis in ipſum obtutibus, quid de hac re vel præciperet vel moneret, quidve obtemperanti de divina bonitate pro-* D *mitteret, cupidiſſimè præſtolantes.*

Quibus ille: *Verbum mihi ad vos, Domini mei & fratres mei, verbum mihi ad vos; non meum utique ſed Chriſti. Chriſtus ipſe verborum auctor eſt; ego fragile inſtrumentum. Chriſtus vos hodie per os meum ſuis alloquitur verbis, ſuas vobis deplorat injurias. Expulſus eſt Chriſtus de loco ſancto ſuo, de ſede ſua, dejectus eſt de illa civitate, quam ipſe ſibi proprio ſanguine dedicavit.*

Et poſt nonnulla: *Subverſæ ſunt Eccleſiæ, pollutum ſanctuarium, regni ſedes & dignitas translata eſt ad gentes. Sacroſanctum illud & venerabile Crucis lignum, quod Chriſti ſanguine perfuſum eſt, ab his, quibus verbum Crucis ſtul-*

æternam accipiet. Taceo nunc, quòd terra illa, quam petetis, longè hac terra opulentior eſt atque fœcundior; & facilè fieri poteſt, ut multi etiam ex vobis, in rebus etiam temporalibus, proſperiorem ibi fortunam inveniant, quàm hic ſe expertos meminerunt.

Nunc videte fratres, quanta ſit in hac peregrinatione ſecuritas; in qua & de regno cœlorum G *promiſſio certa eſt, & de temporali proſperitate ſpes amplior. Ego ipſe ſpondeo ſocium itineris, & laboris, & prout Deo placuerit, proſpera vobiſcum, & adverſa partiri deſidero. Nunc igitur fratres, lætis mentibus triumphale ſignum crucis accipite, ut & cauſam crucifixi fideliter exequentes, pro labore brevi & modico, magna & æterna percipere valeatis ſtipendia.*

Hæc loquente venerabili Viro, cunctis, qui aderant, vehementer attonitis, videres lachrymas, tam per ejus faciem, quàm per ora omnium largiſſimè defluentes. Audires & gemitus, ſingultus atque ſuſpiria, & alia hujuſmodi ſigna, quæ internæ compunctionis faciebant indicium.

Aſſentit denique vir Dei precibus illorum, & qui, ut jam diximus, à ſummo Pontifice curam animarum acceperat, exterioris quoque providentiæ rogatus accepit officium. H *Tunc exhortans illos & confortans in Chriſto, cujus militiam profeſſi erant, certum tempus conſtituit, quo rebus ſuis diſpoſitis, parati omnes ad eundem locum ei occurrerent, ibique ſecum iter ſanctæ peregrinationis arriperent. Redeuntes autem ad propria, diligenter admonuit, ut tempore medio caſtè & innocuè ſe haberent, & ſeipſos Chriſto, totius puritatis amatori, milites exhiberent idoneos. Ipſe verò cum honeſto comitatu, præcipua & maximè populoſa totius regionis loca circuiens, crebras prædicando faciebat ſtationes, & plurimos ad eandem Chriſti militiam convertebat. Quibus etiam illud curabat injungere, ut, qui poſſent præfixo tempore, ad locum prædictum aliis occurrerent, cum eis pariter profecturi. Qui verò propter temporis anguſti-*

Digitized by Google

ut petentes Alexandriam, & eam viriliter obſidentes, non tam belli fortunam, quàm divinæ virtutis experirentur potentiam. Et factum fuiſſet, niſi Veneti negatis omnibus cruce ſignatos modis omnibus urſiſſent, ut priùs in expugnatione Jaderæ, celebris in Dalmatia Civitatis, ſibi operam navarent. Quod etſi gravatè fecerunt; fecerunt tamen, ne expeditio in irritum caderet, de quibus omnibus plura Guntherus.

C Cùm igitur exercitus cruce ſignatus circa fines Græciæ verſatur, venit eò Alexius Comnenus: Filius Iſaaci Angeli Imperatoris Conſtantinopolitani, quem Alexius Imperatoris frater, & minoris Alexii patruus, oculis privatum regno exterminârat, etiam atque etiam rogatus, ut armis cruce ſignatorum, ipſe cum Patre ſuo, in Imperium ſibi debitum reduceretur, Ubi ſtatim exercitus ſtudia in contraria ſciſſus eſt: *major enim pars in aſſenſum juvenis jam cœperat declinare. Pauci verò, qui de Crucis proventu magis erant ſolliciti, obnixè diſſuadebant: dicentes, id quod & veriſimile putabatur, præfatum juvenem ſine ferro & ſanguine nullatenus poſſe reſtitui:*
D *videbatur enim eis ſtultum & improbum, paucos homines peregrinos, nec habentes quò ſe reciperent, omiſſo ſanctæ peregrinationis propoſito, certo ſuo periculo, pro commodis alienis, tantæ Urbi, tam munitæ, tam populoſæ bellum indicere, quod ſine multa cæde alterutrius partis, vel fortaſſis utriuſque, terminari non poſſet.*

Qui rumor Romam perlatus, anxium reddidit Pontificem. *Erat enim de conſilio & ſententia ſummi Pontificis, qui de Crucis negotio maximè anxiebatur, ut noſtri recto curſu versùs Alexandriam navigarent. Permittebat etiam eis, ut de locis maritimis Romaniæ, quam alluit id mare, cibos inemptos, id eſt, abſque precio moderatè tollerent, qui eis ad annum dimidium poſſent ſufficere. Quod ſuum conſilium, quia mutari metuebat, & crucis profectum terrenis occupationibus impediri, meritò tam ipſe, quàm alii omnes novis rumoribus turbabantur.*

[illegible] remanſerunt, in occurſu noſtrorum digitum digito in formam Crucis implicantes, ſatis flebiliter: agios Phaſileos Marchio, *decantabant, quod latinè:* ſanctus Rex, Marchio, *interpretatur, quod ideò faciebant, quia Marchionem, quem maximè Græci noverant, & idcirco inter noſtros maximum reputabant, captæ urbis regem haud dubiè cogitabant, quod tamen Deus aliter diſponebat.* G

Scribit Nicetas, urbe capta *omnes cum crucibus & ſacris imaginibus, ut in pompis, & feſtivitatibus moris eſt, Latinis obviam iviſſe, illos verò nihil eo conſpectu habitum animorum commutâſſe, neque vel paululum arriſiſſe.* Ita quidem hoſtis Latinorum Nicetas. Ad quæ in margine Calvinianus iſta. *Ejuſmodi ſpectacula vix movent homines ad cædem & prædam paratiſſimos.* Os Calviniſtæ. Anne te tuóſque gregales moverent, ſi qui tibi gratiæ impetrandæ gratia occurrerent; ſacriſque imaginibus te & tuos mitigare vellent? An non viſis cruce & imaginibus, magis exaſperaremini, & ex lupis leopardi & tygrides, & ſi quid ſævius & truculentius eſt, efficeremini? An non paulò antea, cùm H Nicetas narraret, Murzuflo à Comite Flandriæ Balduino, imaginem Dei genitricis, quam Romanorum Imperatores *belli ſociam aſciſcunt*, ereptam fuiſſe, ad oram libri hoc convitium attexuiſti? *Superſtitionis ſuæ ſpoliatur inſignibus.* Si cruces & imagines ſunt ſuperſtitionis inſignia, utique virum bonum movere non debent. Atqui tu *his ſpectaculis* ais, *non moveri homines ad cædem & prædam paratiſſimos.* Oportet igitur vos eſſe ad cædem & prædam paratiſſimos, quia his non magis movemini, quàm ſtipes. Et quodnam crimen eſt his non moveri, ſi ſunt *inſignia ſuperſtitionis?* ùt tu quidem diſciplinæ Calvinianæ convenienter tradis.

Abſit autem à Catholicis Chriſtianis, & cruce ſignatis, quales erant, qui Conſtantinopolim occupârunt, ut *cruci* & *imagini-*

bus

Digitized by Google

tur autem hæc imago fuiſſe illa, quam Græci vocabant νικοποιὸν, *victoriæ effectricem*, de qua crebra mentio apud Zonaram, Cedrenum, Nicephorum, quam etiam Joãnes Comnenus Imperator currui triumphali, triumphans de Ungaris, impoſuit: nec ſimul currum conſcendere voluit, ſed προῆγεν αὐτὸς ςαυρικὸν σημεῖον ἐπαγόμενος, *præcedebat Crucem geſtans*, ùt ait Nicetas.

Ægerrimè tulit Nicetas Conſtaninopo-
C lim à Latinis captam eſſe, & quidem à *Cruce ſignatis*. Sed meminiſſe debebat, non modò ejus, quod ipſe Alexio Comneno publicè acclamatum teſtatur. ἡ πολιτικὴ, τὸ δίκαιον, *civilis gubernatio eſt juſtitia;* ſed & ejus, quod ad prædicti imitationem formari poteſt. ὁ Θεὸς τὸ δίκαιον *Deus eſt Juſtitia;* qui ulciſci voluit per hunc Cruce ſignatum exercitum, tot injurias cruce ſignatis exercitibus illatas. Quid damni per ſe & ſuos adminiſtros non intulit Alexius Comnenus expeditioni primæ? Quid Manuel non machinatus eſt contra exercitum Conradi Imperatoris, & Ludovici Franciæ Regis? Quid
D inſidiarum non ſtruxit Iſaacus Comnenus copiis Friderici Imperatoris? Quid fœderis non inierunt cum Saracenis, & Saladino in perniciem vindicum ſepulchri, & crucis Dominicæ? Et adhuc mutire audet Nicetas? *Sic itaque diſtrictus Judex*, inquit Otto de S. Blaſio, *omnipotens Deus injurias peregrinorum ſuorum vindicavit, quæ à Græcis ab antiquo, omnibus Hieruſalem per fines ſuos tendentibus ſemper irrogata eſt, Deus ultionum Dominus, reddens retributionem ſuperbis: nec tamen in ira ſua miſericordiæ oblitus, quod hoc flagellum non à paganis, ſed à Chriſtianis ſuper ſuos peſtilentiæ induxit: hoc nimirum meritis Sanctorum exigentibus, ne præclaræ eorum reliquiæ manibus paganorum polluerentur, ſed à Chriſtianis aliò tranſlatæ, debito colerentur honore.*

ris bajulabant. Crucem non deſtruxerunt, ſed injurias cruci, & cruce ſignatis illatas virili dextera vindicârunt. Nam quod ait Nicetas, *captâ Hieroſolymis Saracenos mitiùs egiſſe cum Chriſtianis, quàm cruce ſignatos cum Conſtantinopolitanis*, id inprimis cæteris furentis Nicetæ hyperbolis adſcribatur; deinde ſi mitiùs egerunt, id mirum non erat, quia minùs Deum offenderant, quàm vos tot cædium, & latrociniorum, tótque pernicioſorum ſchiſmatum, & Chriſti Saracenis nefariè proditi, rei.

Apoſtrophe ad urbem, quam Nicetas habet, nunc locum habet, occupata urbe à Turcis. Hanc threnodiam ſi Nicetas nunc nobis decantaret, aures præberemus, mi- G
nimè autem tunc, cùm urbs à cruce ſignatis ſub jugum miſſa eſt.

Agnoſcimus, inquit Nicetas, *peccata noſtra, injuriam patrum noſtrorum. Deſine Domine per miſericordiam tuam.* Imò ne hodie quidem tam tyrannica ſervítute oppreſſi, & tot calamitatibus attriti ſcelera, & flagitia veſtra agnoſcitis. Nihili hæc agnitio, ô Niceta, nihili vanæ hujus agnitionis prædicatio. Si miſericordiam obtinere cupis, aliter peccata agnoſcenda & expianda erunt. Agnoſcendum intimo cordis dolore pernicioſum veſtrum ſchiſma. Agnoſcendum ſcelus, quo vos tot cruce ſignatorum cædibus inquinâſtis. Agnoſcenda ſupina, imò plusquam ſupina vecordia, qua totum Orientem im- H
piis Saracenis tradidiſtis & prodidiſtis.

Sed ad Martinum reviſamus. *Cùm victores*, inquit Guntherus, *urbem victam, quam jure belli ſuam fecerant, alacriter ſpoliarent, cœpit Martinus Abbas de ſua etiam præda cogitare: ac ne aliis omnibus ditatis, ipſe vacuus remaneret, propoſuit & ipſe ſacratas ſuas manus, ad rapinam extendere. Sed quam prædam rerum ſæcularium*

occuparentur, Martinus indignum ducens ſacrilegium, niſi in re ſacra committere, locum petit ſecretiorem, ubi ea, quæ maximè affectabat, reperiri poſſe ipſa loci religio promittere videbatur. Invenit ibi ſenem quendam venuſta facie, barbáque prolixa & cana ſacerdotem utique ſed noſtris ſacerdotibus ipſo corporis habitu valde diſſimilem. Unde & Abbas laicum ratus, placido quidem animo, ſed voce quidem terribili vehementer increpitans. Age, inquit, perfide ſenex, oſtende mihi, quas potiores ſervas reliquias, vel ſcias te ſtatim mortis ſupplicio perimendum. Ille verò clamore potiùs, quàm verbis territus, quippe qui clamorem audiens, verba intelligere non valebat, ſciens
C *nec illum Græci ſermonis habere commercium: Romana lingua, quam ex parte noverat, cœpit hominem mitigare, & iram ejus, quæ nulla erat, blanditiis emollire. Ad hæc verò Abbas in pauca ejuſdem linguæ verba vix potuit eluctari, ut eidem ſeni, quid ab eo exigeret, aperiret. Tunc ille vultum ejus habitúmque conſiderans, & illud tolerabilius judicans, ſi homo religioſus ſacras reliquias cum timore ac reverentia contrectaret, quàm ſi ſeculares viri fortaſſis cruentis manibus funeſtarent, ferratam ei arcam aperuit, oſtendens ei theſaurum deſiderabilem, quem ſuper omnes gazas Græciæ Martinus Abbas ſibi gratum & deſiderabilem judicabat. Quem videns Abbas feſtinanter, & cupidè utraſque manus immerſit, & uti ſtrenuè ſuccinctus erat, ſacro ſacrilegio ſinus ſuos implens, tam ipſe, quàm Capellanus ea, quæ ſibi potiſſima videbantur, ſagaciter occultavit. & protinus egreſſus eſt.*

D Reliquiarum, quas Martinus accepit, longum texit catalogum Guntherus; inter cæteras enumerat; *lignum Dominicæ crucis*, & *veſtigium ſanguinis Domini noſtri JEſu Chriſti; qui pro redemptione totius generis humani effuſus eſt*, & *particulam de loco Nativitatis Domini, de loco Calvariæ, de ſepulchro Domini, de lapide revoluto, de loco Dominicæ Aſcenſionis &c.* quas ſecum in Germaniam detulit, Cúmque capta Conſtantinopoli, exercitus *cruce ſignatus*, de munienda potiùs, & re-

ergo Deo vult ſervire, cui ſervire, regnare eſt, & nomen habere militiæ conſpicuum & clarum, tollat crucem, & ſequatur Dominum, & veniat ad tornamentum Domini, ad quod ab ipſo Domino invitatur.

In epiſtola Balduini Imperatoris illud potiſſimùm memorabile; quod ait; *Cunctis ordinatis, ante portam diu ſtetimus regiæ civitatis, & palatii imperialis, quod Blankerna nuncupatur, in nomine Domini agminum Iſraël, præcedente cruce vivifica, parati ad prælium Græcos excipere, ſi eis placuiſſet exire.*

Nec prætereunda illa pietatis plena promiſſio. *Sed nec in his deſidia noſtra ſubſiſtet,* G
nec ab humeris noſtris vexillum regale deponet, donec terra ipſa incolatu ſtabilita noſtrorum, partes debeamus inviſere tranſmarinas; & dante Deo propoſitum tranſmigrationis adimplere. Speramus enim in Domino JEſu, quod qui cœpit in nobis opus bonum, ad laudem & honorem nominis ſui, inimicorum crucis depreſſionem perpetuam perficiet, confirmabit ſolidabitque. Celſitudinem igitur veſtram propenſiùs exoramus in Domino, ut gloriæ hujus atque victoriæ, & ſpei præoptatæ, cujus oſtium magnum nobis apertum eſt, velitis eſſe participes. Quod abſque ulla nobis dubitatione continget, ſi terræ veſtræ nobiles atque ignobiles, cujuslibet conditionis aut ſexus, ejuſdem deſideriis accenſos, ad noſtras immenſáſque capeſſendas divitias temporales pariter & æternas, non ſolùm permiſſa licentia, ſed ſalutaribus monitis H
accendatis. Univerſis enim, dante Deo, ſufficimus, quos nobis Chriſtianæ religionis zelus adduxerit. Univerſos ſimul & poſſumus, ſecundùm ſtatus ſuos varietatémque natalium, & augere divitiis, & honoribus ampliare.

Addamus & illud Godefridi: *Capta urbe, divitiæ reperiuntur ineſtimabiles, lapides precioſiſſimi, & incomparabiles, pars etiam ligni Dominici, quod per Helenam de Hieroſolymis tranſlatum auro, & gemmis precioſis inſignitum in maxima illic veneratione habebatur, ab Epiſcopis, qui præſentes aderant, inciſum cum aliis precioſiſſimis reliquiis, per nobiles quoque partitur,*

&

Digitized by Google

ibique ſepultus eſt.

Antequam moreretur, hæc decrevit de loco, ubi peregrinis *cruce ſignatis* conveniendum erat. *Ad liberandam terram ſanctam de manibus impiorum ardenti deſiderio aſpirantes, de virorum conſilio, qui plenè noverant circumſtantias temporum & locorum, ſacro approbante Concilio, definimus, ita ut cruce ſignati ſe præparent, quòd in Calendas Junii ſequentis poſt proximum, omnes, qui diſpoſuerunt tranſire per*
C *mare, conveniant in regnum Siciliæ, alii ſicut oportuerit & decuerit apud Brunduſium, & alii apud Meſſanam, & partes utrobique vicinas, ubi & nos perſonaliter, Domino annuente, diſpoſuimus tunc adeſſe, quatenus noſtro conſilio, & auxilio exercitus Chriſtianus ſalubriter ordinetur, cum benedictione divina & Apoſtolica profecturus. Ad eundem quoque terminum ſe ſtudeant præparare, qui propoſuerunt per terram proficiſci. Significaturi hoc interim vobis, ut eis, ad conſilium & auxilium, legatum idoneum de noſtro latere concedamus.*

Dies profectioni præſtitutus, cujus fit mentio in hac conſtitutione, fuit primus Julii, anni M. CC. XVIII. teſte Urſpergenſi, cujus ſunt hæc; *& quia diſpoſitum fuerat in Concilio generali, ut eo anno in Kalend. Julii cruce ſignati iter arriperent, multi de partibus Alemanniæ proficiſcuntur. Aſt ne pergant, in civitatibus Apuliæ impediuntur: ſed auctoritate ſedis Apoſtolicæ votum eorum differtur, & inutilibus re-*
D *mittitur per compenſationem.*

Videtur legendum; Junii, cùm ita ſit in Conſtitutione Innocentii.

De eodem Pontifice Godefridus in Annalibus, *anno Domini M. CC. XIV. Dominus Papa dolens ſanctam terram tanto tempore ſub poteſtate, & ludibrio paganorum conſtitutam miſſis literis ſuis per omnes fines Chriſtianorum, quoſlibet idoneos magiſtros prædicare crucem præcipit, unde per diverſas provincias innumerabilis multitudo pro amore Chriſti, & liberatione ſanctæ terræ cruce ſe ſignat.*

ſuper unum de nobilioribus terræ fluviis, fluvium Moſam congregati ſunt apud Vlerdinge. Quarto igitur Kalend. Junii prædicti peregrini ſe, & ſua illi commendantes, cui eſt in veſtimento & femore ſcriptum, Rex regum, & Dominus dominantium, oppanſis velis læti mare conſcendunt, ſicque in pulchro comitatu ſulcantes æquora, in Kalendas Junii, applicant in Anglia apud Dertmudin.

Platina huic expeditioni annumerat Henricum Comitem Nivernenſem, & Gualterum G
Regis Franciæ Camerarium.

Quò Wilhelmus Comes Holandiæ, & alii Germani: qui in claſſe ejus erant, delati ſint, docet Godefridus his verbis. *Tertio Nonas hujus menſis, hinc recedentes perveniunt ad mare Britannicum, ubi inter rupes in mari latentes, confracta eſt navis de Munheim. Inde applicant in Britannia apud ſanctum Mathæum in finibus terrarum, quod vulgari nomine, Fine poſterne dicitur. Hinc perveniunt ad portum Phare in regno Legionenſi. Ibi naves in portu relinquentes, petunt limina glorioſi Apoſtoli Jacobi in Compoſtella. Item, præfati cruce ſignati, in Martyrio beatorum Petri & Pauli, naves intrant, mare aſcendunt, ubi orta tempeſtate ſæviſſima, ſeparatæ ſunt naves VI. Nonas Julii, & Comes Hollandiæ, portum petunt cum pluribus navibus in regno Portugalenſi, in cujus introitu tres naves confractæ ſunt. Comes verò de Wide cum aliis navibus reliquis intravit portum in eodem regno. Inde recedentes VI. Id. Julii proxima ſequenti feria portum intrant Ulixibonen-* H
*ſem. Cum itaque cruce ſignati per aliquot dies in hoc loco morarentur, expectantes alias naves, cum quibus condixerant, acceſſerunt ad eos * Suerius Epiſcopus Ulixibonenſis, Epiſcopus Elborenſis, Martinus Commendator militiæ de Palmela, Templarii, Hoſpitalarii cum aliis nobilibus Portugalliæ, ſuas eis continuas tribulationes, & anguſtias ex nimia vicinia Saracenorum querulo-*

** Severus.*

tem, ſuorum multitudinem in fugam convertiſſe. ſubditque Cæſarius: *Hæc mihi relata ſunt ab his, qui certamini interfuerunt, & ex ore Saracenorum, quæ dicta ſunt, audierunt.*

Quando autem iſti ex Luſitania venerint in Palaſtinam, infrà docet Godefridus. Hoc certum, eò etiam Andream Hungariæ Regem, & Leopoldum Ducem Auſtriæ, alióſque perveniſſe. Ita enim Godefridus. *Eodem anno M.CC.XVII. feria ſexta, poſt Feſtum Omnium Sanctorum, Patriarcha Hieroſolymitanus cum magna devotione tam Cleri, quàm populi tollens vivificæ Crucis ſignum, profectus ab Acaron in caſtra Domini, quæ jam præceſſerant ad Recordanna. Hoc autem dulce lignum, poſt terram ſanctam perditam, reverenter depoſitum, diligenter ſervatum eſt uſque ad hæc tempora.*

Idem ſcribit Vitriacus lib. 3 hiſtor. Orient.

C *Imminente ſiquidem conflictu Saracenorum cum Chriſtianis, cogitaverunt prudenter Chriſtiani dividere lignum in partes duas, & partem unam ad prælium deferre, quæ ibidem perdita fuit, & partem aliam reſervare, quæ nunc exhibetur. Cui Rex Ungariæ, & Dux Auſtriæ de loco caſtrorum progreſſi, nudis pedibus occurrentes deoſculati ſunt eam, cum tali ſigno obviam euntes Soldano Babylonis, cujus filius Coradinus jactaverat ſe pugnaturum cum Chriſtianis, qui Acaron fuerant congregati: idóque ordinatis aciebus obviam illi proceſſerunt per planum Fabæ, uſque ad fontem Tubaniæ, multùm eo die laborantes. Præmiſſis etiam exploratoribus, pulvis aſcendens à longè, adverſariorum motum indicabat: Sed incerti fuerant, utrum contra eos, an fugiendo properarent.*

D *Sequenti verò die ſecus montes Gelboë; quos habuerunt ad dexteram, & paludem ſiniſtram incedentes, venerunt Bethſaidam, ubi caſtra fixerat adverſarius. Sed trium Regum, Ungariæ ſcilicet,* Hieroſolymitani *& Cypri non ſuſtinens præſentiam, fugiens terram vaſtandam Chriſtianis reliquit. Unde Jordanem tranſeuntes in vigilia S. Martini corpora ſua pacificè laverunt, & requieverunt per triduum, deinde ſecus littus maris Galileæ, tres manſiones fecerunt, peragrantes,* ... *triarcha cum vexillo montem conſcendit, Epiſcopis & Clero pſallentibus & orantibus. Verùm licèt mons ab omni parte præruptus ſit, & excelſus valde, & impoſſibilis ad deſcendendum intra ſemitam tritam, milites tamen, ſatellites, equites & pedites viriliter aſcendentes, primo impetu ſtraverunt Caſtellanum & Admiraldum unum cum aliis interfectis, qui portas caſtri egreſſi fuerant ad deſenſionem montis. Ceteris autem in ſtuporem verſis, & intra mœnia receptis, quo hominum conſilio vel Dei judicio, ab impugnatione caſtri receſſerint, & inglorii deſcenderint, ignoratur. In tertio equitatu, cui Patriarcha cum ligno Crucis, & ſacri Epiſcopi non interfuerunt, multa damna & incommoda tam per latrunculos, quàm hyemis aſperitatem perpeſſi ſunt, & præſenti in vigilia Nativitatis Domini & nocte ſequenti: quæ niſi abbreviata fuiſſent, propter inopiam lignorum, & veſtimentorum penuriam, magna pars exercitûs periiſſet in finibus Tyri juxta Sareptam.* G

Navalis exercitus, qui ad Ulyſſiponem hyemaverat, inquit Godefridus, *pridie Kalendas Aprilis anno M.CC.XVIII. mare aſcendit,* variíſque actus caſibus, ad extremum Acconem appulit. *Ibi placuit Patriarchæ,* inquit Godefridus, *Regi* (Hieroſolymitano Joanni) *Epiſcopis, Ducibus, Hoſpitalariis, Templariis, ceteriſque Cruce ſignatis navigio in Ægyptum deſcendere, & inimicorum ſanctæ Crucis potentiam, auxiliante Deo, conterere. Unde accidit, ut in Aſcenſione Domini, cùm claſſis congregatio apud prædictum caſtrum indicta fuiſſet, & majores diem & locum obſervarent, claſſis ipſa (Chriſto Duce) proſperis ventis uſa, Damiatam infra triduum applicuit, & abſque Chriſtianorum ſanguinis impenſa terram hoſtilem viriliter occupavit, ſine Capitaneis, qui pauliſper morati, propter prædictam cauſam, nondum venerant.* H

Exponit deinde Godefridus, quanta Chriſtiani in tam diuturna Damiatæ obſidione perpeſſi ſint. Miraculi ſpeciem habuit hoc. *Nocte S. Agathæ Virginis, Deus innovans*

De hac obſidione lege Vitriacum lib. 3. hiſtor. Orient. & in epi-

Digitized by Google

ſu.

At non longè pòſt ſucceſſit mœror. Nam anno M. CC. XXI. reddita eſt per tranſactionem quandam Damiata Saracenis: ubi aderant, inquit Chronicon Auguſtenſe, *Ludovicus Dux Bavariæ, Ulricus Pataviensis Epiſcopus, qui eodem anno transfretaverant, & alii quàm plures nobiles & ignobiles, quorum non extat numerus, qui fugam arripientes vix evaſerunt. Ulricus Pataviensis Epiſcopus ab expeditione rediens tranſmarina, in via obiit.*

C Fuerat autem Ludovicus Dux Bavariæ Cruce ſignatus apud Andernacum M. CC. XV. & plurimi nobiles cum illo, ùt teſtatur Godefridus. Qui non immeritò arbitratur, peccata in hanc miſeriam Chriſtianos traxiſſe: quia Soldanus priùs eis promiſerat, ſeſe regnum Hieroſolymitanum redditurum, urbem reædificaturum: Damiatam quietè, cum adiacente regione ad XX. milliaria, poſſidendam conceſſurum, ne ulteriùs in terram ſuam procederent. Et tamen hac tam liberali oblatione & ſponſione non contenti, ulteriùs progredi & Cairum ſeu Memphim ſubjugare tentabant. Quo factum, ut in eas calamitates inciderent, quibus ad tam ignominioſam tranſactionem adacti fuerunt.

Ait Platina, ex pacto redditum tunc à Saracenis crucis lignum Chriſtianis, Ducéſque
D Chriſtianorum cùm moliri in Aſia nil poſſe viderent obſtantibus hoſtibus, cum Joanne Columna in Italiam rediiſſe, eóſque ſubſecutum Joannem Hieroſolymitanum Regem; cùm Romam veniſſet, magnis donatum muneribus, perbenignè ab Honorio ſuſceptum eſſe.

Peregrinationis Andreæ regis Hungariæ, qui pater fuit ſanctæ Eliſabethæ, meminit Joannes Turocius in Chronicis Hungaricis. *Poſt-* Andreas ſacram militiam. *Reges Ungariæ Cypri*, inquit Godefridus, *cum magna multitudine peregrinorum, & damno terræ promiſſionis, Tripolim profecti ſunt, licèt multa ſupplicatio Patriarchæ & aliorum fruſtrà regi Hungariæ facta præceſſerit.* Nec deſcenderunt cum reliquis in Ægyptum ad obſidionem Damiatæ.

CAPUT XXX.

Octava eáque publica & generalis in terram Sanctam Cruciata expeditio à Friderico II. Romano Imperatore ſuſcepta. G

QUANDO Fridericus hoc nomine ſecundus crucem acceperit, docet in Annalibus ſuis Godefridus. *Anno Domini M. CC. XV, in ipſa vigilia B. Jacobi Apoſtoli, Fridericus Rex Siciliæ, cum quibusdam Principibus & nobilibus totius Lotharingiæ, Aquiſgranum veniens, ſequenti die, ſcilicet in Feſto S. Jacobi, à Syfrido Legato Apoſtolicæ Sedis, Coloniæ Archiepiſcopo non exiſtente in regem ungitur, & in regali ſede collocatur. Quo mox conſecrato, Joanne Xantenſi Scholaſtico, Crucem ibidem prædicante ad ſubventionem terræ ſanctæ, cruce ſignatur. Poſt quem Syfridus Moguntienſis Archiepiſcopus, Leodicenſis, Bavinbergenſis, Paſſavienſis, Argentinenſis Epiſcopi, Dux Meraniæ, Dux Brabantiæ, H. Dux de Lynburg, Dux de Ancei, Palatinus Comes de Tuingin, Marchio de Bade S. Comes de Loſ. W. Comes de Juliaco. H. Comes de Seine, H. Comes de Monte, & alii plurimi nobiles, & magna equeſtris ordinis multitudo cruce ſignantur.* H

Tempeſtivè igitur Fridericus cruce ſignatus eſt, nempe ſub Innocentio III. eo ipſo anno, quo Lateranenſe Concilium celebratum. Sed propoſiti votique ſui executionem

Digitized by Google

bus, inquit Godefridus, *circumquaque crucem prædicare fidelibus iterum jubet, denuntians omnibus, ut poſt biennium, in nativitate S. Joannis Baptiſtæ, cum glorioſo Imperatore Friderico parati ſint mare tranſire.*

Nec nihil effectum. Nam, eodem Godefrido teſtante, *anno Domini M. CC. XXIV. Henricus Junior Rex, circa Majum, Frankinfort curiam habuit, ubi nuncij Imperatoris cum literis ipſius affuerunt, intimantes Regi & Principibus, Hermannum Magiſtrum hoſpitalis S. Mariæ Teutonicorum, in Epiphania Domini in Sicilia ad Imperatorem veniſſe, & de ſuccurſu terræ ſanctæ ad hoc eum induxiſſe, ut continuò Pharum diſponeret tranſire, & versùs Teutoniam venire,*
C *& cum Principibus de proceſſu ſuo & terræ ſanctæ negotio ordinare, &c. Hoc etiam inter cetera intimantes, quòd dominus Imperator ad ſuccurſum terræ ſanctæ quinquaginta naves fecerit præparari, quæ Vſſeriæ nuncupantur, quarum magnitudo tantæ capacitatis erit, ut duo millia militum, cum dextrariis ſuis & omnium armorum pertinentiis, & præterea decem millia aliorum hominum valentium ad pugnam, & ad bella cum armis ſuis, in eiſdem Vſſeriis valeant transferri. Ad unumquodque Vſſerium fiet pons, ut milites, ſi neceſſe fuerit, armati & aſcenſis dextrariis ſuis, navibus commodè, abſque læſionis diſcrimine, per ipſos pontes valeant exire, quaſi jam ordinatis aciebus in prælium proceſſuri, & (ſi opus fuerit) erectis velis intrare poſſint flumen Damiatæ, vel aliud aliquod flumen.*

D *Honorius quoque Papa*, inquit Abbas Urſpergenſis, *prædicabat & teſtificabatur in ipſa prædicatione, quod tempore ſui ſacerdotij recuperanda eſſet Hieroſolyma*, & mox denarrat ſeu hiſtoriam, ſeu fabellam. Cujus fidem penes ipſum eſſe volumus. Certè à fabula multùm non abludit.

Sub eodem Honorio Pontifice, anno M. CC. XXV. quidam *Balduini Comitis Flandriæ & Imperatoris Conſtantinopolitani* perſonam aſſumens, eámque quaſi in theatro quodam, non ludicrè, ſed ſeriò ſuſtinens, multis per-

cationis ſententiam in Longobardos, Imperatori cruce ſignato rebelles tulit, annuentibus & approbantibus univerſis Longobardiæ prælatis, &c.

Anno M. CC. XXVII. *electa expeditio cruce ſignatorum ab omnibus mundi partibus mota caſſatur & diſſipatur, Friderico Imperatore, ſicut dudum promiſerat, non transfretante.* Ob quam cauſam *à Gregorio Papa excommunicatur.* Tandem anno M. CC. XXVIII. *Fridericus Imperator mare tranſit & recuperato Hieruſalem, & parte terræ ſanctæ, cum Saracenis uſque ad certum terminum treugas facit. Sed quòd quaſi inobediens, & excommunicatus tranſivit, factum ſuum Gregorius Papa non approbat, nec ipſum abſolvit.* Godefrid. in Annal.

Nihilominus Imperator venit ad terram ſanctam, inquit Urſpergenſis, *menſe Auguſto, & applicuit apud Accon, & ibi permanſit: ubi, ùt ajunt, multa ſuſtinuit, ex perfida proditione Templariorum. Soli verò Hoſpitalarij de domo S. Mariæ Teutonicorum fideliter ſibi aſtiterunt. Similiter Januenſes & Piſanij, & alij milites, qui cum ipſo, & pro ipſo advenerant.* G

Hiſtoria de Landgraviis Thuringiæ refert hanc expeditionem ad annum Domini M. CC. XXVII. *quo*, ùt inquit, *generale paſſagium ad terram ſanctam factum, in quo & Fridericus Romanus Imperator cum multa turba cruce ſignatorum. Ludovicus quoque Princeps Thuringiæ Chriſtianiſſimus, habito cum Domino Conrado Hildenſemenſi Epiſcopo conſilio, ab eodem cruce ſignatus eſt.*

H

Auctor qui vitam S. Eliſabethæ ſcripſit: *Factum eſt tandem anno milleſimo ducenteſimo ſeptimo generale paſſagium ad terram ſanctam, in quo etiam Fridericus Romanus Imperator transfretavit. De mandato quippe Pontificis ſummi prædicabatur crux in ſubſidium terræ ſanctæ. Tunc multi Archiepiſcopi & Epiſcopi, & principes, aliique Chriſti fideles, zelo fidei contra inimicos Chriſti accenſi, cruce ipſius ſignati ſunt, contra gentiles fideliter pugnaturi. Ludovicus verò eximius Princeps, Thuringorum Lantgravius, vir Chriſtianiſſimus, habito cum venerabili Patre domino Conrado Hildenſemenſi Epiſcopo, maturo conſilio, ab* Exſ. Tom. 5. Antiq. lectionis.

Digitized by Google

Cum tranquillitate igitur paucis tranſiens Franconiam, Sueviam & Bavariam, & trans Alpes Italiam Lombardiam, Tuſciámque, venit in Siciliam, ubi Imperator Fridericus ipſum cum inæſtimabili gaudio ſuſcepit in civitate, quæ Troja nuncupatur. Cum quo per totam viam progrediens, tandem Brunduſium pervenerunt. Inde poſt nativitatem B. Mariæ ſemper Virginis, cum omni virtute militiæ, aliáque familia navigare cæperunt. Sed antequam navim aſcenderent, in inſula S. Andreæ, Imperator & Lantgravius mutuis colloquiis fruebantur. Ibi, proh dolor, delicatiſſimus ille & ſereniſſimus Princeps Ludovicus cæpit paulíſper febribus inquietari. Singulares tamen galeolas aſcendentes, ſéque Chriſto C *cum orationibus committentes, portum Brunduſii reliquerunt. Ingreſſi autem civitatem, quæ Oceani dicitur, ubi Imperatricem invenerunt, quam Lantgravius cum debita veneratione viſitans, ſalutavit. Jámque corpus ejus acriùs febribus vexabatur, ideóque ad navem reverſus, lecto decubuit. Videns igitur, quòd ſibi mortis periculum immineret, vocato Patriarcha Hieroſolymitano, ab ipſo ſacræ unctionis Sacramentum accepit, qui ut officium hoc ſolenne perageret, Epiſcopum de ſancta Cruce cooperatorem aſſumpſit. Peracta unctione, ſacroſancti Corporis Domini noſtri JEſu Chriſti ſibi viaticum tradiderunt. Quod cum fide Catholica & ſincera devotione ſuſcepit: ſicq; Vir Chriſtianiſſimus pro Chriſti nomine exul & peregrinus, Chriſti cruce ſignatus, à peregri-* D *natione vitæ præſentis, rediens ad patriam, obdormivit in Domino tertio Idus Septembris.*

Nec ſolùm Landgravius deceſſit, ſed & alij, inter quos Sifridus Auguſtenſis Epiſcopus, inquit Urſpergenſis, *& alij multi tam divites, quàm pauperes de medio ſunt ſublati.*

Eodem anno, nempe M. CC. XXVII. *in fine menſis Junij, facta eſt motio magna in opus Crucis per orbem univerſum Cruce ſignatorum; quæ adeò fuit numeroſa, ut ex ſolo Anglorum Regno plus quàm ſexaginta millia proborum hominum, præter ſenes & mulieres profecti referantur. Hoc*

nuerunt eas annis quindecim. Fluxerunt autem à captura Jeruſalem facta per Saladinum, uſquequo fuit reddita Chriſtianis ab Olequemel Soldano anni quadraginta & unus.

Fit compoſitio in quadrageſima inter Imperatorem & Soldanum, inquit Urſpergenſis, *Hieruſalem quoque & Nazareth, & Joppe cum terris adjacentibus, & aliis quibusdam locis Imperatori reſtituuntur, & treuga inter Chriſtianos & Saracenos uſque ad decennium ſtatuitur.*

Fortunata cenſeri potuiſſet hæc expeditio ob Hieroſolymam receptam, niſi domeſtica diſſidia & civilia bella hanc tantam felicitatem obſcurâſſent, vel potiùs corrupiſſent: data occaſione Saracenis recuperandæ Hieroſolymæ, *M. CC. XLVIII.* ùt ait bellorum G ſacrorum Epitome, *cæſis Chriſtianorum quinque millibus.*

Huic publicæ & Imperatoriæ expeditioni annumerare licet illam, de qua Platina in Gregorio IX. *Recuperato patrimonio S. Petri & agro Sabino, ſpretisque Soldani Legatis, qui ſuppliciter pacem petebant, multos ex Franciſci & Dominici fratribus per Europam miſit, qui prædicatione Chriſtianos ad arma contra Saracenos concitarent, quorum opera tanta multitudo militum brevi comparata eſt, quanta nunquam antea. Interim verò dum tanto exercitui dux idoneus quæreretur, Eliſabeth Regis Ungariæ filiam, mulierem optimam, ac miraculis claram Pontifex in Sanctas retulit. Theobaldus autem Navarræ Rex & Aimericus Montisfortis, Henricúsque Bari ac Campaniæ Comes iter per Germaniam & Hungariam, cum magnis copiis facientes, Conſtantinopolim primò, mox trajecto Boſporo, Ptolemaidem pervenêre longè ac latè omnia populantes.* H *Verùm non ita multò poſt, ſuperveniente magna hoſtium multitudine, cùm ſe cadendo biduo defendiſſent, cum optimo quoque milite cadunt.*

De his ita ſcribit Guillermus de Nangis in vita S. Ludovici Francorum regis. *Eodem tempore, anno ſcilicet M. CC. XLIV. venerunt quidam nuntii credibiles de ultramarinis partibus, rumo-*

Guiller. de Nangis in vita ſancti Ludovici.

P centio IV. Anno Domini M. CC. XLV. celebratum, deſtinavit Pariſios idem Innocentius *Magiſtrum Odonem de caſtro Radulphi, Epiſcopum Tuſculanum, ſedis Apoſtolicæ Legatum, qui priùs Pariſienſis Cancellarius fuerat, ut per totam Franciam prædicaret, quatenus nobiles Francigenæ bellatores, pro liberatione Dominici ſepulchri, & urbis ſanctiſſimæ Hieruſalem, de qua noſtros Chriſtianos Groſſoini infideles, ut ſuprà dictum eſt, expulerant, ſignum crucis acciperent ſacroſanctæ.*

Eodem anno infra octavas S. Dionyſii convo-
C *cavit Rex Francorum Ludovicus grande Pariſiis Parlamentum, in quo prædictus legatus & plures regni Franciæ Archiepiſcopi, Pontifices & Abbates, Barones quoque & comites affuêre. Et tunc ad præfati legati prædicationem, & Chriſtianiſſimi Franciæ Regis Ludovici exhortationem Jubellus Remorum Archiepiſcopus, Philippus Bituricenſis Archiepiſcopus, Robertus Belvacenſis, Gernerus Laudunenſis, Guicllermus Aurelianenſis Epiſcopi: Dominus Robertus Frater Regis Franciæ Comes Atrebatenſis, vir clariſſimus, Hugo de Caſtellione Comes ſancti Pauli & Bleſenſis, Galcherus nepos ejus, Joannes de Batris, vir nobilis, Petrus Comes Britanniæ, Joannes filius ejus, Hugo Comes Marchiæ, Joannes Montisfortis, Radulphus de Couciaco, & multi alii tam Clerici quàm*
D *Laici, etſi non omnes ſimul, proceſſu tamen temporis, ſignum crucis Dominicæ aſſumpſerunt.*

Aſſumpſerat autem ipſe Ludovicus Rex jam antegreſſo anno crucem, ùt docet Vincentius his verbis. *Anno præcedenti*, nempe M. CC. XLIV. *Rex Franciæ Ludovicus ab extaſi rediens crucem accepit.* Aliter Aemylius in Ludovico. *Viceſimum jam annum regnabat, pacem domeſticam fovens, ſuis conſulens erat in ætatis robore: florebat matre, uxore, fratribus, liberis, opibus, nomine. Tot proceres in Syriam, Phœnicen, Ægyptum navigarant: ipſe deſidère viſus: cum morbo graviſſimo correptus, pro mortuo deplorabatur. Vocis uſu amiſſo, ac nullis reliquis ſenſibus, animus eum defecerat: cum omnium miraculo ipſe ad ſe rediens, primùm omnibus, ait. Non nobis Domine Chriſte, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Salva hodie regnum Franciæ & coronam, quam hactenus gratia tua ſuſtinuiſti. Monſtra virtutem tuorum inſignium, quæ in terra poſt te reliquiſti, in magno judicio apparitura: in quibus confidentes gloriamur. Mira res, Rex ſtatim oſcitans, tibias & brachia ad ſe trahens, halitus faciens & ſuſpirans, ſe ſigno crucis ſignari poſtulans, vovens ſe terram ſanctam aditurum.* Quod & factum eſt.

Vincent. lib. 3. ſpec. hiſt. cap. 1.

His, poſt aliquot annos, multi ex Anglia ſeſe adjunxerunt ſocios, de quibus hæc G
Weſtmonaſterienſis in Floribus., *Anno M. CC. XLVII. Epiſcopus Wigorniæ Walterus, Comes Legioceſtriæ, Simon de Monteforti, Gulihelmus de Longa ſpata, & multi alii nobiles de regno Angliæ, exemplo Domini regis Francorum, & magnatum de regno ejus, animati, circa tempora Rogationum, crucem aſſumpſerunt: ut in terra ſancta, Chriſti veſtigia adorantes, & pro ejus obtinenda hæreditate viriliter dimicantes, ſuorum peccaminum veniam conſequerentur.*

Non deerant tamen etiam ex familiariſſimis, qui regem Ludovicum à propoſito revocare contenderent, *inter quos Mater ejus Blancha*, inquit Matthæus Pariſienſis, *& Epiſ-* H
copus Pariſienſis, ſcientes ejuſdem Regis imbecillitatem, inſtabant protervius, & ſermocinabantur diligentiùs, dicente Epiſcopo; Domine mi Rex, recordare, quoniam crucem accepiſti, tam arduum votum faciendo inconſultè & ſubitò, infirmus fuiſti, & ut verum fateamur, mentis alienæ; rapta quoque ad cerebrum materia, compos tui non fuiſti; unde verba tunc prolata, pondere caruerunt veritatis, & cujuslibet auctoritatis. Benignè diſpenſabit nobiſcum Dominus Papa, ſciens regni neceſſitatem, & corporis tui debilitatem, &c. Quibus Rex non mediocriter commotus reſpondit: protenditis ſenſus mei immutationem, cauſam fuiſſe aſſumptionis Crucis meæ, ecce prout deſideratis & perſuadetis, crucem depono, Crucem vobis reſigno, & mittens manum ſuam ad humerum, diſcerpendo eam avulſit, dicens:

Digitized by Google

Rex Norvvegiæ, ad quem S. Ludovicus legatum miſit, ut copias ſuas cum Francis jungeret; ſed noluit; ne diſſenſiones inter Francos & Norvvegos orirentur, ùt ſcribit Matthæus Paris. Dedit tamen Ludovicus Rex ad partium Maritimarum Regni ſui gubernatores literas, ut quocunque Rex Haco cum claſſe ſua appelleret, amicè & humaniter haberetur. Forma literarum eſt iſta. *Ludovicus Dei gratia Francorum Rex, univerſis*
C *amicis & fidelibus ſuis, Ballivis, Majoribus & Præpoſitis, ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem. Cùm chariſſimus noſter illuſtris Hacon Rex Norvvegiæ in ſubſidium terræ ſanctæ transfretare proponat, ſicut nobis per ſuas litteras intimavit, vobis mandamus, quatenus ſi eundem Regem, vel ipſius navigium per mare contiguum littoribus terræ noſtræ tranſire contingat, vel in terram noſtram, vel in feuda noſtra alicubi applicare, ipſum & ſuos benignè & honorificè recipiatis, permittentes eosdem in terra noſtra victualia emere, & ſibi per forum legitimum de ſibi neceſſariis providere. Actum apud S. Germanum in Laia, anno Domini M. CC. XLVIII.*

Quàm autem S. Ludovicus cupidus fuerit, ut plures peregrinationis ſocios ſibi jungeret, ſatis declarat hæc lepida ſimul & feſtiva hiſtoria à Matthæo Pariſienſi litteris manda-
D ta. *Appropinquante præclara Dominicæ Nativitatis feſtivitate* (anno M. CC. XLV.) *qua mutatoria recentia, quæ vulgariter Novas robas appellamus, Magnates ſuis domeſticis diſtribuere conſueverunt, Dominus Rex Francorum Crucis ſignifer officium prædicatoris procuratoriſque negotii Crucifixi novo modo ſibi aſſumens, cappas cum ſuis pertinentiis de precioſiſſimo panno multò plures quàm moris habuit, cum pellibus variis ponendis, juſſit comparari; & de ſubtili auriphrigio factas in locis capparum humeralibus cruces inſui opere furtivo ac nocturno prudenter curavit & imperat. Et manè, cùm adhuc ſol nondum oriretur, milites cappatos cappis regis juſſit cum ipſo Rege Miſſam audituros in Eccleſia comparere. Quod, cùm feciſſent, & manè ne ſomnolentiæ aut pigritiæ redarguerentur, in Eccleſia Miſſis cele-*

LII. Crucem Londini publicè prædicari curavit; & cùm ſuſpectus eſſet, quaſi non alio fine Crucem ſuſcepiſſet & prædicaret, quàm ut à ſubditis pecunias emungeret, *paſſagium ſuum juravit*, inquit Matthæus Paris, *à die S. Joannis Baptiſtæ in ſequens triennium, niſi morte, vel gravi infirmitate, vel alia rationabili cauſa impediretur. Et jurans hoc, appoſuit manum ſuam dexteram ad pectus ſuum more Sacerdotis, & poſtea ſuprà Evangelia appoſita, & oſculatus eſt ea, more laici.* At hæc omnia in nihilum reciderunt; Nec de nihilo fuit multorum ſuſpicio, Regem in his non gloriam G
Dei; ſed quæſtum ſpectâſſe.

Anno Domini M.CCXLVIII. *Rex Franciæ Ludovicus iter tranſmarinum arripuit, &c. Receſſit igitur de Pariſiis in ſexta feria poſt Pentecoſten, multis ejuſdem urbis proceſſionibus, eum uſque ad ſanctum Antonium comitantibus. Iverúntque cum eo venerabilis Odo Tuſculanus Epiſcopus, Apoſtolicæ ſedis Legatus, & duo fratres ejuſdem regis, videlicet Robertus Comes Attrebatenſis, & Carolus Comes Andegaviæ cum uxoribus ſuis, multique regni Franciæ Barones & Epiſcopi. Alphonſus quoque dicti regis frater, Comes Pictavienſis, crucem aſſumpſerat tranſmarinam, ſed illo anno cum Domina Blanchia, regina matre ſua ad regni cuſtodiam.* Guill. de Nang.

Tranſiens ergo Chriſtianiſſimus Rex Ludovicus per Burgundiam uſque ad Lugdunum, Dominum Papam Innocentium ibidem commorantem ſecundò viſitavit: indéque recedens, benedictione ejus accepta, venit ad Rocham, quæ dicitur Dou glui, ubi erat caſtrum fortiſſimum ſuper Rhodanum, &c. H

In Cyprum delatus *de conſilio Baronum ſuorum, ac Baronum & terrarum Cypri, quia naves & galeæ ſuæ cum baliſtariis ac gentibus ſuis nondum advenerant, in Cypro diutius exſpectavit, & propter inſtantiam hyemis, & propter alias cauſas concurrentes, uſque ad tempus Paſchale, iter ſuum adversùs Saracenos diſtulit. Rex quoque Cypri & omnes ferè nobiles illius regni, atque prælati, Crucis ſignaculum aſſumpſerunt, ſéque cum Rege Franciæ ſuper Saracenos;*

emiſſionibus , quàm aliis facientes contra hoſtium ferociam proceſſerunt.

Cis paucos dies Damiata in poteſtatem venit , hoſtibus fugatis ; *Legatus ſedis Apoſtolicæ , unà cum Patriarcha Hieroſolymitano , nec non Archiepiſcopis & Epiſcopis , qui præſentes aderant , & magna parte Clericorum ac religioſorum , Ludovicus Rex Franciæ, cum pluribus aliis proceſſionaliter , nudis pedibus præſentibus & rege C pri , pluribúſque Baronibus , & aliis hominibus civitatem Damiatæ intraverunt , & inprimis locum , in quo erat * Mahomeria , Legatus cœpit reconciliare , quia dudum in altera ejuſdem urbis captione , B. Mariæ Virginis Eccleſiæ deputatus fuerat & appropriatus. Deinde redditis inibi de impenſis beneficiis gratiarum actionibus Altiſſimo celebrata fuit Miſſa ſolenniter in honore beatæ Mariæ Virginis matris Domini à Legato. Propoſuit etiam ibidem Rex Franciæ conſtituere Prælatum & Canonicos, debitum aſſiduè famulatum Domino reddituros. Capta eſt autem civitas Damiata anno ſuprà notato in octava die poſt feſtum S. Trinitatis.*

C

*Templum Mahometanum.

D

Verùm non diu pòſt , exercitu in Ægypti interiores partes, haud ſatis cautè aut cogitatè progreſſo , miſerabilem Chriſtianorum ſtragem ediderunt Saraceni , capto S. Ludovico, & plurimis ex nobilium numero. Hac clade Chriſtianorum excitatus Alphonſus Rex Caſtellæ, Crucis ſignaculum ſuſcepit, ùt ſcribit Matthæus Paris, Anno M. CCL. qui poſtea in hujus glorioſæ expeditionis ſocietatem Henricum III. Regem Angliæ invitavit; ùt ſcribit idem Matthæus; ſed intervenit mors , & hæc omnia, quæ tam ſalubriter fortiſſimus , & feliciſſimus Rex conſtituerat, intercidit.

Sceleratiſſimi illi & impuri Saraceni , inquit Auctor vitæ S. Ludovici apud Surium, *præter contumelias in ſalvatorem noſtrum jactatas , Chriſtianis inſpectantibus , Crucifixi effigiem flagellis verberàrunt , & per ſummam ignominiam impiè eam conſpuentes , in Chriſtianæ religionis di: nec recolo me decentius & operoſius formatam crucem unquam ſub aliqua materia vel figura vidiſſe. Octonos habere cubitos crucem ipſam in longitudine mihi planiſſimè viſum eſt. Serenum cælum erat valdè , & ſine aliqua nube in aliqua parte ſui ; ſub noſtro horizonte cœlum erat coloris unius.*

Anno Domini M. CC.LI. inquit Guillermus de Nangis , *facta eſt cruce ſignatio paſtorellorum , & puerorum multorum, aliqui fingebant , ſe viſiones vidiſſe , & miracula facere, ac ad ulciſcendum Regem Franciæ Ludovicum , à Deo eſſe miſſos: inter quos erant quidam, qui ſe magiſtros vocabant , & more Epiſcoporum aquam benedictam etiam in ipſa civitate Pariſiis fecerunt , matrimonia conjunxerunt , & diſſolverunt ad libitum ; in religioſos, & clericos ac laicos multa enormia, & homicidia , cùm non eſſet , qui eis reſiſteret, committentes , cruce ſignabant multos ad ſuam voluntatem. Dux verò eorum & Magiſter, quem vocabant Magiſtrum de Hungaria , dum per Aurelianos tranſiens , cum magna pompa , clericos occidiſſet , & plura mala committens , Bituris perveniſſet , Judæorúmque libros deſtruens , eos bonis indebitè ſpoliáſſet , dum de Bituris recederet , inter villam , quæ dicitur Mortemer , & villam novam ſuper Carum à Bituricenſibus eum inſequentibus extitit interfectus. Pluribus autem aliis in diverſis locis , propter ſua maleficia interfectis atque ſuſpenſis , omnes diſperſi ſunt , & evanuerunt ſicut fumus.*

Lege de his Matth. Paris. fol. 796 & fol. 833.

G

H

Eadem de Cruce ſignatione *Paſtorellorum*, Cantipratenſis; qui puerorum Cruce ſignationem refert ad annum Domini M. CC.XIII. his verbis; *Vidimus anno ab Incarnatione Domini M.CC.XIII. infinitam puerorum multitudinem ſpiritu deceptionis arreptos , cum ſigno Crucis iter Hieroſolymitanum aggreſſos fuiſſe , periiſſéque diverſis in locis: & maximam ex eis multitudinem per maleficos quoſdam Saracenis in mari venditos exſtitiſſe.* Adeò Diabolus res Dei, qualis eſt Cruce ſignatio , imitari ſtudet, ſimiarum ritu.

Ad

Digitized by Google

boga ſollicitè laboraret, ut terram ſanctam reduceret in potentiam Chriſtianorum, inquit Haythonus, *ecce Diabolus inter ipſum, & Chriſtianos illarum partium ſemen ſcandali & diſcordiæ ſeminavit*, quia Chriſtiani non procul Sidone occiderant nepotem Guibogæ, cum aliis quibuſdam Tartaris: qui rei indignitate motus, occupavit Sidonem, Chriſtianorum civitatem, *& deſtruxit magnam partem murorum: & poſtea nunquam de Chriſtianis Syriæ Tartari fiduciam habuerunt, neque Chriſtiani de Tartaris ſunt confiſi.* Res eadem, impulſu Regum Armeniæ, ſæpius deinceps tentata eſt; ſed nunquam eò perducta, ut felici exitu terminaretur; aliis atque aliis impedimentis
C ſemper intercurrentibus uſque ad tempora Bonifacii VIII. quando Caſanus, ſeu Gazan Rex Tartarorum, profligatis Saracenis, magnam Palæſtinæ partem à Rege Armeniæ adiutus, Soldano Ægyptio eripuit; Sed ne tum quidem principio reſpondit finis, ut infrà dicemus

CAPUT XXXII.

Decima eàque generalis & publica in terram ſanctam Cruciata expeditio à S. Ludovico Francorum Rege & ab Eduardo Regis Angliæ filio ſuſcepta.

D Guil. de Nangis in vita S. Ludovici.

ANNO *Domini M. CC. LX. Dominica in Paſſione, congregavit Rex Franciæ Ludovicus Pariſiis Concilium Epiſcoporum & Principum regni ſui*, inquit Guillermus de Nangis, *eò quòd Dominus Papa ſcripſiſſet ei, Tartaros in tranſmarinis partibus irruiſſe, Saracenos viciſſe, Armeniam, Antiochiam, Tripolim & Damaſcum, Alapiam & terras illas ſubjugâſſe, & tam Acconi civitati, quàm toti Chriſtianitati periculum imminere. Unde ordinatum fuit de orationibus multiplicandis, proceſſio-* *felicis recordationis Dominum Clementem ſummum Pontificem; qui tanquam vir prudens in principio reformidans diùque iſtud deliberans, tandem benignè conſenſit, ac pium ipſius propoſitum approbavit. Miſit inſuper propter hoc ad petitionem ipſius regis, legatum in Franciam, videlicet Dominum Simonem titulo ſanctæ Ceciliæ Presbyterum Cardinalem.*

Crucem igitur aſſumpturus convocavit Pariſiis Prælatorum, Principum, Baronum ac militum, ceterorum quoque hominum multitudinem copioſam, quibus congregatis in unum, Domino legato præſente, ipſe & Rex Catholicus, coram cunctis, qui aderant, exhortationem fecit quamplurimùm efficacem, animans eos ad ulciſcendam injuriam Salvatoris in terra ſancta longo tempore G
ſibi factam. Finito poſtmodum Domini legati ſermone, ipſe Rex primus cum devotione multa crucem aſſumpſit, & tres filii eius poſt ipſum, nec non Comitum, ac Baronum, & militum maxima multitudo, & quamvis non multi in præſenti Parlamento, utpote tanta novitate perculſi, cruces viderentur aſſumere, tamen proceſſu temporis multi tam Comites, quàm Barones ad Regis exemplum propter Chriſtum, crucis ſignaculum propriis humeris affixerunt. Ex quibus *Alphonſus frater regis, Comes Pictaviæ & Tholoſæ Theobaldus Rex Navarræ, Comêſque Campaniæ Palatinus, Robertus Comes Atrebati, & Guido Comes Flandriæ, Joannêſque filius Comitis Britanniæ, qui filiam regis Angliæ duxerat in uxorem, multique alii nobiles. Et ut rex, & alii proceres, &c. navigio & aliis rebus neceſſariis ad iter peragendum ſe providerent, terminum præfixerunt: infrà cujuſmodi temporis ſpatium ex multis nobilibus infinitis cruce ſignatorum contigit numerum* H
augmentari.

Acceſſit etiam ad hanc tam nobilem militiam Eduardus, Henrici Tertii Regis Anglorum filius, de quo hæc in *Floribus* Weſtmonaſterienſis, *Anno* M. CC. LXVIII. *Miles egregius Dux Eduardus crucem à Legato* (Apoſtolico) *pro ſe & patre recipiens, ſe paravit, ad pro-*

Digitized by Google

grinationis, totúmque regnum Franciæ Martyris Dionyſii protectioni deputans cum lacrymarum fluminibus tam nobilium, quàm populi circumſtantiis, priùs ſancti clavi & coronæ benedictione percepta, ab Eccleſia eſt egreſſus. Rex Chriſtianiſſimus Ludovicus toti regno Franciæ vale dicto anno Domini M. CC. LXIX. *recto tramite, non divertens, uſque Digniaci Abbatiam, fines Burgundiæ penetravit, indéque Lugdunum ſuper Rhodanum, Belligradum, & Viennam pertranſiens, ad optatum portum Aquarum mortuarum pervenit, ubi debuerat ex indicto crucesignatorum exercitus congregari. Et quamvis pauci in adventu regis in portu, vel circiter videntur, poſt paullulum tamen temporis, tam Barones & nobiles, quàm mediocris populi peregri-*
C *nos ex omni parte videres affluere, & quaſi locuſtas totam terræ ſuperficiem operire. Et ſicut terra erat millibus hominum occupata, ita mare ingenti navium numero tegebatur.*

Delata eſt claſſis poſt varios caſus *Tuniſium* ſeu *Tunetum*, cujus Regem dum vectigalem faciunt, ſæva lues in exercitu ſerpere cœpit, quæ plurimos extinxit; in his ipſumet Regem, animi excelſitate & ſanctimonia præſtantiſſimum, cujus obitu factum, ut claſſis re infecta Siciliam repeteret.

De Eduardi itinere, non eſt una omnium ſententia. Weſtmonaſterienſis enim in *Floribus* hæc tradit. *Anno gratiæ* M. CC. LXIX. *Rex Henricus tenuit natale ſuum apud Weſtmonaſterium in timore domini, & innocentia vitam ducens. Hujus primogenitus, in armis*
D *ſtrenuus, & pulcherrimæ juventutis, Eduardus, votum, quod voverat, reddere Deo volens, menſe Majo versùs terram ſanctam iter arripuit, quem ſequebantur & præceſſerunt multi nobiles & potentes. Aſtringebatur ſimili voto Rex Franciæ Ludovicus, qui Eduardum præceſſerat cum magna militia gentis ſuæ.*

Ibidem. *Eduardus noſter ſulcavit maria versùs Acon, & à longè aſpiciens Inſulam Sardiniæ, ibidem applicuit: rumores certos de morte Regis*

tempus, Eduardus Princeps cum ingenti claſſe in Aſiam trajecit, Syriæ recuperandæ cauſa, uſque eò Ptolemaide commoratus (ita enim inter Chriſtianos duces fuerat conſtitutum) dum Ludovicus Rex Franciæ, qui eodem tempore adversùs Saracenos bellum gerebat, ex Africa victor cum majore exercitu adeſſet. Sed dum Eduardus belli ſocios exſpectat, nihil factum propiùs fuit, quàm ut domeſtica fraude periret. Nam cùm aliquando in cubiculo ſolus eſſet, ab Arſacida quodam, quem ipſe, quòd multa de ſuæ gentis moribus narrare ſoleret, paulò ante in familiaritatem acceperat, tribus petitus vulneribus, ægrè ex mortis periculo evaſit, adjuvante cubiculario, qui manum Arſacidæ retinuit, donec à reliquis famulis in veſtigio trucidatus eſt. Saraceni Arſacidas vocant, ſicarios, id eſt, hominum genus infidum, & ſuperſtitioni ſuæ devotum, qui arbitrantur, ſe æter- G *nam promereri beatitudinem, ſi hoſte publico quovis modo interempto, ipſi morte etiam crudeliſſima afficiantur. Eduardus autem, ubi ex vulneribus convaluit, audiens Ludovicum, quem exſpectabat, per idem temporis in Africa morbo confectum interiiſſe, amiſſa ſpe rei benè gerendæ, in Angliam, factis cum hoſte induciis, rediit incolumis.*

Polyd. lib. 10. Hiſt. Angl.

Ego Guillermum de Nangis audiendum cenſeo, qui iſta. *Rebus ſic ſe habentibus, Eduardus, Henrici Regis Anglorum primogenitus, qui in obſidionem Tunarum tardiùs aliis venerat, poſt dictam compoſitionem factam cum Saracenis, nolens adhuc ad propria remeare, ſed peregrinationis votum, quod inceperat, ſi poſſet, volens perficere, cum quibuſdam Francigenis militibus ulteriùs ad partes Syriæ transfretavit, & in bre-* H *vi portui civitatis applicuit Acconenſis. Alibi enim ſecurè terram occupare non poterat, cùm totum regnum Hieruſalem, & totam terram Syriæ Saraceni, proh dolor, occuparent, præter quædam caſtella maritima Templi Hoſpitalis, quæ propter locorum naturalem ſitum modis omnibus congruunt, & propter modicos defenſores, qui intus aderant, non poterant expugnari. Licèt verò eſſent alia quædam caſtella fortiſſima maritima, ad quæ*

Digitized by Google

Palæſtina ad occaſum tendentibus; Saracenorum autem proſperis ſucceſſibus in dies magis, occulto, ſed juſtiſſimo, Dei judicio invaleſcentibus.

CAPUT XXXIII.

De Crucis prædicatione, tametſi irrita, pro ſubſidio terræ ſanctæ ſub Nicolao IV. Pontifice.

C POSTHÆC expeditiones Hieroſolymitanæ languere & frigere; & diſſidia in orbe Chriſtiano, maximo rei communis detrimento, indies magis creſcere cœperunt Cujus non ignari Saraceni, diſſenſiones Chriſtianorum in ſuum commodum verterunt. Itaque *anno Domini* M. CC. LXXXIX. *Soldanus Babyloniæ, cum multitudine oneroſa obſedit famoſam Tripolis civitatem, quam proh dolor, cepit & ſolo tenus finaliter complanavit, non ſine maxima effuſione ſanguinis Chriſtiani. In vituperium inſuper, & contemptum nominis JESU Chriſti, per civitatem deſtructam, ad caudas equorum, ſanctorum imagines juſſit trahi.*

Weſtmonaſt. in Floribus.

Parem calamitatem Sidon & Berytus pertulêre, *nemine adjuvante,* inquit Platina, *Reſtabat Ptolemais ſeu Accon in annos duos inducias à Soldano conſecuta: hanc ut tueretur, Nicolaus Pontifex annixus, milites ad vexillum Chriſti vocat, ære ſuo conductos. Hi ad mille & quingenti fuêre. Hos poſtea multi, nullo dato nomine, nullis ſignis & auſpiciis, ſecuti, cùm Ptolemaidem perveniſſent, non minora Chriſtianis, quàm Saracenis damna intulêre. Soldanus autem cùm res ſuas repetiiſſet, nec redditæ eſſent, noſtris omnibus exitium comminatus eſt. Magna inter Chriſtianos de poſſeſſione Ptolemaidis concer-* D

Platin. in Nicolao IV.

Eadem alii, nominatim Eberhardus Altahenſis in annalibus, qui addit, *Multorum erat opinio, quòd ſi fratres domorum ibidem, ſcilicet Hoſpitalarii & Templarii, & Teutonici, & reliquus populus omnino concordâſſent, civitas capta non fuiſſet.*

Capta eſt autem Ptolemais 14. Kalend. Junii, ùt teſtatur Henricus Stero in Annalibus, hoc eſt 19. Maji, etſi hiſtoria Auſtralis, id factum ferat 18. die Maji.

Dum hæc in Aſia gererentur, inquit Platina, *Nicolaus Pontifex duos è latere legatos, Benedictum Cajetanum, & Gerardum Parmenſem in Franciam properè mittit, qui compoſita inter duos reges pace, eos contra Saracenos Ptolemaidem oppugnantes animarent. Nam & pacem inter Jacobum Arragonenſem, & Carolum his conditionibus (quas ſuprà memoravi) jam compoſuerat, quò omnibus in hoſtem liberiùs proficiſci liceret: & parare claſſem cœperat, de pace ferè certus. Sed nec reges ipſi Pontifici benè monenti obtemperârunt, nec qui in præſidio Ptolemaidis erant, inter ſe diſſidentes, (quemadmodum poterant) vim hoſtium propulsârunt.* G

De eodem Pontifice hæc Eberhardus. *Mandavit Papa Nicolaus omnibus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis & aliis Prælatis, ut Concilia Provincialia celebrarent, & deliberarent, qua ope vel conſilio eidem terræ poſſit ſubveniri. Et per Concilium habitum Saltzpurgæ, reſcriptum fuit Domino Papæ & conſultum, ut prædicti tres ordines counirentur ad unum ordinem, melioribus eorum obſervantiis in unum redactis, & quòd ad ſuccurſum ejuſdem terræ ſanctæ Rex Romanorum cum Principibus vocaretur. Qui nuntii antequam veniſſent ad Curiam, Papa mortuus eſt; & ſic hoc negotium remanſit infectum.* H

Ex-

Digitized by Google

affectum per vos nolumus impendere, ſolerter & efficaciter exequi ſtudeatis, omnes fidei orthodoxæ cultores ad tam pii negotii proſecutionem idoneos, prædicationibus crebris & ſedulis exhortando, ut ad liberandam dictam terram de manibus impiorum, victorioſum ejusdem vivificæ crucis ſignum ſuſcipiant, & propriis aſſignantes humeris, ac magis cordibus imprimentes reverenter, & publicè deferant, atque ad ejusdem occurſum in prædicto paſſagio generali promptis animis totisque viribus ſe accingant.

Et in literis ad omnes Chriſtianos. *Quis ſine acutiſſimi doloris aculeis conſiderare poteſt, non ſolùm veneranda & piiſſima illa loca, in quorum*
C *altero Oriens ex alto pro nobis naſci dignatus eſt humiliter, in reliquo mori crudeliter non expavit, ſed etiam totam quaſi jam terram eandem, quam ipſe idem ſua illuſtravit præſentia corporali, miraculis clarificavit immenſis, & tandem effuſione ſui pretioſi ſanguinis in noſtræ ſalutis effuſi pretium conſecravit, occupata per nefandiſſimos Saracenos, ipſorum immunditia pollui, fœdiſſima eorum habitatione fœdari? Quis abſque amaritudine ſumma commemoret, tot Chriſtianorum caſtra, civitates, & alia loca ſolennia deſtructa penitus, ad nihilúmque redacta, & eorum incolas eorundem Saracenorum immanitate peremptos.*

Poſt multa in eandem ſententiam flebiliter prorſus ſcripta. *Accingimini ergo Chriſti fideles, & qui Chriſtiana religione cenſemini,*
D *vos Chriſtianos eſſe operis perſecutione monſtrate. Accipite devotione, qua Rex, vivificæ crucis ſignum. Illud in conſiderationis veſtræ ſcrutinium deducentes, quod viris quantumcunque magnificis, quantacunque dignitate præditis & virtute, ad gloriam magnam adſcribitur, ſi eis quovis in bello Dominorum inſignia gerere concedatur, ſub quibus contingit frequenter non ſine ſalutis æternæ diſcrimine mortis ſubire periculum, ſub cujuslibet irremunerationis. Quantò igitur glorioſius, quantò ſecuriùs Regi regum, in eius bello, victorioſum geſtare vexillum, ſalutiferam videlicet crucem? Sub qua devotione congrua, puro præparatur.*

Et ut omnes magis ad hanc expeditionem inflammet, addit Pontifex, Eduardum Angliæ Regem jam crucem accepiſſe; & ad præſtitutum terminum, nempe ad natalem S. Joannis Baptiſtæ, Anno Chriſti M. CC. XCIII. cum copiis Britannicis in Palæſtinam trajicere velle. Quare ad aliam *cruce ſignationem* referendum arbitror hoc, quod ſcribit Weſtmonaſterienſis, *Anno gratiæ* M. CC. XXCIX. *Pridie Nonas Auguſti, Eduardus Rex Angliæ de partibus rediit tranſmarinis, in quibus moram trahebat per annos tres, dies quindecim.* Pro hac autem peregrinatione aſſumpſerat rex Crucem, anno Redemptoris M. CC. LXXXVII. ut idem Weſtmonaſterienſis teſtatur, *Anno gratiæ* M. CCLXXXVII. *Rex* G
Angliæ Eduardus apud Blankefort in Vaſconia, juxta Burdegalim, poſt convaleſcentiam de gravi infirmitate, cruce ſignatur cum multitudine hominum copioſa, & Chriſtianorum exercitus capitaneus eſt effectus per legatum Romanæ Curiæ ad hoc miſſum.

Cùm igitur expeditio, de qua agimus, indicta fuerit ad annum M. CC. XCIII. & poſtea mortuo Pontifice, in nihilum reciderit, fieri nequit, ut ſit illa eadem, de qua Weſtmonaſterienſis ſcribit. Hinc colligimus; Eduardum hoc nomine primum Angliæ regem, bis in Palæſtina fuiſſe: ſemel ante adeptum regnum: iterum regno jam adepto: tandem tertiò proficiſci ſtatuiſſe, H
ùt ex epiſtola Nicolai liquet, qui, ut omnes ad crucis aſſumptionem alacriores redderet, conceſſit omnibus in Palæſtinam profecturis, & illis itidem, qui licèt ipſimet non proficiſcerentur, aliis tamen ituris ſumptus miniſtrare vellent, plenariam indulgentiam, cujus voluit eſſe participes, licèt poſt cœptum iter ex hac luce migrarent. Aliis itidem privilegiis, & immunitatibus eoſdem *cruce ſignatos* donavit, ab aliis item Pontificibus in prædicatione Crucis impertiri conſuetis, de quibus jam ſuo loco actum.

Qua-

Digitized by Google

gem de bello ſacro redintegrando dedit (ut ferunt) imperioſas, ac niſi continuò pareretur, minarum & fulminis plenas. Sed Philippo non obtemperare ſtetit.

Multi propter Tartaros pollicebantur ſibi recuperationem terræ ſanctæ, etiam tempore S. Ludovici, quando primùm in Palæſtinam trajecit. Quocirca hæc Wilhelmus de Nangis, & ex illo Vincentius: *A multis creditur, quòd, ſi Rex Franciæ Ludovicus mare tranſiens, recto tramite veniſſet in Turquiam, liberè & abſque ulla contradictione reddidiſſent ei* (Tartari) *terram.*

Wilhel. de rebus geſtis Ludovici.

Circa annum Domini M. CC. LXIX. Ja-
C cobus Rex Aragoniæ in Palæſtinam expeditionem inſtituit, impulſu Tartarorum, quorum Rex, ùt ſcribunt Hiſpani, Europæ Principes, miſſis *circumquaque legatis ad arma capeſſenda excitare non deſiſtebat, propemodum convicio, cùm Chriſtiani nominis gloriam negligere viderentur. Id ſuperioribus annis factitatum eſt, neque conſequentibus intermiſſum; hoc autem tempore majore conatu, ac nominatim ad Aragonium Regem, cum Alarico cive Perpiniano, quem Rex antea alia legatione provocatus ad Tartaros miſerat, novi legati venerunt, ſui Regis nomine omnia pollicentes, ſi quidem arma induere, viréſque conferre induceret in animum.*

Mariana lib. 13. c. 18.

Aſſenſus eſt Rex, etſi multis contrà nitentibus. *Barcinone claſſis valida comparabatur, milite & rebus omnibus inſtructa. Pridie Nonas Septembris anno ſalutis M. CC. LXIX. votis ritè nuncupatis, è littore ſolvit, incommodo anni*
D *tempore, atque procellis obnoxio. Itaque cùm triduo in Balearem minorem perventum eſſet, priuſquam portum tenere potuiſſent, fœda ventorum tempeſtate disjecti, alia alii littora tenuerunt. Rex ad aquas Sextias appulſus, vento reflante, in Agathenſem ſinum rejectus eſt. Nonnullæ naves, quæ curſum tenere potuerunt, ad Acrem* (Acconem) *Palæſtinæ oppidum navigatione pervenerunt, in his Ferdinandi Sanctii naves Regis fi-*

populum, cujus numerus non poterat iniri. Idem Rex Tartarorum à Nativitate Domini uſque ad Majum permanens in Damaſco, potenter mittens ſuos ſolennes nuncios ſummo Pontifici Bonifacio, petens & deſiderans, ut omnes Chriſtiani advenirent, terram ſanctam accipiendo & poſſidendo, quam ipſis animo libente vellet dare: & vocavit principaliter tres ordines, Templarios, Hoſpitalarios, & fratres Alemannos in ipſis ſuis litteris Domino Apoſtolico ad Romanam curiam deſtinatis. Sed quare non itum? An quia promiſſis Tartarorum non fidebant? Volebat quidem Bonifacius; ſed neminem Principum aut Regum reperire poterat, qui volenti aut jubenti morem gereret.

Poſtea tempore Clementis V. Hiſtoriam
orientalem conſcripſit Haythonus Armenus; G
in qua, ipſius Pontificis juſſu, copioſè diſputat de nova expeditione in terram ſanctam; & de modo eam fructuosè inſtituendi: ſuadétque præter cætera, ut Tartari in ſocietatem belli adſciſcantur. Imò & his verbis quaſi claſſicum canit. *Ecce nunc tempus acceptabile Chriſticolis à Domino demonſtratum. Nam Tartari offerent ſe paratos, Chriſtianis dare ſubſidium & juvamen toto poſſe contra perfidos Saracenos. Et ob hanc cauſam Rex Tartarorum Carbanda ſpeciales nuncios deſtinavit, qui fratris ſui Caſani veſtigiis inhærendo, offert ſe exponere libentiſſimè poſſe ſuum ad ſubverſionem & totalem deſtructionem inimicorum nominis JEſu Chriſti.* Hæc & alia hujus generis Haythonus.

De Clemente V. hæc Henricus Stero in An- H
nalibus. *Anno Domini M. CCC. XI. Papa Viennæ Concilium generale convocaverat, cujus Concilii quinta ſeſſio inchoata fuit XVII. Kalend. Novemb. ubi de Paſſagio ultramarino, & de recuperatione terræ ſanctæ tractabatur, per fratres Hoſpitales S. Joannis Hieroſolymitani Crucem ultramarinam ferè per totam Chriſtianitatem prædicari fecit. Et plura millia Chriſtianorum Cru-*

Digitized by Google

fore ullum tam impium, qui non malit ferrum in Turcas ſtringere, quàm in fratres ſuos Chriſtianos. Quæ, fateor, verè quidem ab Oratore illo diſputata fuiſſe; ſed nullo ſucceſſu; & hoc tempore longè minùs felix exitus ſperari poſſet, poſtquam multi doctrina Lutheri delibuti, & inſtincti, à prælíis contra Turcas abſtinendum exiſtimant, quamdiu *Papæ & Papiſtarum* nomen ſub cœlo auditur.

CAPUT XXXIV.

C *Aliæ Crucis prædicationes & aſſumptiones adversùs Hæreticos, & Saracenos, idololatras, & turbulentos.*

ANNO *Domini M. CC. XXVI.* inquit Godefridus, *Honorius Papa de conſilio fratrum, legatum in Franciam mittit, dans illi in mandato, ut verbum crucis prædicet contra hæreticos Avinionenſes Tholoſanos. Ad hortationem igitur legati, nomine Romani, in Franciam miſſi Ludovicus Rex Francorum, cum Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Nobilibus, Baronibus cæteriſque Magiſtratibus Franciæ, Normanniæ, Flandriæ, Burgundiæ, Britanniæ, Campaniæ, Hannoniæ, Alverniæ, de Pontino, de Bituria contra Avinionenſes & Tholoſanos hæreticos cruce ſignantur. Quorum adventum cum inaudito apparatu cives de Carcaſone, de Burgo S. Ægidii, de Navanto, & de* D *Maſſilia ſentientes, Regi Francorum occurrunt, ſe cum ſuis omnibus ipſius dominio ſubjugantes, & Eccleſiæ Catholicæ parere juramento confirmantes. Verùm Avinionenſes proditionem molientes, cùm Regem intra muros ſuos recepiſſe putâſſent, portas recluſerunt; ſed incluſi viriliter ſe defendentes, per aliam portam irrumpentes evaſerunt. Quorum proditione rex concitatus, innumerabilem pecuniam expendit in inſtrumentis mirabilibus, & hactenus incognitis, quibus dictæ civitatis murum & domos ſubvertit.*

At reliqui proceres, equites, comiteſque, ducesq;
Prælati Eccleſiæ, nec non & nobile vulgus,
Omnes pene viri, gladios qui ferre valebant,
Spe ducti veniæ, Chriſti ſua pectora ſigno
Conſignant, ut, quod calet intus, pareat extra,
Illóſque in partes iter aggrediuntur ituri.

Erat autem Albigenſium hæreticorum potiſſimus fautor & patronus, Raimundus;

Qui ſancti comes Ægidii Tholoſæq; vocatur,

ùt ait Guillermus.

Qui poſtquam Eccleſiæ cœpit contrarius eſſe,
Catholicæ fidei defenſans improbus hoſtes,
Hæreſiarcharum fautor: populique fidelis,
Nequaquam & Cleri metuens inimicus haberi,
Nec conſanguineum tibi Rex nec habere fidelem G
Dignatus cœpit contra illum bella movere.
Utque illi liceat punire licentiùs illum,
Quamvis ſciret idem proprio de jure licere,
Impetrare ſtudet à ſummo præſule ſacra
Scripta, quibus pariat indulta remiſſio cunctis
Spem veniæ contra hæreticos, qui bella moverent,
Per quos temnebat Chriſti provincia legem,
Et ſe peſtiferi fœdabat peſte veneni.

Exponit deinde Guillermus, quantas hæreticorum ſtrages cruce ſignati ediderint, & quàm pauci quàm innumeros profligârint, cæſo etiam Arragonum Rege, qui Albigenſibus ſuppetias laturus advenerat, quæ qui cognoſcere avet, Guillermi *Philippidem* adeat. Inſtituta eſt prior hæc expeditio in Albigenſes anno Domini M. CC. IX. ùt ſcribit Vincentius ſub Innocentio III. cujus juſſu crux primitus contra Albigenſes prædicata fuerat. Etſi alii ad ſequentem annum referunt. H

Vide Ceſarium lib. 5. cap. 21.

Tam poſteriorem contra Albigenſes, quàm alias contra alias expeditiones cruciatas non ſemel præceſſerunt divinitus oſtenſæ Cruces. *Diſcoloratas Cruces*, inquit Cantipratenſis, *& ex omnibus mundi partibus, quædam ſanctiſſima Recluſa, ut ipſa mihi retulit, in Brabantiæ partibus vidit, cùm ſecunda expeditio ad purgandam Albigenſium terram, per Legatos Curiæ Romanæ miſſa*

Digitized by Google

Videntur autem ſeu *Stagingi* ſeu *Statingi* iidem eſſe cum illis, quos Siffridus Presbyter appellat *Stetingos* ſic ſcribens: *Anno M. CC. XXXVIII. Tartari in Hungaria & Polonia multa millia Chriſtianorum occiderunt. Contra ipſos Gregorius Papa fecit crucem prædicari. Similiter contra Stetingos, de quibus quinque millia hominum à cruce ſignatis occiſi ſunt.*

In quibus Siffridi verbis habes etiam prædicationem Crucis contra Tartaros. Eadem reperies in compilatione Chronologica Anonymi ſcriptoris, quæ extat Tomo 1. illuſtrium ſcriptorum Germaniæ, quæ illuſtris ſcriptor & Doctor Dominus Joannes Piſtorius pridem publicavit. C

Molan. de ſacra milit. cap. 60. Cantip. lib. 2. Miracul. cap. 3.

Stadingos Hæreticis annumerat Molanus: quem nos ſecuti expeditionem adverſùs Stadingos hoc loco collocavimus: cujus meminit etiam Thomas Cantipratenſis; cùm ait: *prima Crux noſtri temporis contra terram Albigenſium prædicata eſt. Secunda, in terram ſanctam contra Saracenos. Tertia iterum contra Albigenſes. Quarta contra Stadingos. Quinta iterum in terram ſanctam.*

Incidit prior in Albigenſes cruciata expeditio in annum Chriſti M. CCX. vel IX. ùt ſuprà dictum: Crucem prædicante Jacobo de Vitriaco, qui cùm Fulconem de Gandavo, ſocium prædicationis ſibi adſciſcere ſummis precibus contenderet; nec tamen Fulco precibus locum daret, mirè pœnas detrectati obſequii dedit. D Rem his verbis exponit Cantipratenſis, qui eo tempore vivebat. *Venerabilis Fulco de Gandavo natus, canonicus apud inſulas erat. Hic, ut nobis ipſe narravit de ſeipſo, à Magiſtro Jacobo de Vitriaco legato, & prædicatore Crucis contra Albigenſes, rogatus, ut ſecum crucem per Flandriam prædicaret, renuit. Cui cùm inſiſteret per amicos, ut eum adjuvaret in negotio Eccleſiæ tam neceſſario & devoto, renuit ille ſecundò, & nullo modo*

Cantiprat. lib. 1. exempl. cap. 22.

ne contra illos & de dogmatibus, quæ amplectebantur, hæc produntur in Hiſtoria Archiepiſcoporum Bremenſium: *Anno Domini* M. CC. XXXIV. *Henricus Dux Brabantiæ, & Florentius Comes Hollandiæ, Bremæ exiſtentes, contra Stedingos viriliter ſe accinxerunt, tanquam contra inimicos manifeſtos Eccleſiæ. Nam ſicut probatum eſt ſuper eos, & per Mindenſem, Lubicenſem, Raciburgenſem, Epiſcopos, Papæ auribus intimatum, ipſi doctrina Matris Eccleſiæ penitus vilipenſa, ipſius libertatem conculcaverunt, nulli parcentes ſexui vel ætati. Quæſierunt reſponſa dæmonum, ſimulachra fecerunt cerea, conſulentes etiam in ſuis ſpurcitiis erroneas Pythoniſſas, & quod deterius eſt omnibus, viaticum ſalutis æternæ horribilius quàm deceat exprimi, pertractantes.* G *Clericos etiam & religioſos impiè lacerantes cruciabant omni genere tormentorum. Nec propria eis ſufficit perditio; ſed omnes quos poterant, & maximè ruſticos, in foveam ſuæ perfidiæ ſecum trahere nitebantur. Sicut Lucifer lucis æternæ lumine deſtitutus, caduca ſuperbia procurante, cœlo contineri nequiens, eò, quòd perpetuæ cæcitatis tenebras incurriſſet, cùm ſit perditus & Miniſter perditionis effectus, ne ademptas ſibi delicias ſempiternas poſſit conditionis humanæ dignitas adipiſci (quia ſolent miſeri proſperitate felicium cruciari) illam in profundum perfidiæ ab altitudine fidei dejicere nititur, ut ſecum in lacum ſuæ miſeriæ deducatur; exiſtimans per hoc ſuæ damnationis cumulum minorari, cùm ſoleat afflictis quoddam afferre ſolatium, grata miſeris ſocietas miſerorum.* H *Ita miſeri & miſerabiles Stedingi, ponentes ſibi omninò Deum contrarium, ſuis perſuaſionibus & malis exemplis graviter infecerunt populum Chriſtianum, ita ut infinita ruſticorum multitudo, tam in remotis quàm in vicinis provinciis conſtituta, verbo tenus eos defendere, & ſi ſe opportunitas obtuliſſet, prompto animo protervia eorum auxilium attuliſſet.*

Grant. in Metrop. Quæ cùm Greg. IX. innotuiſſent, contra eos tanquam infideles, Crucem juſſit prædicari.

Digitized by Google

no de Huntorpe, Thedmarus de Aggere, & alii peſſimi maleſuadæ eorum, ut vitam & patriam defenderent, ipſos fortiter hortabantur dicentes: quòd ipſos aut oporteret ſuccumbere, aut ſicut canes rabidos inſanire. Tranſierunt autem medio tempore peregrini Othmundam fluvium, pontem de navibus facientes, & cùm tranſierant, ſapienter ſuas acies ordinabant. Stedingi ut amentes effecti, ac quadam inſania ventilati, non timuerunt ſignatorum multitudinem, nec ſpiritualem nec materialem gladii poteſtatem, ſed ordinata quidem acie, inordinata autem mente, tanquam furibundi canes proceſſerunt obviam peregrinis. Dux Brabantiæ & Comes Hollandiæ primo congreſſu peſtilentes illos ſuper agrum Oldeneſche, ubi convenerant, viriliter invaſerunt: ſed ipſi ſummo conamine ſe defenderunt; ſtatim Comes de Clivo cum ſuis à latere irruens ſuper illos, ipſorum aciem diſſipavit.
C

Clerus, qui eminus ſtans, rei exitum exſpectabat, Media vita, *& alia miſerationis carmina cum mœrore canebat, & pro Crucis victoria ſupplicabat. Nec mora illi inſipientes & maligni evanuerunt in cogitationibus ſuis, quia ab exercitu domini opprimuntur, haſtis perfoſſi, gladiis percuſſi, equorum pedibus conculcati: Et ita manus Domini invaluit ſuper eos, ut in brevi ſpacio eorum VI millia interierint. Plurimi ex eis fugæ præſidium poſtulantes, in proxima fovea & in Wiſera ſe ſubmerſerunt. Si qui evaſerunt, ſub cœli ventis quatuor ſunt diſperſi. Sic pertinacia eorum facta eſt coram ipſis in laqueum, & in retributionem, & in ſcandalum.* Hæc in
D
Crant. lib. 7. cap. 47. prædicta Hiſtoria: quæ fermè ad verbum tranſtulit in ſuam Metropolim Krantzius.

Prædicavit quoque crucem Martinus V. contra Huſſitas non modò pravis opinionibus; ſed & urbes pagóſque in Bohemia ferro & igne vaſtantes. Exſtat Bulla hæc apud Cochlæum in hiſtoria Huſſitarum, cujus executio commiſſa erat Juliano ſancti Angeli Diacono Cardinali, magnæ autoritatis viro; qua, eadem privilegia tam ſpi-

Hæreticos [illegible] eoſdem deſertores, digma hoc, quaſi in aciem productum eſt ab Hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus; quibus inter cæteros, miniſtri ſunt *Cruce ſignati*, qui *voto emiſſo* pollicentur ſe, etiam cum vitæ fortunarúmque diſcrimine Catholicam fidem defenſuros. *Quorum Confraternitatem*, ùt ait Camillus Campegius, *ſummi Pontifices, quàm plurimis gratiis, indulgentiis atque favoribus illuſtrârunt;* qui etiam ad finem libri Zanchini adjicit ritum: quo iſti cruce ſignari ſolent. Cruce ſignatis adversùs Hæreticos eædem indulgentiæ conceduntur, quæ proficiſcentibus Hieroſolymam, opis ferendæ gratia. Ita enim Pontifex. *Catholici, qui Crucis aſſumpto charactere, ad hæreticorum exterminium ſe accinxerint, illa gaudeant indulgentia, illóque ſancto privilegio ſint muniti, quæ accedentibus in terræ ſanctæ ſubſidium conceduntur.* *Campeg. in addi. ad Zanch. lib. gol. de Hær. cap. 9. Vide eundem in cap. 37. Zanch. de iisdem in Lucerna Inquiſit cap. Excommunicamus extr. de Hæret.* G

Contra Saracenos, qui magnam partem Hiſpaniæ occupârant, prædicata eſt Crux cùm aliàs ſæpiùs tum tempore Innocentii III. ingénſque exercitus contractus, & in Saracenos miſſus ſplendidiſſimam victoriam obtinuit, cæſis ducentis millibus Saracenorum. Extat Alphonſi Regis Caſtellæ & Toleti epiſtola ad Innocentium III. qua feliciſſimum hoc prælium copioſè deſcribit, inter cætera etiam indicat, quibus armis, vicerint. *Nos,* inquit, *attendentes bellum illud eis omnino incomparabile, impetu equorum proceſſimus ſigno crucis dominicæ præeunte, & vexillo noſtro; in quo erat imago B. Virginis, & filii ſui in ſignis noſtris ſuppoſita. Cùmque jam nos pro fide Chriſti mori conſtanter eligeremus, attendentes Crucis Chriſti, & imaginis ſuæ matris ignominiam, quas lapidibus & ſagittis irritantes petebant, in arma furentes aciem illorum infinitæ multitudinis diviſimus, & licèt ipſi eſſent conſtantes in bello, & firmi ſuper domino ſuo, Dominus illorum aciem infinitæ multitudinis, crucis ſuæ gladio, trucidavit, & ſic rex Saracenorum cum paucis in fugam converſus fuit, &c. Nos autem inſequentes eos uſque ad noctem* *Vide Roder. Tolet. lib. 8. de rebus Hiſp. cap. 8. Apud Marianam lib. 11. de rebus Hiſp. c. 25.* H

Digitized by Google

nihil moratus in Albam ſe contulit, haud parvam cruce ſignatorum manum adducens. Joannes quoque Huniades, contractis raptim copiis, eò profectus eſt, &c. Turca interim apud Albam caſtra metatus, ſummis viribus, eam urbis partem oppugnare adoritur, qua planius patuit aditus, diſpoſitisque tormentis raræ atque inſolitæ magnitudinis priores muros aperuit. Vacuum haud parvum ſpatium intus erat, uſque ad murum alterum. Hic cruce ſignati ſtationes habuerunt. Parùm tecta armis acies gladiis haſtisque tantùm hiſpida, verùm ferocitate animi & cœleſti auxilio fiſa. Ingreſſi per muri ruinas Turcæ atrox cùm his prælium commiſere.

C *Capiſtranus ex turri clamitans Chriſtianos hortari, vexillum Crucis oſtendere, opem de cœlo promittere, maledicere hoſtibus, Dei præſentiam implorare. Huniades modò huc, modò illuc cum globo militum currere, inſtaurare ordines, pro feſſis validos, pro ſauciis integros ſufficere, Imperatoris ac militis officium exequi. Pugnatum eſt ſumma utrinque vi: modò noſtri, modò Turcæ pedem referre. Hinc viventium clamor, inde morientium audiri gemitus. Audaciores primique bellatores confoſſi gladiis cadere, ſuper cadavera paſſim ſtrata belligerari, pulſi extra mœnia hoſtes. Inſtante ſuo Imperatore, urgente, caſtigante; Turcæ iterum irrumpere, iterum pugnare, acriter Chriſtianos in ultimum diſcrimen adducere.*

D *Poſtremò Chriſtiana virtute repulſi, denuò periculi magis quàm pudoris anxij, oppidum fœdè relinquere. Rurſus ſequentibus cruce ſignatis extra muros pugnam inſtaurare. Mox ex propoſito fugere, & quàm longiſſimè Chriſtianos ab oppido protrahere. Interim aciem à latere immittere, quæ reditum in urbem egreſſis intercipiat: furentes noſtri ac victoria exultantes, in quod præcipitarentur diſcrimen non advertère, paulùm proceſſuris & à fronte, & à tergo periculum imminere. Vidit ex muris* militiæ nomen dediſſent.

Adversùs idololatras in Pruſſia Crux non ſemel prædicata eſt, & aſſumpta. *Anno Domini M.CCLXV.* inquit Compilatio Chronologica, *Albertus Landgravius Thuringiæ, & Marchio Otto de Brandenburg, cum filio ſuo; Albertus etiam Dux de Braunſchvveig, & multi alij in Prutziam peregrinantes contra Paganos cum ſigno Crucis profecti ſunt. Quibus debellandis Teutonici Crucigeri potiſſimùm acciti ſunt, amiſſa jam Syria.*

Eo tempore, quo Conradus Imperator Cruce ſuſcepta in Palæſtinam profectus eſt; G
alij, præſertim Saxones, contra Sclavos Idololatras expeditionem Cruciatam instituerunt, de qua Helmoldus hæc. *Tertius ſignatorum exercitus devotaverunt ſe ad gentem Sclavorum, Obotritos ſcilicet, & Lutitios, nobis confines, ulturi mortes & exterminia, quæ intulerunt Chriſticolis, præcipuè verò Danis. Hujus verò expeditionis capitanei erant Albero Hamemburgenſis, & univerſi Saxoniæ Epiſcopi: Præterea Henricus Dux adoleſcens, Conradus Dux de Zaringe, Adalbertus Marchio de Saltvvidele, Conradus de Within.* Ejuſdem expeditionis meminit Otto Friſingenſis, additque milites hujus militiæ non geſtâſſe Cruces *veſtibus ſimpliciter aſſutas, ſed à rota ſubterpoſita in altum protenſas.* H

Helmold. lib. 1. Chron. cap. 63.

Otto lib. 1. de rebus Frid. Imp. cap. 9.

Contra idololatras in Livonia crux prædicata eſt cùm ab aliis, tum à Bertoldo altero Rigenſi Epiſcopo: *Cujus prædicationis inſtantia,* inquit Arnoldus Lubecenſis, *nonnulli ſublimes & nobiles ſignaculo S. Crucis inſigniti, ad deprimendas gentilium vires, vel potiùs ad cultum Chriſti perdomandas, iter peregrinationis arripiunt. Nec defuerunt ſacerdotes & literati, ſuis exhortationibus eos confortantes,*

Arn. lib. 7. Chron. c. 9.

Digitized by Google

Papæ, ut etiam contra Conradum Friderici filium, in auxilium Landgravii Thuringiæ Ducis, qui de novo, cum aſſenſu & favore ſummi Pontificis, electus erat in Regem Alemanniæ.

Siffridus. *Clemens Papa crucem prædicari fecit contra Conradum regem, filium Imperatoris Friderici, & contra civitates Tuſciæ, & Longobardiæ illi adhærentes.* Platina de Alexandro IV. *Cùm Ecelinus Tyrannus Mantuam obſideret, Philippum Fontaneſium, Archiepiſcopum Ravennatem, Alexander Venetias properè miſit, qui, prædicata Chriſti cruce, comparatóque exercitu, Anſediſium Ecelini ex uxore nepotem, Patavio expulit.* Meminit ejuſdem Ecelini cruciſque adversùs illum prædicatæ Cantipratenſis; aitque, fuiſſe ſeptimam ſui

C temporis prædicationem crucis: nam ſexta contra *Aquenſes*, ſeu Aquiſgranenſes inſtituta eſt *qui ſe pro ſchiſmatico*, ùt inquit, *Friderico, quondam Imperatore, contra Wilhelmum Regem Romanorum electum oppoſuerant.*

Contra Manfredum Siciliæ Regem crux prædicata eſt ſub Urbano IV. Pontifice. De

Panl. lib. 4. hiſt. Neap. quo hæc Pandulphus Collenutius. *Jam in Galliam Legatos miſerat Urbanus, ut Crucis ſigno delictorum remiſſionem iis annunciarent, qui ſibi adversùs Saracenos Manfredúmque auxilio forent: ſicque magnum Crucigerorum exercitum comparaverat ducibus Guidone Antiſiodorenſi Epiſcopo; Richardo Vindocii Comite, & Roberto Flandro, Caroli Adjovini & Narbonenſis provinciæ Comitis genero, qui conjunctis viribus Albæ apud Taurinos per Longobardiam in*

D *Latium itidem pervenerunt, & Saracenos illinc abſque ulla difficultate ac ſanguine expulerunt.*

Pervenimus ad finem expeditionum cruciatarum. Clauſulæ loco addamus iſtud: Harum expeditionum fundamenta olim jacta fuiſſe à Sylveſtro II. Pontifice Maximo, qui priùs Gebertus appellabatur; & à Gregorio VII. Illius enim extat hæc epiſtola ad

ſepultus, hinc ad cœlos elatus. Sed cùm Propheta dixerit: Erit ſepulchrum ejus glorioſum, paganis loca ſacra ſubvertentibus, tentat diabolus reddere inglorium. Enitere ergo miles Chriſti, eſto ſignifer & compugnator, & quod armis nequis, conſilij & opum auxilio ſubveni. Quid eſt quod das aut cui das? nempe ex multo modicum & ei, qui omne quod habet, gratis dedit, nec tam ingratis recepit, & hic eum multiplicat, & in futuro remunerat, per me benedicit tibi, ut largiendo creſcat & peccata relaxet, ut ſecum regnando vivas. Hucuſque Gerberti literæ.

At Gregorius VII. claſſicum generatim adversùs Saracenos Imperio Conſtantinopolitano nimiùm imminentes cecinit; quibus feliciter devictis, dubium non erat, quin G

Hieroſolymam uſque proceſſurus fuiſſet: Anno igitur ſecundo ſui Pontificatus hanc ad omnes Fideles epiſtolam miſit.

Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei omnibus Chriſtianam fidem defendere volentibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Notum vobis eſſe volumus, hunc virum præſentium portitorem, dum de ultramarinis nuper reverteretur partibus, Apoſtolorum Limina & noſtram præſentiam viſitâſſe. A quo, ſicut à pleriſque aliis cognovimus, gentem paganorum contra Chriſtianum fortiter invaluiſſe Imperium, & miſeranda crudelitate, jam ferè uſque ad muros Conſtantinopolitanæ civitatis omnia devaſtâſſe, & tyrannica violentia occupâſſe, & multa millia Chriſtianorum quaſi pecudes occidiſſe. Quade re, H

ſi Deum diligimus, & Chriſtianos nos eſſe cognoſcimus, pro miſeranda fortuna tanti Imperii, & tanta Chriſtianorum clade nobis valde dolendum eſt. Et non ſolùm dolere ſuper hac re, debitæ ſollicitudini noſtræ ſufficit, ſed animas pro liberatione fratrum ponere, exemplum Redemptoris noſtri, & debitum fraternæ charitatis à nobis exigit. Quia Joan. 10.

ſicut ipſe pro nobis animam ſuam poſuit, & nos debe-

Digitized by Google

LIBER .

Digitized by Google

EXPEDITIONUM CALUMNIATORES REINERUM REINECCIUM, ET MATTHÆUM DRESSERUM, ALIOSQUE SECTARIOS.

ANNO Domini M.D.LXXXIV. *edidit Reinerus Reineccius, Hæreticus*, Chronicon Hieroſolymitanum, hoc eſt, de bello ſacro Hiſtoriam, libris 12. expoſitam, *Auctore Anonymo quodam, qui illo ipſo tempore, quo prima expeditio, Duce Godefrido Bullionio, ſuſcepta eſt, vivebat; ùt clarum ex procemio, quod operi ſuo præpoſuit. Huic Chronico, quod eſt Alberti Aquenſis canonici & cuſtodis, ut in manuſcripto quodam codice reperimus, adiecit editor prolixam, verboſam, & calumniis refertam præfationem, cui adjunxit ejusdem notæ, tanquam* ἐπίμετρον, *omnis judicii expers, judicium quoddam Matthæi Dreſſeri de ſacris expeditionibus, hominis in iiſdem caſtris, hoc eſt, Lutheri vel Calvini, cum Reineccio militantis, & ex criminationibus conſuti. Utriuſque calumnias breviter refellere inſtitui. Quod ut præſtem, ipſa à me hactenus explicati argumenti ratio poſtulare videbatur.*

Animadverto autem horum ſeu convicia ſeu mendacia, ſeu utraque ſimul, pertinere partim ad Auctores cruce ſignatorum expeditionum, Romanos Pontifices; partim ad ipſos Cruce ſignatos: partim ad modum expeditionum: partim ad exitum. Quæ ordine examinabimus, & quantum ponderis habeant, expendemus. Si tamen priùs veram cauſam, & originem indicemus, cur hæretici expeditionibus in Saracenos & Turcas miſſis tam libenter, & cupidè obtrectent: nam quæ ipſi obtendunt, ea tantùm velandæ turpitudinis ſuæ gratia obtendunt; ne id, quod volunt & faciunt, apertè velle & facere videantur. Et quid illud? Bene velle; & quà licet, benè facere Saracenis ac Turcis. Quæ cauſa voluntatis tam propenſæ, niſi amor erga Saracenos, & odium in Orthodoxos Chriſtianos? Ex amore enim naſcitur benevolentia; & quantum quis hos amat, & amplificatos cupit; tantum neceſſe eſt, ut oderit, depreſſóſque exoptet illos; qui iis, quos in ſinu & oculis fert;

animo

Digitized by Google

ant, mirandum non eſt, ſi conviciis debacchentur in Cruciatas *expeditiones; quarum Auctores, ipſi ſummi Eccleſiæ Præſules, quibus nihil aliud erat propoſitum, quàm Saracenorum & Turcarum, quorum vires jam tum in dies magis invaleſcebant, interitus ac exitium.*

Dicat quis. Lutherum rejeciſſe poſtea dogma hoc ſuum, & aſſertionem de Turcis bello non petendis: In viſitatione enim Saxonica hæc ab eo ſcribi: Clamant aliqui prædicatores *temerariè (quorum tu ſignifer es, liquet ex articulis tuis, & ex articulorum aſſertione)* non reſiſtendum eſſe Turcæ. Hic ſermo ſeditioſus eſt. *(ſeditioſus igitur tu ipſe es, ô Luthere, quia à te primitus prolatus eſt)* qui neque ferri, neque permitti debet. *(Et tamen fertur ac permittitur in Tomis Lutheri Latinis & Germanicis, auditúrque ac legitur quotidie ab innumeris.) Non ignoro hæc à Luthero literis mandata. Interim & hoc ſcio, doctrinam, quam de bello Turcico plenus adhuc novi Evangelii muſto tradiderat, tam in ipſius Lutheri pectore ſemper hæſiſſe, quàm in poſterorum cordibus firmiter hærere. Non mentitur vetus verbum.* A teneris aſſueſcere multum eſt: *Nec falſum triviale illud,* Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem teſta diu. *Nam quòd in viſitatione Saxonica cœpit plebem ad Turcicum bellum adhortari, id non tam voluntate, quàm neceſſitate fecit: videbat enim ſuos eò uſque progredi, unde forſan ſalvo capite, regredi non poſſent, ni maturè pedem referrent; jam enim, teſte Eraſmo, qui tempore viſitationis Saxonicæ vivebat & ſcribebat, plerique à Luthero & prædicantibus inflammati, palam vociferari non erubeſcebant, ſatius eſſe, arma ſumere contra* baptizatos Turcas, *hoc eſt, contra Carolum V. Imperatorem & Ferdinandum Cæſarem; quàm contra Turcas non* baptizatos.

Jam Ulricus Huttenus Lutheri propugnator, acerrimus, ad Fridericum Principem Electorem, Ducem Saxoniæ hæc furioſiſſimè effuderat. Utinam Turcæ ſerviamus potiùs, *(quàm ſacerdotibus)* qui viri ſunt, & inprimis ſtrenui, ac rei bellicæ, ut vix ulla natio, periti, &c. Quin etiam mitiùs imperant Turcæ, & in ſubjectos æquiores ſunt, &c. *Erat hoc Luthero in more poſitum, ut ova ab aliis excludenda poneret. Quæ quando excluſa, publicè nimium diſplicebant, præſertim principibus, Lutheraniſmi ſtudioſis, ipſe ſtatim, velut innocentiſſimus, contrà tonare & fulminare occipiebat; quaſi quod factum erat, ſe invito, & reluctante, non adjuvante & operam conferente, factum fuiſſet. Sic poſtquam ſpiritus Anabaptiſtici & Iconoclaſtici, & tumultus illius agreſtium, in quo tot millia occubue-*

Digitized by Google

ſeu conſtanter adhæreſcunt, ad articulum trigeſimum quartum. Præliari adversùs Turcas eſt repugnare Deo, viſitanti iniquitates noſtras per illos: *nam ſi articulum hunc tanquam falſum, ſeditioſum, totique Chriſtiano orbi extremè pernicioſum deteſtantur, cur non ex tomis Lutheri excindunt? Cur non abolent? Cur toties cudunt & recudunt? Cur non ſaltem lectorem de peſte hac cavenda, unica, eâque brevicula annotatiuncula commonefaciunt, ne Luthero hanc tantam inſaniam inſanienti fidem habeat? Cur ſi bellum in Turcas æquis oculis & animis intuentur, linguam vibrant in illos; qui jam olim glorioſiſſimos de Turcis triumphos retulerunt; & fama ſui nominis totum orientem complêrunt ac illuſtrârunt?*

Cur Pontificem Urbanum, harum expeditionum Auctorem primum, ſcurriliter & contemptim vocant TURBANUM; nimirum, quia turbavit Turcas horum ſocios & amicos, ne dicam fratres, nec verum cenſuit illud, quod Lutherus in libros ad nobilitatem Germaniæ ſcripſit: nullum eſſe pulchrius regimen uſquam, quàm apud Turcas, qui legibus Alcorani gubernantur: nullum autem turpius, quàm apud Chriſtianos, qui jure Canonico & civili reguntur. *Profectò non niſi ex ſummo in Saracenos amore; ſummóque in Catholicos odio Bibliander, ſeu Luthericola ſeu Calvinicola ille fuit, hæc effutire potuit in ſua Chronologia Tabula* 13. Urbanus, ſeu potiùs turbo ſæviſſimus, à ſpiritu malo homicidiis gaudente impulſus, bellum pro recuperanda Judæa commovit. *Macti Hæretici, ſic, ſic itur ad jugum Saracenicum. Rectam inſiſtitis viam. Biga vehimini expedita, quam bijuges amor & odium, concorditer trahunt; & ad metam deſtinatam rapiunt. Hæc præfari libuit, ut lector minùs miretur hos tam dura fronte eſſe; ut expeditiones ſacras conviciis & opprobriis inceſſere audeant. Agunt convenienter naturæ affectioni, diſciplinæ & inſtitutioni ſuæ. Quis miretur, ſi ignis urat; aqua madefaciat? Imò mirandum foret, ſi ille non ureret; hæc non humectaret.*

Nunc rem ipſam aggrediamur.

CAPUT I.

A *Examinatur & refellitur prima cauſa, qua Dreſſerus fabulatur inductum Urbanum II. Pont. ut bellum ſacrum indiceret.*

INDICTI hujus belli *duas cauſas ex multis excerpemus*, inquit Dreſſerus; *una eſt vindictæ cupiditas: altera regni aviditas.* Ut primam cauſam declaret, repetit diſſidia, & bella inter Gregorium VII. & Henricum IV. Imperatorem geſta; nominatim illud; quo Henricus Imperator Pontificem, Roma in poteſtatem ſuam redacta, fugavit, & ad Normannos ire compulit. Ait ergo, B *Urbanum II. Gregorii VII. ſucceſſorem ulciſci has injurias cupientem, & jugum Pontificibus ab Imperatore impoſitum excutere tentantem; expeditionem Hieroſolymitanam indixiſſe; ut Imperatorem viribus & copiis exhauſtum; faciliùs poſtea profligaret, & ex Italia exterminaret. Quid* verò, inquit Dreſſerus. *An dubitabimus, ſatis magnam cauſam tunc fuiſſe Romano Pontifici omnes occaſiones quærendi, quibus hoc ab Imperatore impoſitum jugum à cervicibus ſuis propulſaret, &c. Cùm autem alia via nulla procederet,*

quod

Digitized by Google

in ſola charta, cui illita, quam ipſe Reineccius, tantus Dreſſeri amicus, manifeſtæ falſitatis coarguit, ut paulò pòſt dicam.

Secundò, ſi Urbanus ulciſcendi Imperatoris & deprimendi Imperij gratia, ad transmarinam militiam Chriſtianos excitavit; ſtupidum profectò Imperatorem fuiſſe oportuit, cui Pontificis conatus non ſuboleret: pari itidem ſtupore occupatos fuiſſe dicendum eſt tot Imperij proceres, qui non animadverterint, quorſum Pontificis mens collinearet.
C Solus Dreſſerus tam acutus eſt & ſagax, ut poſt quingentos annos odoratus ſit illud, quod omnes, qui militiæ illi vel interfuerunt, vel tempore illo floruerunt, fugit.

Tertiò, ſi expeditio ſub Urbano in perniciem Henrici Imperatoris & Romani Imperij excogitata fuit; qui fit, quòd, ùt tradidit Aventinus, & ex Aventino Reineccius, Henricus IV. Cæſar, Imperij proceres ad ſacram militiam cohortatus eſt, *de ejúsque auctoritate, cùm alij, quorum nonnullos Albertus, plures Aventinus commemorat, tum Welfus IV. hanc profeſſus eſt?* Agnoſcis, opinor, verba Reineccij. An adeò excors erat Henricus, ut Pontifici opem ferret ad exhauriendas vires Imperij, in Imperij ſimul & Imperatoris
D ruinam? Quid cæcus livor non fingit; quid non aſſerit, dummodo, quem execratur, lædat; ſi non re, certè maledictis? Ecce enim Dreſſerus mentitur, hanc expeditionem ab Urbano ſuſceptam evertendi Henrici IV. Imperatoris gratia. Negat hoc Reineccius, & rectè negat; quia omnes antiqui ſcriptores aliam hujus expeditionis cauſam reddunt. Et tamen hoc ſui ſodalis commentum, etſi verè commentitium, perire noluit Reineccius, ideò tantùm, quia Pontifici maculam aſpergebat. Libro itaque ſuo aſ-*bellum ipſum ad Romani Imperii dignitatem pertinuiſſe.*

En, tantum abeſt, ut Reineccius putârit, hoc bellum cœptum in perniciem Henrici, & depreſſionem Romani Imperii, ut ipſummet Henricum hujus militiæ Auctorem ſtatuat; dicâtque, ſuaſum ab Henrico bono Germaniæ, & pacis ſtabiliendæ gratia, & ad dignitatem Romani Imperii pertinuiſſe. Qua ratione, obſecro, conſonant hæc cum Dreſſeri figmentis, ſeu potiùs contumeliis? Gratias tibi Reinecci, qui amici & encomiaſtæ tui impudentiam tam G
bellè refutas; bellè, inquam, quia ſternis eam; tametſi non ſatis pudenter; ut proinde vanitas vanitatem, & impudentia impudentiam hoc loco pulſet, & exterminet. Quæ enim inverecundia, decus & laudem hujus belli, transſcribere Henrico IV. Imperatori, & quidem in ſolidum: cùm teſtimonio omnium Hiſtoricorum conſtet, Principes alióſque Chriſtianos, voce ſummi Paſtoris Urbani excitos, ad ſacræ militiæ ſigna convolâſſe; Petrúmque Eremitam primò omnium ad Urbanum Pontificem ſeſe contuliſſe, ut Sedis Apoſtolicæ auctoritate fretus & munitus, cæteros Principes; quos adire parabat, ardentiùs ad *prælia Domini prælianda* inflammaret? Haud imus inficias, alios itidem Principes tam Eccleſiaſticos, H
quàm politicos, non parùm momenti ad primam illam peregrinationem contuliſſe; ſed motos, ut ſic loquar, ab Urbano, *motore primo*; nam quæ vel Petrus Eremita, vel illius impulſu, fideles in Palæſtina, vel ipſe Alexius Græcus Imperator, vel alii priùs egerant; ea non tam facta, quàm conſilia & deliberationes fuére. At ubi Pontifex operi manum admoliri cœpit; confeſtim conſilia in facta verterunt, jámque tranſactum da-

Digitized by Google

ſa expeditione; fuiſſet itidem Vicarius dun-
B taxat illius in ipſo Regno, atque adeò tantùm *Vicerex*, ùt & Balduinus frater, ſucceſſor in regno. At quis hæc non dicam fando, ſed vel ſomniando unquam audivit?

Præterea, ſi Godefridus fuiſſet Imperatoris Vicarius, totus ille exercitus ſub ipſius nutu & Imperio militâſſet, & ipſe omnibus tanquam dux & caput præfuiſſet; ſinguli enim, potiſſimùm principes fuère liberi & ſui juris, nec cuiquam obtemperare obligati. Et hoc eſt præter cætera, non poſtremum ex illis, quæ in prima expeditione Cruciata prorſus admirabilia apparent. *Quis enim tot principes, tot duces, tot milites, tot pedites ſinè Rege, ſinè Imperatore dimicantes eatenus audivit?* inquit Baldricus Archiepiſcopus in Prologo Hiſtoriæ Hieroſolymitanæ, *neque ſiquidem in iſto exercitu alter alteri præfuit; alius alii imperavit, nemo, quod ſibi pe-*
C *culiare videbatur, diſpoſuit, niſi quod ſapientium commune conſultum decrevit, niſi quod plebiſcitum collaudavit.*

Ait Reineccius, *ſecuti ſumus Aventinum lib. 5. ſcriptorem, inquam talem, qualem inter omnes eſſe conſtat.* Nimirum qualem illum artificioſiſſimo penicillo non ſemel depingit *Marcus Velſerus*, IIVir Auguſtanus in libris rerum Auguſtanarum Vindelicarum, & in Boiorum Hiſtoria.

Cæterùm ùt Dreſſerus odio Pontificis finxit Urbanum nihil aliud ſpectâſſe, quàm ut Henricum & Imperium peſſundaret; ita Reineccius, paribus odii tædis ſuccenſus totam hujus rei laudem tribuit Henrico Imperatori; *quia*, inquit. *ſpectat hoc ad Germanici nominis decus.* At non ſpectat ad nominis Germanici decus, ut tu mentiaris; & alienis plu-
D mis Germanos ornes. Ipſi hanc laudem integram ſibi non depoſcunt; ſatis habent, quod in communionem laudis admittantur. Interim bellè, ùt ſuprà monebam, ſua vanitate refellit Reineccius vanitatem ſui Sodalis: neque enim ſola veritas, ſed & non rarò falſitas expugnat falſitatem; quando ſcigarum; qui longè cæteros ſuperâſſent, ſi Im-
peratoris Germani hortatibus inducti pere- F
grinationem illam obiiſſent. Ad hæc, Aventinus nuſquam ſcribit, Godefridum Bullionium fuiſſe in hac expeditione *Vicarium* Henrici; & ut ut ſcriberet, quis ſcribenti fidem commodaret? præſertim cùm Aventinus de hac militia omnia miſceat & prima cum poſterioribus, & hæc cum illis confundat, qui in Pontificis mentione omittenda Reineccio *impigrè*, fateor, *prævit*; & eo ipſo Dreſſeri impudentiam aliquando exorituram, ſatis refutavit.

CAPUT II.

Expenditur & refellitur altera cauſa, qua Dreſſerus & Reineccius ajunt, Urbanum Pont. impulſum, ut bellum tranſmarinum indiceret.

ALTERA cauſa indicti ab Urbano bel-
li, *eſt regnandi cupiditas;* inquit Dreſ- G
ſerus. Hanc ut ob oculos ponat, mendacia in explicatione prioris cauſæ effuſa repetit, quaſi repetita venuſtiora ſint; quàm ſemel tantùm effuſa. Dicit ergo, *Urbanum ſatis advertiſſe ſe terminos ſuos proferre & dilatare non poſſe; niſi vires Imperii imminueret ac infringeret; infringendi autem commodiorem viam non occurriſſe, quàm ut principes, magnámque Imperii partem in Aſiam pelliceret ac tranſmitteret.*

Verùm hanc partem hujus ſecundæ cauſæ refellunt Reineccius & Aventinus, ùt antea dictum; qui tradunt, ipſum Henricum Hieroſolymam proficiſci ſtatuiſſe, & quidem non ſemel, ùt Aventinus expreſsè ſcribit; nec Pontificis, ſed ſuopte nutu: imò Pontificis odio incenſi iſti vix fateri volunt,
Urbanum quidquam ponderis & operæ ad H
hanc expeditionem contuliſſe.

Quòd ſi hæc fuit mens Pontificis, quam ei affingit Dreſſerus, iterum mirari ſubit, quomodo Henricus IV. Imp. & alii proceres Imperii, fucum ſibi fieri ſiverint; ut pro-

Digitized by Google

niſi ex nupero Aventino, demonſtrare poſſe, Guelfum Bavariæ Ducem, Crucis ſignaculum tempore primæ expeditionis ſub Godefrido, ſuſcepiſſe; hoc enim Aventinus, & iſte ſectarius ex cerebro ſuo fingunt; aut ſi non fingunt, nominent auctorem, qui id prodiderit. Ipſemet Albertus, quem Reineccius vulgavit, nil ſimile tradit; multò minùs alii. Omnes enim Guelfi expeditionem referunt ad annum Domini M. C. I. qui erat primus annus Regis Balduini, ſucceſſoris Godefridi. Credibile ſanè eſt profecturum fuiſſe Welfum cum reliquis principibus, ſi unà cum illis ſignaculum Crucis C accepiſſet. Quod etiam de Conrado Henrici IV. Conſtabulario intellectum volo.

Reineccius ex his ſalebris ſe non extricat. Ait. *De Welfo, quid cauſæ intervenerit, quòd is tardius profectionem ſuam ſuſcepit, ignoratur.* At ego non neſciri exiſtimo; non enim ad primam Crucis prædicationem ſignaculo crucis ſe ſe inſignierat, quidquid Aventinus ſine teſtimonio antiquorum nobis decantet; qui etiam Thiemonem Archiepiſcopum Salisburgenſem, & Idam ſeu Itam Leopoldi Ducis Auſtriæ matrem, & alios poſt captam à Godefrido Hieroſolymam, eadem vanitate ad primam Cruce ſignationem refert. Satis de his. Pergamus.

vide ſuprà l. 1. c. 12.

Ut Dreſſerus confirmet Urbanum II. dominandi cupidine inductum, militiam crucesignatam indixiſſe & conſtituiſſe; hunc D in modum ſcribit. *Cave putes, religionis potiùs, quàm dominationis cauſâ bellum ſacrum ab eo indictum.* Quàm ſollicitè monet, ut lector caveat. Ne pareamus tamen monenti, donec cognoſcamus cauſam, ob quam tam anxiè nos commonefacit. *Ambierat*, inquit, *jam multis annis Eccleſiæ orientalis primatum, nec potiri tamen eo, ad illud uſque tempus potuit.* Si quis cupiat id, quod ſibi jure plurimi erant cùm alibi, tum in Palæſtina; qui ſummum Pontificem tanquam Eccleſiæ caput, venerarentur: inter quos & ipſe Patriarcha, cum quo Petrus Eremita egit, fuiſſe videtur; cùm ſcriptores Latini non aliter de illo ſcribant, quàm de viro præclara vitæ ſanctimonia & innocentia prædito; quod certè non facerent; ſi ſchiſmatis crimine contaminatum aut noviſſent, aut exiſtimâſſent.

Fatemur ergo Urbani conſilium inter cætera hoc etiam ſpectâſſe; ut Eccleſia Chriſtiana, atque adeò Romana, cui Pontifex præſidet, (quia præter hanc nulla eſt Chriſtiana) amplificaretur, útque oves, quæ G per devia oberrabant, ad ovile reducerentur. Quod Pontifici magis vitio verti non poteſt; quàm quòd ſollicitus ille paſtor, perditam & vagabundam oviculam quæritans, inventámque propriis humeris imponens, ad reliquum gregem reportavit; & hoc eo fine, ut nova acceſſione gregem adaugeret.

Nam quòd Hæreticus mentitur, Pontificem *terram ipſam appetiviſſe per hoc bellum ſacrum*, id cæteris ejus calumniis adſcribatur. Urbanum ſanè Pontificem liberant ab hac criminatione omnes Principes, quorum forti dextera Palæſtina in poteſtatem Chriſtianorum venit: & omnes Hiſtorici, qui clariſſimi exercitus generoſiſſima facta in literas miſerunt. Quod inſuper ait, Gregorium H IX. occupâſſe provincias Friderici II. Imperatoris, dum is in Syria verſaretur, id calumnia non vacat: nam Pontifex ſibi per vim & injuſtè ablata, recuperavit. Nec prior bellum intulit; ſed illatum à ducibus Friderici propulſavit. Conſulantur Hiſtorici, & in his Platina, Pontificibus adulari non conſuetus; & judicium fiat de fronte hujus ſectarii.

Digitized by Google

quaque cincto, plena manu expendere oportebat.

In hac ſecunda cruciatarum expeditionum cauſa concinit Reineccius ſuo præconi Dreſſero. *Si cauſas*, inquit, *ſcrutère*, *ea proculdubio princeps deprehendetur*, *quòd Romano ſolio major potentia quærebatur*, *præſertim pendente tunc adhuc lite de Eccleſiaſticis dignitatibus à Gregorio VII. Urbani deceſſore*, *mota.* Audi Hæretice. Chriſtianæ Reipublicæ & religionis propagatio & amplificatio quærebatur. Hæc autem obtineri non poteſt; niſi conjuncta cum Eccleſiæ Catholicæ & Romanæ diffuſione, & ampliatione. Quam qui deſiderat, is utique *bonum opus deſiderat.* Quid criminis, ſi pater, filiorum; & paſtor,
C ovium incrementum ſtudioſè quærat? Nec lis Gregorii VII. cum Imperatore jus Pontificis imminuit. Abſtraxit quidem aliquamdiu nonnullas oviculas, ſed ſuo tempore ad unitatem & concordiam cum cathedra Petri regreſſuras. Neque enim hujuſmodi nubila ſemper durant. Disjiciuntur tandem, & in gratiſſimam ſerenitatem commutantur.

Mox, inquis, *Hieroſolymitanus & Antiochenus Patriarcha Pontificis jugum ſubierunt.* At *jugum ſuave* & *onus leve*, quod qui non præoptat & præfert jugo Lutherano, Calviniano, & Saracenico, is, opinor, helleboroſis rectiùs annumeratur, quàm ſanis. Addis. *Et hodie etiamnum Maronitæ Chriſtiani, Libani montis incolæ*, *eidem ſubjecti ſunt.* Ita eſt, mi homo. Et Romæ collegium Maro-
D nitarum à Pontifice Romano conditum eſt, eo fine; ut ejus alumni, omni diſciplinarum genere in Italia exculti, in patriam poſtmodum regreſſi, popularibus ſuis in obſequio Romanæ & Catholicæ Eccleſiæ perſiſtendi auxilio ſint, & incitamento.

Pontificis mente feliciter & ingenioſè ab utroque Novatore explicata; addit Reineccius fabulæ *Epicitharisma.* Vocat Urbanum, *Turbanum*: ídque ex Bennone, *Cardinale*, ùt ex ipſis cœli tectibus redderet illis. *Avertantur ſtatim erubeſcentes*, *qui dicunt mihi euge*, *euge.* Quia, ùt inquit Auguſtinus, *tali oleo pinquefactum eſt caput hæreticorum*, *cùm dicunt*, *ego ſum, ego ſum. Et dicitur illis: Tu Domine. Acceperunt euge, euge: ſecuti ſunt euge, euge: facti ſunt duces cæci cæcorum ſequentium.* Apertiſſimis vocibus *Donato* (Luthero) *dicuntur iſta cantica: euge*, *euge*, *dux bone*, *dux præclare: & non dixit ille*: *avertantur ſtatim & erubeſcant*, *qui dicunt mihi euge*, *euge*, *nec eos corrigere voluit*, *ut Chriſto dicerent: dux bone*, *dux præclare.* S. Aug. in Pſal. 69.

Olim primo conſpectu his verbis invaſerat Achab Rex Eliam Prophetam. *Túne es ille*, *qui conturbas Iſraël?* Cui intrepidè Propheta, *Non ego turbavi Iſraël*, *ſed tu*, *& domus patris tui*, *qui dereliquiſtis mandata Domini*, *& ſecuti eſtis Baalim.* Idem reſponſum jure det his hæreticis turbinibus Urbanus. Non ego turbavi Eccleſiam, ſed tu (Bibliander, Reinecci, Dreſſere, ſimiles) & domus patris veſtri (Lutheri & Calvini) *qui dereliquiſtis mandata Domini*, *& ſecuti eſtis Baalim* (hæreſin. 3. Reg. 18. G

Porrò, quia aliquis Hæreticis iſtis objicere poterat, Pontificem, pietatis intuitu, & religionis inſtaurandæ gratia, hoc bellum indixiſſe, occurrit Dreſſerus in hunc modum: *Nullum hic pietatis documentum in Pontifice apparet. Fucata & plena ſuperſtitionis ſunt omnia.* Quid ita verò? *Non enim fundamentum ex verbo Dei ullum proferri poteſt quo ſuſceptio atque conatus talis niti poſſit.* Ergo, ut video, ex decretis iſtorum, ſacris literis conforme non eſt, ut impij ex Provincijs, quas Chri- H
ſtianis per vim ademerunt, exterminentur! Ergo neque jam licitum erit Turcas ex Hungaria vi & armis expellere. Quo enim jure Cruce ſignati olim in Palæſtina adversùs Saracenos bellum geſſerunt, eodem hodie belligerant Chriſtiani cum Turcis in Hungaria, & alibi. An nullo ſacrarum literarum fundamento nititur, ut jugum Mahometanum à cer-

pore Saladini, qui eam Chriſtianis eripuit? Nunquámne Hieroſolymæ Chriſtianæ Religionis cultus floruit ante Ducem Lotharingiæ Godefridum? Ubi quæſo ſcriptum, quandoquidem ſcripturam ſemper in ore geris, Deum velle, ut poſt deſtructionem ſub Tito, civitas illa in æternum nunquam reparetur? Et ſi hæc Dei voluntas erat; qui factum, ut poſtquam ab Ælio Adriano reſtituta eſt, ad hoc uſque tempus duret; tantis annorum ſpatijs, & tanta ſibi mutuò ſuc-
C cedentium Principum viciſſitudine? Si Deus noluit ullum divinum cultum in illa urbe vigere, qua ratione accidit; ut ante Conſtantini Magni ætatem Epiſcopi ſanctiſſimi cathedram Hieroſolymitanam tenerent, & populo Chriſtiano jura darent; & loca Chriſti contactu ſanctificata, religioſiſſimè colerent; ſub ipſum autem Conſtantini Imperium, & multis annis pòſt, uſque ad Heraclium Imperatorem, ampliſſima & magnificentiſſima templa Hieroſolymis, & in tota Palæſtina ſint ſumptuoſiſſimè in honorem Dei, & memoriam Sanctorum exſtructa? ut taceam Monaſteria, quorum innumerabilis erat copia.

Qui factum, ut ex toto terrarum orbe omnis ætatis, conditionis, & ſexûs frequentiſſimi accurrerent adoratum in loco, ubi ſteterunt pedes Domini; veneratúmque ſa-
D croſanctam Crucem; & ſepulchrum Domini; & præſepe, in quo reclinatus; & alia monumenta, Chriſti & Apoſtolorum conſortio & uſu conſecrata?

Voluit quidem Deus deleri Hieroſolymam; & delevit quoque; ſed illam Judaicam; illam Domini interfectricem: nec tam illam propter illam, quam propter ſceleratos incolas delevit. At ubi vetuit, obſecro, ne in locum veteris & Judaicæ Hieroſolymæ, exſtrueretur nova & Chriſtiana; Chriſtianorum habitaculum futura? nam non plum cultui Chriſtiano dedicatum; cui etiam tota Hieroſolyma deſtinabatur, ſi non ex propoſito Adriani, certè ex conſilio Dei, utentis ad hoc Adriani, quamvis ignorantis, miniſterio.

Adhæc, qui fit, quòd cultus Chriſtianus illa in Civitate ſemper duravit, etiam ſub Imperio Saracenorum, licèt ſub jugo gravi? Qui fit; quòd ad hodiernum uſque diem adhuc perſeverat, & quidem cultus Chriſtianus Romanus? Mirum & illud; ſi terra illa non eſt terra benedicta, ſed maledicta; vocatam eſſe perpetuò & etiamnum vocari per antonomaſiam, *terram ſanctam:* idque non ſolùm G ſermone & uſu latino; ſed & aliarum nationum idiomate ac conſuetudine. Quis unquam dixit; Deum templum & cultum ſuum; hoc eſt, Chriſtianum, hic enim jam eſt verus cultus Dei, vigere noluiſſe Hieroſolymis? An Cruce ſignati Judaicum cultum reducere volebant? Hunc olim ſuum, ſed poſt mortem Chriſti antiquatum, jámque non ſuum, abſtulit Deus irreparabiliter; quia Judaiſmum non vult revocari, & non reſuſcitari, quippe jam mortuum ac ſepultum. Sed non inficias ibunt iſti, niſi fallor, cultum Chriſtianum, & Judaicum magno diſcrimine ſecerni: illúmque Deo in *omni loco dominationis ſuæ* deferendum eſſe: hunc nunquam & nuſquam.

Quantam porrò amentiam produnt illa H verba: *Superſtitio erat deteſtanda, ibi templum Dei, cultum aut regnum inſtaurare velle, unde Deus templum & cultum ſuum abſtulerat.* Abſtulit Deus ex omnibus propè totius mundi Provincijs cultum Judaicum. Abſtulit ſynagogas innumeras. An malè fecerunt, qui in ablati cultus Judaici locum ſubſtituerunt templa & ſacra Chriſtiana? Mirum, à condito Chriſtianiſmo, nulli Imperatori, nulli Regi, nulli Principi, nulli denique hominum, qui ſaperet, in mentem veniſſe, id quod

Digitized by Google

ſeſe admiſcuiſſet. Cæterùm admiſceri non potuit. Necdum enim terris erat cognitum. Necdum ex Styge eruperat. Necdum Furiæ Furippos iſtos genuerant.

Addit Hæreticus. *Erravit Pontifex vehementer, ſi ſpem aliquam in terreſtri Hieroſolyma poſitam habuit, cùm ideo eam deſtructam everſámque funditus velit Deus, ut ad cœleſtem Hieruſalem mentes, atque cogitationes ſuas omnes Chriſtiani referant.* Iterum mentitur, Deum Civitatem Hieroſolymitanam deſtructam C velle, & quidem funditus. Unde hoc, oro, tibi conſtat? An ex ſacris literis? At illæ nihil de hoc: tantùm de illa loquuntur, quæ Chriſtum occidit, illa funditus deſtructa eſt; Ubi verò patefecit Deus, ſe nolle, ut in locum deſtructæ ſufficiatur nova? An ex eventu hoc tibi conſtat? At Hieruſalem ſtetit hactenus per tot ſæcula; & ſtat hodie, ſtabítque in poſterum. Et ſi Deus penitus deſtructam vellet; quis voluntati ejus obſiſteret? Deinde, terreſtris Hieruſalem non magis obſtat elevationi & aſcenſioni mentis ad cœleſtem illam Hieruſalem, quàm quævis alia civitas; omnes igitur evertendæ erunt, ne mens à cœleſtium rerum conſideratione retardetur; imò terreſtris Hieroſolyma tactu, & præſentia Chriſti ſanctificata; & Chriſtum quaſi adhuc ſpirans, cœleſtémque odorem ejus quodammodo efflans, D mirabiliter animos ad Chriſtum in cœlo verſantem erigit, excitat, inflammat: quod multi jam olim experti, & in his etiam noſtri *Cruce ſignati*, experiuntúrque hodie; qui loca illa non curioſitatis, ùt ſolent ſectarij, ſed pietatis & religionis gratia adeunt & obeunt.

Memorabile hujus rei exemplum prodidit Rudolphus, editus à Pithæo; quod huc *Rud. lib. 4. hiſt. cap. 6.* tranſcribere operæprecium duxi. *Contigit, ut quidam à Burgundiæ partibus ex Auguſtodunenſi territorio Lethbaldus nomine, cum cæteris Hieroſolymam pergens deveniret, qui proſpectis loca ad Paradiſum. His peroratis reverſus eſt cum ſociis ad hoſpitium. Erat autem jam hora prandij. Cæteris verò diſcumbentibus, converſus ipſe ad lectulum vultu alacris, ac veluti gravi ſopore paululum requieturus, illicò namque obdormiſcens, ignoratur quid viderit, protinus dormiens exclamavit: Gloria tibi Deus. Socij quoque hæc audientes, monebant illum, ut ſurgens comederet, qui noluit, ſed vertens ſe in latus aliud, dixit ſe pati aliquid incommodi, recubánsque uſque ad veſperum, convocatis ſui itineris ſociis, vivificæ Euchariſtiæ requirens accepit viaticum, illiſque dulciter ſalutatis emiſit ſpiritum.* Hæc Rudolphus, qui ex relatione eorum, qui omnia G ſpectârant, ſcripſit, quæ ſcripſit.

CAPUT III.

Laudes figuratæ & diaſyrticæ, quibus Reineccius & Dreſſerus ſacros milites afficiunt.

NE iſti nimiùm Satyrici, vel potiùs Satyri, omnéſque mortales præter ſe & ſuos, capitali odio proſequi videantur, laudibus non modicis efferunt Principes, & omnes illos, qui expeditionem in Palæſtinam ſuſceperunt, excepto Pontifice Urbano; huic enim, ut vel minimam laudis portiunculam impertiant, impetrare à ſe nequeunt. Principio igitur, honoris & reverentiæ ergò vocat Reineccius Principes iſtos ſacróſque milites nova nomencla- H tura *Argonautas.* Obſtupui, fateor, ad hanc appellationem, præſertim cùm plerique illorum, qui primam expeditionem ſecuti ſunt, nunquam navigârint, niſi per Boſporum ſeu Brachium S. Georgij, quo Aſia ab Europa ſejungitur. Et ut Boëmundus, & pauci alij ex Apulia in oppoſitum littus trajecerint; minimum tamen viæ navibus, potiſſimum pedibus confecerunt. Mirandum igitur, quomodo iſte *Argonautæ* vocabulum ad has noſtras pedeſtres copias transferat, & Chri-

Digitized by Google

noſtris Principibus vera, germana, ſolida, uno verbo, Chriſtiana.

Nec ſatis diſpicio, quid Reineccium impellere potuerit, ut *Argonautæ* appellationem ad hos noſtros transferret; niſi fortè Novatorem novitas impulit; & odium Crucis, & ſepulchri Domini; à quibus nomen petere indecorum cenſens, potiùs ab *Argonautis* petendum duxit: niſi ideò *Argonautas* nuncupavit; quia ùt *Argonautæ*, ita & noſtri per Helleſpontum navigârunt: etſi diverſo modo; C quia noſtri ſecundùm latitudinem ex Europa in Aſiam; illi ſecundùm longitudinem ex Græcia in Colchidem.

Sed omiſſo *Argonautarum* neſcio num vocabulo an convicio, propiùs ad encomia, quibus Dreſſerus Cruce ſignatos extollit, accedamus. *Reliqua*, inquit, eſt altera *cauſa expeditionis ſuſcepta à militibus Chriſtianis, quæ utique pia, honeſta, & literis monumentiſque decoranda eſt*. Mirum dictu, cauſam belli hujus in militibus tam piam, honeſtam, literarúmque monumentis exornandam fuiſſe: in Pontifice autem nihil prorſus laudis, & commendationis meruiſſe. An non idem ſacris militibus finis erat, qui Pontifici? An non eadem mens? An non idem conſilium? Si laudatur in militibus, quare vituperatur in Pontifice? Aut ſi vituperatur in Pontifice, D cur laudatur in militibus? An non milites eo in bello ad id unum toto pectore incumbebant, ùt Eccleſiæ Catholicæ, atque adeò Romanæ Imperium proferretur, & læto incremento adaugeretur? An ſacri illi milites everſionem Romani Imperii per illa ſua arma quærebant?

Quis, oro, magis evertit Romanum Imperium, isne, qui Saracenos impunè ſuccreſcere, & multiplicari ſinit; an is, qui hanc peſtilentem herbam totis viribus è veſtigio eradicatum tendit, & quidquid occibus quoque Alexii Comneni Imperatoris Græci; & Deo pietatem ſuam, & miſerè vexatis Chriſtianis officium debitum juſtúmque perſolvere voluit. Miror autem, qua ratione laudet iſte *obedientiam* Papæ à militibus præſtitam; ſi, ùt ipſe in Lutheri ſchola inſtitutus credit, Papa eſt Antichriſtus? An laudandus, qui Antichriſto morem gerit? Multò magis miror, laudari ab iſto *obedientiam* Papæ à militibus exhibitam, ſi, ùt iſte mentitur, omnes Papæ cogitationes in hoc negotio, pertinebant *ad everſionem Romani Imperii; & ad ſuperſtitionem inducendam, &* G *ſtabiliendam*. Denique quomodo laudanda eſt cauſa militum: ſi, ùt iſte dicit, terra illa non eſt amplius *benedicta*, ſed *maledicta*; ſi Deus *terreſtrem Hieroſolymam funditus vult eſſe deletam, & ſempiterna oblivione obrutam*, ſicque à cœleſti Hieroſolyma inveſtiganda mortales remoratur?

Pergit Hæreticus. *Multa equidem concurrunt, quæ difficultatem tanti belli auxerunt* (imò plurima) *itineris longinquitas, periculum ab hoſte, rei ipſius magnitudo*. Jam rectam inſiſtis viam, Novator, progredere; ſed eodem pede, nec opus erit refutatione. *Verùm hæc tamen omnia deſpexerunt, & pro nihilo putârunt magnanimi illi duces ac milites, atque ultro ſeſe in diſcrimen atque certamen tantùm pro ſalute nominis Chriſtiani objecerunt. Non patria, non domus, non fortunæ, non liberi, non propinqui, eos à ſpe conatúque depulerunt.* Jam tandem H lux aliqua veritatis Dreſſero alluxit: quando, poſitis calumniis, dignis laudibus tam præclarum facinus Cruce ſignatorum extollit. Progredere bonis auſpiciis.

Quòd verò nihil aliud in hac expeditione ſpectârint, aut quæſierint milites iſti, quàm veri Dei cultus propagationem, & Chriſtiani nominis à barbarorum blaſphemiis defenſionem, multa ſunt, quæ documenta dant; primùm quidem, Pontificis Romani mandatum tanti ponderis tunc apud Chriſtia-

Digitized by Google

rabimus, quàm ſunt tricæ & pedicæ, quibus ſe iſte involvit.

Fatetur rectè feciſſe milites morem gerendo Urbani præcepto: hoc enim ſpectâſſe ad propagationem nominis Chriſtiani: & tamen mandatum hoc culpat & carpit in Pontifice, ex ſolo Pontificis odio, eóque capitali. Nam ut omnia in ſummam contraham: illud Pontificis mandatum aut bonum erat, aut malum; ſi bonum; cur reprehendis in Pontifice? Si malum, cur laudas in militibus? neque enim laude dignus eſt, qui malo conſilio obſequitur. Deinde, ex verbis tuis colligo, milites noſtros non fuiſſe Lutheranos aut Calvinianos, ùt nec alios ejus ætatis Chriſtianos; quia ſi veſtri ſimiles
C fuiſſent; juſſa Pontificis minimè pro juſſis ipſius Dei reputâſſent. Si tanti ponderis erat tunc mandatum Pontificis apud Chriſtianos, quanti tu verè fuiſſe ſcribis; vos igitur eo tempore aut nondum nati eratis; aut nondum Chriſtiani eratis; quia ùt hodie, ita & tunc, nullius momenti fuiſſet apud vos mandatum Pontificis. Quòd ſi tunc, ſi vixiſſetis, Chriſtiani non fuiſſetis; quia auctoritas Pontificis omnibus Chriſtianis ſancta & veneranda, in nullo precio & numero apud vos fuiſſet, utique nec hodie Chriſtiani eſtis; quia nulli ſunt veri Chriſtiani, niſi ſint ſimiles illis, qui per totum terrarum orbem ſub uno capite Pontifice Romano vivebant eo ſæculo; quo prima expeditio Cruce ſignata in Palæſtinam inſtituta eſt.

D Jam ad alia. Ais, *Quamquam totum illud Pontificium edictum ex rebus fictis atque commentitiis, hoc eſt, Petri Eremitæ ſomnio quodam conſtitit; tamen militum Chriſtianorum nihilominus eſt laudandus zelus, atque in ſuſcepto conſilio propoſitóque perſeverantia.* De ſomnio Petri paulò pòſt plura adversùs hunc ſomniatorem. Nunc illud dico; tenere iſtum ſolenne ſuum, quando ſcribit; baſin & fundum hujus edicti fuiſſe Petri ſomnium. Nihil minus. Fundus fuit calamitas Chriſtianorum ſub jugo

[illegible]
rè fuêre ſomnia; & tamen fuêre vera, futurorúmque certa argumenta. An ideò falſum credit, quia jam temporibus legis Chriſtianæ, nihil per ſomnium mortalibus patefieri cenſet? At hoc falſum eſſe, evincit vel ille Angelus, qui apparuit Joſeph in ſomnis, déque abitu in Ægyptum, & reditu ex Ægypto inſtruxit: *Et Magi reſponſo in ſomnis accepto per aliam viam reverſi ſunt in Regionem ſuam:* ut taceam ad teſtamentum gratiæ potiſſimùm pertinere illud Joëlis, vel ipſo Apoſtolo Petro interprete: *Et erit in noviſſimis diebus, dicit Dominus: effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem, & prophetabunt filii veſtri & filiæ veſtræ, & iuvenes veſtri viſiones videbunt, & ſeniores veſtri ſomnia ſomniabunt.* Joël 2. Actor. 2.

Quæ igitur cauſa, cur fidem abroget Hæreticus ſomnio Petri? An exitus ſomnio non reſpondit? At reſpondit. An eſt veterum quiſpiam, qui ſomnium hoc Dæmonis illuſioni ac præſtigiis adſcribat? Nullus eſt, qui tale quid in commentarios retulerit. Quicunque hoc ſomnium attingunt, illi non aliter attingunt, quàm Albertus Reineccii, cujus verba accipe: *Interim tenebris cælo circumquaque incumbentibus, Petrus orandi gratia, ad ſanctum ſepulchrum redit. Ubi ſub vigiliis & orationibus fatigatus, ſomno decipitur. Cui in viſu majeſtas Domini Jeſu oblata eſt, hominem mortalem & fragilem ſic dignata alloqui; Petre dilectiſſime, fili Chriſtianorum, ſurgens viſitabis Patriarcham noſtrum, & ab eo ſumes cum ſigillo S. Crucis literas legationis noſtræ, & in terram cognationis tuæ iter quantocyus accelerabis, calumnias & injurias populo noſtro & loco ſancto illatas referabis, & ſuſcitabis corda fidelium ad purganda loca ſancta Hieruſalem, & ad reſtauranda pericula ſanctorum. Per pericula enim & tentationes varias Paradiſi portæ nunc aperientur vocatis & electis.* Hæc Albertus: ſimilia Tyrius, & alii, quos nugatori huic opponere; nihil aliud eſt, quàm nugas ejus refellere.

Alb. lib. 1. cap. 5.

G H

Ob-

Digitized by Google

Deinde Pontifex ipſe, & omnes ſcriptores teſtantur, Urbano belli hujus aliam non fuiſſe cauſam, quàm religionis amorem, ſepulchri Dominici curam; & Saracenorum Turcarúmque depulſionem. Cur igitur ipſi Pontifici, & tot ſcriptoribus non magis fidem accommodaremus, quàm Hæretico, qui hoc leviter, inconſtanter & impudenter inficiatur?

Præterea, ſi milites iſti, amore religionis & fidei veræ, excitati ſunt ad hæc arma; certum autem ſit; eos non amore Lutheraniſmi aut Calviniſmi excitatos eſſe; ſed amo-
C re ejus religionis, quæ hodie etiam in Catholica Eccleſia ſub Romano Pontifice viget; quæque unicâ magis eſt unica, omnis conſortis neſcia: neceſſariò conficitur, Lutheraniſmum & Calviniſmum, non eſſe religionem, ſed ſacrilegium; non fidem, ſed perfidiam; etiam aſſertione Dreſſeri, qui *cruce ſignatorum* arma dicit fuiſſe *juſta* & *pia*, hoc itidem titulo, quòd ſumpta fuerint amore religionis; utique legitimæ & genuinæ; arma enim, quæ ſumuntur amore religionis falſæ, minimè pia & juſta cenſeri poſſunt. Illud etiam non injuria petat quis, quomodo ſint arma *pia* & *juſta*, quæ ſumuntur propter curam & venerationem ſepulchri Dominici; ſi, ùt Lutherus ſcribere non erubuit, Deus non magis curat Dominicum ſepulchrum, quàm *vaccam Helveticam*? An Hære-
D ticus hoc parentis ſui effatum tanquam impium & execrabile deteſtatur? Utinam deteſtetur; ſocios habebit in dicti hujus deteſtatione omnes *cruce ſignatos*; quorum animus tam religioſè afficiebatur erga ſepulchrum Dominicum, ut ſe milites & peregrinos *ſepulchri Dominici* nominarent; ejus interpoſitu fidem ſuam obligarent; & ſi quid jurejurando confirmandum erat, per *ſepulchrum Dominicum*, tanquam per rem ſacratiſſi-

verſus Turcas, cùm *prœliari adverſus Turcas, ſit repugnare Deo viſitanti iniquitates noſtras per illos?* ùt inſanit Lutherus; cujus inſaniæ Dreſſerus proculdubio ſubſcribit, tanquam inſani Magiſtri non ſanus diſcipulus. Miror autem frontem Calviniani Junii, qui ſcribere non erubuit; *Lutherum nunquam ſimpliciter affirmâſſe, contra Turcas pugnandum non eſſe: ſed* κατά τι (ſecundùm quid) *reſpectu conditionis horum temporum.* Quæſo num totum mundum delirare iſti exiſtimant, ut nullus planè ſuperſit, qui vaniſſima hæc commenta animadvertat?

Luth. aſſert. 34.

Jun. contra quint. controv. Bellarmini

Quid clarius his Lutheri verbis, ſimpliciter, & non tantùm *ſecundùm quid* pronunciatis? *Prœliari adverſus Turcas, eſt repugnare Deo, viſitanti iniquitates noſtras per illos.* G
An non hoc aſſeveravit priùs Lutherus? An non à Luthero aſſertum damnaverat Leo X? An non hunc eundem articulum totidem verbis repetitum, in aſſertione Articulorum tueri conatur Lutherus? Quæ hæc Prædicantium impudentia, ut Luthero aliam mentem, adversùs clara & teſtata Lutheri verba, affingant?

An ideò verba iſta non ſimpliciter, ſed *ſecundùm quid* accipienda ſunt; quia in fine defenſionis inſani articuli, ſubjungit Lutherus: *Qui habet aures audiendi audiat, & à Turcico bello abſtineat, donec Papæ nomen ſub cœlo valet:* quaſi his verbis inſinuet, non ſimpliciter non eſſe adversùs Turcas bellum H
gerendum; ſed non eſſe bellum contra Turcas ſuſcipiendum, niſi poſt extinctum *Papam*, omnéſque *Papiſtas* ad internecionem uſque deletos. Cæterùm licèt hæc ſtultitia aliquod temperamentum eſſet, an ideò verba illa abſoluta non eſſent? *Prœliari adverſus Turcas, eſt repugnare Deo, &c.* An non hæc verba furore, forſan & Baccho ebrius, priùs effutiverat Lutherus; quàm explicationem

 aſſer-

Digitized by Google

B tempore ullis machinis efficietur, ut Papæ nomen *ſub cœlo nihil valeat.* Quemadmodum igitur ille, qui diceret; cum Turca bellum non eſſe gerendum, donec cœlum ruat; ſimpliciter diceret, cum Turca bellum non eſſe gerendum, ita & Lutherus ſimpliciter hoc aſſeverat.

Interim tamen placet, quòd Junius agnoſcit, Lutheri mentem hanc fuiſſe, ut Turcæ arma non inferantur, niſi priùs everſo Papa, & omnibus illis expugnatis, apud quos Papæ auctoritas ſacroſancta habetur. Hoc enim volunt illa: *Donec Papa nomen ſub cœlo valet:* Valet enim apud illos, qui Papam, ùt Chriſti in terris vicarium, venerantur.

En manſuetudinem quinti Evangelii; quod
C patientius eſt Turcæ & Alcorani, quàm Pontificis & Pontificiorum; quandoquidem non modò cupit, ſed & edicit; ut omiſſis Turcis, arma vertantur in Papam, ínque illos, quibus Papæ nomen ſanctum eſt ac venerandum. *Senſit Lutherus,* verba Junii refero, *& non ſinè cauſa, his temporibus eam Chriſtianitatis conditionem eſſe, ut ipſam priùs & potiùs de ſuo ſtatu intus curando videre oporteat, quàm de bello inferendo foras.* Explicatiùs mentem Lutheri nobis explicare potuiſſes, ſi lubuiſſet; ſententiæque ſanguinariæ te forſitan non ſuppuduiſſet. Voluit nimirum Lutherus priùs debellandos eſſe Pontificem & Pontificios, quàm Turcam; & quia hoc fieri nequit; ſimpliciter etiam voluit, Tur-
D cam non eſſe impetendum armis: licèt hanc ſuam mentem verbis illis: *Præliari adversùs Turcas eſt repugnare Deo, &c.* jam antea ſatis patefeciſſet.

Jam ad Dreſſerum, qui ſubjungit: *Si cauſa belli hujus non fuiſſet ita ſuperſtitione Pontificia contaminata, abſque dubio eventum habuiſſet longè meliorem.* Nimirum hæc eſt vis totius orationis Dreſſerianæ. Petrus Eremita viſione cœleſti excitatus, imperterrito animo legationem in occidentem ad Pontificem

Quid moramini; videamus num tranſita Hungaria, Bulgaria, Thracia; Nicæam in
Aſia, Antiochiam, & alias innumerabiles F
urbes, & tandem ipſam Hieroſolymam feliciùs ſitis occupaturi ſinè cruce, quàm Crucigeri noſtri cum Cruce. Quid ſtatis? Quin arma expeditis & *juratis in hæc: ſimul imis ſaxa renárint, vadis levata, ne redire ſit nefas.*

Crucem, ut humeris veſtris affigatis, non poſtulamus; quandoquidem jam dudum quis animi ſui ſenſus eſſet, Lutherus his verbis expoſuit. *Si eſſem miles, viderémque in acie Sacerdotem aut vexillum cruce inſignitum, vel ipſam quoque Crucifixi imaginem, non aliter inde profugerem, quàm ſi me ipſe Diabolus inſequeretur.* Bone Deus, quid feciſſet Lutherus in cruciata expeditione; ubi omnes & ſinguli Cruce inſigniti erant; ubi vexilla, clypei, haſtæ, galeæ crucibus micabant;
ubi ſacerdotes, propoſitis crucibus, milites G
ad arma exacuebant? Lutherus cum Diabolo ſuo derepentè in pedes ſeſe conjeciſſet; odiúmque crucis currenti alas addidiſſet.

Necdum finem ineptiendi facit Hæreticus. Audiamus patienter, quæ reſtant, quandoquidem hucuſque duravimus. *Incendit præterea optimos milites* (optimi fuerunt, quia Catholici & Pontificii) *ad cupiditatem atque ſtudium hujus belli duriſſima ſervitus Chriſtianorum in terra ſancta;* (non eſt ergo terra maledicta, ùt tu ſuprà dicebas; quia eſſe terram ſanctam, ùt hic fateris, & eſſe *terram maledictam*, ùt ſuprà aſſerebas, prorſus ſunt contraria & aſyſtata) *qua erant oppreſſi à Saracenis.* (Eadem cauſa incendit Pontificem ad cupiditatem & ſtudium hujus belli, teſtibus cun-
ctis hiſtoriarum & Annalium ſcriptoribus; H
teſtatur id ipſum luculentiſſimè oratio plena divino ſpiritu, quam ad circumfuſam multitudinem habuit Urbanus Pontifex in Concilio Claromontano, quæ exſtat apud Robertum Monachum & Tyrium.) *Ac habet ſanè laudem ſuam expeditio, quæ pro Chriſtiana libertate ſuſcipitur; ſed abeſſe debet ſuperſtitio:* hoc eſt (ut interpreter Dreſſerum) debet eſſe

Digitized by Google

ùt notum in Ungaricis Hiſtoriographis verſato, ac non planè peregrino. Quæſo, cujus auſpiciis parta eſt victoria nobiliſſima ad Albam Græcam; quando Joannes Capiſtranus cum Cruce ſignatis eò accurrit; & potentiſſimum Turcarum exercitum ab obſidione depulit; ſtrage multorum millium Mahumetanorum patrata? Et ut aliquando improſperè pugnatum fuerit quando ſuaſu aut Pontificum aut Epiſcoporum arma ſumpta ſunt; ſæpè tamen infauſtiſſimè & perniciosiſſimè ſigna cum Turcis collata ſunt, quando non Pontifices; ſed ipſi Reges ac Principes ſuopte nutu; ſinè ullius Pontificis ac Epiſcopi inſtinctu, in Turcas duxerunt. Quis tunc cauſa cladis exſtitit? Certè ſi Pontificis aut ſuaſio & cohortatio cauſa calamitatis foret; neceſſe eſſet, ut quando hæc abeſſet, lætus eventus ſequeretur; & quando adeſſet, triſtis & calamitoſus; at ſecùs fit; quod omnibus, quibus ſycophantia oculos non occæcavit, cognitiſſimum eſt.

C

Dic, ſodes, hæretice, quis auctor fui prælii ad Echinadas ſuperiore ſæculo commiſſi? Dic, oro, ſed planè, abſque ambagibus. Illud ſimul expone, cujus ſuaſu, Alfonſus Rex Caſtellæ; cum vicinis fœdere ſibi junctis Regibus, in ſaltu Caſtulonenſi ducenta millia Saracenorum trucidavit ſub Innocentio III.? Sed nimis in hac tam manifeſta vanitate refellenda immoror; & exempla ſector externa; cùm præſens argumentum abundè hujus hæretici effrontem frontem coarguat. Ajo enim, Cruce ſignatos primæ expeditionis, cui Dux Godefridus præfuit; & poſtea occupatis Hieroſolymis, regnóque conſtituto, Godefridum Regem primum & Balduinum fratrem ejus ſucceſſorem, & alios Reges & Principes, per aliquot annos, fortunatiſſimis ſucceſſibus in conflictibus adversùs Turcas uſos; & quibus vix meliores aut mirabiliores literarum

D

morbo aut inedia conſumatur, nullus alia moleſtia affligatur. Ubi unquam à creato mundo talis expeditio aut viſa aut audita fuit; Aut ſi putant talem inſtitui poſſe; experiantur id ipſi; ipſóque experimento ſuam in ſententiam nos traducant. Appendant ſignis ſuis biblia Lutherana aut Calviniana, aut in ipſo certaminis ardore ferat ea, media inter agmina Prædicans; non ſinè illo celeuſmate. *En verbum Domini, quod in æternum manet.* Videamus, num tam lætis victoriis potituri ſint, quàm lætis potiti ſunt noſtri Cruce ſignati, quando Antiochiæ, ab Epiſcopis & ſacerdotibus lancea Dominica, & cruces, exercitui præportatæ ſunt, & poſt captam Hieroſolymam, quando ipſa Domini prima & vera crux ſemper in aciem educta fuit; tutelæ & ſolatii, & victoriæ obtinendæ gratia, præſentibus Epiſcopis & Sacerdotibus, quorum ſuaſu & hortatu bella illa gerebantur, ut taceam, primum ſuaſorem Romanum Pontificem.

G

Jam perge. *Non poteſt bene procedere bellum, quod impulſu, aut ductu Pontificis geritur.* De ductu non laboro. Non enim ipſe Pontifex ducit exercitus. De impulſu, impudenter, more tuo, mentiris. Redarguunt te ferè omnia prælia, quæ cum Turcis iniit Godefridus Dux Bullionius & Balduinus, frater ejus, quorum geſta deſcripſerunt Albertus, Tyrius, Robertus, & alii non pauci. *Rectè dixit Lutherus*, inquis, *ſe nolle eſſe in eo exercitu, ſi miles eſſet, cui Pontificius aliquis ſacerdos præſit, quòd in templo is, non in acie collocatus ſit.* Non tantùm hoc dixit Lutherus, ſed & addidit, ſe ſi Crucis aut Crucifixi imaginem in exercitu conſpicaretur, non aliter fugam initurum, *quàm ſi ab ipſo Diabolo inſequente in fugam compelleretur.* Certè ſi ita animatus fuit Lutherus, ùt revera fuit, nihil loci reperiſſet in expeditionibus Cruce ſignatis, ubi omnia plena crucibus & Sacerdotibus. Jam antea monui, &

H

Digitized by Google

te muneris impoſiti officio, *adverſante fortuna in diſcrimen atque dimicationem capitis tot fortes & probè paratos milites adduceret.* Conſideravit omnia, & longè accuratiùs, quàm tu. In omnes partes oculos circumtulit; quidquid munus ſibi impoſitum ferret, diligenter perpendit, antequam ab ullo Lutherano monitore hac de re moneretur. Quia nimis ſerum fuiſſet; ſi iſti exſpectandi fuiſſent. Et adeò Deo non invito Pontifex milites iſtos ad arma ſumenda concivit; ut ipſo in Claromontano Concilio perorante, omnes quaſi uno pectore & ore exclamârint: DEUS VULT DEUS VULT, quod ipſis deinceps teſſera belli fuit. De quo pulchrè Angelius Bargæus in ſua Syriade.

Vix ea fatus erat, procerum cùm cœtus ovantem
C *Suſtulit exultans clamorem ad ſidera, qualem*
Nubibus abruptis dare ſæpe tonitrua ſuĕrunt,
Poſcentes bellum, ſeq̃. in diuturna vetantes
Tempora perplexis differri ambagibus, idq̃.
Unum omnes ore exclamant, uno ore frequentant.
Vult DEUS *hoc fieri bellum, jubet arma moveri*
Hec Deus, & ſpecubus reſonans reſpondet ab imis
Vox eadem.

Sed de hoc plura poſtmodum. *Satis jam de cauſis belli ſacri dixiſſe* (imò mentitus eſſe) *videor*, inquit Hæreticus, *quæ omnia ad eam ſummam referri volo* (redigit in Epitomen ſua mendacia) non potuiſſe hoc bellum felix & ſalutare eſſe Eccleſiæ Chriſti (fuit feliciſſimum & maximè ſalutare, præſertim primum ſub Godefrido) *idcirco quia Pontificis inſtinctu,* D *vel potius edicto ſuſceptum eſt:* (mendacij craſſi cauſa mendaciſſima;) *non judicio aliquo, aut conſilio pio* (nil niſi mendacia fundit) *ſed vindictæ & regni cupiditate* (repetita mendacia) *non religionis propagandæ ſtudio, ſed ſuperſtitionis vanæ commento, non ornandi cauſa Chriſti gloriam, ſed gratia amplificandi Sedis Romanæ potentiam.* Quot verba, tot mendacia, clara, perſpicua; teſtata argumenta capitalis in Pontificem odij; cujus factum in ipſo vituperat; *hujuſmodi maledicentiam jure illos incenderet. Illos verò magis etiam ſum miratus, qui Imperatores ſimul* (clariſſimos Principes) *& Patriarchas*, (& in his Romanum) *falſis maledictis inceſſere, ac impudenter proſcindere audent. Sed hi admiratione omnium maxima me affecerunt. Qui tam falſa maledicta ſua mandare litteris non dubitârunt.* (ex quorum numero non poſtremi Dreſſerus & Reineccius) *nam convicia, quæ lingua proferuntur, ſtatim aura diſſipat. Quæ verò ſcribuntur, & libris imprimuntur, diutiùs & graviùs eos, quos læſerunt, injuriâ premunt: auctoritate à ſcriptura petita, & longo tempore ſe jactante.*

Neſcio, qua gratia hæc facere ſtudeant, aut cujus lucri ſpe in talia præcipitia incurrant. Nam ſive ut ſingularem ſuam improbitatem expleant, adeò falſa maledicta congerunt, malè faciunt, & turpiter admodum, ſuóque capiti nocent. G *Nam improbitatis ſuæ monumentum produnt poſteris, quod cùm bene dicendo & celebranda veritate innoteſcere auditoribus licuiſſet, plauſtris conviciorum in innocentes effundendis, ſemetipſos traducere publicè maluerunt, haud ſecus ac is, cui liceret in terra continente beatè ſecuréque vivere, in Atlantici maris tempeſtates ac fluctus ultrò ſe conjiceret. Sive ob diuturnitatem ſcriptorum ſuorum ita conviciantur & mentiuntur: etiam ſic procul à ſcopo aberrant, infirmis rationum ſuarum jactis fundamentis. Sciunt illi quidem forſitan, vulgi aures inſectatione aliorum, quàm collaudatione magis delectari, ac injurias quàm rectè facta libentiùs legi,* H *quamvis illas prolixa mendacia vendicent, hæc verò lux veritatis antecedat. Nec in hos vel juſtitiæ præſidem animis intuentur, vel æqua & recta judicia bonorum virorum reverentur. Quæ res non adeò illis obeſt, quos vituperant, quàm ipſis obtrectatoribus, quòd & homines cordati, malis ſuſpicionibus adversùs illos conceptis, eos inter improbos perpetuò numerabunt: & Deus juſtitiæ præſes linguas eorum gravioribus pœnis perſequetur. Atque etiam interdum ex ignoratione*

veri

Digitized by Google

tes pro Pontificis tanquam pro Patris gloria, mortem oppetere paratos. Si enim *vindictæ*, & *regni cupiditate* & *ſuperſtitionis amore* Pontifex ad hoc bellum fuit impulſus, iiſdem cauſis impulſos oportuit ipſos milites, cùm ſe hac in re, velut obſequentiſſimi filii, cum parentis optimi voluntate ac propoſito conformârint; ùt fuſius antea demonſtratum eſt.

Scripſit benedictus de Acoltis Aretinus libros quatuor *de bello contra Barbaros pro Chriſti ſepulchro & Judæa recuperandis* In hoc opus Baſileæ Anno ſaluti M. D. XLIV. excuſum C præfatur *Joannes* Gaſtius Briſacenſis, quem hæreticum fuiſſe vel hæc ejus verba (rectiùs vocarem *mendacia*) apertè oſtendunt. *Quoties principes Chriſtiani poteſtati illius* (Turcæ) *reſiſtere ac ſummis viribus per Chriſtianum orbem collectis copiis potentiam creſcentem frangere conati ſunt, majus damnum acceperunt, quàm intulerunt.* At impudentiam hujus commenti ſatis ſuperque redarguunt innumerabiles victoriæ tam priſcæ quàm novæ, à Turcis, Chriſtianorum fortitudine reportatæ; quarum exempla in hoc volumine de Cruciatis expeditionibus protuli. Plura paſſim ſuppeditabit Hiſtoricorum lectio.

Sed hunc tam benevolum in Turcas, & tam malevolum in Chriſtianos affectum ſuxit iſte ex uberibus Lutheri, qui anno Do- D mini M. DXVIII. conſultus, num bellum adversùs Turcas ſuſcipiendum eſſet: hæc reſcripſit ad ſuum Spalatinum, Tom. 1. Epiſt. Lat. Epiſt. 82. *Si rectè intelligo te, mi Spalatine, quæris, an expeditionem adversùs Turcas, ex ſacris literis poſſim tueri & ſuadere. Eſto, quòd non pecuniæ, ſed vero pietatis ſtudio ſuſcipiatur: ego tibi fateor, non poſſe me id polliceri: contrarium autem copioſiſſimè.* (En negat Lutherus, ſe ex ſacris literis juſtitiam & æquitatem belli adversùs Turcas tueri poſſe; quin

Addit Lutherus: *Deinde, quod nec in veteri, nec novo Teſtamento ullum geſtum eſt bellum humanis viribus, niſi ſemper infelici, & fœdo eventu. Si quid autem rectè ceſſit; de cœlo fuit bellatum, ut poſſem copioſiſſimè docere.* (Quis aliunde, quàm è cœlo victoriam adversùs Turcas exſpectat?) *Quando autem Romana curia* (nunc tandem ulcere aperto virus effluit) *hodie omnium Turcarum ſuperans Tyrannidem, tantis monſtris contra Chriſtum, & ejus Eccleſiam pugnat: & Clerus in avaritiæ, ambitionis, & luxuriæ profundo ſubmerſus eſt: & miſerrima ſit ubique facies Eccleſiæ: non eſt ſpes boni belli, aut* G *felicis victoriæ, Deus, (quantum video,) contra nos pugnat: hic primùm eſſet expugnandus lachrymis, puris Orationibus, ſancta vita, & fide pura.* O vafram vulpem. De puris orationibus, ſancta vita, & fide pura nobis concionatur, pérque hæc omnia nihil aliud aut intelligit, aut innuit, quàm ut priùs *Papam* & *Papiſtas* exterminemus, & poſtea de Turca propulſando conſilia agitemus; quem ſuum ſenſum evidenter quoque prodidit, quando Anno Domini XIX. ad Petrum Lupinum & Carlſtadium hæc ſcripſit. Tom. 1. Lat. Epiſt. 84. *Nullo modo Romanæ Eccleſiæ reſiſtere licet: At Romanæ curiæ longè majore pietate reſiſterent Reges, Principes, & quicunque poſſent, quàm ipſis Turcis,* quia facit, ſi non mentitur impius Lutherus, *quæ à Turca vix fierent.* H Quam ſubtilis diſtinctio inter *Eccleſiam Romanam*, & *Curiam Romanam*, quàm acuta! Quàm ardenter ſalvam cupit *Eccleſiam Romanam*; perditam verò, *Curiam Romanam!* Quid ſibi vult hæc ejusdem Lutheri vox? *Papam pejorem Turcis eſſe, puto me demonſtrare poſſe, Tom. 1. Lat. Epiſt. 79. ad Lincum.* Quale claſſicum, non in Turcas, ſed in *Papam*, & *Papiſtas*.

Quorſum tendunt illa, quæ cùm alibi, tum in colloquiis Sympoſiacis, maximè, titulo

Non eſſet mihi ingratum, ſi Turca Romam peteret, inquit Lutherus in colloquiis Sympoſiacis, titulo *de Turcis*. *Chriſtus Turcam percutiet; Cæſar, Ferdinandus & Principes nihil efficient*. Prætereo infinita hujus generis, quibus opera Lutheri ubique ſcatent; quæ ex parte enotavit & exſcripſit in *Chriſtiano*, hoc eſt, Turcico ſuo Luthero M. Conradus Andreæ. Ex quibus manifeſtè apparet, eum, quem Lutheri ſpiritus obſidet, in Cruciatas, & alias contra Mahometanos expeditiones non poſſe bene animatum eſſe; Exſtat liber Baſileæ Anno M. D. XXIII. excuſus hac inſcriptione. *Confutatio determi-*
C *nationis Doctorum Pariſienſium contra Martinum Lutherum, ex Eccleſiaſticis Doctoribus*. Cujus Auctor nomen ſuum ſubticuit. Sed forſan à vero non aberrares, ſi Melanchtoni hunc partum, tanquam parenti adſcriberes. Hunc, poſt multa pro aſſertione Lutheri de bello contra Turcas non ſuſcipiendo improbè effuſa, tandem non puduit in hanc confeſſionem palàm erumpere. *Ut liberè animum meum aperiam, hoc apertè de me prædico, quòd tam invitus Turcam gladio impeterem, quàm Chriſtianum fratrem; Nondum enim audivi ſacra eloquia, quibus hæc Lutheri ſententia non ſit conformis*. Et miraris, ſi iſti Cruciatas expeditiones limis torvíſque oculis intueantur, & omnes conatus contra Mahometanos im-
D proſperè ceſſiſſe mentiantur?

CAPUT IV.

Referuntur calumniæ Reineccii in bellum ſacrum.

LAUDAT Reineccius bellum ſacrum; ſed ita; ut laudatio ejus parùm à vituperatione diſcrepet. Objicit I. *varia fuiſſe de hoc bello judicia*. Teſtes citat Tyrium, Urſpergenſem, & ſuum Anonymum. At, quid hoc ad imminuendam glori-

rus Gregoras, capitalis & æternus Latinorum hoſtis. Multùm certè horum vel judicia, vel accuſationes milites ſacros gravant; ut & id, quod in Petro Eremita dicit accuſari ab Urſpergenſi; quamvis ipſe non accuſat; ſed quid quidam de Petro ſenſerint, hiſtorici more, tantummodo commemorat. *Primi*, inquit, *Petrum quendam Monachum ſequentes, quem tamen poſtea multi hypocritam fuiſſe dicebant, &c.* Hic non explicat ipſe ſuum, ſed Robert. L.
quorundam aliorum de Petro judicium: quem Robertus quoque carpit; eúmque inter cætera, dicit, *ſummam abſtinentiam in deliciis quæſiviſſe*. Quæ accuſationes num veræ ſint, pro certo non ſcio: veras non eſſe, veriſimiliter exiſtimo; tum quia plures laudant G
Petrum, tanquam virum vitæ ſanctimonia & morum integritate conſpicuum; tum quia notum eſt, de viris, etiam innocentiſſimis, Deóque chariſſimis varia ſolere non tantùm ſpargi, ſed & in chartas referri, aliquando per imprudentiam, aliquando per invidiam, interdum aliam ob cauſam; tum quia facta Petri argumento ſunt, eum pietate inſigniter excelluiſſe: tum demum, quia longè humanitatis legibus convenientius eſt, de non aliunde, quàm ex aliorum relatione noto bona, quàm mala credere, præſertim ſi plures ſint, qui bona memorent, quàm qui mala, conſtétque alioquin fuiſſe communionis & Societatis Catholicæ hominem: H
nam ſi Hæreticus aut Schiſmaticus fuerit, idque certò liqueat, malum fuiſſe nobis perſuadeamus oportet; licèt omnium ſcriptis celebretur; qui enim hæreticum dicit, is ſentinam quandam omnis malitiæ dicit.

Cæterùm quiſquis Petrus Eremita fuerit; ſive in eum quadrent, quæ Urſpergenſis, ex nonnullorum ſententia, tradit; ſive fuerit, qualis à Roberto depingitur; ſive etiam ab Antiochena obſidione clanculum ſeſe abducere voluerit; quid hoc ad reliquos ſacræ mili-

Digitized by Google

Alb. lib. 1. cap. 31. *inaudita impietatis exemplum, quo caper itineris dux conſecratus, & anſer Spiritui ſancto aſſimilatus?* inquit Reineccius. Quod ad caprum attinet, idem refert Albertus, Meminit & Anſeris; Sed non eo modo, quo Reineccius. Neque enim dicit, anſerem ab his *Spiritui ſancto aſſimilatum;* ſed aſſeruiſſe illos, *anſerem quendam divino Spiritu afflatum eſſe.* Quare Hæreticus non dicit, quid addat Albertus? Addamus nos, quandoquidem ille fraudulenter reticet. *Quid mirum, ſi moder-*

C *nis temporibus, hujusmodi abominationes, & tam fœda ſcelera, inter aliquas ſocietates tot millium inventa ſunt, quæ Dominus in caput eorum reddiderit, cùm temporibus Moyſi & Joſue, & cæterorum ſervorum Domini, in medio juſtorum, inventa ſit iniquitas, & ab eo, qui eſt Dominus ultionum, virga ſua majeſtatis correpta & purificata?*

Deinde cùm, ùt Urſpergenſis ſcribit, confluxerint tam incogniti; ut nemo eorum linguam intelligeret, liqueâtque ex Ottone Friſingenſi, eo tempore Saxones cruciatam expeditionem in Idololatras ſibi vicinos moviſſe; mirum videri non debet, ſi hujusmodi vel Idololatræ, vel ſemiidololatræ in tanta hominum multitudine & varietate deliteſcere potuerint, præſertim cùm non fuerint in exercitu Godefridi, ſed in illa incon-

D dita turba, quam Comes Emicho ducebat; ùt expreſsè teſtatur Albertus. Nec valdè mirandum hoc; cùm in comitatu Patriarchæ Jacob reſpectu harum copiarum tam exiguo, & tam ſancto, reperta ſit ipſa Patriarchæ uxor, quæ idola ſurripuerat; & ne ſibi ſurriperentur, inſidendo celârat. Ad hæc, quid ſi inſignia *capri* aut *anſeris* in ſignis militaribus abierunt in fabulam de capro & anſere vivo? idque ideò, quòd propemodum inuſitatum eſſet, aliis imaginibus in hac expeditione uti, quàm aut imaginibus Crucis, aut alicujus cælitis.

martyrij palmam [illegible] Rex Caſtellæ in epiſtola ad Innocentium III. de cæſis Saracenorum ducentis millibus. *De exercitu Domini, quod non ſine grandi gratiarum actione recitandum eſt, quod incredibile eſt, niſi quia miraculum eſt, vix viginti quinque Chriſtiani, aut triginta de toto exercitu occubuerunt. O quanta lætitia. O quot gratiarum actiones, niſi de hoc dolendum ſit, quòd tam pauci Martyres de tanto exercitu ad Chriſtum Martyrio pervenerunt.* Marianam lib. 11. de rebus Hiſpan. cap. ult.

Omitto prudens ſimilia, cùm paſſim ſint obvia, quæ certum, non ita accipienda, quaſi qui pugnando in illis expeditionibus cadebant, veri nominis martyres eſſent; aliud enim quiddam, ùt dixi ſuo loco, ad Martyrium propriè dictum requiritur; nimirum ut manu & armis contra inferentes mortem non pugnent; aut ex profeſſione ſua pugnare non debeant, quo noſtri Cruce ſignati carebant : nam illorum profeſſio, vel maximè erat, Saracenis vi & armis adverſari : quia tamen potiſſimùm pro Chriſto & Chriſtiana religione, & pro ſanctiſſimarum legum defenſione & amplificatione ſanguinem profundebant, vitámque ſuam omnibus periculis imperterriti objiciebant; ſpretis omnibus mundi illecebris, quibus ſecurè domi inter ſuos frui poterant, & ſic hoc animo factóque ſuo proximè ad veros Martyres accedebant; hinc factum eſt; ut crebrò *Martyres* nominarentur, eorúmque obitus, *Martyrium.* G H

Quare & Theologi Martyrii duplicem acceptionem diſtinguunt; Omiſſis aliis ſatis erit hic adſcribere verba Joannis Majoris, ſi non ſcita, attamen vera, & ad inſtitutum noſtrum accommodata. Diſputaturus enim de Martyrii ratione & eſſentia ſic ſcribit: *Pro intelligentia quæſtionis ſupponatur; Terminus* MARTYRIUM *biſariam accipitur. Uno modo, extenſo termino; & tunc ſic definitur.* Major 4. d. 4. q. 14.

a. 49. q. 1. a. 2. *notandum, quod neq; voluntas appetendi mortem,*
B *neq; mors ipſa eidem voluntati adjuncta, niſi cauſa adſit fidei, aut religionis, ſufficit ad Martyrium. Quamvis, inquam, vita in defenſionem Reipublicæ, aut pudicitiæ, aut alius cujuſvis virtutis politicæ exponatur, niſi id referatur in fidem, aut virtutem infuſam, quæ aut Chriſtum, aut Deum habet pro objecto, non cenſetur Martyrium. Ita vel formaliter vel virtualiter debet eſſe confeſſio fidei, & teſtimonium ejus; hoc enim ſonat Martyr, quod teſtis fidei. Beata enim Agnes, quæ pro tuenda virginitate colla gladio ſubmiſit, eò celebratur ut Martyr, quòd id fecit in teſtimonium fidei, quia virginitatem, quam Chriſto voverat, tueri voluit. Quare quicunque mortem ſubiret in teſtimonium alicujus virtutis, nempe ad defendendum eſſe virtutem, dummodò fide id Chriſti faceret, verè eſſet Martyr, & pariter, qui*
C *Rempublicam defenderent, ut fidem protegerent, nempe ſi illam à Turcis & infidelibus tutarentur,* (ùt fecerunt noſtri Cruce ſignati) *vel ab hæreticis* (ùt fecerunt Cruce ſignati contra Albigenſes & Huſſitas) *qui religionem Chriſtianam ſubvertere nituntur.* Hæc Sotus.

Ex quibus criminationes Reineccii non magno niſu diſiicientur, nominatim illa, cùm ait: per hanc *Martyrii* & *Martyrum* honorem in uſum deductam fuiſſe illam legem, *quam Nicephorum Phocam promulgare inſtituiſſe ſcripſit Cedrenus, meminitque Zonaras in ejus vita: nempe, ut milites in bellis interfecti pari cum Martyribus honore colerentur, & ſimilibus hymnis ac veneratione celebrarentur.* Aut falleris, aut fallis, aut utrumque facis: nam Phocas milites in bello cæſos, volebat & ju-
D bebat haberi pro Martyribus propriè dictis, & quidem quoſvis milites, quacunque mente ad militiam acceſſiſſent: ídque faciebat immodico rei militaris ſtudio. At verò, qui *Cruce ſignatos* noſtros pro fidei Chriſtianæ defenſione interemptos *Martyrum* appellatione afficiunt, illi *Martyris* vocem latiùs uſurpant: quandoquidem preſsè loquendo ille duntaxat Martyr eſt, qui veræ fidei cauſa mortem

ſtipendij aut prædæ, ut plerumque ſolent? Quid ſi propugnationem & propagationem Catholicæ Fidei, aut in poſtremis, aut in E
ſecundis habeant? Quocirca Sotus, cùm dixiſſet, *Martyres* eſſe & *Martyrum* aureolam mereri, qui Rempublicam defendunt, ut fidem protegant, nimirum ſi illam à Turcis & infidelibus vel ab hæreticis tuentur, ſtatim ſubjecit: *Secus ſi ab alio Chriſtiano Rege, tanquam milites temporales, illam defenderent: ibi enim quamvis virtutem fortitudinis exerceant, non perinde laureolam promerentur.* Magno igitur diſcrimine diſtant Nicephorus Phocas, & qui Cruce ſignatos Martyribus annumerant.

Illud inſuper angit Hæreticum; quòd illis, qui militiam hanc profitebantur, cœleſte regnum promittebatur, ſi vitam cum G
morte commutarent: citátque canonem; *Omnium veſtrum* ex cauſa 22. Gratiani, q. 5. quem ab Urbano II. conditum dicit; & ſic habet. *Omnium veſtrum noſſe volumus charitatem, quoniam quiſquis (quod non optantes dicimus) in hoc belli certamine fideliter mortuus fuerit, regna illi cœleſtia minimè negabuntur.* Ubi dupliciter hallucinatur; Primò, citans cauſam 22. pro 23. ſed hoc leve. Secundò, tribuens canonem Urbano II. quem Gratianus tribuit Nicolao Pontifici; & Jvo parte 10. cap. 87. Leoni IV. ad exercitum Francorum. qui diu ante Urbanum II. & expeditiones in Palæſtinam vixit. Sed Reineccio, tanquam hæretico Lutherano aut Calviniano, ſtomachum movet, quòd hujuſmodi operi decernatur, tanquam merces, beatitudo cœleſtis; quia ipſe nullum ho- H
minis coram Deo meritum agnoſcit. Nec multum refragor, ſi de homine Lutherano aut Calviniano loquatur. Da Catholico id pernego; ſi enim regnum cœleſte promittitur ei, qui aut famelico cibum, aut ſitibundo potum; aut nudo veſtem largitur; mirum profectò foret; ſi huic operi tam præſtanti & eximio, quo quis omnia, ip-
ſam

Digitized by Google

quidem Solymanni familiæ magis irritata quàm fracta obſtabat potentia, mari naufragia imminebant. Accuſatio, quantum intelligo, in hoc conſiſtit, quòd Cruce ſignati mare non verterunt in aridam; ut in poſterum abſque naufragiorum diſcrimine Brunduſio, aut aliunde in Cyprum; & ex Cypro in Palæſtinam pervenire liceret; & quidem pede ſicco: aut ſi mare volebant ſuo in loco relinquere, debebant ſaltem effeciſſe, ut navigando Hieroſolymam, nullus ventus æquora turbaret; & quia hoc non effecerunt, quod experientia ſatis compertum habetur, C non ſatis Hieroſolymorum incolumitati conſuluerunt.

Debebant inſuper Bulgariam, Thraciam; totámque Aſiam à Boſporo Antiochiam uſque occupare; & Turcas radicitus extirpare, ne ullus unquam ſuccreſceret, aut ex intimis Perſiæ & Meſopotamiæ angulis proreperet; & quia hoc non præſtiterunt, jure in reprehenſionem Reineccii incurrunt.

Quis igitur non animadvertit, quàm meritò iſti chartas declamatiunculis & præfatiunculis ſuis adversùs *Cruce ſignatos* oppleant; quòd rem tam imprudenter geſſerunt; & ſæpe vix ducentis trecentíſve militibus multa millia Saracenorum profligârunt, & ad internecionem uſque deleverunt, Duce & auſpice ſanctiſſi- D ma Domini Cruce. Nec culpa vacat, quòd omnes civitates quotquot à Boſporo uſque Antiochiam ſunt, quas in ſuam poteſtatem redegerant, aut levi opera redigere poterant, non muniêrunt incolis, & præſidiariis ſuæ gentis; quaſi omnibus implendis & muniendis ſepties centena millia ſuffeciſſent: & ſi colonias ſingulis in locis, quæ ſui juris fecerant, relinquere voluiſſent Cruce ſignati ſub Godefrido, pleræque occidentis provinciæ habitatoribus viduandæ, & in ſolitudinem redigendæ fuiſſent.

à nobis depellit; ſed etiam ut expultricem, tametſi *inſtrumentalem*, ærumnarum cauſam, & ùt adjutricem in adverſis; qualem ſæpius experti, ſi non hæretici; at Chriſtiani, nominatim noſtri *Cruce ſignati*, qui humeris crucem affixerunt, non tantùm ut monumentum, ſed etiam ut inſtrumentum Chriſti; quo mirabilia patrat, & ejuſmodi mirabilia, quæ cùm Hæretici capere nequeant, inficiari non formidant.

Ut autem Reineccius ſuum nobis erga Crucem ſtudium & affectum demonſtret; ait, ſe *Conſtantini magni miraculoſa Cruce, &* G *regio diademate ſigni loco uti voluiſſe; ſic tamen, ut ex Horatij carmine, unius vocis mutatione, hoc videlicet: Nil deſperandum Chriſto duce, aſſumeret:* Mirificè celebrat hoc Reineccij factum amicus quidam illius carmine encomiaſtico. Nec ego ſanè reprehenderim. Abſit à me; imò Reineccium laudo, quòd, neglectis alijs, hoc ſibi ſacroſanctum Crucis ſymbolum præcipuè elegerit; etſi hoc laudare non poſſum, quòd non elegit cultus & venerationis, ſed neſcio cujus myſticæ, vel potiùs politicæ ſignificationis gratia; qua mente alij ſibi deligunt leones, urſos, apros, capros, gryphes, & quid non? Quærit Poëta de Reineccio.

Cur gerit in clypeo diadema crucémq; rubentem?
Et quis in hoc ſigno ſenſus utroque latet?
Ut reor, & niſi me mea fallit opinio, ſigna H
A Conſtantino Cæſare ſumpta gerit.
Primus hic impoſuit capiti diadema, ſuóſque
Armis appictas juſſit habere Cruces.
Nempe quod oſtento monitus, formidine preſſo
In ſola didicit ſpem ſupereſſe Cruce.
Sub cruce ſuave Deo ſervit diadema, ſub illa
Quiſque ſua felix in ſtatione manet.

Pulchrè Poëta, nec minus verè: ſed neſcio num ad Reineccij ſtomachum. Nam *ſi in ſola didicit ſpem ſupereſſe* cruce; in typo, in-

Z 2 quam

Digitized by Google

exoſum; ut facti veritatem ſuſpectam reddat: nam quod iſti labefactare nequeunt ratione; id ſubruere conantur cuniculis calumniæ aut irriſionis. Ad ea porro, quæ idem Reineccius ad cap. 32. lib. 5. Alberti annotat, ut fidem hiſtoriæ de lancea Dominica elevet; *Tom. 1. lib. 1. c. 96.* reſponſum jam pridem eſt in opere de S. Cruce.

Tyr. lib. 1. cap. 17. Quod miratur, cur Tyrius Principes & Nobiles Cruce ſignatos vocaverit *Marranos*, facilè admirationem depoſuiſſet, ſi more Syriaco, Tyrium in Syria vocabulum hoc uſurpâſſe, & à *Marim*, quod *Dominum* ſignificat, deduxiſſe noviſſet: ita ut *Marranus* ni-
C hil ſit aliud, quàm *Dominus*: nam quod jam apud Hiſpanos, & alibi in vitio ponitur, quid refert? nil notius, quàm vocum ſignificata mutari ſolere, *ut folia in ſylvis*.

CAPUT V.

Refelluntur calumniæ petitæ ab eventu expeditionum cruceſignatarum, & quæ cauſæ infelicis ſucceſſus.

CALUMNIANTUR, fuiſſe infelicem eventum iſtarum expeditionum. Atqui ſi loquuntur de expeditione, cujus dux & ductor Godefridus erat; itém-
D que de bellis, quæ ipſe poſtea in Palæſtina geſſit; & Balduinus frater ejus; & alii nonnulli Reges & Principes Hieroſolymitani; veteri more mentiuntur, odióque Pontificis Romani, & ipſius Catholicæ religionis, quam omnes cruceſignati profitebantur; facinora planè Heroica, & quibus ex omni Chriſtiana antiquitate vix reperiuntur paria; obſcurare ſumma perfidia nituntur. Sed fruſtra. Clarent tot ſcriptorum clariſſimis monumentis, clarebúntque ſæculis innumerabilibus; ut nullâ ſycophantarum nebula obfuſcari queant.

quæ adhuc in ſacris Macchabæorum libris legimus. Cecidit ipſe Judas alioquin invictiſſimus, Jonathas captus eſt; & cum filiis ſuis crudeliſſimè trucidatus. Ceciderunt & alii aliàs, vitam pro patria & patriis legibus profundere promptiſſimi. An hæc prælia eam ob cauſam culpare decet? An ſine fructu bella illa à Macchabæis ſuſcepta ſunt?

Objiciunt & illud, *terram ſanctam non diu à Chriſtianis retentam & poſſeſſam.* Atqui Hieroſolymam octoginta octo annos obtinuerunt, ut taceam quindecim illos, quibus poſtea in Chriſtianorum poteſtate fuit, armis Friderici II. Imperatoris. Et in munitiſſimis Palæſtinæ regionúmque adjacentium G
civitatibus & arcibus habitârunt Chriſtiani propè ducentos annos, ingentéſque Saracenis clades importârunt; eorúmque impreſſiones viriliter retuderunt. Recuperavit Heraclius Hieroſolymam à Perſis, & paulò pòſt iterum amiſit. Num ideò fruſtra adversùs Perſas arma expedierat? Expulit Juſtinianus ex Africa Vandalos. Amiſſa rurſus eſt Africa, & à Saracenis occupata. Num ideo factum malè à Juſtiniano, qui non ſine ſanguine Chriſtianorum, Romano Imperio Africam adjecit.

At quarundam expeditionum, ùt Conradi Imperatoris, Ludovici filii Ludovici Craſſi, Regis Francorum; geminarum ipſius S. H
Ludovici, & plurium, triſtis exſtitit eventus, omniúmque lachrymis deplorandus & tota demum actionis hujus cataſtrophe in lugubrem finem exiit, capta Ptolemaide, multis millibus Chriſtianorum interemptis, & ex tota Syria penitus exterminatis. Non abnuimus, fortunam interdum cœptis parùm faviſſe. Sed bene habet, fatetur ipſe Dreſſerus, *iniquum eſſe, ſi ex eventu, non ex voluntate conſilia ponderemus, cùm in humanis actionibus ſæpe uſuvenire videamus, ut quod bene conſultum cogitatúmque eſt, malè cadat. Magis itaque ſpectare cauſas eventorum, quàm ipſa eventa*

S. Bernad. epiſt. 256.

minis indicium. *Legi apud quendam ſapientem*, inquit S. Bernardus, *non eſt vir fortis, cui non creſcit animus in ipſa rerum difficultate. Ego autem dico, fideli homini magis & inter flagella fidendum, &c. Loquetur & ipſe: Et ſi omnes ſcandalizati fuerint, ſed non ego. Nec terrebitur damnis prioris exercitus, quibus magis reſarciendis operam dabit. Nunquid ideò non debet facere homo quod debet, quia Deus facit quod vult? Ego verò pro tantis malis, tanquam Chriſtianus & fidelis, meliora ſperabo, & omne gaudium exiſtimabo, quòd in varias tentationes incidimus.* Hæc & ſimilia S. Bernardus, quæ jam alibi recitavimus; neque opus hoc loco iterare.

C Illud potiùs videamus, quæ cauſæ fuerint infauſti aliquando ſucceſſus, ſanctique regni penitus tandem perditi, & in impiorum manus devoluti. Varias hujus rei cauſas reddi poſſe exiſtimo: & inprimis hanc, quòd non rarò Cruce ſignatus exercitus Duce caruit; vel plures Duces habuit; vel ſi unum habuit, is ea auctoritate, qua pollere debebat, non fuit. Quod anima corpori, hoc exercitui dux eſt; ſed dux animatus, qui totum exercitum vegetet, vivúmque ac vitalem efficiat. Divinus eſt ille Homeri verſus, omnium ſermone celebratus.

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔσω
Εἷς βασιλεὺς, ᾧ ἔδωκε κρόνυ παῖς ἀγκυλομήτεω
D Σκῆπτρόν τ' ἠδὲ θέμισας, ἵνα σφίσι βασιλεύῃ.

Non eſt bona multitudo ducum. Dux unicus eſto.
Rexque unicus, cui Saturni filius Jupiter
Sceptrum & jura regnandi conceſſit.

Quid Dux, à cujus nutu & imperio cæteri dependeant, exercitui præſtet, manifeſt; niſi quia vel carebant duce; vel ducem habebant, ſed ſolo nomine. Præclarè Lyricus. *Vis conſilij expers mole ruit ſua.* Quid obſecro, copiæ ſine duce aliud, quàm *vis conſilii expers*? Unde enim conſilium turbæ, ſi non à capite? Unde obſequium & diſciplina, ſi non ex reverentia, metu & intuitu capitis? Quare non mirum, ſi ruat, & quidem hòc citiùs; quò major: nam quò major eſt moles, eò citiùs ruit, ſi fundamento deſtituta ſit.

Quod non ignoravit Heraclius Patriarcha Hieroſolymitanus, qui antequam Hieroſolyma à Saladino caperetur, ad Henricum Angliæ Regem profectus eidem obtulit *claves urbis ſacræ*, inquit Giraldus Cambrenſis, *ſacrique ſepulchri Dominici, cùm regio vexillo Martióque ſigno ex parte primorum terræ Palæſtinæ tam fratrum ſcilicet Militiæ Templi, quàm Hoſpitalis, nec non & totius tam Cleri, quàm Populi unanimi voto & acclamatione; ſupplicans in lacrymis, & ad regia genua provolutus, humiliter deplorans, quatenus ad terræ ſanctæ ab hoſtibus fidei jam deſperanter afflictæ, ſpecialémque patrimonij Chriſti JEſu ſubventionem miſericorditer moveretur:* cui cùm Rex pecuniam copioſam promitteret, ſeipſum autem in Palæſtinam proficiſci poſſe negaret; Reſpondit Patriarcha: *Nil agis, ô Rex, huic ſtare conſilio ſi perſtiteris: quoniam in hunc modum nec te ſalvabis; nec Chriſti Patrimonium conſervabis.* PRINCIPEM *enim quærere venimus, non pecuniam. Quælibet ferè mundi pars nobis pecuniam mittit: nulla* PRINCIPEM. VIRUM *igitur appetimus, qui pecunia indigeat, non pecuniam, quæ* VIRO. Cùmque Rex non flecteretur, *ad alind ſe convertit, rogans, ut vel unum filiorum ſuorum, & ſi non alium, ſaltem natu minorem Joannem, eis in ſubſidium* PRINCIPEM *daret: ipſe verò Joannes (quamquam in Hiberniam ei à patre datam, jam tunc cum grandi expeditione mittendus foret) patrios ad pedes ſe provolvens, & ut Hieroſolymam potius mitteretur, laudabi-*

G Girald. lib. de Hibern. expugnata.

H

Digitized by Google

[illegible] *curaret in terris: de ſuo quàm tutus urgente neceſſitatis articulo fieri poſſet, tanto patrono tantóque tutore dignè munitus.*

Cæterùm videns Patriarcha, quia apud Henricum Regem *nihil proficeret, hæc in Regem, multis audientibus, comminatorio pariter & prophetico ſpiritu verba deprompſit. Hactenus inter mundi Principes incomparabili gratia, Rex glorioſè regnâſti: & cujus uſque nunc honor, ad regiæ celſitudinis apicem, magis ac magis accrevit: ſed tibi proculdubio ad hanc experientiam, in qua deficis, reſervato, & ob hoc à Domino, quem deſeris, derelicto, gratiâque penitùs deſtituto: de cætero gloria in ærumnam, & uſque ad finalem halitum, honor in ignominiam convertetur. Hanc*
C *itaque propheticam comminationem, quam utinam exemplo Regis Ninive per pœnitentiam evacuâſſet, ſententiámque mutari feciſſet, Vir ſanctus Regi nihil ex contingentibus omittendo, ter emiſit: primò Londini: deinde, Boveriæ, tertiò, apud Chinomenſe caſtrum.* Oſtendit poſtea Giraldus, quomodo ab illo tempore, res Henrici collabi retróque referri cœperint, uſque ad ſupremum vitæ diem.

Quantum itidem profectui exercitus obſit multitudo & diverſitas Ducum, quorum quivis ſupremus eſſe velit; uni ſupremo ſubdi, ejúſque juſſa capeſſere detrectans; id ſatis in obſidione & expugnatione Acconis ſeu Ptolemaidis declaratum eſt. Obſidebant urbem illam cùm alii, tum duo potentiſſimi Francorum & Anglorum Reges Philippus &
D Richardus: ſed quia neuter alterius vel tertii alicujus imperio ſubjici volebat; non ſemel natis diſſenſionibus, res in apertum diſcrimen devenit: & capta civitate; vix amplius operæ precium aliquod factum: alienatis à ſe mutuò Regum animis; & quod hinc eſt conſequens; etiam militibus, qui Reges ſequebantur, inter ſe diſſentientibus.

Idcirco pro tertia cauſa rei interdum malè geſtæ ſtatuere optimo jure poſſumus inteconſulat. Ego threnos hoc loco ſcribere non propoſui.

Dolendum ſummoperè, hos, quorum diſciplina eſt, diſciplina pacis; & quorum Deus, eſt Deus pacis; adeò inter ſe ſtudia in contraria, in re tanti momenti; tantis hoſtibus undique circumfrementibus ſciſſos fuiſſe; illos autem, quorum diſciplina eſt diſciplina Diaboli, tam concorditer in exitium Chriſtianorum conſpirâſſe, & etiamnum conſpirare. Utinam vel hodiernis & propriis malis tandem ſaperemus, quando abduci nequimus, ut ſapiamus malis antiquis & alienis: ſi tamen aliena cenſeri debent, quæ noſtros Germanos & Francos, & in communi Chriſtianos, cujuſcunque nationis, non modò attigêre, ſed & attrivêre. G

Quarta cauſa rei inféliciter aliquando geſtæ referri poteſt in proditores, præſertim Græcos, corúmque Imperatores Alexium Comnenum, Manuelem, & alios: qui in noſtros trans Boſporum jam progreſſos, ſæpiùs Turcas & literis, & promiſſis, & præmiis inflammârunt & exſtimulârunt; & de itinere & adventu noſtrorum ſollicitè præmonuerunt, noſtríſque eos viæ duces attribuerunt; qui non tam *ducerent:* quàm *ſeducerent*, & copias cruce ſignatas, per invia, arida & æſtuoſa loca conſultò deducerent, & in extrema pericula conjicerent; conjectáſque ſub cultro relinquerent; à fame, ſiti, Turcarúmque acinacibus conſumendos, niſi ſi quos fuga ſervâſſet. Id perſpi- H
cuè cernere licet, in expeditione illa numeroſiſſima Longobardorum & aliorum Italorum: Et in ea, quæ hanc inſecuta eſt Guelfi Ducis Bavariæ, & Thiemonis Archiepiſcopi Salisburgenſis, & in alia; eáque celeberrima, Conradi Imperatoris, & Ludovici Regis Francorum: certum eſt enim, has proditione Græcorum diſiectas & diſſipatas fuiſſe: nec diſſimulat Nicetas; cui gratias

Digitized by Google

Narrat deinde, quomodo ſemper rebelles & factioſos adversùs Imperatorem occidentis foverit; & ſi nulli eſſent, excitârit, ut eſſent; omníque arte vires Regum & Principum noſtrorum imminuere & diſtrahere ſtuduerit. Quin & antequam cruce ſignati noſtri brachium S. Georgii transmitterent, variis inſidiis à Græcis Imperatoribus appetebantur in Bulgaria, concitatis adversùs eos Bulgaris; in Thracia autem, immiſſis Turcopolis ſeu Turcopulis & Pinciatis, ùt Abbas Urſpergenſis nominat; ſeu, C Pincenariis, ſive Pincenatibus, ut Robert. & Albertus appellant. Robertus, ubi de copiis Godefridi Ducis Conſtantinopolin jam delatis. *Doloſus Imperator præcepit Turcopolis ſuis & Pincennatibus, ut in inſidiis poſiti, eos invaderent & occiderent.*

Robert. l. 1.

Iidem exercitum Boamundi Conſtantinopoli propinquantem, juſſu Imperatoris, aggreſſi; à Boamundo & Tancredo capti, & in vincula conjecti ſunt, *quos ùt vidit* Boamundus, *Deo gratias egit, & hilari vultu ſubridens, eis per interpretem dixit: Gens malè ſana; quare quæris occidere gentem noſtram & Dei? Nos ſumus Chriſtianæ fidei conſortes, & domeſtici, & peregrini milites ſancti ſepulchri.* D *Nos neminem veſtrûm quærimus lædere, nec Imperatori veſtro molimur aliquid auferre. Ad hæc illi reſpondentes dixerunt. Domine, conductitii milites ſumus Imperatoris, & donativa noſtra promereri ab eo deſideramus. Quò ei libet, vadimus, quod præcipit facimus, & magis illi quàm Deo obedimus. Nos tamen bene recognoſcimus, quòd magis oportet obedire Deo, quàm hominibus. Imperator magis perhorreſcit agmina veſtra, quàm cœli fulmina, quia magis ſibi perſuadet, vos velle eum regno ſuo privare, quàm velle peregrinari: & ideo non ceſſat malum erga vos machinari. Sed propter Deum, cujus peregrini & milites eſtis, dignemini noſtri miſereri. Ad hæc verba vir egregius, commotus ſpiritu miſericordiæ, condonavit eis vitam, & illæſos abire permiſit.*

copoli & *Pincinati*, quorum opera noſtris cruce ſignatis Conſtantinopolitani tam multas inſidias ſtruxerunt, & damna intulerunt, planiùs lector intelligeret. Luitprandus Ticinenſis vocat Pizenacos. Zonaras in Conſtantino Leonis filio, Pazinacas. In Iſaaco Comneno. *Contra Scythas, qui Pazinacæ dicuntur.* Apud Joan. Curopalatam paſſim reperias Pazzinacas.

Luitpr. lib. 1. cap. 3.

Ut ad inſtitutum redeamus, expeditionibus cruciatis plurimum obfuerunt Græcorum Imperatorum proditiones, quorum nefarii conatus, & tanti ſanguinis innocui effuſio deinde in caput illorum reciderunt, G capta à Cruce ſignatis Conſtantinopoli; poſtea etiam à Mahometanis, quos ipſi contra Cruce ſignatos fovebant & excitabant, ſtipendiiſque liberalibus adjuvabant, ignari, ſe ſerpentem in ſinu alere; & proprio lacte, lupum educare, qui robur adeptus, nutricem ſuam devoraret.

Quàm verò humaniter cum inhumaniſſimo Alexio egerunt primæ illius expeditionis Principes, cùm benevolentiſſimis & amiciſſimis verbis eum ad eandem expeditionem ſuſcipiendam invitârunt; nec invitârunt tantùm, ſed & Principatum, & ut ſic loquar H *ducatum* totius Cruce ſignati exercitus obtulerunt. Rem his verbis narrat Tyrius. *Comes* (Tholoſanus) *gratia rei familiaris in urbe moram faciens per dies aliquot, ſimul & domeſtica tractabat negotia, & pro publicis non deſinebat eſſe ſollicitus. Nam ſicut ab aliis rogatus erat Principibus, Imperatorem frequenter honeſtis perſuaſionibus invitabat (ſicut & alii ante eum ſigillatim fecerant) ùt proficiſcentes comitaretur, & exercitus Dominici eſſe vellet dux & moderator. Commonitus autem ſæpe & ſæpius prædictus Imperator à ſingulis noſtrorum Principum, & maximè à Domino Comite Tholoſano, ut Dominici exercitus Dux & Comes eſſe dignaretur, & populorum, qui ſe divinis obſequiis mancipaverant,* vellet

Tyr. lib. 2. cap. 21.

Digitized by Google

toris, quaſi ejus nomine hæc expeditio inſtituta ſit; isque ſuo loco Godefridum miſerit, quandoquidem ſibi ire per alia negotia non licebat. Sed hæc vera ſunt commenta, ex odio in Pontificem propugnata, ùt jam fusè oſtendimus: & hic novo argumanto oſtendi poteſt; nam ſi Godefridus erat Vicarius Henrici IV. qua ratione potuit vel ipſe, vel alii Principes Principatum, & Ducatum Dominici exercitus offerre Alexio; ita ut ipſe Imperatori Henrico præponeretur? Quis putet hoc paſſurum fuiſſe Henricum; aut admiſſuros Principes, Henrico valdè addictos, inter quos vel præcipuus Godefridus, qui ſub Henrico multa ſtipendia difficillimis in bellis fecerat?
C An jure arbitrari poſſumus, Godefridum alióſque Principes, tam fuiſſe majeſtatis Alemannicæ & Francicæ immemores, ut ſi in hoc exercitu primas obtinuiſſet Imperator occidentis, licèt per vicarium; ipſi decus hoc offerrent Imperatori Græco, & reipſa in illum transferrent, ſiquidem acceptaret?

De Græcorum in Cruce ſignatos improbitate, hæc etiam luculenter, (& ferè præter hæreticum morem, qui Græcis æquior, quàm peregrinis Latinis) Lutheranus Carion. *Imperatores Orientis, pro innata genti malitia penè plus nocuerunt rebus Chriſtianis in Aſia occultâ perfidiâ, quàm hoſtes vi manifeſta: nam ne progredi poſſent, ſeq. confirmare, impediverunt, ubicunque fuit occaſio, commeatu aut denegato, aut*
D *interverſo, aut infecto & adulterato, auxiliis interceptis, clam inſtigatis, ſi quieſcerent, atque adjutis hoſtibus, vel Chriſtianis ſpe amicitiæ, aut fictis occaſionibus rei contra barbaros gerendæ in diſcrimen adductis, denique depopulatione occupatarum Provinciarum amicitias, & fœdera dubiè coluerunt, extimeſcentes ſuſpicari metu efflorescentem potentiam novorum hoſpitum, & invidentes gloriæ ac ſucceſſibus eorundem, &c.*

Idem ſectarius non malè univerſim de everſo Regno Hieroſolymitano hæc ſcribit:

maximos Principes liberare volunt; inſimulantes illos, quaſi cum Saladino colluſerint. Utcunque ſit; quisquis huic ſceleri affinis fuit, is utique jam pridem dignam mercedem accepit. Proditiones profectò quavis peſte, & contagione pernicioſiores ſunt in exercitu: quia vix ulla peſtis tam eſt ſæva, quæ non aliquos ſaltem reliquos faciat. At proditio neminem prorſus immunem ſecurúmve reddit. Integros exercitus, quantumvis florentes, delere & penitus profligare ſolet.

Dices. *Cur Deus hæc & ſimilia detrimenta non clementer avertit à ſuis?* Hujus quæſtionis ſolutionem pete non à me, ſed ab illo, qui conſiliarius Dei fuit, ſi quis fuit. Ego enim G
nihil aliud reſpondere habeo, niſi illud Heli. *Dominus eſt, quod bonum eſt in oculis ſuis faciat;* 1. Reg. 3.
Dominus eſt; quidquid aut facit, aut permittit, id juſtiſſimè facit, aut permittit. Si occultè nobísque ignotè; num ideo iniquè? Sanctiſſimi Regis Ludovici altera expeditio lue peſtifera diſſipata eſt; extinctus ipſe Rex, tantus Dei amicus; cum multis regni proceribus: An quis tam inſipiens & delirus eſt; qui contagionem hanc exercitui ſibi conſecrato, & Regi, fideliſſimo ſuo famulo, à Deo immiſſam exiſtimet ſine cauſa, quantumvis mortalibus incognita, *donec intrent in ſanctuaria Dei, & intelligant in noviſſimis eorum?* H
Vetus hic eſt ſcopulus, ad quem multi impegerunt: ſed multi illi, qui altiora ſe veſtigare conati acquieſcere noluerunt in ejus judiciis, qui non modò juſtiſſimus eſt; ſed & ipſa juſtitia non participatione; ſed natura & eſſentia.

Quinta cauſa improſperi ſucceſſus, & ejectionis noſtrorum ex terra ſancta, non injuria adſcribitur flagitiis & ſceleribus, quæ committebantur ab incolis terræ ſanctæ. Negari non poteſt; quod inter alios Vitriacus *Vid. Vitriac. cap. 69. 70. 71. & ſeq. & c. 94.*
in hiſtoria ſua Orientali, tanquam teſtis oculatus ſæpius teſtificatur & deplorat, apud Chri-

Digitized by Google

bilitata & ſanctificata, partim adhuc nobilitanda & ſanctificanda, ſanctos itidem haberet habitatores, qui vita & moribus Deum perpetuò celebrarent, ejúſque myſteria, & mirabilia aliis itidem nationibus prædicarent. *Nam ſi peculiari populo ſuo, id eſt, ſemini Abrahæ,* inquit Neubrigenſis, *terrenam hæreditatem Deus propter excellentiſſimam fructuum fertilitatem largiri voluiſſet, in India potius, quàm in Syria poſſeſſionem tribuiſſet. Hinc ſi ad opum gloriam, vel ad fructuum referas ubertatem, occurrit tibi veriſſima ratio, quod in his plurimæ illi regiones æquentur, & quædam etiam præſtent; niſi fortè in his, quæ de India memorantur, vana ſit fides. Ergo hoc ſolo præ cunctis terris inclyta, vel olim fuiſſe, vel nunc eſſe dignoſcitur, quòd in ea & olim patrandum erat, & nunc patratum eſſe conſtat illud humanæ redemptionis tam*
C *magnum, & tam mirabile Sacramentum. Itaque divina ſua promiſſione populo ad hoc electo, ut ex eo humanæ redemptionis hoſtia ſuo tempore ſumeretur, terram illam in poſſeſſionem dedit; quam ab initio elegerat, ut in ea eadem reconciliatrix hoſtia litaretur. Hujus rei gratia eandem terram ſpecialiter ſuam vocat, inquiens, non vendetur in perpetuum, quia mea eſt, & vos advenæ, & coloni mei.*

Vide cap. 27. 28. 29. Deut.

Hinc factum, ut Moyſes graviſſimis verbis cohortatus fuerit Iſraëlitas paulò pòſt in terram promiſſionis à Joſue inducendos, ut divina mandata legíſque cæremonias ſtudioſiſſimè & religioſiſſimè obſervarent; & cùm ab aliis criminibus, tum maximè ab Idololatria abſtinerent; vitámque loco tam ſacro, & peculiari ratione divinitus delecto conſentaneam degerent. Sin minus, palàm præ-
D dixit, fore, ut inde quamprimùm exturbarentur, ínque omnes nationes diſpergerentur; vel in illa ipſa terra duriſſimo ſervitutis jugo opprimerentur. *Ducet te Dominus*, ajebat Moyſes, *& Regem, quem conſtitues ſuper te, in gentem, quam ignoras tu & patres tui, & ſervies ibi diis alienis, ligno & lapidi. Et eris perditus in proverbium ac fabu-*

ſionis agebant? Nemo abnuat. Sed tamen F
Deus in hac ipſa terra longè faciliùs fert, & diſſimulat in alienigenis peccata; quàm in ſuo populo fidei dono, & tot gratiæ muneribus exornato; & in filii, imò & in peculii locum adoptato. Chaldæi erant utique idololatræ; hos tamen in Palæſtinam induxit Dominus, ejectis Judæis, & in Babylonem translatis; quia maluit, ut Idololatræ ſpurii terram illam contaminarent, quàm ut Idololatræ filii; minúſque indecens viſum eſt, ſi ſceleribus offenderetur ab illis, à quibus nec agnoſcebatur, nec colebatur, quàm ab illis, quos ſibi ex cunctis mundi nationibus in peculiarem populum ſelegerat, tótque beneficiis cumulàrat; & tam ſtupendis miraculis ex Ægypto in poſſeſſionem Palæſtinæ immiſerat.

Quare cùm ex ſervitute Babylonica domum regreſſi, eò etiam audaciæ prorupiſſent; ut unico Patris filio ad redemptionem
generis humani miſſo, violentas manus af- G
ferre non dubitàrint; cum iterum in illos, ob hoc tantum facinus, ira divina deſævit; miſſis Romanis, quantumvis Ethnicis, & à veri Dei cultu alienis, qui propè ad internecionem uſque perfidos illos terræ ſanctæ incolas deleverunt; & ſi quid ſuperâſſet, id in omnes fermè totius orbis angulos diſperſerunt. An non Romani erant Ethnici? Utique. At Deo magis placuit, ut Ethnici multis flagitiis inquinati terram illam ditione ſua tenerent; quàm ut illi, qui ſe patrem habere gloriabantur Deum; & tamen peccatorum ſordibus toti non erant obſiti, ſed penitus obruti.

De quibus omnibus jam pridem à Moyſe, & poſtea à ſubſequentibus prophetis Hebræi
diligentiſſimè, & ſumma orationis vehemen- H
tia præmoniti fuerant. Sed ſurdis auribus cantatum plerumque. *In Levitico*, inquit Neubrigenſis, *filiis Abrahæ divina voce dicitur, ne polluamini in omnibus, quibus contaminatæ ſunt gentes, quas ego ejiciam ante conſpectum veſtrum, à quibus polluta eſt terra, cujus ego* *Levit. 18.*

B *manu imperatoribus Veſpaſiano & Tito, ultionis animadverſionis miniſtris. Exterminato autem carnali ſemine Abrahæ, quod ita degenerabat, ut ei à Domino diceretur, Terræ Sodomorum remiſſius erit in die judicii quàm vobis, conculcatum eſt à gentibus ſanctuarium Dei, uſque ad tempus religioſi Auguſti Conſtantini Magni.*

Hæc omnino præclarè Neubrigenſis; qui & ſequentia adjungit: *Tunc enim terra ſancta pro ejuſdem Principis ſtudio, à gentilium rituum ſordibus emundata, data eſt in hæreditatem, & poſſeſſionem vero ſemini Abrahæ, id eſt, Chriſtianis, à quibus & poſſeſſa eſt annis multis uſque poſt tempora B. Gregorii;* (ſub imperio enim Heraclii amiſſa eſt) *Tandem enim & hos habitatores ſuos, cùm divinam contra ſe iracundiam peccatis exreſcentibus accendiſſent, terra ſancta, quæ ab eis maculabatur, devoravit, ſive evomu-*
C *it, & contaminârunt eam Agareni habitatione ſua ſpurciſſima, uſque ad annum à plenitudine temporis, quo verbum caro factum eſt, M,XCIX. Tunc enim civitas ſancta, per militiam Chriſtianam ab Europæ partibus venientem, Agarenos habitatores evomuit, &c. Fuit autem habitatio filiorum Japhet*, (hoc eſt, Chriſtianorum) *in terra ſancta annorum circiter LXXXVII. hoc eſt, ab anno à partu Virginis milleſimo nonageſimo nono uſque ad annum milleſimum, centeſimum, octuageſimum ſeptimum: tunc enim & ipſos peccatis eorum invaleſcentibus, atque ideo Agarenis prævalentibus, quod ſine gemitu non dicimus, terra ſancta more ſuo evomuit. Erant enim jam in Hieruſalem, & regno ejus, non ut olim, viri religioſi ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt, ſed ex omni gente Chriſtiana facinoroſi, luxurioſi, ebrioſi, mimi, hiſtriones, hoc genus om-*
D *ne in terram ſanctam, tanquam in ſentinam quandam confluxerat, eámque obſcænis moribus, & actibus inquinabat. Ipſius quoque terræ novæ indigenæ, quos Pullanos vocabant, Saracenorum infecti vicinia, non multum ab eis, vel fide vel moribus diſcrepabant, atque inter Chriſtianos & Saracenos, tanquam quidam neutri eſſe videbantur. Sic ergo terra Domini noſtris tem-*

De Pullanis ſeu Pollanis lege Vitriacum cap. 68. & 73. hiſt. Orient.

Planè ad Chriſtianos etiam pertinuit com- F
minatio illa: *Adducet Dominus ſuper te gentem* *Deut, 28.*
de longinquo, & de extremis terræ finibus in ſimilitudinem aquilæ volantis cum impetu, cujus linguam intelligere non poſſis, gentem procaciſſimam, quæ non deferat ſeni nec miſereatur parvuli, & devoret fructum jumentorum tuorum, ac fruges terræ tuæ, donec intereas; & non relinquat tibi triticum, vinum, & oleum, armenta boum, & greges ovium, donec te diſperdat, & conterat in cunctis urbibus tuis, & deſtruantur muri tui firmi atque ſublimes, in quibus habebas fiduciam in omni terra tua. Hæc divina comminatio in capita Chriſtianorum expetiit tunc, cùm ſub Heraclio in poteſtatem Saracenorum inciderunt, & tunc cùm à Saladino Hieroſolyma & ferè præcipua loca; & tandem à Saladini ſucceſſoribus, omnia Chriſtianorum propugnacula in Syria & G
Palæſtina expugnata ſunt.

At dices: *etiam Saracenos ſceleratos eſſe.* Fateor, quin & addo, longè ſceleratiſſimos rectè haberi ac appellari. Interim dico Deum, ùt olim, ſic & jam malle, ut terram illam filii ſui natalem, & redemptionis noſtræ ſpectatricem occupent flagitioſi ſpurii; qui Chriſtiana ſacra pro frivolis habent, quàm ut eam teneant flagitioſi filii, qui profeſſionem fidei, morum fœditate conſpurcant. Non oportet tamen ea de cauſa Mahometanis victas manus dare; & poſitis armis, pati; ut vel noſtra occupent, vel occupata pacificè poſſideant & retineant, ſed placandum inprimis Numen, venia malè commiſſis oranda; ſcelerum maculæ, ſalutari pœnitentia eluendæ, denique redeundum ad auctorem omnis boni; ut erga populum, H
ſuo nomini conſecratum, viſcera miſericordiæ induat; neque repellat in finem eos, quos ipſe agnitione filii ſui, & tantis gratiæ donis dignatus eſt.

Toti huic diſputationi illuſtrandæ admodum ſervit ac conducit, quod ſcriptum eſt lib. 4. Eſdræ, (tametſi non Canonico) cap.

3. &

Digitized by Google

cut Jacob? quarum merces non comparavit, neque labor fructificavit: pertranſiens enim pertranſivi in gentibus, & vidi abundantes eas, & non memorantes mandatorum tuorum, Nunc ergo pondera in ſtatera noſtras iniquitates, & eorum, qui habitant in ſeculo, & non invenietur nomen tuum niſi in Iſraël.

Quid ad hæc Angelus? *Excedens exceſſit cor tuum in ſeculo hoc & comprehendere cogitas viam Altiſſimi.* Et cùm Eſdræ quæſtiones nonnullas de rebus terrenis propoſuiſſet, íſque ſolutionem dare nequiiſſet, ſubjunxit Angelus, *Tu quæ tua ſunt, tecum coadoleſcentia, non potes cognoſcere, & quomodo poterit vas tuum capere Altiſſimi viam?* Poſt multa in hanc ſententiam allata & diſputata ſubjecit
C cit Eſdras. *Deprecor te Domine, ut mihi detur ſenſus intelligendi: non enim volui interrogare de ſuperioribus tuis, ſed de his, quæ pertranſeunt per nos quotidie. Propter quid Iſraël datus in opprobrium gentibus, quem dilexiſti populum, datus eſt tribubus impiis, & lex patrum noſtrorum in interitum deducta eſt, & diſpoſitiones ſcriptæ nuſquam ſunt, & pertranſivimus de ſeculo, ut locuſtæ, & vita noſtra ſtupor & pavor, & nec digni ſumus miſericordiam conſequi.*

Quid ad hæc Angelus? *Si fueris plurimum ſcrutatus, frequenter miraberis, quoniam feſtinans feſtinat ſeculum pertranſire, & non capit portare, quæ in futuris temporibus juſtis repromiſſa ſunt, quoniam plenum injuſtitia eſt ſeculum hoc,*
D *& infirmitatibus.* Summa reſponſionis eſt, à fidelibus habendam rationem futurorum, non præſentium; recolendam mercedem in cœlis repoſitam, quidquid circa res caducas & perituras accidat. etiam inter fideles peccata reperiri, quæ Deus ſeveriùs hîc caſtiget, ne in altero ſeculo neceſſe ſit perpetim caſtigare. Et tandem omnibus conſideratis; huc recurrendum eſt; *Judicia Dei eſſe incomprehenſibilia, & abyſſum multam*, hoc eſt profundiſſimam.

rantia majorem longè partem abſumpſerat. In qua re conſideranda eſt altitudo ſapientiæ Dei, de ſuorum, quos ad vitam præordinavit æternam, temporali vel ſalute, vel felicitate minus curantis, & eorum clades temporales ad ſupernæ civitatis completionem ſubtili proviſione derivantis. Non enim eſt dubium, eos, qui relicta patria, atque omni neceſſitudine carnali, tantis ſe periculis, laboribus & cladibus propter Chriſtum exponentes, in hac laudabili devotione vitam temporalem finire meruerunt, illis annumerandos, de quibus dicitur; beati mortui, qui in Domino moriuntur, cùm non ſolùm in Domino, ſed & pro Domino mortui eſſe probentur. Proinde fidenter dixerim, quòd multò clementiùs ſuperna cum illis pietas egerit, qui in illa peregrinatione vitam terminantes felici compendio ad æterna migrârunt, G
quàm qui repatriantes cum ſoſpitate corporali ad ſordes priſtinas remeârunt, quippe eos, quos ex illa peregrinatione ad propria reverſos cognovimus, etiam ad mores priſtinos, poſt tanta propter Chriſtum tolerata incommoda, reverſos videmus.

Mirum quidem videtur, quòd Dominus ſuæ Incarnationis, Paſſionis, Reſurrectionis, Aſcenſionis, ſanctiſſima loca à gente ſpurciſſima occupari & profanari permiſerit. Verùm divinæ permiſſionis hujus tunc quidem occulta erat, nunc autem manifeſta eſt ratio. Quippe occaſione ejus tam dolendi, pudendique caſus infinitis peccatoribus ad ſtudium pietatis converſis, tanta piarum millia animarum, in quinquennali jam ſpatio, ad æternam requiem ſuperni ordinatoris manus aſſumpſit, quanta per integritatem terrenæ Hieruſalem, illa, quæ ſurſum eſt, quæ eſt mater noſtra, H
ad ſuam completionem annis retro plurimis non ſuſcepit. Ita ergo Rex noſter attingens à fine uſque ad finem fortiter, & diſponens omnia ſuaviter, & malis quoque hominum utens optimè, dum terrenam ſuam Hieruſalem, & fines ejus, propter peccata habitantium, in manus hoſtium tradidit, cæleſtis ſuæ Hieruſalem uberiora ſubtiliter lucra quæſivit.

Digitized by Google

B xium Imper. Conſtantinopolitanum. *Inter cæteras arcanas & inſcrutabiles cauſas invaſionis & detentionis terræ orientalis, hanc etiam forſan Dominus ſua miſeratione prævidit, ut multi relictis parentibus & amicis, imò etiam omnibus, quæ habebant, Chriſtum, aſſumpto ſalutiferæ Crucis ſigno ſequentes, in defenſione terræ ipſius Martyrio coronentur, & inde triumphans Eccleſia lætetur, & augeatur in cœlis, unde militans dolere ac minorari videtur in terris.*

Arnoldus Lubecenſis loquens de expeditione Friderici Barbaroſſæ. *Sic expeditio illa terminata eſt, ut quaſi ferè adnihilata videretur. Unde nonnulli ſcandalum contra eam habuerunt, dicentes, eam non rectè inchoatam, ideòque nec bene conſummatam. Sed qui talia judicas, vide, ne lumen quod in te eſt, tenebræ ſint, dicente Domino: Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Profectò per oculum interiorem intentionem, per corpus verò exteriorem actionem volens interpretari.* Arn. lib. 3. cap. 34.

C *Sapientia verò dicit: Homo videt in facie, Deus autem in corde. Si ergo lucerna corporis tui in corde, quam Deus ſolus videt, & ſi in facie corpus exterius, quod videt homo; qua temeritate judicium Dei tibi uſurpas: qui ſolus occulta novit, cùm magis ea, quæ neſcis, quo animo fiant, in meliorem partem debeas interpretari? Manifeſta tamen indicia hic inveniuntur, quæ magis attendenda fuerunt, quòd Evangelici viri illi propter amorem Chriſti reliquerunt domos, fratres, & ſorores, patrem & matrem, & uxores, filios & agros, & quod majus eſt omnibus, tradentes corpora ſua laboribus & ſuppliciis. Quia plurimi eorum tali devotione ſunt peregrinati, ut quantum in ipſis erat, magis eligerent in confeſſione Domini occumbere, quàm ad ſua remeare. Et ideo*

D *quamvis expeditio illa ſive peregrinatio ad finem deſiderati certaminis non pervenerit, non tamen eò minùs credendum eſt, quòd coronam deſideratam non perceperint, cùm precioſa ſit in conſpectu Domini mors Sanctorum ejus, quæ quali fine claudenda ſit, vel quomodo vel quando adimplenda, ſicuti Dei ſolius eſt noſſe, ita ejus de ſingulorum meritis judicare. Juſtus enim, ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.* Magna

geni Petri reductio. An hæc exigua com- F
moda? An non vel maximè digna ſunt, quorum gratia arma ſumantur? Nemo, opinor, abnuet, niſi ille, cui religionis Chriſtianæ amplificatio non eſt cordi.

Nam quòd hæc commoda non fuère perpetua; quid hoc ad rem? Optandum quidem eſſet; perennâſſe & durâſſe uſque ad finem mundi; ſed quia Deo aliter viſum; contenti ſimus illis, quæ ipſe dedit, cùm viſum; ruſúſque abſtulit, cùm viſum; flagitiis mortalium id exigentibus, & à clementiſſimo Deo quodammodo tam ſeverum judicium extorquentibus. Interim cultus verus & Chriſtianus, expulſa nefaria Saracenorum ſecta, non paucis luſtris Hieroſolymis, inque provinciis aliis liberè, nulla impietate Saracenica interpellante, floruit. Quod qui in maximo, omnibúſque armis quærendo lucro non deputat, is meritò annumerari poteſt illis, de quibus Apoſtolus: G
Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei, ſtultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere. 1. Cor. 2.

Prætereo præclariſſima heroicorum facinorum exempla, quæ poſteritati ad exemplum reliquerunt. Utinam eſſet, qui excellentiſſima illa fortitudinis, patientiæ, magnanimitatis, & ante omnia, pietatis in Deum, cultúſque & reverentiæ erga ſacroſanctam Crucem, & reliqua paſſionis Dominicæ inſtrumenta ſibi imitanda exiſtimaret. Nam cruce ſignatis noſtris eadem mens fuit, quæ olim ſeni Eleazaro, qui hæc de ſe. *Adoleſcentibus exemplum fortè relinquam, ſi prompto animo, ac fortiter pro graviſſimis ac ſanctiſſimis legibus honeſta morte perfungar.* Additur. 2. Mach. 6. H
Et iſte quidem hoc modo de vita deceſſit, non ſolùm juvenibus, ſed & univerſæ genti memoriam mortis ſuæ, ad exemplum virtutis & fortitudinis, derelinquens. Et certè publicè intereſt exſtare ad imitationem inſignia Chriſtianæ virtutis paradigmata, quæ cuivis ex cruce ſignatorum hiſtoria largiter ſumere licebit.

Nam

Digitized by Google

B nacho Florentino, qui præſens omnia ſpectavit; in quo videre eſt, quàm imperterrito & à cœptis deſiſtere neſcio animo, Chriſtiani illi rem Chriſti geſſerint. *Scias,* inquit ille, *in exercitu quòd qui remanſerunt, omnes in periculo mortis exſtiterunt. Hyemem ſic aſperam nam paſſi fuerunt; Quòd vidiſſe ſimilem nec antiqui ferunt. Imbris torrens validus terram inundabat, Bacchanalis Africus mare perturbabat, evulſa tentoria cuncta laniabat.* Ad hoc malum accedebat graviſſima fames. *Ad pœnarum cumulum,* inquit idem ille Rhythmographus, *& majus augmentum; Licèt portes manibus aurum vel argentum, hordeum non invenis, carnem nec frumentum. Nondum vixit aliquis, nec vivit mortalis, graviora viderit his qui mala malis. Nam vini vel olei modicum vel ſalis vendebatur cariùs, quàm veſtis regalis, &c.* C *Delicatè vivere, qui domi ſolebat, ibi fabas & ciceram non faſtidiebat: ſed de pane bis cocto ſæpius famebat, carnem quoque marcidam avidius edebat.* Idem alibi. *De Andegavenſibus libræ datæ trinæ ſunt à me pro modio parvulo farinæ. Palatis nobilium carnes tunc equinæ reſpondebant melius quàm gallinæ.*

Nec tamen his incom̃odis animi conciderunt: ut nec præſtantium hominum morte; partim gladio undequaque inſtantis Saladini, partim naturali fato abſumptorum; quorum nonnullos rhythmis ſuis decantat Florentinus, nominatim Archiepiſcopum Cantuarienſem Balduinum, & Biſuntinum; & Fridericum Suevorum Ducem, Imperatoris Friderici filium, quibus hæc accinit. *Sanctus Archiepiſcopus Cantuarienſis populum conſilio fo-* D *vens, & expenſis militonum cœtibus catervatus denſis, recreabat pauperes ſumptibus immenſis. Quæ ſic poſtquam vineæ mors intentum vidit, tantis operarij fructibus invidit, vitæ filum protinus illius ſuccidit, clerus plebs cum milite quare veſtes ſcidit. Hinc Archiepiſcopus gemma Clericorum Biſuntinus obiit, Duxq; Suevorum, qui niſi contraria foret ſors fatorum, ſtraviſſet innumeras acies Turcorum.*

Lubet adſcribere ex Rogero catalogum nobiliſſimorum & clariſſimorum hominum, *Hieruſalem, & Landegravius de Alemannia obiit in Romania in redeundo versùs domum; & Joannes Conſtabularius Ceſtriæ obiit in terra Hieruſalem apud Tyrum: Rotrodus Comes de Stertico* F *obiit in obſidione Accon. Et Comes de Puntif, & Theobaldus Comes de Blais, & Stephanus de Sancerræ frater ejus; & Willielmus Comes de Ferrers, & Dux Bertoldus de Alemannia, & Rogerus Comes de Apulia, & Jocellinus Comes de Apulia, & Comes de Brenes, & Andreas frater ejus occiſus, & Ingeram de Feves occiſus, & Ludovicus de Arſeles occiſus, & Hugo de Hoiry occiſus, & Walterus de Moy occiſus, & Suido de Danzey occiſus, & Ode de Guneſſe occiſus, & Pincerna de Sanſtlir captus à Paganis: & Mareſcallus Comitis Henrici captus à Paganis, & Reginaldus de Magni occiſus. Præterea in eodem anno obierunt in obſidione Accon Vicecomes de Turomania, & dominus de Wanci, & Gilbertus de Tileres, & Florentinus de Angeſt, & Jocellinus de Mummorenci, Vicecomes de Caſtello Heraldi, & Anſelmus* G *de monte regali, & tota familia ejus, & Vice-Comes de Caſtellum, & mater ejus, & Joannes Comes de Vendome, & Heſtellanus de Tre, & Saufridus de la Brivere, & Robertus de Boives, & Adam Cambelangus Regis Franciæ, & Adam de Leum, & Boves de Juvenni, & Wilhelmus de Pinkim, & Rogerus de Polebaro, & Robertus Conſtabularius. Seneſcallus Comitis Willhelmi de Mandevilla, Ranulphus de Glamvilla Juſtitiarius Angliæ obiit in obſidione Accon, & Bernardus de S. Valerico junior, & Richardus Clare, & Suido de Caſtellum, & Walterus de Kime, filius Philippi de Kime, & Joannes de Lamburne, & Walterus de Ros, frater Petri de Ros.* Hæc Rogerus.

Subdit Florentinus Rhythmologus. *Sic iſtis Baronibus in neceſſitatibus deſtituti tempore* H *ſumus & Prælatis aliiſque pluribus non hìc nominatis, nobis adverſantibus cum fortuna fatis. Et in verbo veritatis tibi dicere poſſunt, qui tunc temporis remanſerunt ibi, quòd ſunt indigentiam tantam paſſi cibi, quòd neſcimus ſimilem ab antiquis ſcribi. Ploratu gravi cibaria quærebantur, nec quærentes quoniam non ſic conſolantur. Sed ſi quando forſitan inveniebantur, cum amaris poculis fletu miſcebantur. Idem cibus Dominum &*

Digitized by Google

commemorabile exemplum, ac lucidiſſimum ſpeculum.

Jam verò ut ad commoda temporalia veniamus, quanti pendendum eſt, tot provincias ampliſſimas, civitatéſque munitiſſimas ſub jugum miſiſſe, & imperata facere coëgiſſe; & longè plus terrarum Chriſtiano imperio ſubjeciſſe; quàm olim Deus filiis Iſraël dederit: neque enim Antiochia aut Edeſſa, aut Cilicia; aut Tyrus & Sidon, ad terram promiſſionis pertinebant; quæ omnia loca crucesignati noſtri invicta manu obtinuerunt & poſſederunt; ut taceam Conſtantinopolim, & quidquid propemodum ad Conſtantinopolitanum Imperium ſpectabat; quæ militibus ſepulchri Dominici conceſſa fuêre, non ſine præſenti numine, & C
præter omnem exſpectationem, propè dixeram, præter voluntatem.

Ajunt, *felicitatem hanc non fuiſſe perpetuam.* Quid tum? An ideo appellari non poteſt felicitas? Si perpetua fuiſſet, temporalis non fuiſſet. Quæſo, cujus tandem proſperitas non aliquando deſiit? Ubi illa ab omnibus decantata Alexandri Magni? ubi illa Julii Cæſaris? Ubi illa Caroli Magni, niſi adhuc in Francia, quadantenus in Germania? Hic nimirum ſub cœlo rerum caducarum genius eſt, ut naſcantur & occidant; ſeriùs aut citiùs, id ratione finis perinde eſt, quandoquidem ad unum occaſus finem tendunt.

Quanti porrò faciendum illud, quòd tot millia Saracenorum variis in conflictibus trucidârunt, eorúmque vim & potentiam vehementer imminuerunt, & ne latiùs ſeſe diffunderent, muros aheneos ſeſe oppo- D
ſuerunt. Nam ſi ducentis illis propemodum annis, quibus ſacra hæc militia duravit, Saraceni tam valentes & robuſtos adverſarios nacti non fuiſſent; quæſo, quid in Chriſtiano orbe reliquum feciſſent; cùm jam totam Aſiam uſque ad Helleſpontum tenerent; inſuper & Africam, & totam fermè Hiſpaniam, ínque ipſa Italia pedem fixiſſent: ut ſileam Inſulas *Majoricam*, *Minori*-

ceſſerent, haud de ſuppetiis Hiſpaniæ ferendis cogitare poterant, ſolliciti, quomodo vicinas regiones tuerentur, & ipſam quoque Ægyptum, in quam ſacri milites non ſemel impreſſionem fecerant. Taceo in præſenti, quàm præclaram operam Hiſpanis & Luſitanis adversùs ſceleratam gentem cruce ſignati navârint, cùm claſſibus illas in partes aliquando delati fuiſſent. Ego ſanè ita exiſtimo, primam vel præcipuam ſalutis viam Hiſpanis veniſſe ab his ſacris expeditionibus, quarum ope non modò fregerunt potentiam Saracenorum in Hiſpania; ſed & in ipſam impiæ gentis ſedem Africam penetrârunt; & aliquot urbes & portus, numine bene propitio, in ſuam poteſtatem redegerunt; & qui domi ſuæ antea à Saracenis tu- G
ti non fuerant, ii jam ipſis Mahometanis domi ſuæ quietem nullam concedebant.

Addam & aliud, quod licèt ſuſpicer, multis viſum iri magis admirandum, quàm credendum, id tamen non moror. Incredibilem illam felicitatem, omnibúſque ſæculis inauditam, qua Luſitani ad orientem & meridiem; Hiſpani autem ad occidentem tot nova regna, & propè dixeram, tot novos orbes, repererunt; aliquo modo *cruciatis* expeditionibus adſcribendam exiſtimo; vel eo nomine, quòd Luſitanis & Hiſpanis tantum otii à Saracenis fecerunt; ut non modò ſuis in regnis à Saracenorum incurſu ſecuri degerent; ſed & animo ea conciperent, quæ vix in ullius hominis animum cadere poſſe videbantur; nimirum, ut claſſibus Oceanum per inſuetum, nullíque tentatum iter obirent, ſempérque longiùs atque longiùs H
progredientes, inſulas & regna, ne fando quidem priùs audita reperirent; & tandem in ipſam orientalem Indiam ad extimos Chinenſes & Japponas viam aperirent ac ſternerent, multóſque reges ac populos ſibi vectigales efficerent, & omnia longè latéque Chriſtiani nominis gloria colluſtrarent.

Quo

Digitized by Google

ſtianam Rempublicam Regnorum acceſſione, Chriſtiani dolorem de amiſſa Palæſtina & Syria utcunque ſolari poſſint; *nam*: ùt rectè ait Guillelmus Neubrigenſis, *propter noſtrorum defectum & dedecus temporum, oportet civitatem ſanctam conculcari & profanari à gentibus uſque ad tempus, quod ſolus Deus novit. Nam ſuo tempore proculdubio, juxta morem priſcum, terra ſancta ſpurciſſimos evomet incolas, &* C *fortè per pauciorem manum Chriſtianam, ut virtus divina in negotio clariùs eluceſcat. Unde veraciter à quodam fideli bellatore dictum eſt, facile eſt concludi multos in manus paucorum, & non eſt differentia in conſpectu Dei liberare in multis aut in paucis, quod utique declaratum eſt, cùm unus perſequeretur mille, & duo fugarent decem millia.*

Neubrig. lib. 4. c. 28.

Ad temporalia commoda meritiſſimò revocatur etiam pax illa, quæ ad prædicationem & aſſumptionem Crucis in occidente exſtitit, nominatim tunc, quando crux à Sancto Bernardo Germanis & Francis eſt annunciata. *Ea tempeſtate*, inquit Otto Friſingenſis, *ubique terrarum bellorum turbine orbem replente, fermèque totum imperium ſeditionum motibus involvente(nam & in Alemannia inter prædictum Adoleſcentem Fridericum, & prænominatum Ducem Conradum hoc diſſenſionis malum agitabatur in Bajoaria inter Henricum, Leopoldi Marchionis filium, ejuſdem terræ Ducem, & item Henricum Ratisbonenſem Epiſcopum, gra-* D *viſſimum bellum excitatum indies augmentabatur: in Belgica Gallia viris magnis & egregiis Alberone Trevirorum Archiepiſcopo, & Henrico Namurcenſi Comite debellantibus, omniáque præda & incendio commiſcentibus, maximum Reipublicæ diſpendium exſpectabatur. Polonia quatuor fratribus, tribus cum quarto producatu contendentibus, maximam effuſionem ſanguinis minabatur: cæteris quoque imperii provinciis hujus mali non extorribus, repente per dextram excelſi, tanta facta eſt mutatio, ut ſopitis omnibus his bellorum tempeſtatibus, in brevi totam*

Otto lib. 1. de geſt. Frider. Imp. c. 29.

inſcriptio capitis hujus affirmet. Ipſe enim nil mirabilius à condito mundo accidiſſe pronunciat. *Quid poſt creationem mundi mirabilius factum eſt*, inquit Robertus, *quid poſt ſalutiferæ crucis myſterium, quàm quod in his temporibus factum eſt, in hoc itinere noſtrorum Hieroſolymitarum? quod quantò ſtudioſius quiſque adverterit, tantò uberius inter mentis ſuæ dilatatos receſſus obſtupeſcet.* G

Rob. lib. 1.

Et apud Albertum Epiſcopus Piſanus. *Non eſt auditum à Chriſti nativitate, ut aliquis Chriſtianorum exercitus, per tot regna & pericula tranſiens, Hieruſalem*(adde, vel alias urbes) *in potentia & virtute expugnatis & ejectis adulterinis filiis & incolis, obtineret, ac loca ſancta mundaret, &c.* Henricus Huntindonienſis. *Hoc eſt miraculum Domini magnum temporibus noſtris factum, ſeculis omnibus inauditum: ut tam diverſæ gentes, tot fortiſſimi proceres, relictis poſſeſſionibus ſplendidis, uxoribus & filiis, omnes una mente loca ignotiſſima, morte ſpreta, petierint.* Certè, ſi quis omnes circumſtantias expeditionum cruce ſignatarum expendere velit, nil ſimile in omni à Chriſto nato memoria reperiet. Ipſæ etiam navigationes Indicæ, etſi prorſus admirandæ, his tamen expeditionibus cedant oportet; ſi multitudinem, qui eas ſecuti ſunt; & modum, quo ad eas ſequendas excitati ſunt; & illos, qui eas ſecuti ſunt; & pericula, quæ ſubierunt; & pervicerunt; & bella, quæ geſſerunt; conſideres. Omnia miraculis, ut ita dicam, plena ſunt, omnia ſtupenda; & quæ fidem propemodum ſuperarent, niſi à tot ſcriptoribus unanimi conſenſu proderentur. H

Alb. lib. 6. cap. 56.

Henr. lib. 7. Hiſt.

Nam quod ad multitudinem attinet; ea tanta fuit, ut totus occidens in orientem migrare videretur, ùt ait Meierus in Annalibus Flandricis, quódque obſervatione dignum; ſubſequentes clade antecedentium nequaquam abſterritos, ſed potiùs ad cœpta feliciter proſequenda incitatos videmus. Neque

Digitized by Google

ſine divino afflatu eſſe non potuit: quod ſatis declaratum ſtatim initio hujus negotii in Concilio Claromontano; cùm ad cohortationem Urbani Pontificis tota concio, conſono clamore, acclamavit, DEUS VULT, DEUS VULT.

Quod præclarè intelligens Tarentinorum inclytus Princeps Boamundus, ſic apud Ro-
Rob. lib. 2. bertum principes Cruce ſignatos Conſtantinopoli repertos ſalutat. *O bellatores Dei, & indeficientes peregrini ſancti ſepulchri, quis ad hæc peregrina loca vos adduxit, niſi ille, qui filios Iſraël ex Ægypto per mare rubrum ſicco veſtigio tranſduxit? Quis alius inſeruit vobis animum, ut relinqueretis poſſeſſiones veſtras, & natale ſolum; cognatos & affines, conjuges & liberos abdicaſtis, imò & omni corporeæ voluptati renunciaſtis. Nunc iterum ſecundò regenerati eſtis, per confeſ-*
C *ſionem ſcilicet & pænitentiam, quam quotidie duris laboribus exhibetis. O felices, qui in tali opere deficient; qui antè viſuri ſunt paradiſum, quàm patriam ſuam. O ordo militum, nunc térque quatérque beatus, qui huc uſque fuiſti homicidii ſanguine deturpatus, nunc Sanctorum laboribus compar Martyrum cœleſti es diademate laureatus. Huc uſque exſtitiſti incitamentum iræ Dei. Nunc ergo reconciliatio gratiæ ipſius, & propugnaculum fidei ejus. Quapropter invicti milites, quia nunc primùm incepimus Deo militare, non gloriemur in viribus, ſive in armis noſtris, ſed in Deo potentiſſimo omnium, quoniam ipſius eſt bellum noſtrum, & ipſe dominabitur gentibus.*

Idem abundè confirmatum eſt apparitione B. Ambroſii Epiſcopi Mediolanenſis, qui
D ſpecie Cruceſignati ſacerdoti, ſacri faciendi gratia, ad certum quendam locum eunti ſeſe offerens, more familiariter collo-
Alb. lib. 4. cap. 38. quentium petiit, *quid ſuper hac re audierit, aut quid primum ſibi de hoc videatur, quòd tot regna, tot Principes, & univerſum genus Chriſtianorum, ſub una intentione & deſiderio ad ſepulchrum Domini noſtri JEſu Chriſti, ad ſanctam confluxerint civitatem Hieruſalem. Qui* [...] *tibi ſit ſignum, & univerſis populis Catholicis viam hanc inſiſtentibus, quia non fallo de omnibus, quæ de ore meo audiſti: ab hodierno tribus annis evolutis, ſcias Chriſtianos, qui ſuperfuerint, poſt multos labores civitatem ſanctam Hieruſalem, & victoriam de cunctis nationibus barbaris feliciter obtinere. His dictis ſine mora evanuit.* Hæc Albertus, qui dicit ſacerdotem, cui hæc viſio oblata, à puero ſibi fuiſſe notum: & eventus prædictionem comprobavit.

Hæreticus editor Alberti hæc margini appinxit *Spectrum Ambroſii Epiſcopi*. Mirum, ni oræ libri Evangelici, ubi de Chriſti apparitionibus poſt reſurrectionem ſermo, adſcribat. *Spectrum Chriſti redemptoris.* Aliud eſt ſpectrum, ſeu *phaſma*, ſeu *phantaſma*: aliud Sanctus quiſpiam mortali cuipiam conſpicuum ſeſe præbens, quem nullus, qui phan- G
taſma, vel potiùs *phantaſtes* non ſit, ſpectrum ſeu phantaſma vocet.

Fuêre igitur expeditiones iſtæ à Deo; quod & inde planum fit. Quis enim, niſi ſupremi numinis virtus, potuiſſet tot Imperatores, Reges, Principes, Comites eò adducere, ut integris provinciis, quas pacificè poſſidebant & adminiſtrabant, relictis; multáque ſalute charis omnibus dicta, hanc tam periculoſæ plenam aleæ militiam profiterentur? Nihil ſimile unquam à parta per Chriſtum ſalute contigit. Nunquam tam ſelectus nobilitatis flos ex omnibus Chriſtiani orbis nationibus, tam longinquas regiones expugnatum ivit; ſola ſpe præmii cœleſtis; nullo temporali emolumento propoſito.

Ut autem lector uno aſpectu intueatur inſignes Heroas, Cruce ſignatos, quorum H
opera terra ſancta vel recuperata, vel defenſa, vel vis Saracenica oppreſſa fuit; attexam hîc catalogum eorum Imperatorum, Regum, Principum, Comitum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum; qui aſſumpta Cruce, Chriſto & ſepulchro ejus militârunt. Non profiteor neminem à me præteritum iri; quia nec

Rod. lib. 4. Hiſt. Hiſp. cap. 5.

terræ Sanctæ. Ita Rodericus Sanctius. Certum tamen videtur, Hieroſolymam non iviſſe, quacunque de cauſa id acciderit.

Henricus Imp. filius Friderici I. Imp. crucem ſumpſit, teſte Crantzio in Metropoli; ſed votum non ſolvit. Arnoldus tamen Lubecenſis negat Henricum crucem accepiſſe.

Reges Occidentis.

Ludovicus Rex Franciæ filius Ludovici Craſſi.

Alienordis ſeu Eleenora uxor Ludovici.

Otto lib. 1. de geſt. Frider. Imp. cap. 34.

Philippus frater hujus Ludovici, teſte Otone Friſingenſi; qui vivente adhuc patre Ludovico Craſſo coronatus, & Rex ſalutatus fuerat. Sed morte interceptus votum non explevit.

C

Philippus Auguſtus, Rex Franciæ.

HENRICUS II. Rex Angliæ; ſed mortuus, priuſquam voto ſatisfaceret.

Richardus I. Rex Angliæ.

S. Ludovicus Rex Franciæ. Bis.

Philippus Rex Franciæ, filius S. Ludovici, patrem ſecutus in ſecunda expeditione.

Regina Franciæ uxor Prædicti Philippi.

Theobaldus Rex Navarræ. Bis. Monachus Paduanus in Chronicis vocat Carolum. Sed confundit cum Carolo Rege Siciliæ, qui & ipſe Tunetanæ expeditioni interfuit cum Francis, ſed in Palæſtinam non pervenit. Habuit tamen perveniendi animum, cruce ſumpta. Quocirca ipſe etiam inter Reges cruce ſignatos locum obtineat.

D

CAROLUS Rex Siciliæ.

Eduardus Rex Angliæ, bis; ſemel ante regnum; rurſus poſt adeptum regnum: Qui prima vice pro ſe, & patre ſuo Henrico III. Rege Angliæ crucem aſſumpſit.

Joannes Rex Angliæ, accepta cruce voto ſacræ militiæ ſe adſtrinxit, ſed voto, neſcio qua de cauſa, non ſatisfecit.

frater.

Robertus Comes Normannorum, filius Regis Anglorum Wilhelmi.

Stepanus Comes Carnotenſium & Bleſenſium.

Raimundus Comes Toloſanus, & S. Ægidii.

Robertus Comes Flandriæ.

Hugo Comes ſancti Pauli, cum filio Engerrano.

Comes Gernerus de Grez.

Balduinus Comes Hamaucorum.

Iſuardus Comes Dienſis.

Romboldus Comes Auraſicenſis.

Wilhelmus Comes de Foreis.

Comes Stephanus de Alba malla.

Rotrodus Comes Partichenſis.

Boamundus Princeps Tarentinorum.

Tancredus ejus ex ſorore nepos.

Wilhelmus Tancredi frater.

& Baronum primæ expeditionis contexit Mejerus lib. 4. Anal Flandricorum. Et longè adhuc exactiorem, atque ordine alphabetico diſpoſitum editor ejus voluminis, quod inſcribitur: Geſta Dei per Francos: *Excuſum eſt hoc volumen anno 1611.*

G

Welfo IV. Dux Noricorum, ſeu Bavariæ, mortuus in Cypro.

Wilhelmus Comes Pictavienſis.

Wilhelmus Princeps de Navers, ſeu Nivernenſis.

Stephanus Dux Burgundiæ.

Ida Marchioniſſa Auſtriæ, mater S. Leopoldi Ducis Auſtriæ.

Conradus Coneſtabilis Henrici IV. (aliis III.) Imperatoris.

Wigbertus Comes Parmenſis.

Albertus Comes de Blandruz.

Wido frater ejus.

Henricus Dux Noricorum, ſeu Bavariæ, frater Conradi Imp.

Guelfo V. in expeditione Conradi Imp. H

Ladislaus Dux Boëmorum.

Odoacer Marchio Styrenſis.

Bernardus Comes Carinthiæ.

Hugo Comes Wademontenſis.

Guillelmus Marchio de Monte ferrato.

Amedeus Taurinenſis, frater Wilhelmi.

Fridericus Dux Sueviæ, qui poſtea Imperator fuit.

Alphonſus Comes S. Ægidii

Digitized by Google

forti.

Robertus Comes Drocarum.

Comes Clarimontis.

Comes Sueſſionenſis.

Comes Barenſis.

Leopoldus Dux ſeu Marchio Auſtriæ.

Fridericus Dux Sueviæ, filius Friderici I. Imperatoris.

Robertus Comes Leceſtriæ.

Rogerus Comes de Apulia.

Jocelinus Comes de Apulia.

Comes de Brenes.

Andreas frater ejus.

Landegravius de Alemannia.

C Conradus Marchio de Monte ferrato.

Rupertus Comes de Naſſavve.

Vide Rogerum in Annalibus fol. 390.

Henricus Junior Comes de Diech.

Henricus Comes de Diech Senior.

Bertoldus Dux Meraniæ.

Hermannus Marchio Badenſis.

Henricus Comes de Salme.

Bertoldus Comes de Nuenbruck in Briſgoia.

Quatuor Comites de Bavaria in expeditione Friderici I. Imperatoris.

Popo Comes de Henniberg.

Comes de Hollandia cum germano ſuo.

Henricus de Calledin Imperialis Curiæ Mareſchalcus.

Conradus Comes de Doremberg.

Marchio Miſniæ.

Fridericus Dux Auſtriæ, filius Leopoldi.

Henricus Palatinus Rheni, filius Henrici Ducis Saxoniæ.

D Dux Brabantiæ.

Balduinus Comes Flandriæ, poſtea Imperator Conſtantinop.

Henricus Frater ejus.

Bonifacius Marchio de Monte ferrato.

Henricus Dandulus Dux Venetiarum.

Ludovicus Landgravius Haſſiæ.

Comes S. Pauli.

Dux Meraviæ.

Dux Brabantiæ.

Dux Limburgi.

Hugo de Caſtellione, Comes S. Pauli & Bleſenſis.

Galcherus nepos ejus.

Petrus Comes Britanniæ.

Joannes filius ejus. bis.

Hugo Comes Marchiæ.

Alfonſus Comes Pictavienſis, frater Regis Ludovici. bis.

Joannes Comes Montis fortis.

Comes Vindocinenſis.

Comes Drocenſis.

Amalricus Comes Montis fortis.

Henricus Comes de Barro.

Comes Richardus, frater Henrici Regis Angliæ.

Guido Comes Flandriæ.

Joannes Comes Nivernenſis, filius S. Ludovici Regis. G

Petrus Comes Alenſoniæ, filius S. Ludovici.

Henricus filius Richardi Regis Alemanniæ, occiſus in reditu Viterbii.

Philippus Dux Sueviæ, Henrici Cæſaris frater.

Primæ expeditioni ſub Godefrido Lotharingiæ Duce, interfuit quoque Ekhardus Comes Schirenſis in Bavaria, de quo hæc Vitus Arenpeckius lib. 5. cap. 6. *Ekhardus Comes Schirenſis, Advocatus Eccleſiæ Friſingenſis, vir potens, armis experientiſſimus, multa fortia & laude digna in via, & in terra ſancta geſſit, dum expeditioni Hieroſolymitanæ intereſt. Hic à vulgo dictus eſt Pundſchuch, à quodam calceo nigro, cum tribus rubri coloris corrigiis, quem de nocte* H *juxta ſuum tentorium erexit, ſub Duce Godefrido de Lotharingia, tempore Regis Henrici IV.* Eadem ferè Andreas Ratisbonenſis in Chronico ſuo.

Ex Archiepiſcopis, qui crucem ſuſceperunt (quorum catalogum jam jam tibi exhibebimus) poſtremus non fuit Balduinus Archiepiſcopus Cantuarienſis, qui Heraclio Patriarcha Hieroſolymitano in Anglia crucem præ-

Vide Silv. Giraldum lib. 2. de Hibernia expugnata c. 25. & ſeq.

cap. 4. *expetendum conſilium muliebre : & ſtatim ab Archiepiſcopo crucem ſuſcepit.*

Lib. 2. c. 2. Alibi hæc Giraldus. *Ex latere Cemeſenſi non procul à Ponte, convocato partium illarum populo, &c. verbo Domini, tam ab Archiepiſcopo, quàm Meneuenſi Archidiacono perſuaſoriè prolato ad Crucis obſequium multos alleximus : quorum uno Cruce ſignato, quanquam unico filio, & unico matris ſenio jam confectæ ſolatio : eundem ſtatim mater intuita, & divinitus, ut videbatur, inſpirata ſubjecit. Gratias tibi, chariſſime Domine Chriſte JEſu, intimas ago, quòd* C *talem mihi filium, quem tuo dignareris obſequio, parere conceſſiſti.*

Fuit & alia ibidem mulier, animo à priore, multùm diſſimili, quæ virum ſuum, ne ad Archiepiſcopum iret, néve crucem ſuſciperet, per pallium & zonam firmiter tenens ; coram cunctis impudenter retrahebat. Sed eadem, tertia poſt nocte, terribilem hanc in ſomnis vocem audivit : Servientem meum mihi abſtuliſti, quamobrem & à te quoque, quod plurimùm diligis, auferetur. Qua viſione viro cum utriuſque tam admiratione, quàm terrore relata, cùm iterum obdormiſſet, filium parvulum, quem ſecum in toro jacentem habebat, non minùs infeliciter, quàm inſuavi- D *ter oppreſſit. Et ſtatim vir à Diœceſano Epiſcopo tam viſionem referens, quàm vindictam, crucem ſuſcepit, uxore favente, ipſa quoque ſignum ſponte propriis manibus armo virili inſerente vel inſuente. In loco verò prædicationis, juxta caput pontis, tanquam tanti conventus memoriale, locum Capellæ, in viridi planicie, ſtatim plebs devota ſignavit ; ubi veſtigia loquendo ad populum Archiepiſcopus fixerat, altare deſignantes : ubi & multa miracula languentium turbis hinc undique confluentibus, quæ ſingula referre longum eſſet, certum eſt contigiſſe.*

Addit ſub finem Giraldus. *In hujus legationis longo laudabilique labore circiter tria viro*-

idololatras Vandalos, ſeu Obotritos. De eadem Crantzius lib. 1. Saxoniæ cap. 11. qui & iſta : *veſtibus & armis ſumpſerunt tale ſignum* ♁ *hoc inſinuantes, quia crucifixus Dominus Rex eſt ſuper omnem terram.* Quæ adſcribere volui, ut eò meliùs capias Ottonis Friſingenſis verba. cap. 1. lib. 2. ſuprà citata. Nunc catalogum Antiſtitum vide.

Archiepiſcopi & Epiſcopi; qui diverſis expeditionibus in Palæſtinam profecti ſunt.

Ademarus Podienſis Epiſcopus. G
Guillelmus Auſaricenſis Epiſcopus.
Epiſcopus Mediolanenſis.
Engelradus Epiſopus Laudunenſis.
Epiſcopus Sueſſionenſis.
Thiemo Archiepiſcopus Salisburgenſis.
Stephanus Metenſis.
Henricus Tullenſis Epiſopus.
Henricus Epiſcopus Ratisbonenſis.
Otto Friſingenſis Epiſcopus.
Reginbertus Paſſavienſis Epiſcopus.
Simon Epiſcopus Noviomenſis.
Alviſus Epiſcopus Atrebatenſis.
Godefridus Epiſcopus Lingonenſis. H
Arnulphus Epiſcopus Liſienenſis.
Waltherus Rhotomagenſis Archiepiſcopus.
Balduinus Archiepiſcopus Cantuarienſis.
Hugo Dunelmenſis Epiſcopus.
Epiſcopus Belvacenſis.
Epiſcopus Carnotenſis.
Hubertus Salisburienſis Epiſcopus.
Archiepiſcopus Anxienſis.
Epiſcopus Bajocenſis.
Godefridus Epiſcopus Herbipolenſis.
Dietpoldus Epiſcopus Paſſavienſis.

Digitized by Google

Odo de Caſtro Radulphi, Epiſcopus Tuſculanus.
Rogerius Epiſcopus Cameracenſis.
Harvicus Epiſcopus Bremenſis.
Rudolphus Epiſcopus Verdenſis.
Gurnerius Epiſcopus Tricaſſinus.
Milo Epiſcopus Sueſſionum.

Habet ergo lector duas centurias, non ſine auctario nobiliſſimorum & fortiſſimorum Principum tam Eccleſiaſticorum, quàm politicorum; quos amor Chriſti propriis ex ſedibus abſtractos in Syriam proficiſci compulit; inaudito, ſed tamen omnibus ſecu-
C lis commemorando exemplo: qui omnes tam diverſi ex locis tam diverſis; ſine numine ad tam arduum opus, tantíſque periculis obnoxium, non potuerunt accingi; quorum fervor & ardor plurimis miraculis confirmatus eſt & approbatus, ut videre eſt paſſim in Hiſtoria hujus belli; & in his, quæ nos inde libavimus: quot enim vel unus Bernardus in confirmationem cruciatæ prædicationis ſuæ miracula edidit? Quot alii? Quot ſigna & prodigia cœlitus oſtenſa? Quot prælia prorſus admiranda, & præ-
D ſentiſſimo Dei cœlitúmque ſubſidio ſubnixa, cruceſignati præliati ſunt?

Non hic certamen erat cum nudis vel ſeminudis *Æthiopibus*, aut *Peruanis*, cum *Mexicanis*, aut *Braſilienſibus*: ſed cum gente bellaciſſima, & in armis ſtrenuiſſima & exercitatiſſima; & quæ ſeu dolos & artes, ſeu peritiam & ingenium, ſeu animum & audaciam; ſeu corporis robur nervóſque ſpectes; noſtris vel nihil vel parum cedebat, certè multitudine plurimùm præſtabat. Scio in India non rarò à paucis ſplendidiſſimè triumphatum, victoria ab infinitis hoſtibus reportata. Nemo neſcit *Pacieci*, *Albuquercii*, *Almeidæ*, & ſimilium facta omnium literarum monumentis decantanda: ſed, niſi fallor, ſi quis non unam vel alteram periſtaſin conſideret, noſtros Cruce ſignatos alia, quæ de cruciatis expeditionibus, diſſeruimus, deſumpta ſint, placuit Indicem ſcriptorum ſubjungere; ut ſi quis ſacræ militiæ pleniùs & accuratiùs cognoſcendæ deſiderio teneatur, habeat, unde ſuo deſiderio ſatisfaciat, ſunt autem iſti.

Wilhelmus Tyrius Archiepiſcopus.
Robertus Monachus.
Albertus Aquenſis.
Wilhelmus Malmesburienſis.
Wilhelmus Neubrigenſis.
Henricus Huntindonienſis.
Rogerus de Hovenden.
Jacobus Vitriacus. G
Sigebertus.
Robertus continuator Sigeberti.
Vincentius in ſpeculo hiſtoriali.
Dodechinus continuator Mariani Scoti.
Otto Friſingenſis.
Otto de S. Blaſio.
Bertoldus Conſtantienſis.
Abbas Urſpergenſis.
Matthæus Weſtmonaſterienſis.
Matthæus Paris.
Glaber Rudolphus.
Fragmentum Hiſtoriæ Franciæ ſeu Aquitanicæ. H
Rigordus.
Helgaldus.
Guillermus de Nangis.
Jacobus Mejerus.
Godefridus Monachus.
Thegano Decanus Paſſavienſis.
Guntheri Hiſtoria Conſtantinopolitana.
Thedoricus de vita S. Eliſabethæ.
Annales Thuringiæ.
Siffridus Presbyter Miſnenſis.
Compilatio Chronologica.
Chronicon Auguſtanum.
Chronicon Auſtrale.
Monachi Paduani Chronica.
Monachus Florentinus de recuperata Ptolemaide.

Inno-

Digitized by Google

Nauclerus.
Benedictus de Acoltis Aretinus.
S. Antoninus.
Albertus Grantzius.
Angelius Bargæus.
Helmoldus Presbyter.
Arnoldus Abbas Lubecenſis.
Godefridus Viterbienſis.
Joannes Trithemius.
Chronicon Salisburgenſe.
Cæſarius.
C Thomas Cantipratenſis.
Onuphrius.
Thomas Walſinghamus.
Sylveſter Giraldus Cambrenſis.
Jovius.

Aliquot annis poſt editionem hujus tertii Tomi noſtri evulgatum eſt inſigne volumen, cui editor hunc titulum præfixit: *Geſta Dei per Francos, ſeu, Orientalium expeditionum, & Regni Francorum Hieroſolymitani Hiſtoria, à variis, ſed illius ævi ſcriptoribus literis commendata.* Opus in duos Tomos diviſum eſt. Tertium ex Paralipomenis, Scholiis, Annotationibus & Indicibus confectum pollicetur Editor, qui hactenus non D comparuit, mortuo, ùt ferunt, editore; cui lucis uſuram uſque ad abſolutionem tam præclari incœpti, nemo ſanus invidiſſet, tametſi à cruce ſignatorum fide & religione, extraneus erat.

In primum Tomum conjecit ſcriptores partim antea publicatos; partim nunquam viſos; prioris generis ſunt Robertus Monachus, Anonymus Reineccii, hoc eſt, Albertus Aquenſis Canonicus & Cuſtos. Wilhelmus Tyrius: Jacobus de Vitriaco. Poſterioris generis ſunt iſti.

I. Anonymus, qui libro ſuo titulum fecit: *Geſta Francorum & aliorum Hieroſolymitanorum.*
II. Baldricus Archiepiſcopus Dolenſis.
III. Raimundus de Agiles.
IV. Fulcherius Carnotenſis.

hic pangamus, & tantæ virtuti trophæa, quæ poſſumus, erigamus.

Godefridus I. Rex electus.

Hic eſt ille SYRI *domitor* TULLINGUS: ORONTIS,
ille PALÆSTINAS *qui reparavit opes*
Primus SESTIACÆ *pervaſit* BOSPORON *unde*
Primus in ABDARIDAS *intulit arma Duces.*
Non illum PHARIÆ *ſtimulârunt jugera glebæ,*
Non illum TYRII *barbara præda freti;*
Sed SOLYMÆ *turbata quies, ævúmque* SEPULCHRI. G
Lugubre, & amiſſæ trabs inhonora CRUCIS.
Qui ſacra cùm rigido reſerâſſet limina ferro,
Ah quoties riguis limina lavit aquis?
Ah quoties inopem ditavit prodigus aram?
Ah quoties DOMINAM *pectore preſſit humum?*
Quod meruit primus, primus diadema refugit,
Nec tetigit juſſâ ſceptra recepta manu.
Affectent alii regum diademata reges;
Regnum erat in REGNIS *ſpernere* REGNA *ſuis.*

Balduinus I. Rex Coronatus.

Hic *ubi* JESSEOS *habuit diadema tyrannos,*
Hic ubi ſceptrigeros nutriit aula Duces,
Heu facinus, ſentis hic olim tempora dumis
Cinximus, heu noſtris tempora flenda genis. H
Hic & arundineis illuſa eſt dextera cannis,
Dextera, quæ trepido concutit, aſtra metu.
O quàm diſſimili BALDUINE *decore niteſcis?*
Nec manibus CANNAS, *nec* PALIURON *habes.*
Gemmea ſed textum mutârunt ſerta vepretum,
Et CANNAS *Libycum cedere juſſit ebur.*
Spinea das Chriſto, reddit tibi gemmea Chriſtus;
Quid tibi, ſi dederis gemmea ſerta, dabit?

Balduinus II.

Cum *mea* LUNATIS *peterentur mœnia ſignis,*
Horruit aſpectum barbara LUNA CRUCEM.

 Cur

Centuriare duces, imperitare ſenes,
Defuit ætati vigor, & virtutibus ætas,
Sed nunquam regno defuit, ille ſuo.

Amalricus & Balduinus IV.

V*Idit* AMALRICUM *moriturus frater, &, ibo*
Lætus, ait, ſceptrum jam tibi frater habes.
Vidit AMALRICUS BALDUINUM, *& lætior, inquit*
Ibo, meus regnum jam ſibi natus habet.
Neſcio BALDUINUS *quem demum viderit: eheu*
Cedo, ait, & regno fata relinquo meo.

Guido Rex, ſub quo amiſſa Hieroſolyma.

C I*Lle ego funereas ſpectavi* GUIDO *ruinas,*
Fatalis regni GUIDO, *ruina mei*
Ne lugete meum de regno in vincula caſum
Flebilis amiſſam lugeat unda, CRUCEM.
Parcite GODEFRIDI, BALDUINI *parcite manes.*
Debueram hæc veſtrâ damna cavere manu.
At vos OCCIDUI *ne reges parcite; vobis*
Reſtat de culpis pœna petenda meis.

CONRADUS Imperator.

C*ONRADUS Dominos vacare faſces,*
Et ſceptrum jubet ire feriatum,
Plenos dum pietatis inter æſtus,
Per terras ruit invias, ferúmque
D *Magnis* NEREA *claſſibus fatigat.*
Dixiſſes LIBYCAS *peti rapinas,*
Aut de MEMNONIIS *ſuperba prædis*
In noſtros redigi metalla cenſus,
Aut dites ASIÆ *erui fodinas:*
CRUX TANTIS PETITUR SED UNA CURIS;
Ut quam PURPURA, CÆSARUMQUE *faſtus*
Condemnaverat antè, nunc ADORET.
Sécli incommoda, COMMODI, NERONES.

Parcere debebat FRIDERICO CYDNUS *eunti;*
Sat citò merſiſſet, cùm rediturus erat.

Richardus Rex Angliæ.

A*Rma* PALÆSTINOS *infert* RICHARDUS *in hoſtes,*
Dum cupit aſſertam turba BRITANNA CRUCEM.
O ſecla, ô mores ſobóleſque parentibus impar,
Jam rapit aſſertas turba BRITANNA CRUCES.
Mitius hæc SYRIOS *irritant ſigna tyrannos.*
Et minor HEBRÆAS *aſperat ira manus.*
NE RICHARDE CRUCEM SYRIÆ *ſubducito; ſalva*
Hic erat: in regno jam perit illa tuo. G

S. LUDOVICUS Rex Galliæ.

F*Levit* IDUMEÆ LUDOVICUS *damna ruinæ,*
Venit in hoſtiles CRUX *ubi capta manus:*
Et mox LILIGERÆ *detraxit ſerta Coronæ,*
Et TRABEAM *&* TYRIO *vellera pota cado.*
Quid mihi PÆSTANI, *dixit, Violaria campi?*
Quid mihi gemmato nobilis aula tholo?
Squallet IDUMEO CRUX *abdita carcere, dum nos*
Inter HYDASPEAS *luxuriamur opes.*
I nitor, ite mei laquearia gemmea tecti,
Tecta decent captam ſardonychata CRUCEM. H
Permutabo: meas tibi, CRUX, *ego deſtino gemmas,*
Sed tua tu membris inijce vincla meis.

In Dreſſerum & Reineccium calumniatores Cruciatarum expeditionum.

S*Idera vel dudum nullis habitata colonis,*
Et dudum nullas ſcribitis eſſe Styges:

Vel

Digitized by Google

Ordo.	*Nomina.*	*Anni Domini.*	*Regni.*
I.	Godefridus, Bullionius, Lotharingiæ Dux, communi Europæorum Principum expeditione, capta in Palæſtina Aſiæ Hieroſolyma, omnium conſenſu, primus Chriſtianus Rex ibidem conſtituitur.	1099.	1.
II.	Balduinus, Francus, frater.	1100.	18.
III.	Balduinus II. de Burgo ſive Rohas, conſobrinus.	1118.	13.
IV.	Fulco, Ruffus, Andegavenſis Comes, gener ex Meliſinda filia.	1131.	11.
V.	Balduinus III. filius.	1142.	20.
VI.	Amalricus, Pinguis, frater.	1162.	11.
VII.	Balduinus IV. Leproſus, filius.	1173.	12.
VIII.	Balduinus V. Pupillus, Montferratenſis Marchio, ex Sibylla filia nepos.	1184.	octo mens.
IX.	Guido Luſignanus, Gallus, vitricus, ſub hujus tertium annum, corruptiſſimo noſtrorum diſſidio, Urbs ſancta denuò amiſſa eſt, & Reges exploſi.	Eôdem.	10.
X.	Henricus, qui ex alto lapſus, periit.		
XI.	Joannes, Brennus, ſive de Bregna, Gallus, contra Amalricum prædicti Guidonis fratrem, affinémque jam Cypri Regem à novis militibus eligitur.	1209.	

Poſtea regno hoc Chriſtianis penitus adempto, ſolum titulum Fridericus Siciliæ Rex, propter Jolen conjugem, Joannis prædicti filiam, hæreditario jure, poſteris ſuis, Siciliæ Regibus reliquit.

CAPUT

B Hoc ut planum fiat; pauculas tantummodo excerpam, quæ *Cruciatas* expeditiones attingunt. Centuria ſecundâ agit de expeditione Friderici Barbaroſſæ in Palæſtinam. Ubi primùm vitio vertit Hartmanno Epiſcopo Brixienſi, quòd Imperatori ſuaſerit, ut in Turcas potiùs, quàm in Pontificem & Pontificios arma verteret, cauſam addit: quia *ipſi ſunt omni Turca deteriores*. Ubi genium Lutheri agnoſcas licet, cui Papa & Papiſtæ nihil aliud ſunt, quàm *Turciſſimi Turcæ*. Non inquiram hoc loco, num præſul ille Friderico expeditionis hujus auctor fuerit, condonetur hoc ſeu inſcitiæ, ſeu malitiæ Balæi, tantùm notetur, quàm inviſi ſint iſtis omnes illi, qui Principes à bello Chriſtianis in-
C ferendo avertunt, & ad Turcas hortando convertunt. Vocat Balæus ob hoc factum, Hartmannum *inſignem Hypocritam*, vocat *proditorem* vocat *fraudatorem*. Nil à ſua ſecta alienum facit; cui *Turciſmus* quàm *Chriſtianiſmus* longè charior; cui gratum Turcas florere, dummodo Papa peſſùm eat.

Quare eò amentiæ Calvini & Lutheri diſcipuli jam progrediuntur, ut nobis perſuadere conentur, nefas eſſe, Turcam, ſuis in provinciis pacificè degentem, armis petere. *Nam Turcis bellum indicendum eſſet*, inquit Danæus Calviniſta, vel *quia ſunt vicini;* & hoc non: *aliàs omnibus vicinis nobis populis arma inferenda eſſent. Vel quia infideles:* & hoc non: *nam alioquin omnibus infidelibus populis, quia non ſunt Chriſtiani, bella moveri à principibus Chriſtianis bonâ conſcientiâ poſſent.* Hactenus nihil à Danæo aſſertum eſt, quod non approbemus. Neque enim ſola vicinia, aut
D ſola infidelitas idoneus belli inferendi titulus eſt.

Danæus contra quintam Controverſ. Bellar.

Sed audiamus Danæum majus opus moventem; & longè majora canentem. *Nec item Turcis bella inferre licet, quia regna Chriſtianorum occupant: nam longi temporis præſcriptione tuti ſunt, & eorum locorum Domini jam effecti ſunt iſti infideles.* Nova & inaudita Juriſprudentia & Theologia. Num fures, la-

exercitu ſuo, & percuſſit eum, & poſſedit omnem F
terram Amorrhæi habitatoris regionis illius & univerſos fines ejus, &c. Dominus ergo Deus Iſraël ſubvertit Amorrhæum, pugnante contra eum populo Iſraël. Et tu nunc vis poſſidere terram ejus? Nonne ea, quæ poſſedit Chamos Deus tuus, tibi jure debentur? quæ autem Dominus Deus noſter victor obtinuit, in noſtram cedent poſſeſſionem, &c. Quare tanto tempore nihil ſuper hac repetitione tentâſti?

Hæc & alia hujus generis Jephte ad filios Ammon. Ex quibus colligit Calviniſta, eandem eſſe rationem Turcarum, reſpectu Chriſtianorum, quæ erat Iſraëlitarum, reſpectu filiorum Ammon. Sed probare debebat Prædicans, dominium regionum olim Chriſtianarum traditum eſſe Turcis à ſupremo
Domino, ſicut olim dominium terræ Amor- G
rhæorum traditum erat à Deo Iſraëlitis: hoc dum ex ſacris literis non demonſtrat, ſemper negabimus hujus argumentationis conſequentiam. *Iſraëlitis dedit Deus olim dominium terræ Amorrhæorum; ergo & Turcis dedit Deus dominium illorum regnorum, quæ Chriſtianis per ſummum nefas eripuerunt.* Conſequentia hæc Calviniana eſt, ne dicam *Turcica*. Probet ex ſcriptura Turcam à Deo provinciarum occupatarum dominio donatum eſſe. At unde hoc nobis oſtendet? Non certè ex ſacris literis; non ex ratione: non enim valet hæc conſecutio. *Turca occupavit Thraciam, aut Hungariam: ergo ipſe eſt legitimus Dominus Thraciæ aut Hungariæ.* Nihil minus ſequitur. Nam ſola rei occupatio non eſt ſufficiens titulus acquirendi dominii; alioquin omnis fur aut raptor, legitimus Dominus
eſſet, quandoquidem rem furto aut rapina H
ſublatam occupat & retinet, & de facto in ſua poteſtate habet: de facto, inquam, non de jure.

At occupavit. Quis negat? An ideo juſtè occupavit? An ideò juſtè retinet? An ideo cogi nequit ad reſtitutionem? At permiſſu Dei Turca provincias illas obtinet: ergo Dominus eſt. Reſpondeo, etiam furem aut prædonem, Deo permittente, rem, quam fur-

Digitized by Google

re nihil ſuper hac repetitione tentâſtis? Quando
enim unquam deſtiterunt Chriſtiani, & ver-
bis & opere ipſo palàm teſtari, Turcas pror-
ſus tyrannicè, & injuſtiſſimè Chriſtianis,
tot regna eripuiſſe? Quoties repetitiones
tentârunt.

Probat præterea Danæus inſipientiſſimum
ſuum commentum, ex Can. *Nemo.* 16. q. 3.
Qui tamen nihil ad rem. Nam in eo Cano-
ne hoc tantùm aſſeritur, nullam præſcrip-
tionem, niſi centum annorum, adversùs
C Eccleſiam Romanam valere. Quid inde
pro ſuis Turcis extundit Danæus? An hoc?
Turcam ſaltem ex illis ditionibus ejici non
poſſe, quas jam centum annis poſſidet,
quippe jam præſcriptas? Licitè igitur con-
tra illum adhuc pugnabimus in Hungaria;
quam needum centum annis tenet. Licitè
ergo Rhodum, Cyprum, & alias quaſdam
Inſulas repetemus: imò & Hieroſolymam;
quandoquidem needum centuria annorum
effluxit, cùm Ægyptio Sultano extincto,
Turca Judæam tyrannidi ſuæ adjecit. Nu-
gæ, ùt Danæus alicubi loquitur, *nugerrimæ*
& nugaciſſimæ. Ubi bona fides apud Tur-
cam, ad præſcriptionem legitimam adeò ne-
ceſſaria: ubi fides non interrupta;

Non obſtat, inquit Prædicans, *decretum*
D *Concilii, quod exſtat in cap.* Quoniam, *extra.*
de præſcriptionibus; ubi bona fides requiri di-
citur in præſcriptione rei alienæ, qua bona fide
infideles (Turcæ) *caruiſſe videntur.* Omnino
bonæ fidei defectus obſtat, quò minùs præ-
ſcribant, quantumvis diuturni temporis poſ-
ſeſſione ſeſe tueri velint.

Probat Prædicans, defectum bonæ fidei
non obſtare Turcis, qui huic ſuo tam ſtre-
nuo patrono non exiguas gratias, imò &
ſalarium non contemnendum debent. *Do-*
mini eſt terra & plenitudo ejus Pſal. 24. *ergo*

quibus utitur Deus ad culpas plebis ſuæ ca-
ſtigandas, invaleſcant; ſed negamus ideò
provinciarum jus, & dominium in infideles
illos à Deo conferri; aut ſi transfertur, oſten-
dant hoc nobis ex ſcriptura, quandoqui-
dem nihil credendum eſt, niſi quod ex ſcrip-
tura demonſtratur, juxta ſolenne axioma,
quo omnes ſuas chartas opplent.

Etiam propter peccata populi Hebræi ſæ-
pè tradidit Deus terram promiſſionis in ma-
nus Madianitarum, Moabitarum, Philiſti-
norum, Chaldæorum, & Syrorum: An
propterea interdixit, ne arma caperent,
invaſoréſque ex finibus ſuis expellerent, vitæ G
rationibus in melius commutatis?

Needum deficiunt Danæum argumenta,
quibus tanquam fidelis advocatus, patroci-
netur Turcis. Ait enim: *Migrationes genti-*
um & novæ terrarum occupationes fiunt ex volun-
tate Dei; ergo Turcæ, quando Chriſtianorum
regna occupant, acquirunt dominium illorum
regnorum, neque inde expelli poſſunt, ſi quietè
intra limites occupatos ſe contineant: quia Deus
vult Turcas in illis regionibus degere. Quis
Turcarum cauſam meliùs agere potuiſſet,
quàm iſte Calvinianus, tametſi magno ad
hoc patrocinium conductus ſtipendio? cu-
jus probationibus hoc unum deeſt, quòd
non oſtendit, Deum permittendo, ut in-
fideles Chriſtianorum ditiones occupent, ſi-
mul etiam dominium transferre: non enim H
magis transfert in illos dominium, quàm
transferat in furem aut prædonem, quando,
Dei permiſſu, furantur aut prædantur.

Regrediamur jam ad Balæum, cujus a-
mor in Turcas effecit, ut nonnihil ad Da-
næum deflecteremus. Balæus ergo inter
cauſas ab Hartmanno Brixienſi, Imperatori
Friderico propoſitas, ut eum ad expeditio-
nem *Cruciatam* impelleret, hanc itidem re-
cenſet, quòd Hieroſolymam ſanctam cum

ait Hæreticus, Fridericum potius Turcas, quàm Pontificem, & Pontificios aggreſſum. Et ſi tota inſulſi ſectarii narratio ex mendaciis conſtat; quando enim in Palæſtinam Fridericus exercitum duxit: jam cum Pontifice, & Eccleſia in gratiam redierat, & ex Annalibus notum eſt, Fridericum, non in Italia, in procinctu adversùs Pontificem; ſed in Germania ad crucis prædicationem, crucem cum præcipuis Germaniæ principibus ſuſcepiſſe, ùt ſuo loco ſatis oſtenſum.

Sed Balæo perinde eſt, quidquid dicat, aut ſcribat, dummodo calumnietur. Quid enim aliud ſunt, quàm calumniæ & atrociſſimæ ſimul & imperitiſſimæ criminationes, quæcunque præterea de Friderici expeditione inſulſiſſimè garrit. Ait; *veniſſe Hieroſolymam*; (quam nunquam vidit, teſtibus cunctis tam Latinis, quàm Græcis Hiſtoricis) *& data Paganis vita ex urbe eos cedere coëgiſſe.* Meræ fabulæ, & quidem fabuloſiſſimæ: periit enim in flumine Fridericus, antequam in Palæſtinam perveniret; ùt teſtantur, quotquot hoc argumentum attigerunt. C

Pergit effrons Hæreticus, & mentitur adeò impudenter, ut mirer chartam, quæ tanta fert mendacia, non erubeſcere. Referam verba peſtilentiſſimi & virulentiſſimi ſectarii, & retuliſſe erit confutâſſe. *Interea,* inquit, *dum Fridericus eſſet in Oriente his laboribus occupatus, Alexander Pontifex, iniquiſſimus proditor*; (en floſculos Hæretici) *non ceſſabat ſibi ab eo metuere, ſi victor in Italiam rediret. Operam igitur dedit Alexander omnibus modis, ut illum perderet. Miſit pictorem, qui neſciente Imperatore, coloribus clam ejus exprimeret faciem: juſſitque ſimulacrum illud ſic depictum Soldano per ſecretum nuncium dari.* (en Satanicam mentiendi, & calumniandi impudentiam;) *litteriſque ipſum admonuit, ut ſi quietus vivere vellet, illum per inſidias necaret.* (Cujus impudentiæ Balæum poſthac pudeat, poſtquam non puduit illum hæc tam craſſa & evidentia mendacia in litteras mittere. Pergit mendaciſſimus ſycophanta. D

equitibus, & ſuo Sacellano ab exercitu abſceſſit. Diſcedentem Balæus poſt carecta latens vidit) *Non admodum procul equo deſcendit; veſtes parabat exuere, & ut ipſe cum Sacellano in amne lavaret, ad reſtinguendum corporis æſtum, equites juſſit ab amne recedere, ibique ſtatim benignus Imperator, equitibus ignorantibus, cum ſuo Sacellano ab inſidiatoribus capiebatur, ac per nemora abducebatur, ad Soldanum* (per nemora, inquam, in mendaciſſimi Balæi malè ſano cerebro ſata & nata) *equites fruſtra exſpectabant Imperatorem, quærebant diligenter in alterum uſque diem. Rumor ad exercitum venit, eum eſſe demerſum: ingens omnibus erat triſtitia, & ferè ad integrum menſem in eo flumine illum quærebant* (Balæani ſcilicet urinatores) *Cum autem non reperirent, electis novis ducibus,* (electioni interfuit Balæus) *domum redeunt.* (Kalendis ſcilicet Græcis in Decembri.) G

Imperator ad Soldanum perductus, ſimulavit ſe eſſe Imperatoris Oſtiarium. (Quare non Notarium, aut Secretarium, aut Cancellarium, aut ſtabularium? Perinde enim erat, quidquid horum ab Imperatore ſimulatum eſſe Balæus affirmaret) *Soldanus de facie ex imagine à Pontifice accepta* (perdet Deus omnes, qui loquuntur mendacium) *cognoſcens eundem illum eſſe, juſſit ſimulacrum ejus proferri, ac literas à Pontifice miſſas coram eo legi.* (os, quod mentitur, occidit animam. Quantò magis hoc impuriſſimi Apoſtatæ, tam impurum & nefarium os.) *Imperator ad iſtam proditionem obſtupefactus* (obſtupefio certè ad immaniſſimam iſtam maledicendi & mentiendi impotentiam) *vidénſque negationi non eſſe locum* (nec ibi tam atrocia mendacia excuſandi ullus locus relinquitur) *fatebatur verum, & ſupplex miſericordiam petiit.* (ſupplicantem vidit & audivit Balæus, ſed in ſomno. H

Soldanus autem poſtquam de rebus multis cum eo collocutus eſſet (& quidem Germanicè, tam enim gnarus erat hic Balæanus Soldanus linguæ Germanicæ, quàm Turcicæ) *cogitavit ſe ex ejus dimiſſione plurimum ſibi gloriæ & honoris comparaturum. Eum igitur accerſivit* (vocante

Digitized by Google

... dederat monumentum & pignus amoris, & chlamys aurata, quàm plurima circum purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit) *viatico proſpexit, triginta quatuor equis, & certis militibus* (à Balæo conſcriptis) *Brixiam uſque deduxit* (& quidem per aëra, more Dædali & Icari) *ibique ſubſtitit.* (poſuítque immania templa teſtes accepti beneficii.)

Principes de Imperatoris reditu certiores facti, frequentes eum adibant. Cæſar Soldano ſuos variis donis onuſtos remiſit, adjunctis illis, qui eos
C *deducerent uſque ad Imperii fines.* (nam ut longiùs comitarentur, haud bonum Balæo viſum) *Deinde comitia indixit Norimbergæ:* (in Balæi capite) *& illuc vocabat omnes Imperii Principes.* (ne uno quidem excepto, tenuit mora nulla vocatos) *quibus Alexandri Pontificis proditionem aperuit, proditoriam epiſtolam ab eo ad Soldanum miſſam legit, & quibus modis liber eſſet dimiſſus expoſuit. Principes pollicebantur illi auxilium, ut fidem ſuam apud Soldanum liberaret, indignantéſque ſuppetias ſpondebant adversùs Alexandrum Imperii proditorem. Conſcribebatur exercitus: per Italiam nemine repugnante, Romam movebat, &c.*

Piget tædétque plura vaniſſimi Balæi mendacia percenſere.: quæ adeò ſunt enormia; ut poſteros noſtros vix putem credituros,
D fieri potuiſſe, ut hoc ſæculum noſtrum tam effrontes criminatores, & calumniatores protulerit. Quis enim neſcit, Fridericum Barbaroſſam Hieroſolymam non perveniſſe; ſed in itinere; in fluvio quodam aquis obrutum interiiſſe, neque unquam in Italiam, aut Germaniam revertiſſe? Quis probatorum Hiſtoricorum & Chronologorum monumentis ſuis hoc non prodidit? Et tamen iſte impudentiſſimè ex ſolo Pontificis odio, planè contrarium fingit, ſuiſque lecto-

... Hæreticus, fratres ſuos Saracenos, Urbani impulſu, bello fuiſſe petitos) *trecentáque hominum millia Cruce ſignavit, dum ille ipſe res ſuas ad Diaboli patris ſui voluptatem ageret domi.* Hanc in Urbanum calumniam verè effudit Balæus *ad patris ſui Diaboli voluntatem & voluptatem.* Nihil enim aliud domi egit Urbanus, quàm ut, ſublatis ſchiſmaticibus, Eccleſiam tranquillaret; & diſſipatis diſcordiarum nubilis, ſerenaret.

Ne porrò Balæus criminationum inops videatur, nonnullas mutuò ſumit à Bibliandro, qui iſta: *Hildebrandus* (ſic enim vocat Sectarius Gregorium VII.) *concitando Imperatorem Græcum contra Turcas, ſemina jecit expeditionis Gog & Magog.* En quàm impatienter ferant hæretici, quoties ſummi Eccleſiæ Præſules, adversùs truculentiſſimos Chriſtiani nominis hoſtes, claſſicum canunt, Regéſque ac Principes hortantur, ut ſceleratæ genti exſcindendæ piam & utilem operam navent. Quanta iſtorum impudentia eſt; cùm fortunatiſſimam illam, & omnibus ſæculis decantandam expeditionem ſub Godefrido Lotharingiæ Duce, (cujus ſemina jecerat Gregorius VII.) petulantiſſimo ore & calamo appellare audent expeditionem *Gog & Magog.* Si his hæreticorum nugamentis immorari liceret aut liberet, quàm promptum ac proclive eſſet oſtendere, expeditiones *cruciatas* nihil penitus cum *Gog & Magog* habere commune: & hoc convicium aliunde non eſſe profectum, quàm ab illo, qui Gog & Magog, eorúmque aſſeclas ſeducet; cui Diaboli nomen. Sed contraho vela.

G (line: *Imperatorem Græcum*) — *Ezech. 39. Apoc. 20.* — H

Contundat Bibliandri & Balæi inverecundam frontem Carion, tametſi Hæreticus; qui in Chronico ſuo iſta. *Incidit in Henrici IV.* (Imperatoris) *Imperium memorabilis illa noſtrorum Argonautarum* (ſic loquitur Novator) *expedi-*

Digitized by Google

tione colligerent rurſus, (num hæc facta conſentanea ſunt Gog & Magog?) *conditis templis vel repurgatis, inſtituto miniſterio* (ſed non Lutherano; non Calviniano, rectiùs dixeris, *inſtituto clero) legibus & judiciis deſcriptis. Hæc enim vera fuit cauſa ſuſceptæ tam longæ difficilis, & periculoſæ expeditionis* (non igitur illæ, quas impudenter Bibliander, & alij Sectarij confingunt) *ad quam acceſſerunt & aliæ, quòd hujus ſacræ militiæ duces dilacerationis, & ruinæ patriæ ex conflictu inter ſeſe mutuo civium collabentis, ſpectatores amplius & adjutores eſſe nollent, & quòd ſe abrupturos inteſtina bella ſperarent, Germania milite exhauſta.* Hæc Lutheranus ille Chronographus.

Audiamus jam denuo Balæum cum Bibliandro ſuo mentientem. *Quæ lingua, aut quis calamus poſſet exprimere ſatis, quantum ſanguinis Chriſtiani, & omnium propè nationum profundi curaverit Urbanus ſecundus?* Ne guttam quidem aut ipſe profudit, aut profundendam curavit; licèt enim in prima expeditione multi occubuerint; ſanguis tamen ille effuſus non magis adſcribi poteſt Urbano, expeditionis illius auctori & ſuaſori; quàm Imperatori, legitimum bellum cum Turcis gerenti, adſcribi poſſit ſanguis militum Chriſtianorum, qui à Turcis trucidantur: hæc enim Martis conditio eſt & natura: *Cædimus & cædimur.* Ubi unquam auditum eſt, bellum geri abſque ſanguinis, etiam innocentis, effuſione? At non ideo nocens eſt princeps, qui bellum gerit; ſed nocentes, imò nocentiſſimi illi, qui hujusmodi Principem calumniis inſectantur; felicéſque ac perbeati illi, qui ſanguine ſuo Chriſtianæ Reipublicæ commoda & utilitates amplificatum eunt.

C

D

Quid quiritatur Hæreticus de effuſione ſanguinis? Ubi plus ſanguinis effuſum; num in expeditione Godefridi, auctore & impulſore Urbano ſuſcepta; an in civilibus bellis, *pro recuperanda Judæa commoviſſe*; de qua blaſphemia jam alibi ſatis diximus. Hic tantùm adjungo, Bibliandrum à Lutherano Carione non immeritò mendacii redargui, ùt ex verbis illius paulò antè adductis manifeſtum evadit: ait enim; bellum hoc, cujus ſuaſor Urbanus fuit, *conſilio ſanctiſſimo, ſtudióque acerrimo* & *ardentiſſimo* ſuſceptum fuiſſe. Num diabolus *ſanctiſſimi conſilij* auctor eſſe poteſt?

Deinde, quod Carion affirmat de expeditione Friderici Barbaroſſæ, hoc itidem de expeditione ſub Urbano verè affirmare licebit. Quid illud? Accipe. *Hanc expeditionem non ambitione aliqua aut ſuperſtitione ſuſcepit; ſed intellexit ſui officij eſſe, tam crudele latrocinium, hoſtium tam immanium, ubicunque poſſet à Chriſtianis depellere, & turpe eſſe exiſtimavit deſerere & prodere hoſtibus pugnantes pro ſalute publica Chriſtianos, quæque majorum ſanguine parta eſſent, per ignaviam ſinere perire.* Hæc Lutheriſta Chronologus, quæ etiam in Bibliandrum valent; cujus impium dictum, cùm Cardinalis Bellarminus produxiſſet lib. 3. de *membris Eccleſiæ militantis* cap. 16. Danæus Calviniſta ſcribens adversùs illum librum, id tacitus prætervolavit, animadvertens, opinor, falſius, & impudentius eſſe, quàm ut ullo colore fucari poſſet.

G

Audacior Junius; *Hæc verba Bibliander non protulit de Theſi*, inquit, *quaſi negaturus licere Chriſtianis belligerare in Turcas: ſed tantùm de hypotheſi, quòd homo turbulentus & præceps, intempeſtivè & impudenter, imò & conſilio ſubdolo, (nam aliud moliebatur (ad arma conclamaverit.* Nec Bellarminus dicit, Bibliandrum abſolutè inficiari bellum cum Turcis eſſe licitum: ſed verba Bibliandri ſide bona proponit. Ex quibus tamen non obſcurè colligitur, eum in hoc errore ſimpliciter verſatum eſſe : nam ſi non ita ſenſit; cur Pontifices ſemper carpit, quoties ſignum

Jun. contra 5. Controverſ. Bellarmin.

H

Finis Libri Tertij, qui eſt Apologeticus pro Cruciatis Expeditionibus.

Digitized by Google

IN diſputatione de Eccleſia triumphante *diſputavit illuſtriſſimus Cardinalis Bellarminus de imaginibus, cultúque imaginum, & in his de vera & prima Cruce Chriſti, déque imagine, ſigno & uſu Crucis, & quo cultu crux colenda ſit. Hanc Bellarmini diſputationem refellendam ſuſcepit ſeu Zvvinglianus, ſeu Calvinianus Hoſpinianus in Opere ſuo* de origine templorum, rerúmque ad templa pertinentium. *In quo volumine, vel potiùs indigeſta farragine, tanta ineſt inſcitia, tanta mentiendi, cavillandi & calumniandi impotentia & impudentia, ut ſi quis eruditus, & antiquitatis peritus lector ad hunc librum evolvendum accedat, ei aliam refutationem neceſſariam non arbitrer, niſi ipſam libri lectionem.*

Quia tamen major ubique copia eſt indoctorum; & qui ſe intelligere certiſſimò exiſtimant, quod certò certius neſciunt, ideo contra hunc ſacroſanctæ Crucis truculentum hoſtem, arma capere operæ precium duxi: id enim exigebat à me ipſa operis de ſancta Cruce inſtituti ratio: nam cùm jam pridem alea jacta ſit, cruciſque patrocinium ſuſceptum; & cauſa pro viribus, quas Deus conceſſit, acta; non decet, ut hujus Zvvingliani profanam audaciam, inſulſámque ignorantiam in imperitorum animos diutius illabi ſinam. Refutabo igitur paucis, quæ ipſe contra Crucem tartareis ex faucibus evomit. Paucis, inquam; quia quidquid ad hoc argumentum ſpectat, illud ferè tractatum eſt jam pridem gemino de S. Cruce tomo, à me in lucem dato.

A

CAPUT I.

Num tempore Tertulliani imago S. Crucis in uſu fuerit.

Fol. 164. AIT Hæreticus. *Tempore Tertulliani, & poſtea, Crux nihil fuit ſubſiſtens.* At hoc falſum eſſe, demonſtravimus alibi fusè ex ipſo Tertulliano; nec repeto; ſed tantùm ad attentam & accuratam lectionem capitis decimi ſexti Apologetici Tertullianei provoco. Nec tamen tum primùm natæ ſunt Crucis imagines, ſed Apoſtolicis jam temporibus uſitatæ fuerunt, ut in opere de S. Cruce, non paucis veterum teſtimoniis & exemplis oſtendimus.

Tom. 1. lib. 2. de ſancta Cruce. c. 2.

lib. 2. cap. 1.

B

Quid verò ſibi vult illud Hæretici, *Poſtea?* An poſt Tertullianum Crucem nihil fuiſſe *ſubſiſtens?* At ſi ita deliraret, non modò à nobis, ſed & ipſe à ſe abſque ullo labore refelli poſſet. Fatetur enim tempore Conſtantini Magni, quem utique iſtud *poſtea* tangit, Crucem fuiſſe aliquid *ſubſiſtens.* Ergo illud *poſtea* non deſignat totum poſt Tertulliani ætatem tempus; ſed tantùm partem illius. Quantam igitur? num totam illam, quæ à Tertulliano uſque ad Conſtantinum Magnum? At hoc tam à veritate remotum eſt, quàm illud; tempore Tertulliani crucem non *fuiſſe aliquid ſubſiſtens*, hoc eſt, ſtabiles, & ex materia durabili confectas cruCIS

Digitized by Google

tatis accipiat à me veraciter. *Reſpondeo, hoc in more habere ſectarios, cùm aliquid objicitur ex patribus* (vel Actis Sanctorum) *quod ſolvere nequeant, reſpondere, ſcriptum aut locum ſuppoſititium eſſe.* Deinde num fabula erit, quidquid *fabulones* iſti fabulam eſſe aut ſomniant, aut optant? quibus vix quidquam non fabuloſum: ſequuntur enim illud Theologiæ genus, quod Varro vocabat μυθικὸν, *latinè, ſi uſus admitteret*, inquit S. Auguſtinus, *fabulare appellaremus, ſed fabuloſum dicamus, à fabulis enim μυθικὸν dictum eſt, quoniam μῦθος græcè, fabula dicitur.* Quàm enim multa ſunt in iſtorum *Theologia contra dignitatem & naturam immortalium*, Dei præſertim, & Chriſti, *confictа*: ut quòd Deus *Auctor ſit peccati*; quòd Chriſtus *ſalva matris integritate non natus*; quòd corpus ejus *in pluribus locis ſimul nequeat eſſe præſens*; quod ex *Plautina* Theologia in Calvinianam translatum, jam axiomatis locum obtinet, totámque Genevenſem Theologiam, tanquam ſolida baſis, ſuſtentat; cùm enim apud Comicum Soſia ſic diceret, ſe eſſe in duobus locis: excepit alter: *Túne id dicere audes, quod nemo unquam homo antehac vidit, nec poteſt fieri, tempore uno homo idem duobus locis ut ſimul ſit.* Quo fabuloſo pronunciato contenti, parùm morantur Mythologi Zvvingliani & Calviniani, quid aut Chriſtus, aut Apoſtoli, aut ſancti Patres, aut Concilia, aut ipſa etiam rationis momenta & pondera dicant, & dictent. *Fabulas, nugas, gerras*, intonant; & quidquid præter ſuam fabulam intuentur, id fabulam eſſe clamitant. Hac mente, (ſi tamen amentia mens dici poteſt) cùm iſti præditi ſint, mirandum non eſt; ſi à *veritate aures avertant, ad fabulas autem convertantur.* Sed ad lineam.

S. Auguſt. lib. 6. de civit. Dei c. 5.

C

D

Etiamſi verò conſentaneum foret, imagines cùm alias, tum Crucis, Conſtantini demùm ſeculo natas, & in uſum & in Eccleſias introductas fuiſſe; quis, obſecro, Copronymo nomen; ſeu alium quemcunque de horum omnibus diris jam dudum devoto grege; in has cum ſervo Comico voces erumpat. *Certè adepol cùm illum contemplo, & formam cognoſco meam, quemadmodum ego ſæpè in ſpeculum inſpexi, nimis ſimilis eſt mei. Itidem habet petaſum ac veſtitum: tam conſimile eſt atque ego. Sura, pes, ſtatura, tonſus, oculi, naſum vel labra, malæ, mentum, barba, collum, totus, quid verbis opus eſt? Nihil hoc ſimili eſt ſimilius.*

Ait Hæreticus. *Demus, fuiſſe Crucis ſignum ſubſiſtens aliquid Tertulliani ætate.* Accipimus quod das; Etſi tuum *Dare* parùm moramur; quia antea habemus, quod tu vel invitus largiri cogeris. Perge. *Non tamen Crucifixi effigies ſculptilis aut picta, membris expanſis, cruci clavis id temporis affigi ſolita fuit, multóque minùs in templa receptum, & ad cultum, & ad orationem propoſitum erat illud ſignum.* Utrum tempore Tertulliani Imago Chriſti ſuperaddita fuerit Cruci, eo modo, quo poſterioribus ſæculis & hoc etiam noſtro adjungi ſolet; quæſitum eſt libro 2. de S. Cruce, & in re obſcura in utramque partem diſputatum. Cap. 3.

G

Utcunque ſe res habeat; duo aſſero, primum; cardinem rei non in hoc verſari; ſed in hoc, utrum Tertulliani ætate crucis imago cultoribus Chriſti uſitata fuerit: quod fieri potuit etiam ſine Chriſti crucifixi imagine adjuncta; quia crux eſt crux, licèt nulla ullius hominis effigies accedat. Secundum; teſtimonia, quæ ad ſuam aſſertionem ſtabiliendam Hæreticus ex Tertulliano producit; nihil prorſus ad propoſitum facere, id ut lector videat; en tibi ipſa verba Tertulliani cum Hæretici *conſequentia.*

H

Tertull. in Apolog. cap. 16.

Ait Tertullianus. *Pars crucis eſt omne robur, quod erecta ſtatione defigitur; nos ſi fortè integrum, & totum Deum colimus.* Infert Sectarius. *Ergo tempore Tertulliani caruit imago Crucis effigie Chriſti crucifixi.* O acumen, vel potiùs Zvvinglianæ ſubtilitatis cacumen.

Mcx

Digitized by Google

… Atticæ, & Cereris Farreæ, …
quæ ſine effigie, *rudi palo, & informi ligno* proſtabat: omnis autem palus, ſeu omne robur erectum pars crucis eſt: qui igitur hujusmodi palum colit, ùt colebant Ethnici, is utique crucem colit, hoc tantùm nos inter & illos diſcrimen intercedit, quòd nos totam crucem colimus; ipſi partem: quanquam poſtea exemplis caſtrenſibus demonſtrat, ipſos etiam totas cruces colere.

Deinde venit ad illos, qui arbitrabantur, ſolem à Chriſtianis pro numine coli. Quod ſi ita eſt, inquit Tertullianus, *ad Perſas fortè deputabimur, licèt ſolem non adoremus depictum in linteo*, ùt Perſæ faciebant: quia habemus ipſum *ubique in ſuo clypeo*; hoc eſt clypei inſtar rotundum ac teretem in cœlo: ſtatimque originem hujus falſæ perſuaſionis prodit. *Inde*, inquit, *ſuſpicio, quòd innotuerit, nos ad orientis regionem precari.* Quid hæc, obſecro, ad effigiem crucifixi crucis imagini adjungi conſuetam, vel non conſuetam.

C

Tolerabiliùs ineptiiſſet Zvvinglianus iſte Prædicans; ſi ex aliis Tertulliani verbis ſententiam ſuam conficere inſtituiſſet. Nam Tertullianus affirmat, Palladem *Atticam*, & Cererem *Farream* fuiſſe rudem palum, & informe lignum; abſque ulla effigie: & tamen hunc rudem palum, & hoc informe lignum, rectum conſiſtens, appellat *Crucem*; caruit igitur eo tempore crux effigie. Si hoc modo ratiocinatus fuiſſet, aliquid ſaltem non omnino irridendum attuliſſet. Sed nobis proclive fuiſſet occurrere; ne ſic quidem id, quod cupit Calviniſta, concludi: nihil enim aliud hinc ſequi, quàm crucis formam non eſſe formam, ſeu effigiem humanam; ſicut nec Ceres *Farrea*, vel Pallas *Attica* forma humana erat; quia erant rudes pali in nullam ſpeciem humanam efformati; ſicut alia plerumque idola edolari ſolebant.

D

Jam ergo, licèt tempore Tertulliani imago Crucis habuiſſet ſibi adjunctam effigiem crucifixi; veriſſimè tamen pronunciare liceret … I. quid hæc ad propoſitum Hæretici; quod eſt, tempore Tertulliani imaginibus Crucis non fuiſſe ſuperadditam Crucifixi imaginem? An non addi poterat, tametſi Crux nec coleretur, nec adoraretur? Sed hic Hæreticorum in ſcribendo mos eſt; *amphora cœpit inſtitui; mox urceus currente rota exit.* & cùm de *capis* loqui putes, tranſiliunt ad alia. II. Liber ille Octavij titulo inſcriptus, non eſt Arnobij, ſed Minutij Felicis; quod neſcire iſtum mirari poſſet ille, qui neſcit, quàm multa iſti neſciant. III. Minutius dicit, Cruces à Chriſtianis non coli eo modo, quo Ethnici putabant illas coli à Chriſtianis, nempe ut quoddam numen, ſeu ùt Deum; quo pacto gentiles venerabantur ſua idola, & ex ſuo cultu æſtimabant cultum Chriſtianorum. Hoc negat Minutius, & nihil aliud. De quo plura alibi.

G

Tom. 1. lib. 1. de S. Cruce c. 60.

Nam Cruces à Chriſtianis coli conſueviſſe, ſatis liquet ex Tertulliani Apologetico, qui calumniam Ethnicorum de cultu *capitis aſinini* & *ſolis*, tanquam Chriſtianorum numinis, expreſsè negat & refutat. Opinionem verò de cultu Crucis non aliter refellit, quàm crucem à nobis non coli, tanquam numen; ùt alibi fuſiùs probatum; ſicut & morem precandi ad orientem non aliter inficiatur, quàm quòd abnuit, ſolem à Chriſtianis, tanquam Deum coli.

In animadverſ. Tertullianicis cap. 10.

H

In Cyrillo producendo, deſidero frontem Hæretici; nihil ſimile toto illo libro adversùs Julianum S. Cyrillus: imò cùm Julianus Chriſtianis cultum, & adorationem crucis objeciſſet; impulſus nimirum ad iſtam accuſationem ex communi Chriſtianorum conſuetudine, tantum abeſt, ut S. Cyrillus eam à Chriſtianis amoliatur, ut etiam non paucas rationes afferat, cur Crux meritò in frontibus, & domibus Chriſtianorum pingatur. Et tamen iſte audaciſſimè mentitur, Cyrillum ſcribere, crucem à Chriſtianis *nec coli, nec adorari.*

CA-

Digitized by Google

Addit Zvvinglianiſta. *Aliqui opinantur, fuiſſe cauſam duplicem; prima, quòd hoc facto teſtarentur ſe Chriſtianos, quaſi eos Crucis Chriſti minimè puderet.* Hæc quidem fuit una cauſa; ſed non ſola; & ſæpe locum non habebat, præſertim cùm quis ſolus, & ab omnibus aliis ſecretus eſſet; nam externa fidei Chriſtianæ profeſſio propriè reſpicit alios, coram quibus inſtituitur. At neceſſe non erat, C opinor, ut quoties quis Chriſtianorum ſe ſe veſtiret, aut calceos indueret, aut cubitum, aut ſeſſum, aut lavatum iret; aut quid aliud hujus generis ageret; ſemper adeſſent, coram quibus, edito Crucis ſignaculo, teſtaretur ſe Chriſtianum eſſe; neque crucis ignominiam ignominiæ ſibi ducere. Et tamen ad prædictas, & omnes alias actiones Crucis ſignaculo frontem terebant, ut ait Tertullianus.

Tertull. lib. de corona militis. Vide notas Tertull. c. 1.

Deinde, ſi ſignaculum Crucis eſt ſymbolum & profeſſio *Chriſtianiſmi;* cur teſſeram hanc & profeſſionem Chriſtianiſmi Calviniſtæ repudiant? An quia hac abjecta nota profitentur, ſe nec Chriſtianos eſſe, nec *Chriſtianiſmum* ſequi? Certè ab hoc ſymbolo, antiquis Chriſtianis uſitatiſſimo, æquè abhorrent ac Turcæ & Judæi, quorum quemli- D bet fortè citiùs adigas, ut crucem in fronte pingat, quàm Calviniſtam. Signum igitur eſt, veteres illos Chriſtianos ſignaculi hujus tam obſervantes, & religioſos cultores, alio ſpiritu fuiſſe actos, & alio itidem agi noſtros novatores.

Citat Hæreticus S. Auguſtinum, quaſi hæc ſcribat Serm. 8. de verbis Apoſtoli. *Cor quidem habemus, non tamen quale vos habetis, nec pudet nos Crucifixi, ſed in parte, ubi ſignum pudoris eſt, ſignum Crucis ejus habemus.* Si hæreticus iſte cor Chriſtianum, & Evangelicum haberet, utique nec S. Auguſtino verbo *erubeſcitur, ibi figatur, unde non erubeſcitur.* Quis Calviniſtarum tam animoſus eſt, qui huic ſanctiſſimi Præſulis monito obtemperare, atque adeò Crucem in fronte formare audeat, inſpectantibus ſuis Symmyſtis & Concalviniſtis? Quis, ſi quid tale tentaret, aut patraret, non exſibilaretur & exploderetur? Quis exploſoribus iſtis occineret illud S. Auguſtini? *Tu irrides ſycomorum* (Crucem) *& ipſa me fecit videre JEſum? Sed tu irrides ſycomorum,* G (Crucem) *qui homo es: ſtultum autem Dei ſapientius eſt, quàm hominum.*

Aliam cauſam crucis à veteribus Chriſtianis formatæ hanc reddit Hæreticus. *Quia voluerunt quadam κακοζηλία, cæremonias legales imitari. Et quia poſt Chriſti adventum ſacrificare non licet, Judæorum more, qui ſanguine Agni juſſi erant illinere poſtes domorum: noſtri ad eam ſimilitudinem cruce frontem ſignârunt, ut perhibent Lactantius lib. 4. de vera ſapientia, cap. 26. & Auguſtinus de Catechizandis rudibus cap. 20.* Omnia plena fraudibus, conviciis & mendaciis. Convicium eſt; quod ait, *cruceſignationem* introductam *pravo Judæos æmulandi ſtudio.* Quis Patrum aut veterum Chriſtianorum hoc unquam dixit aut ſcripſit? Quis unquam, præter iſtos, vel vigilans vel dormiens ſomniavit, crucis ſignaculum eſſe aliquid *Judaicum?* H Quòd ſi ideo pravo quodam imitandi Judæos deſiderio ſignaculum Crucis inventum eſt & uſurpatum; quia per ſanguinem Agni in limine oſtii illitum, præſignificatum eſt, & ſchemate quodam præformatum; oportet, ut tota religio Chriſtiana *cacozelia* quadam nitatur; cùm tota per veteris teſtamenti typos prænunciata & præfigurata fuerit.

Fraus & mendacium eſt, cùm Lactantium & S. Auguſtinum teſtes laudat, quaſi affirment, Crucis ſignaculum à Chriſtianis uſurpatum *pravo Judæos imitandi ſtudio;* ut quia poſtes ædium, ſanguine Agni nefas eſſet illi-

Digitized by Google

peragebatur. De quo nil attinet plura in præſenti diſſerere.

Cæterùm, qui veras cauſas cognoſcere avet, cur Chriſtiani tam cupidè ſignum Crucis ſemper, ſtatímque à condita Eccleſia uſurpârint, & adhue uſurpent; is librum quartum Tomi primi de ſancta Cruce evolvat; ubi copioſiſſimè de hoc argumento diſputavimus.

CAPUT III.

Quando Cruces fieri cœptæ; & in templis collocatæ.

Fol. 164.165.

C SUb *Conſtantino Magno*, inquit hæreticus, *cœpit ſignum Crucis duobus lignis transverſim conjunctis repræſentari ſeu fabricari*. Falſum; ùt jam ſuprà cap. 1. & lib. 2. de S. Cruce, cap. 1. & ſeqq. fusè oſtenſum. Ab initio enim Eccleſiæ Cruces erectæ, & non tantùm ex ligno; ſed & ex alijs materijs fabrefactæ, & coloribus itidem adumbratæ fuerunt: etſi ſub Conſtantino publicus earum uſus magis increbuit & invaluit; Tyrannis jam ſublatis, & Chriſtiana Religione liberis paſſibus per Imperium Romanum eunte.

Vid. lib. 2. de S. Cruce cap. 39. 40. Niceph. lib. 7. cap. 37.

Quæ Euſebius, Paulus Diaconus, Nicephorus, & alij de Labaro in crucis ſpeciem conformato, déque crucibus Conſtantinopoli, & alibi à Conſtanrino erectis, & in omnium conſpectu poſitis tradunt; ea Hæreticus leviter attingit, ne digitos adurat. Reprehendit Sozomenum, quòd ex *Latinæ Linguæ imperitia* labarum vocârit λάβωρον.

D Sed cùm Sozomenus Latinorum ſcriptorum exemplo hanc ſcripturam tueri poſſit, non injuria imperitiæ *dicam* hæretico accuſatori ſcribet.

Cauſam mutati in crucem Labari, ait Sectarius ex Nicephoro *fuiſſe, ut ſubditi frequenti ejus ſpectaculo & cultu, in deſuetudinem priſtinæ ſuperſtitionis venirent.* Macte. Jam non tuo, ſed veritatis ore loqueris. Omnino militibus & alijs, propoſuit Conſtantinus Laba-

infeſtæ vehemente propugnaculo.

Hæc res ſine dubio in cauſa fuit; ait Calviniſta, *quòd Crucis ſignum ab illius ætatis hominibus magno in precio haberi cœperit.* Non mirum, quia ingentia patrabantur miracula tam domi, quàm militiæ, tam publicè, quàm privatim per Crucis imaginem. Et quàm grande illud, quod Nicephorus, ab Hæretico citatus, eodem loco commemorat? Sed hæreticus diſſimulat; quia ſtomacho Calviniano non quadrat. Non exſcribo; quia jam exſcripſi libro 2. de S. Cruce cap. 42. Quis non obſtupeſcat tanta crucis virtute edita fuiſſe miracula; ſi Crux ejúsque cultus potiùs ad ſuperſtitionem, quàm ad venerationem pertinet, ùt iſti blaſphemant?

Lib. 2. de Cruce c. 27. & ſeqq.

Fusè recenſet Calvinianus ex Nicephoro G
& aliis, quanto pietatis affectu Imperator Conſtantinus in crucem inflammatus fuerit; & quomodo alij eundem imitati, pari veneratione crucis imagines proſecuti ſint. Exponit inſuper Conſtantinopoli tres cruces publicè à Conſtantino Magno erectas; & cùm propter hoc, tum propter alia in crucem pij animi argumenta, appellat illum titulo meritiſſimo & honorificentiſſimo: *piiſſimum Imperatorem*. Si Imperator *piiſſimus* audit; quia vexillum Imperatorium in crucem vertit, & quia nummis, imaginibus & armis ſuis & militum hoc ſalutare ſignum inſculpi juſſit; & quia etiam fora & publica loca imagine crucis inſignivit; quo nomine afficiendi erunt illi, qui crucis imagines à vexillis militaribus, armis, galeis, nummis, publicis privatíſque locis diligentiſſimè exterminant, nec ulla ratione tolerare valent? H
An non jure *impiiſſimi* nuncupabuntur? Nam contrariorum ſtudiorum contraria nomina conſtituamus oportet.

Poſuit Conſtanrinus Magnus tres cruces tribus Conſtantinopolitanæ Urbis locis; unam, cui *JEſu* nomen indidit, in foro ſupra fornicem, ſeu arcum triumphalem. Aliam, cui *Chriſti* nomen impoſuit, ſupra Porphyreticam columnam. Tertiam, quam *Victo-*

Vide lib. 2. de S. Cruce cap. 45.

riam

& lib. 3. cap. 48. 49. de tabernaculo Conſtantini. Vide etiam lib. 4. c. 56.

…is habere ſolebat *tabernaculum*; quod à cruce dicebatur crucis *tabernaculum*, is ſcilicet religioni habuit, crucem in templis ſtatuere: crucem, inquam, quam ut Φυλακτήριον (ſic enim vocat Euſebius) ſuſcipiebat ac venerabatur; & qui in præcipuo palatii ſui loco ſalutiferæ paſſionis ſymbolum poſuerat, is crucem in templis ponere horruit.

Quæſo, quid ſibi vult Euſebius, quando de templo in principe civitate Bithyniæ erecto loquens ait; cum etiam hic nimirum in templo à ſe exſtructo, erexiſſe τῷ σωτῆρι τὰ κατ' ἐχθρῶν καὶ θεομάχων νικητήρια, *ſymbola ſeu argumenta victoriæ adverſùs hoſtes & impios ſeu Dei adverſarios.* Quænam ſunt iſta νικητήρια, niſi cruces?

C Quid ſibi vult Euſebius, quando in oratione de Laudibus Conſtantini eundem Imperatorem alloquens ita ſcribit? *Monumenta, quæ in noſtra patria Palæſtinam dico, inque ea civitate, unde ſalutaris Dei ſermo, velut ex fonte ad omnes homines profluxit, ſunt tuo propugnatori ac ſervatori ad gratias illi agendas collocata: trophæáque victoriæ contra mortem partæ in Eccleſiis & templis Deo conſecratis erecta, &c. cauſam, quæ te ad veram pietatem colendam impulit, in luce atque in oculis omnium defigunt.* Quæ ſunt iſta trophæa victoriæ contra mortem partæ in Eccleſiis collocata, niſi cruces?

Sub finem ejuſdem orationis idem Euſebius, de templo Reſurrectionis Dominicæ Hieroſolymis à Conſtantino ædificato. *Templum velut trophæum victoriæ ab illo* (Chriſto)

D *contra mortem partæ erexiſti, omnibúſque hominibus tam fidelibus, quàm infidelibus, ad intuendum propoſuiſti: auguſtúmque in ea ſancti Dei ſanctuarium, ſplendida etiam, egregia, & magnifica vitæ immortalis, cæleſtiſque regni monumenta, eáque Imperatoris dignitati admodum convenientia & conſentanea: quin etiam præclara* Chriſti & Apoſtolorum, & in his etiam imagines ſacroſanctæ Crucis, cui Imperator tantum tribuebat, & in qua tantum ſpei ponebat? Certè Euſebius diſertis verbis ſcribit, Conſtantinum in templo duodecim Apoſtolis Conſtantinopoli exſtructo, eorundem Apoſtolorum duodecim imagines collocâſſe. Fontes in medio foro ornavit Conſtantinus imaginibus Chriſti, ſpecie paſtoris perditam oviculam ad gregem reportantis, & Danielis inter leones ſecurè recubantis; & iſte nobis perſuadere conabitur, Conſtantinum piaculum duxiſſe, ſi quis crucibus aut imaginibus templa decoraret?

Euſeb. lib. 4. de vita Conſtantini c. 60. Euſeb. lib. 3. cap. 48.

Quid, quod probabiliter credimus, præſtantiſſimam illam domum, in cujus medio laqueari, crucem ex variis precioſiſque lapillis & auro contextam poſuit aliam non fuiſſe, quàm Eccleſiam Palatii: nulla enim præſtantior domus in Palatio, quàm Eccleſia. G

Sed fuerit domus aliis, quàm cultûs divini uſibus dicata. Cur iſti cruces & imagines ne ſupra quidem & extra templa tolerant? Cruces dico & imagines ſacras. Nam profanas & vanas, profani ipſi ſimul ac vani, non gravatè ferunt.

Jam denuò audiamus tricantem hæreticum *Signum illud militare, quod ad ſimilitudinem Crucis fieri juſſit Conſtantinus, non in templis ad cultum propoſuit, ſed eo pro militari vexillo tantùm uſus fuit, quod poſtea privatim in palatio aſſervatum, Euſebio oſtendit.* Quæſtio eſt, utrum liceat facere cruces, & alias imagines. Nos dicimus licere; idque inter alia probamus exemplo Conſtantini, tanti & tam multis donis divinitus cumulati principis.

H Altera quæſtio eſt, utrum crux cultu aliquo affici debeat. Nos reſpondemus, religioſo cultu afficiendam eſſe; & probamus etiam exemplo Conſtantini, qui Labarum, in crucis

Digitized by Google

ſpem nullam habuit; cur φυλακτήριον nominavit? Cur Labaro proprios cuſtodes & gerulos attribuit? Cur non modò Labarum voluit eſſe quaſi totius exercitûs ducem; ſed alia inſuper militaria vexilla crucibus inſigniri juſſit? *τῶν δὲ ϛρατοπέδων ἁπάντων ἡγεῖσθαι τȣτȣ ὁμοιώματα προσέταττεν.* Præcepit, ut hujus (Labari) *ſimilitudines ſeu imagines univerſos exercitus præcederent.* Fierine poteſt, ut Conſtantinus in *ἀμυντηρίῳ πάσης*
C *ἀντικειμένης δυνάμεως* ſpem nullam habuerit? An nulla ſpes ponenda in *ϛαυρῷ νικοποιῷ*, ùt ex mente Conſtantini appellat Euſebius? Stultus ſit, qui congreſſurus cum hoſtibus nihil ſpei *ἐν τῷ νικοποιῷ* collocet. In procinctu adversùs Maxentium *τὸ νικητικὸν τρόπαιον, τὸ δὴ σωτήριον σημεῖον, τῶν ἀμφ' αὐτὸν ὁ πλιτῶν τε καὶ δορυφόρων προτάξας ἡγεῖτο πανϛρατιᾷ*, *prælato victorioſo trophæo, ſalutari nimirum Crucis ſigno, copiis & ſatellitibus ſuis, cum toto exercitu tendebat in hoſtem.* An hoc feciſſet, ſi nihil ſpei in cruce habuiſſet? In cruce, inquam, velut in crucifixi inſtrumento. Nam abſolutè loquendo, absque intuitu ad Chriſtum, probè nôrat in imagine crucis ſpem non eſſe fi-
D gendam, *veluti olim fiebat à gentibus, quæ in idolis ſpem ſuam collocabant*, ùt loquitur Concilium Tridentinum Seſſione 25.

Necdum finis tergiverſandi an calumniandi? *Nicephorus ſcribit lib. 8. cap. 32. Conſtantinum hæc verba in tribus illis crucibus incidi curâſſe.* Ιησȣ̃ς Χριϛὸς νικᾷ, *JEſus, Chriſtus, vincit, non crux.* Quid non molitur capitalis iſte oſor crucis, ut crucis gloriam deprimat & obſcuret? Mentitur cùm ait, Nicephorum ſcribere, quòd Conſtantinus tri-

Deinde, licet ſingulis crucibus Conſtantinus Magnus verba illa adſcripſiſſet; non tamen cruci laudem victoriæ efficiendæ, tanquam inſtrumento crucifixi abſtuliſſet. Senſus enim inſcriptionis illius fuiſſet; *JEſus Chriſtus vincit*; ſed per crucem, tanquam per inſtrumentum ſuum, ſicut ſi quis imagini beati Davidis, Goliathen proprio gladio trucidantis, appingeret hoc elogium: *David vincit Philiſtæum*: is gladio non adimeret laudem victoriæ; ſed vel maximè
tribueret; ſenſus enim eſſet; *David vincit Philiſtæum*, ſed per *gladium*, tanquam per inſtrumentum victoriæ adipiſcendæ ſimul & adeptæ. G

Objicit Hæreticus: *Helenam*, teſte Ambroſio, *cùm ſanctam Crucem inveniſſet adoraſſe Chriſtum, non lignum.* Ad hoc jam pridem reſponſum eſt; Helenam non adoraſſe lignum, tanquam ultimum adorationis terminum; *quia hic gentilis eſt error, & vanitas impiorum*, ùt rectè dicit S. Ambroſius: adoravit tamen ligneam illam crucem, ùt imaginem, Chriſti crucifixi repræſentatricem, & ùt precioſo Redemptoris noſtri ſanguine olim irrigatam, divinóque tactu conſecratam: ſic enim adorare lignum crucis, non
eſt *vanitas impiorum*, ſed pietas Chriſtianorum. H

Vide lib. 1. de S. Cruce cap. 61.

Ejus crucis Helena partem aliquam Hieroſolymis reliquit, inquit Hæreticus, *ad memoriam his, qui eam videre (non adorare) vellent; partem etiam, quam ad filium detulit, Conſtantinus in foro (non in templis) poſuit: ùt Socrates teſtatur lib. 1. cap. 7.* At Socrates non habet illas tuas parentheſes, quas tu menti & ſententiæ Socratis ſycophanticè attexis. Deinde Helena partem crucis Hieroſolymæ relictam in templo

B Quod Socrates ſcribit, Helenam crucis alteram partem thecæ argenteæ incluſam Hieroſolymis reliquiſſe, μνημόσυνον τοῖς ἱστορεῖν βουλομένοις, ut monumentum eſſet illis, qui crucem videre, ſeu accuratè contemplari vellent, (hoc enim verbum ἱστορεῖν ſignificat) ex eo non niſi ineptus Calviniſta hanc conſequentiam deducet: *Reliquit crucem Hieroſolymis ut videretur, teſte Socrate; ergo non ut adoraretur.* Pulchra conſecutio: quaſi quod videtur, & quod videndi cauſa relinquitur, non poſſit videri religioſa, ut ſic dicam, viſione, & quaſi religioſiſſima Helena eo tantùm fine crucem Hieroſolymis reliquerit, ut aſpiceretur, eo modo,
C quo illam aſpiciunt Hæretici, quando Hieroſolymam veniunt, nimirum non ſecùs ac fragmentum ſeu fruſtum quoddam de reliquiis Trojæ aut veteris Romæ. Si hoc conſilio crucem Hieroſolymis reliquiſſet, pro paucis, & propemodum pro ſolis ſectariis noſtris reliquiſſet; nam alii, qui Hieroſolymam ſe contulerunt, hac mente ſe eò contulerunt, ut crucem religiosè viderent, & religiosè videndo adorarent: cujus innumera exſtant exempla nova & vetera, quorum non pauca lib. 1. de S. Cruce protulimus.

CAPUT IV.

Refutantur aliæ calumniæ de crucibus in templa receptis.

D *Lib. 2. de ſancta Cruce cap. 10.*

ADDUCIT Hæreticus Epiſtolam Nili ad Olympiodorum ex ſecunda Synodo Nicæna; qua rogatus ab Olympiodoro ſuaſit, ut in templo, quod exſtruere cogitabat, crucis imaginem pingendam curaret, relictis profanis imaginibus, quæ potiùs ſpectatorem ad terrena, quàm ad cœleſtia invitarent. Subjungit Hæreticus: *An Olympiodorus illi paruerit, aut quis ille Nilus Epiſcopus fuerit, non eſt compertum.* At paruiſſe ſalutari conſilio, nemo ambigere poſſe primum fuiſſe, qui templa picturis exornârit. At primum non fuiſſe, liquet vel ex ſolo Conſtantini Magni exemplo, qui Paulinum tempore anteceſſit. Deinde, ut maximè Paulinus primus fuiſſet, quis non potiùs eum ſequendum exiſtimaret, virum ſanctitate & doctrina tam inſignem, quàm hodiernos Iconoclaſtas, qui omnes imagines ex templis ejiciunt?

Scribit S. Paulinus, ſimpliciores, qui ad Baſilicam S. Felicis die ejus natali innumerabiles confluebant, ad ejuſdem tumulum convivia inſtituiſſe, ſe verò morem hunc non tam lubentem probâſſe, quàm invitum diſſimulâſſe: & ſimul etiam hoc ſeu remedium ſeu temperamentum excogitâſſe, ut *S. Paulin. Natali nono S. Felicis.*
veteris novíque Teſtamenti hiſtoriæ in porticibus depingerentur; quò earum contemplatione & conſideratione agreſtium animi ab epulis averterentur; tempúſque potiùs in legendis illis picturis, quàm in menſis conſumeretur. G

Ad quæ Hæreticus. *Biſariam peccavit Paulinus. Primò, contra manifeſtum Pauli præceptum convivia in templo publica inſtituere permiſit.* Ubi verò interdictum hoc Apoſtoli? An prima Corinthiorum cap. 11. At ibi nihil prorſus agitur de conviviis in Natalitiis Martyrum inſtitui ſolitis, ſed agitur de illo convivio, quod Euchariſtiæ ſumendæ præmittebant fideles in memoriam cœnæ legalis, quam Chriſtus proximè ante ſacræ Euchariſtiæ inſtitutionem & ſumptionem cœnaverat. Nec abſolutè hanc cœnam prohibet inſtitui; ſed reprehendit abuſum; H tametſi propter periculum hujuſmodi abuſus facilè ſeſe inſinuantis, ſatis indicat Apoſtolus, ſibi magis probari, ut quivis domi ſuæ comedat, quàm ut hoc in Eccleſia fiat, præſertim, cùm jam jam Euchariſtica cœna ineunda eſſet, ſumendúmque Corpus Chriſti.

Quocirca hæc Corinthiorum conſuetudo ſtatim deſiit, & alia alibi obtinuit; nimirum ut priùs à jejunis Corpus Chriſti ſumeretur; deinde

Digitized by Google

dam, qui ſe inebriabant, perſtrinxiſſet; reſpondit S. Auguſtinus; *Qui ſe in memoriis Martyrum inebriant, quo modo à nobis approbari poſſunt, cùm eos, etiamſi in domibus ſuis id faciant, ſana doctrina condemnet? Sed aliud eſt, quod docemus; aliud, quod ſuſtinemus: aliud, quod præcipere jubemur; aliud, quod emendare præcipimur; & donec emendemus, tolerare compellimur. Alia eſt diſciplina Chriſtianorum, alia luxuria vinolentorum, vel error infirmorum.* Veruntamen *& in hoc ipſo diſtant plurimum culpæ vinolentorum & ſacrilegorum* (Calviniſtarum) *longè quippe minoris peccati eſt ebrium redire à Martyribus, quàm vel jejunum* martyrum cor-
C pora comburere; oſſa & cineres diſpergere, ſepulchra demoliri; Baſilicas evertere; & alia Calviniſtis ſolennia adversùs Martyres perpetrare.

Tandem mos hic epulandi in Eccleſia penitus deſiit; & meritò: cùm, creſcente hominum malitia, difficile fuerit modum tenere, ſalvâque reverentia, ſacris locis debita, convivari. Interim hoc fixum manet, S. Paulinum nihil aut contra præceptum Apoſtoli; aut contra ætatis ſuæ conſuetudinem deliquiſſe, cùm Apoſtolus hæc convivia nunquam ſimpliciter prohibuerit; & eo ipſo ſæculo, quo Paulinus vivebat, plurimis Eccleſiis, præſertim Africanis, hoc in more poſitum fuerit.

Alterum peccatum, cujus S. Paulinus à
D profano Sectario inſimulatur, eſt iſtud, *quòd homines imaginibus ad temperantiæ ſtudium cohortari voluit: cùm idem doctrina ſalutari & exemplo magis Chriſtiano conari potiùs debuiſſet.* Hoc tantopere exaggerat hæreticus; *ut inexcuſabile peccatum appellet.* Ego verò hanc rudis Sectarii vel improbitatem vel inſcitiam prorſus inexcuſabilem judico. Quid enim

Hiſtorias caſtorum operum, ſubrepit honeſtas
Exemplis inducta piis; ſuadetur hianti
Sobrietas, nimiỹ ſubeunt oblivia vini.

Unde liquidò apparet, ait Hæreticus, *Epiſcopum hunc pio ſpiritu hoc conſiliỹ nequaquam cepiſſe.* At longè liquidiùs apparet, te malo ſpiritu impulſum convicia S. Paulino dicere. An non à pio ſpiritu proficiſcitur conſilium abducendi homines ab ingluvie, crapula, & intemperantia?

Cæterùm quonam ſæculo crucifixi effigies cruci cœpta ſit adjungi; id parùm refert. Nobis ſatis eſt crucis imaginem ſemper apud Chriſtianos fuiſſe in uſu, ùt ſuprà dictum;
& fuſiùs oſtenſum lib. 2. de Cruce. At verò G
Dæmones ſigno crucis fugari, ne ipſe, opinor, Dæmon negaverit, quod tamen Dæmonis iſte ſatelles impudenter negat, & hoc credere *ſuperſtitionem* vocat: Cyrillóque Hieroſolymitano & S. Hieronymo id aſſerentibus, audaciſſimè maledicit. Verùm quarto libro Tomi primi de ſancta Cruce tot exemplis hanc Crucis virtutem & potentiam adſtruximus & comprobavimus; ut eum, qui contra tot & tam teſtata exempla & teſtimonia vel mutire audet; frontem penitus perfricuiſſe, & in reprobum ſenſum datum eſſe oporteat.

Quod dicit, Ruffinum lib. 1. Hiſtor. cap. 23. ſcribere, *Cyrillum fuiſſe Macedonianum in adoleſcentia, quando catecheſes conſcripſit;* id intolerabile Sectarii figmentum eſt. Videatur
locus Ruffini; & mox hæc tanta pſeudolo- H
gia in auras diffugiet. Ait, *perſuaſionem de Dæmonibus crucis virtute fugari ſolitis, poſterioribus ſæculis multis falſis ac mendacibus ſignis ac miraculis confirmatam, magis magiſque in ſuperſtitionem abiiſſe.* Vix ullum miraculum poſterioribus ſæculis profertur, quod ad hunc crucis effectum attinet, cujus ſimile non liceat

illud non fuerit deſertum & omni tum temporis nidore Idololatrico vacuum. Quaſi ipſa nox Judæum non compulerit, ut illa tecta ſubiret, quæ alioquin extra hanc neceſſitatis aleam ſubiturus non erat.

Quis Dæmon, inquit Dæmonis miniſter, *Judæo iſti ſignificavit, quid malignus ille ſpiritus principi Dæmoniorum renunciârit?* Quis Dæmon tibi hæc tam inſulſa dictavit? An putas tu Judæum illum auribus caruiſſe; ut non audiret, quæ clara voce peragebantur: niſi
C forte tam ſtolidus es, ut neges Dæmonem vel Angelum edere poſſe ſonum, & quidem articulatum. Exempla ex Vincentio de Diabolo, ſub ſpecie Draconis latitante, per ſignum Crucis fugato, nihil à fide alienum continent. Quære ex Juliano Apoſtata, an ſigno Crucis Dæmones in fugam conjecerit. Dabitur autem quærendi poteſtas, ſi operâ alicujus Pythoniſſæ ex Orco deſertorem illum evoces; ſed cave, ne horrore perfuſus, ipſe etiam ad ſalutiferum Crucis præſidium confugias.

Hæc & ſimilia, inquit Calviniſta, *ſunt partim fabuloſa & vana* (his nimirum fabuloſis & vanis Hæreticis) *cujus generis plurima non*
D *tantùm Vincentius in ſpeculum ſuum*, (ſi diſplicent, quæ habet Vincentius, placeant, quæ habet S. Epiphanius S. Athanaſius, S. Gregorius Nyſſenus, S.Hieronymus, Lactantius, D. Nazianzenus, & alii) *ſed & in libros Dialogorum, & præſertim tertium, Gregorius Magnus congeſſit: quæ non tantùm riſum movere poſſunt lectoribus* (Zvvinglianis, Calvinianis, Lutheranis) *verùm etiam à Chriſtiana religione* (à Zvvingliana ſecta) *valdè ſunt aliena.* Nil addo. Has in S. Gregorium criminationes refutavi nuper copiosè in Miſeno) *ideóque etiam ſcripta ejus omnia à clero populóque Romano, inprimiſque Pontifice Maximo Sabiniano, digna judicata ſunt, quæ comburerentur: quòd ſcilicet viderent, multa fabuloſa iis inſerta, & puritatem religionis non parùm per ea contaminatam eſſe.* Mendacium impudentiſſimum, non

Neque ullus, præter hæreticos, hoc unquam ſomniavit. Tota enim cauſa hujus tentati facinoris fuit inexſaturabile odium improborum quorundam in S. Gregorium, cujus ſanctiſſimi & innocentiſſimi mores moribus illorum nimis erant adverſi; ac proinde odii ſuſcitandi ſtimulus; quo exſtimulati memoriam præſtantiſſimi & *Angelici* Pontificis penitùs ex hominum memoria tollere nitebantur, cauſam exortæ famis in illum conferentes, quaſi prodigalitate ſua omnia vitæ ſubſidia dilapidâſſet, Romámque in tantæ inediæ calamitatem præcipitâſſet. Nec certiùs æterna memoria digniſſimi Antiſtitis G
nomen ſe obliteraturos exiſtimabant, quàm ſi monumenta ingenij ejus flammis abolerent. Hæc cauſa à Diacono redditur. Illa, quam Hæreticus comminiſcitur, ne obiter quidem à Diacono inſinuatur.

Quare diabolica prorſus eſt iſta Sectarij criminatio, cùm ſubjungit. *Fingit quidem Diabolus interdum ſe cedere conſpecto ſigno Crucis, ut ea fictione ſeſe magis inſinuet nobis.* Quis Diabolus hanc ſuam mentem tibi ſignificavit? neque enim hoc, niſi Diaboli indicio, cognoſcere potuiſti; cui, ut tecum fidem habeamus, adduci nequimus. Quia cùm ſpiritus mendax ſit, meritò credimus, eum H
mentiri, quando dicit ſe non ſeriò, ſed ſimulatè crucem fugere; maximè cùm fugam ſeriam omnia indicent, ſimulatam nihil: multóque creditu proclivius ſit, Dæmonem vobis ſignificare, quaſi ſeriò crucem non fugiat, partim ut ſuam ignominiam & imbecillitatem tegat, partim ut vos à crucis cultu & uſu avertat. Sed hæc Ethnicorum & Hæreticorum calumnia alibi jam ſatis eſt disjecta.

Lib. 4. de S. Cruce cap. 37.

Lib. 1. de Cruce cap. 66. & lib. 2. c. 14.

Recitat deinceps Calviniſta, quid Heraclio Imperatori, Crucem Hieroſolymam inferre volenti, acciderit. Quid idem Haumari Saraceno, cùm Mahometanum templum Hieroſolymis exſtruere cœpiſſet, quibus hanc cenſuram adjungit. *Hæc & ſimilia,*

etſi

Digitized by Google

manifeſtum) *ſed etiam extra ea in viis paſſim, & compitis ad ethnicorum imitationem.* (Cruces jam tempore Conſtantini Magni in viis & compitis poſitas fuiſſe, ſuprà tu ipſe ex Nicephoro docuiſti. Diu igitur ante Gregorium Magnum, & Heraclium mos hic extitit; quidquid *accuratiſſimus tuus Hiſtoricus* (rectiùs Mythologus, ſeu Pſeudologus) *Funccius in ſua Chronologia annotârit.*

C Quod ais, hoc factum, *ad Ethnicorum imitationem*; noveris non omnia improbanda, quæ apud Ethnicos uſitata fuêre; alioquin unum verúmque Deum agnoſcere & colere, improbandum foret; quia nonnulli ex Ethnicis, unum verúmque Deum agnoverunt, & cum ſuis Diis coluerunt. Nec ullum templum exſtruendum eſſet: quia Ethnici quoque olim, & hodie Turcæ ſplendidiſſima templa condiderunt, & condunt. Non valent igitur iſtæ argumentationes. *Ethnici olim ædificârunt templa; ergo Chriſtianis non licet ædificare templa: Ethnici quidam coluerunt olim etiam verum Deum, ùt Athenienſes, qui ignoto Deo aram dicaverunt: ergo Chriſtianis nefas eſt verum Deum colere.* Probatur conſequentia. *Quia hoc fit ad imitationem*

D *Ethnicorum; Ethnicos autem imitari non licet,* Quis deliria hæc non rideat? quanquam enim Ethnicos imitari non liceat in eo, quod propriè eſt *Ethnicum*, imitari tamen eos licet in eo, quod ipſo naturæ lumine, & interdum divino impulſu viderunt eſſe faciendum, tanquam rectæ rationi conſentaneum: cujusmodi ſunt iſta ipſius rationis, ſola etiam naturali luce illuſtratæ, præſcripta. *Deum eſſe colendum. Templa vel alia certa loca nomini & Majeſtati ejus deſtinanda & dedicanda. Signa divinitatis paſſim erigenda, partim tutelæ, partim memoriæ excitandæ & conſervandæ gratia.*

Quocirca quòd Ethnici hujusmodi ſigna in viis & compitis ſtatuerunt; in eo præci-

vocabulum ſignificat; alioquin quisquis loquitur aut ſcribit, aut ambulat, alium loquentem aut ſcribentem, aut ambulantem imitaretur. Quis autem adeò ineptit, qui hoc aſſerat? Quis notionem vímque imitationis adeò ignorat, qui hoc aſſerenti credat? Ergo ùt is propriè Ciceronem aut Virgilium imitari dicitur, qui ad orationem ipſorum, quantum viribus conſequi poteſt, exprimendam ſeſe confert; ita is propriè Ethnicos imitatur, qui ex propoſito ritus Ethnicorum, & actiones exprimere cupit: quod G Chriſtianis nunquam propoſitum fuit; nam ſi quando in ritu quopiam, ſeu opinione, ſeu facto cum Ethnicis concurrunt, id non tam fit imitandi ſtudio, quàm quia Chriſtiani ex iisdem naturæ fontibus ſua hauriunt, unde & Ethnici ſua illa, ſaltem ſecundùm generalem quandam rationem, hauſerunt.

Vana eſt ergo hæc conſecutio. *Chriſtiani ſubſtituerunt in locum Mercurialium ſtatuarum imagines Crucis; ergo fecerunt hoc ad imitationem Ethnicorum.* Perinde eſt ac ſi quis ita inſaniret: *Chriſtiani ſubſtituerunt in locum templorum idololatricorum templa Deo cælitibusque conſecrata: ergo fecerunt hoc ad imitationem Ethnicorum. Chriſtiani ſuffecerunt Idololatriæ veram religionem; ergo hac in re imitati ſunt* H *Ethnicos:* imò non imitati ſunt Ethnicos, ſed per hujusmodi ſubſtitutiones expulerunt Ethnicos cum ſuo *Ethniciſmo*; Ethniciſmus enim, quà talis, nil rectum ſanúmque ſonat, etſi rectum ſanúmve adjunctum habere poteſt; imò neceſſariò adjunctum habet ex ipſo rectæ rationis dictamine, quod omnibus à natura inſitum; quamvis poſtea in applicatione hujus dictaminis ad praxin & uſum Ethnici longè à vero abeant.

Ad extremum mitto dicere; quod alibi adversùs Miſenum non ſemel ex Tertulliano dictum: ſi quando Ethnici ſimile quid Chriſtianis in ritibus, & cæremoniis agere viden-

perque futuri ſint.

Quod objicit de velo quodam à S. Epiphanio diſcerpto; ad id millies jam reſponſum eſt; ùt & ad alia, quæ contra imaginum uſum iſti ex Patribus, mala fide proferre ſolent. Sed jam non eſt his refellendis locus: nam crucis duntaxat hoc libro patrocinium ſuſcepimus. Intermittere tamen non poſſum, quin obiter notem duas inſignes fraudes, quas iſte in Patrum teſtimoniis committit. Citat Athanaſium con-
C tra gentes ſic ſcribentem. ἡ τῶν εἰδώλων ἕυρεσις ὀυκ ἀπ' ἀγαθȣ̃, ἀλλὰ ἀπὸ κακίας γέγονε. τὸ δὲ τὴν ἀρχὴν ἔχον κακὴν ἐν ὀυδενί ποτε καλὸν κριθείη, ὅλον ὂν Φαῦλον, *idolorum inventio non de bono, ſed de malo exſtitit. Quod autem principium malum habet, in nulla re bonum judicari poteſt, utpote totum malum.* Ubi Calviniſta prorſus Calvinianè ſic vertit. *Imaginum inventio, &c.* quaſi ſanctus Athanaſius loquatur de imaginibus Chriſtianorum, cùm apertiſſimè toto libro contra Idola Ethnicorum diſputet: & ipſe libri titulus indicat diſputationem ſuſceptam adversùs *Idololatras.*

Dicet Hæreticus. *Idola gentium & imagines Chriſtianorum eſſe unum & idem; ergo qui*
D *diſputat adverſùs idola, eum eâdem opera etiam contra imagines diſputare.* At cùm Antecedens ſit Hæreticorum, non ſancti Athanaſii, meritò à nobis exploditur, & mendacii arguitur, donec iſti ex libro S. Athanaſii maniſeſtè oſtenderint, S. Athanaſium idola & imagines Chriſtianorum, uno eodémque loco habuiſſe.

Altera Calviniſtæ fraus, & quidem fraudulentiſſima, conſiſtit in his ejuſdem verbis: *Quàm abominandum duxerint primitivæ Eccleſiæ Chriſtiani, ſi in altari ſimulacrum, vel imago poneretur, quod hodie Papiſtis uſitatiſſimum eſt, liquet ex Optato Milevitano, qui Ambroſium & Hieronymum anteceſſit; nam Donatiſtæ, ut odium Catholicis concitarent, jactabant, venturos, qui intereſſent ſacrificio, ut altaribus* locutos eſſe de imagine, cui ipſum ſacrificium offerretur; ſicut olim ſimulacris apud Ethnicos ſacrificium offerebatur. Quocirca dicebant, *qui inde guſtat, de ſacro guſtat*; hoc eſt, qui ſacrificii illius imagini oblati particeps eſt, de ſacrificio Ethnico guſtat. Verè enim ſacrificium Ethnicum foret, quod non Deo, ſed imagini offerretur. Hoc autem commentum de imagine in altari à Paulo & Macario collocanda, cui, more Ethnico, ſacrificium immolaretur, confinxerant Donatiſtæ, ut homines ab unitate amplectenda, quæ eis à Paulo & Macario ſuadebatur, revocarent, & in pernicioſo ſchiſmate detine- G
rent.

Tandem nugis & mendaciis ſuis dignam adjungit Hæreticus coronidem, legem nimirum Theodoſii & Valentis ex Crinito; qua vetatur, ne ſignum Salvatoris, hoc eſt, *imago crucis, coloribus, aliâve materia fingatur, ſculpatur aut pingatur; ſed ubique aboleatur.* Ubi obſerva primùm, imperitiam hæretici, qui legem hanc à Theodoſio & Valente promulgatam dicit; cùm edita fuerit à Theodoſio Juniore & Valentiniano.

Secundò obſerva Hæretici audaciam, qui H
legem, quæ de ſola cruce loquitur, nec eo ſenſu, quo iſti mentiuntur, audaciſſimè extendit ad alias itidem imagines, de quibus in lege nullum penitùs verbulum.

Tertiò obſerva impudens Sectarii mendacium; quando ſcribit, tempore horum Imperatorum quæſtionem fuiſſe in Eccleſia, *an imagines ulla deberent veneratione affici, eóque in templis haberi:* nam horum Principum ætate, nulla penitùs hac de re in Eccleſia quæſtio exſtitit; ùt notum ex Eccleſiaſtica hiſtoria.

Quartò obſerva ejuſdem Novatoris mendacium, quando ait, non eſſe alium ſenſum hujus legis, quàm *ne in templis, ubi facilè adorari poſſent, haberentur Chriſti imagines aut ſtatuæ.* Nulla prorſus mentio de templis in tota lege, etiam ùt ab Hæreticis citatur.

Quintò

tota vis ſanctionis conſiſtit, prætereunt; non enim ſimpliciter prohibuerunt Imperatores, ne *ſignum Salvatoris* formaretur, ſed ne *in ſolo*, néve in lapidibus, & marmoribus *humi* poſitis; idque reverentiæ cauſa decreverunt, ne à tranſeuntibus conculcaretur; de qua re fuſius diximus lib. 2. de S. Cruce cap. 62. Cæterùm vocabula illa, *in ſolo*, & *humi*, omnes Juſtinianei codicis editiones, etiam ab Hæreticis profectæ, repræſentant; quæ reperit quoque in exemplari ante ſexcentos C annos ſcripto eloquentiſſimus Muretus.

Octavò obſerva Sectarij mendacium, cùm blaterat, Leonem Iſauricum, Conſtantinum Copronymum, Leonem Armenium, Michaëlem Balbum, & ſimiles Iconoclaſtas, *hac Theodoſij lege inductos*, *imaginibus bellum indixiſſe*. Falſiſſimum; nec ab ullo veterum proditum, nec prodi potuit: cùm ante Crinitum ſimilis conſtitutio nusquam viſa fuerit; nam Crinitus primus fuit, qui hanc conſtitutionem vel ex oſcitantia, vel ex nequitia depravavit, depravatámque propo- D ſuit, quam Hæretici arripiunt, contra omnium editionum & veterum codicum fidem.

Nonò obſerva Hæretici hujus in Hæreticos & *Judaizantes* Principes ſtudium ac benevolentiam: Vocat *Chriſtianiſſimos* & *piiſſimos* Imperatores: quos ipſi Græci ſcriptores, *monſtra potiùs hominum*, quàm homines nominare ſolent. Certè ſi iſti *Chriſtianiſſimi* & *piiſſimi* cenſentur, quòd imagines confregerint, & ex templis ſedulò ejecerint, etiam Turcarum Imperatores *Chriſtianiſſimorum* & *piiſſimorum* titulum merebantur, quia non ſegniùs exturbant imagines ex templis, quàm Principes illi Iconomachi. Sed in his Copronymi, & ſimilium laudibus celebrandis imitantur Calviniſtæ Bogomilos, ſceleratiſſimos hæreticos, de quibus inter alia Euthy-

parent. Extat quidem initio invocatio S. Nicolai Epiſcopi Myrenſis, ſed quid hæc ad Nicolaum Pontificem? Et propè eſt ut ſuſpicer, ſeu hunc, ſeu alium Novatorem ex invocatione illa S. Nicolai cudiſſe nobis ſuprà dicta verba.

Deinde licèt in illa Liturgia reperirentur, quis tam ſtupidus eſt, qui non videat librarii, vel typographi vitio ex hoc ſigno ad quodvis nomen communi N. factum eſſe *Nicolaum*, neque enim propria nomina Pontificum & Epiſcoporum notari ſolent in Litur- G gia ſeu Canone, cùm non ſemper ſint ejuſdem nominis.

Canonem 82. vel, ùt alii numerant, 73. Synodi ſextæ, de Cruce humi non effingenda, operosè probat iſte, non eſſe ſextæ Synodi, ſed illius, quæ poſtea in Trullo coacta eſt. Quaſi verò orthodoxi hoc neſciant: quaſi non hac ipſa de re lectorem jam ſæpius commonuerint. Citantur tamen nomine ſextæ Synodi; quia Patres illi *Trullani* eo conſilio convenerant, ut ad ſextam Synodum Canones adjicerent: qui quanti ſint precii & ponderis non eſt hujus loci accuratiùs diſquirere. Hic certè de Cruce humi non ef- H formanda, tanquam pietati conſentaneus, comprobandus eſt & acceptandus.

CAPUT V.

Calumniæ Hæretici de adoratione Crucis.

CRUCEM Domini colendam eſſe, & quidem cultu religioſo, concors eſt Catholicorum ſententia; etſi de genere cultus inter doctores non conſtat; aliis ajentibus, Crucem eadem cum prototypo veneratione honorandam, aliis id negantibus, inferiorémque, ſed tamen religioſum, cultum Cruci tribuentibus. *Non pudet illos*,

 inquit

Digitized by Google

… eſt, quàm Chriſtum reſurgentem glorificare; glorificamus autem Chriſtum reſurgentem potiſſimùm adoratione; & quidem per ſe, tanquam exemplar & prototypon. At crucem adoramus, atque adeò adorando glorificamus, tantùm *per accidens*, & ratione exemplaris, quod minus quiddam eſt, quàm illud prius. Sed Calviniſta arripuit ipſa *adorandi* & *glorificandi* vocabula; quaſi prius illud longè præſtantius quiddam ſignificet, quàm poſterius.

Commemorat deinceps Encomia, quæ Cruci die inventionis tribuuntur in nonnullis Ritualibus libris, de quibus jam actum lib. 1.

C de S. Cruce cap. 61. Addit: *Crucis adorationem traditam quoque à Gregorio Magno, Andrea Cretenſi, & aliis.* Ita eſt. Non diffitemur, ſed honori nobis ducimus, quòd tantos duces ſequimur: Ait, *quoſdam docere, Crucem illam primam adorandam eſſe etiam hoc nomine, quòd Chriſtus eam contactu ſuo ſanctificaverit.* Non abnuo. Hoc non tantùm *quidam*, ſed omnes Catholici docent. Omnes enim docent, Chriſti reliquias ſummo in precio ac honore habendas. Obtinet autem crux illa prima non modò rationem Crucis, ſed & reliquiarum; quia pretioſiſſimo Chriſti ſanguine tincta fuit.

Objicit Zvvinglianus. *Si contactus tanta ratio habenda, cur ipſam B. Virginem latria colen-*

D *dam non cenſent, cùm Chriſtum novem menſes in utero geſtârit, eique ubera præbuerit.* Hoc argumentum cùm S. Thomas his verbis propoſuiſſet: *Conjunctior eſt Chriſto mater ejus, quàm crux; ſed crux adoratur adoratione latriæ: ergo & mater Chriſti eſt adoratione latriæ adoranda*: Reſpondit: *Crux non eſt capax venerationis prout in ſe conſideratur, ùt dictum eſt, ſed beata Virgo ſecundùm ſeipſam eſt venerationis capax, & ideo non eſt ſimilis ratio. Quia latria inter creaturas debetur ſoli venerabili ratione alterius*, ùt inquit Cajetanus: *Ex quo ſequitur; nihil creatum, quod ſecundùm ſe eſt venerabile, eſſe ratione alterius venerabile latria.* Ita Cajetanus

S. Thom. 3. part. q. 25. art. 5.

Cajet. in art. cit.

pi, ut vult S. Thomas; non tamen negarunt Crucem eſſe colendam, atque adeò adorandam, ſumpto *adorationis* vocabulo latiùs; neque enim ſummum iſtum latriæ cultum duntaxat ſignificat

Porro ſive quis hoc, ſive illud ſentiat, ſalva charitate & unitate, nil contra fidei decreta delinquit; quia fides non tradit, imagines Chriſti eodem cultu colendas eſſe, quo prototypon; ſed tantùm definit, colendas eſſe: utrum autem id faciendum ſit eodem, an diverſo cultu, hoc in opinione & diſputatione Doctorum verſatur (qui hîc interdum non tam re, quàm modo lo- G
quendi diſcrepant) quanquam S. Thomæ ſententia meritò in ſcholis apud plerosque primas tenet, & quæcunque vel Hæretici, vel quidam Catholici, licèt diverſo animo, contra illam proferunt; facili negotio refelluntur.

Abuſus imaginum, ſivæ illæ crucis ſint, ſive cœlitum, dummodo veri ſint *abuſus*, æquè *fol. 214.* nobis diſplicent ac vobis. Quocirca nihil tam graviter contra abuſus ſcribere potes, quod non ſis ſcripturus volentibus; dummodo intra abuſuum limites te contineas, & non more veſtro zizania cum tritico evellas. Malè, imò peſſimè fecit, quiſquis crucifixi imaginem aliter quàm piè ac religioſè pinxit vel fabrefecit; ſeu ab aliis pingendam & fabrefaciendam curavit. Gravi ſcelere, pœ- H
níſque coërcendo ſeſe obſtrinxit; quiſquis hoc aut fecit; aut ut fieret, juſſit. Sed notum eſt, quid vos inſectatione abuſuum quæratis & moliamini; nimirum, ut omnes imagines funditus extirpentur, more Turcarum; quorum exemplo, quòd cauſam veſtram tueris, admodum probo. *Turci*, inquis, *ex Mahometi ſui præſcripto hodie adhuc omnis generis imagines ſeu pictas ſeu ſculptas abhorrent ac deteſtantur, & Chriſtianos, quoniam his oblectantur, idololatras Dæmonúmque cultores vocant.* Ergo & nobis Zvvingliocalvinianis

Digitized by Google

rias non ignorant.

Dicit Hæreticus. Crucem turribus Eccleſiarum eo conſilio impoſitam, ut ſignificaretur, *Eccleſiam vel cruce redemptam, vel cruci in terris ſubjectam perpetuò fore.* Cur ergo teſtem & præconem redemptæ Eccleſiæ de turribus præcipitâſtis; & adhuc quotidie præcipitatis? Cur hoc ſymbolum Crucis ſpiritualis nusquam in veſtrarum Eccleſiarum faſtigiis apparet? An ideo abjeciſtis, ut ſignificaretis veſtras Eccleſias non eſſe ſubjectas Cruci, ſed genio, ventri, Veneri? An ideo abjeciſtis, ut indicaretis, vos per Crucem
C non eſſe redemptos, & Eccleſiam veſtram non eſſe Eccleſiam crucifixi; ſed ſtigmatici Calvini, aut Doggienſis Spartaci Zvvinglij?

Cùm ante aliquot annos quidam Hæreticus confeciſſet chorographiam ditionis Bernenſis, & quæ huic undique incluſa, Friburgenſis, & finitimarum Regionum; non aliud occurrit ſignum, quo Catholicas Urbes, arces & oppida à Calvinianis diſtingueret; quàm ſignum S. Crucis. Hoc igitur loca Catholica inſignivit; Calviniana, abſque Cruce, & quod hinc eſt conſequens, abſque luce reliquit: & meritò, nulla enim lucis apud illos Eccleſia, vel oppidum, vel pagus.

At quòd Hæreticus Crucis in turribus poſitæ alias cauſas reticet, non probo. Saltem
D addidiſſet tertiam, quæ eſt, tutela & munimen. Apponere potuiſſet quartam, quæ eſt, cultus & veneratio Crucis: nam ſi majores noſtri Crucem non honorâſſent, nunquam in templorum turribus ſublimem collocâſſent, ſicut ſi Calviniani crucem non odiſſent, non eam ex culminibus turrium deturbarent.

Nec illud probo, quod ſcribit: *originem crucium in turribus ponendarum referendam eſſe ad crucem Apamcenſem*, de qua Evagrius ex *poni in altaribus, ut ſit inimicis Chriſti obſtaculum, & credentibus in ipſum perpetuum victoriæ vexillum; eâque ſanctâ adſpergitur aquâ, addito ſimul incenſo, & precatiuncula,* (tunc nimirum quando crux benedicitur) *ut orantes inclinantésve ad eam, corporis & animæ ſanitatem inveniant.* Poſt hæc & his ſimilia, expuit hæreticus virus ſuum. *Cum hujusmodi ineptiis*, inquit, *neque Chriſtus, neque Apoſtoli, neque primitiva Eccleſia, quidquam habuerunt commercij.* Scilicet, iſte Calviniſta poſt mille ſexcentos annos nobis perſuadere vult; nihil eorum, quæ Calviniano palato non ſapiunt, in Eccleſia primitiva uſitatum fuiſſe; quaſi ea tantùm de cauſa uſitatum non G
fuerit; quia iſti vociferantur uſitatum non fuiſſe.

Interim horum inſana vociferatione nihil abſterriti credimus, firmiſque teſtimoniis docemus; altaria, cruces, calices, ſacerdotum ſacra veſtimenta, & id genus alia ad ornatum & decorem Eccleſiæ Dei ſpectantia, ipſis Apoſtolicis temporibus ſtatim nata, & inde ad nos transmiſſa eſſe. Et de Cruce quidem id ſatis ſuprà oſtenſum eſt; & fuſiùs in opere de ſancta Cruce: quæ licèt abſque certa conſecratione & benedictione ſancta ſit, ac veneranda; mos tamen Eccleſiaſticus obtinet multis in locis, ut cruces priùs certis precibus & ritibus conſecrentur, quàm publicè ad cultum exponantur, de qua conſuetudine multa ſcripſimus libro 2. de S.Cruce, cap. 9. Et antiquiſſimam eſſe liquet ex H
decreto Pij Pontificis & Martyris hoc nomine primi, quod extat apud Gratianum 22. quæſt. 5. *Qui pejerat*, ubi crux in conſecratam, & non conſecratam diſtinguitur. Sed hic occurrit nobis Hæreticus, vociferans, *hoc decretum nullius eſſe momenti.* Probat I. Quia *Francofordiana Synodus, ſub Carolo Magno habita, affirmat, nullum verbum ante illa tempora traditum eſſe de dedicandis & conſecrandis imagini-*

Digitized by Google

olim extabant. Quare licet hoc decretum non inveniatur in epiſtolis Pii, quas temporis longinquitas nobis reliquas fecit, non tamen ſequitur, Pii Pontificis non eſſe. Quàm multa citantur ex Cicerone, Ariſtotele, & aliis, quæ eorum eſſe nemo diffitetur; & tamen fruſtra quæras in operibus, quæ jam teruntur.

Quòd ſi in aliqua Pii epiſtola exſtaret, Hæreticus aliud effugium in promptu haberet: diceret enim, totam epiſtolam eſſe commentitiam, quod judicium jam pridem tulerunt Hæretici univerſim de omnibus Apo-
C ſtolicorum Pontificum Decretalibus epiſtolis. Nimirum Hæretici vulpes ſunt; ſemper diverticula reperiunt, quibus ex inſequentium manibus elabantur, in quo etiam iſte Novator mirificè excellit: nam ſi aliquando ipſa teſtimonii evidentia agnoſcere cogatur, crucem aut imaginem quampiam alicubi fabrefactam eſſe; mox objicit; *non eſſe collocatam in templo, ſed extra*; ſi oſtendas, crucem aut imaginem in templo ipſo poſitam; è veſtigio occurrit, non conſtare, *in quo templi loco collocata fuerit: aut non eſſe in templo poſitam ad cultum*: ſicut reſpondet de paſtore in calicibus efformari ſolito. Si imaginem cultam fuiſſe clarius ſit, quàm ut ulla tergiverſatione negari aut eludi queat; re-
D ſpondet; *hoc factum ſacris literis adverſari, plenúmque ſuperſtitionis & idololatriæ eſſe.* Ita nunquam deeſt, quod effutiat; aptè, an ineptè, manum non verterit.

Satis de hoc. Etiamſi conſtaret, tempore Pii Pontificis, imò & Apoſtolorum, benedictiones crucium & aliarum imaginum non fuiſſe in uſu, an ideò illicitæ forent? Quaſi verò non omni ætate verum ſit illud
1. Tim. 4. Apoſtoli oraculum. *Omnis creatura Dei bona eſt, &c. ſanctificatur enim per verbum Dei & orationem.*

Occlamabit Hæreticus, *in hujuſmodi rerum benedictionibus nullum verbum Dei, nullámque*

ANTE omnia habemus, reum adversùs ſe, extra omnem ſpem veniæ, confitentem. Fatemur, inquit I. *ſignum Crucis in magno honore à Chriſtianis habitum fuiſſe.* Cur igitur vos inhonoratis & aboletis? II. *Fideles in cunctis ſermonibus ſuis totáque vita ratione, illam tantò magis ornare atque extollere conſuevïſſe, ut hoſtes Crucis Chriſti Judæos pariter & gentiles morderent, eiſque ægrè facerent.* Meritò igitur & nos Crucis ſignum celebramus & frequentamus, ut vos Calvinianos, Zvvinglianos, Lutheranos, & ſimiles *mordeamus*, vobiſque ægrè faciamus, cùm non ſitis minores Crucis hoſtes, quàm Judæi & Gentiles. G

Tertiò fatetur, *ea de cauſa Chriſtianos, teſte Theodoreto, lib. 3. c. 27. ubique & in publicis conventibus, & celeberrimis urbium locis Crucis victoriam ac triumphum promulgâſſe.* Jure igitur adversùs veſtram impudentiam idem à nobis hodie præſtatur; nec verbo tantùm præſtatur, ſed & erectione crucium in templis, ſupra templa, in viis, foris, compitis, privatiſque ædibus.

Quartò fatetur, non puduiſſe Chriſtianos, crucis ſignum rebus ſuis geſtis & facultatibus omnibus, tanquam legitimum quoddam inſigne, adſcribere; quod ex Chryſoſtomo demonſtrat, *Homilia. Quòd Chriſtus ſit Deus.* Quis igitur jure non ambigat, utrum H vos Chriſtiani ſitis, cùm ſignum crucis, ex communi humanæ ſocietatis uſu, prorſus Turcicè, hoc eſt, diligentiſſimè exterminetis, ut citiùs inter Turcas, quàm inter Calviniſtas crucem reperturus ſis.

Quintò fatetur, *Deum nonnunquam ſtupenda miracula per crucem edidiſſe, quemadmodum de Pauli ſemicinctiis, de Heliſæi oſſibus, & de Petri umbra legimus.* Et tamen iſti, qui hæc tam magnifica de cruce prædicant, & quidem veriſſimè, nullam prorſus crucem tolerant, ſed adeò deteſtantur, ut neque umbram crucis ſua in ditione ferant. Ut enim

Digitized by Google

Ad extremum, ſuo & ſuorum nomine, hanc profeſſionem edit. *Nos crucem veram, in qua pependit Chriſtus, ſi uſpiam in terris exſtaret, rijiciendam, aut aliquo contumeliæ vel ignominiæ genere afficiendam minimè docemus: ſed cultu tantùm religioſo colendam & adorandam negamus.* Hæc quàm vera ſint, quod attinet ad priorem hujus Calvinianæ confeſſionis partem, abundè facto ſuo docuerunt nos Calviniſtæ; qui ubicunque vel minimam
C particulam crucis primæ, in qua Chriſtus nos redemit, adepti ſunt; ea flammas, aut aquas, aut deterius quiddam evadere nequaquam potuit; quod teſtantur tot templa & monaſteria ab iſtis expilata, in quibus partes de prima illa Cruce jam ab antiquis temporibus religioſè aſſervabantur; & notum eſt, quid Lutherus ſe facturum minatus fuerit, ſi in hujuſmodi Reliquias Crucis incideret: Et quod minatus fuerat; reipſa tam ſua, quàm ſuorum opera indefeſſè, data occaſione, præſtitit.

Et tamen tam impudentes ſunt iſti; ut verbis profiteri non erubeſcant, quod mente & opere penitùs refutant. Auſim dicere; ſi crux ſancta, ſepulchrum ſanctum, & alia loca ſancta fuiſſent, hodiéve eſſent in po-
D teſtate Calviniſtarum, ſicuti fuerunt, & hoc itidem ævo ſunt in poteſtate Saracenorum, ne veſtigium quidem ampliùs exſtaret; nec ulli mortalium aditus vel prece vel precio concederetur; nec ullum Catholicum, qui loca illa incoleret; præſertim Monachum, paterentur, ſed omnia iſta funditus exterminarent, ita ut Hieroſolymam in Hieroſolyma quærere neceſſarium foret. Tanto intervallo ſuperant iſti Saracenos & Turcas truculentiſſimos, qui hæc ipſa loca venerantur & ſuſpiciunt, & Chriſtianis aliunde accedentibus acceſſum non intercludunt: imò cum Selymus, cæſo in Syria Campſone Hieroſolymam veniſſet, ſacerdotibus, in hoc Sectario perſpicias, quàm verè Tertullianus alicubi ſcripſerit, Hæreticos nihil *ordinatè* tractare poſſe.

Videamus nunc, quàm fortiter profliget argumenta, quibus probat Bellarminus crucem eſſe adorandam. Primum, crux ſponte electa eſt à Chriſto, ut eſſet altare ſacrificii à Chriſto pro nobis oblati, ſcala ad gloriam, inſtrumentum redemptionis noſtræ, deviſtique Dæmonis; meritò igitur colitur. G
Antecedens fusè probatur à Bellarmino. Reſpondet Hæreticus, *duplicem in hoc argumento committi fallaciam, alteram à petitione principii;* quo nihil inſulſius ab inſcito Hæretico dici poterat. Ubi enim vel minima *Principii petitio* in Bellarmini argumento? Neque Hæreticus vel obiter hanc *petitionem principii* demonſtrare conatur.

Bellarm. lib. 2. de imag. cap. 27.

Alteram, *à non cauſa, non enim Chriſtum elegiſſe crucem propter cauſas, quas Bellarminus recenſet, ſed quòd cruci Deus maledictionem impoſuit Deut. 21. Gal. 3. ut ſic ipſe pro nobis maledictio fieret.* Sed ubi? Nonne in cruce? Non enim alibi, niſi in cruce maledictio pro nobis factus eſt. Et quid eſt hæc maledictio in cruce, niſi hoſtia pro peccatis non ſuis, ſed noſtris; quæ in cruce, maledictioni jam olim devota, noſtro loco expianda ſuſceperat; dans ſe ipſum in ſacrificium, tanquam verus ſacerdos ſecundùm ordinem Melchiſedech. H

Certè *ſacrificium* & *ara*, (*Græcè* θυσία & θυσιαςήριον) relativa ſunt; ſi igitur paſſio & mors Chriſti ſacrificium fuit, ùt docet Apoſtolus ad Hebræos; Oſtende mihi *altare*, ſeu θυσιαςήριον, in quo hoc ſacrificium ſit peractum: & ut in omnes partes te vertas, nullum aliud altare, præter crucem invenies. Nam illud eſt altare, in quo hoſtia Deo offertur & conficitur; conſtat autem precioſiſſimam iſtam hoſtiam in cruce fuiſſe oblatam & confectam; in cruce enim mor-

Digitized by Google

dum ſtantis. (Nota lignum ſuppedaneum, de quo lib. 1. de S. Cruce c. 30.) *Taliter ſtans, ipſe hoſtia: Crux verò altare erat.* Hæc Rupertus.

Sed Hæreticus maledicentiâ ſuâ in crucem ſatis indicat, quò cum ſtrophis ſuis tendat: hoc enim innuit. *Crux in veteri teſtamento maledicta fuit: ergo crux potiùs eſt maledicenda, quàm colenda.* Eadem ratione poterit & hanc delirationem potiùs, quàm argumentatio-
C nem texere. *Maledictus erat, quiſquis olim in Cruce pendebat: ergo Chriſtus potiùs eſt maledicendus, quàm colendus & benedicendus.* Quis hanc blaſphemiam ferat? Diſce igitur, Chriſtum non tantùm nos, ſed & crucem ſuam à maledicto per paſſionem & mortem vindicâſſe; ut jam non ſit ampliùs lignum infame & ignominioſum, ſed ejuſmodi, cujus ſimile nulla ſylva aut profert, aut protulit, aut proferet.

Crux, inquit iſte, *maledictioni olim obnoxia fuit.* Quid inde? *Ergo non fuit altare Chriſti. Ergo non potuit lignum hoc maledictum à Chriſto, tanquam altare cruenti ſacrificii eligi.* Pulchræ conſequentiæ; & Calviniano ſtupori con-
D ſentaneæ; quia ſunt huic gemellæ. *Chriſtus libens volénſque factus eſt pro nobis maledictum; ergo non potuit eſſe hoſtia pro peccatis mundi, ut in gentibus benedictio Abrahæ fieret.*

Ait Hæreticus. *Crucem vocari interdum aram ſive altare ſacrificii; ſed eſſe locutionem Tropicam.* Crederem ſi aliquid *Tropiſtæ* credendum eſſet. Sacrificium non *tropicum*, ſed propriè dictum habet altare propriè dictum. Hic fuit ſacrificium propriè dictum; ergo & altare propriè dictum, non *tropicum;* nam altare eſt id, in quo offertur ſacrificium, quicquid illud ſit. In cruce oblatum eſt hoc ſacrificium; Tu igitur infer, quod ex vi *præmiſſarum* inferri debet.

Crucem Metaphoricè dici *ſcalam* ad cœlum; neſciviſſemus ſcilicet, niſi *metaphoricus* iſte Chriſtianus id nos docuiſſet hac ſua præ-*cauſam aut inſtrumentum, contuliſſe.* At probavit hoc Bellarminus multis & evidentibus argumentis. Tu cur non refellis? *Loci,* inquis, *ex Damaſceno citati nihil probant; quia non ex vera illarum, quæ afferuntur rerum ſed ex allegorica interpretatione colliguntur.* Quaſi verò argumenta ex allegoriis & myſtico ſenſu petita, omni prorſus robore ſint deſtituta. Quid enim improbabilitatis in hoc argumento? *Lignum vitæ, arca Noë, Virga Moyſis, quæ rubrum mare diviſit, lignum, quod aquas dulces reddidit Exodi 15. fuerunt figuræ crucis*
Chriſti; ſicut igitur illa omnia fuerunt inſtru- G
menta ad certos effectus, lignum quidem vitæ & arca Noë ad vitam conſervandam, Virga Moyſis ad diviſionem maris: & lignum ultimo loco nominatum ad expellendam ex aqua amariciem inducendámque dulcedinem; ita & crux Chriſti, vitæ nobis reſtituendæ & cœli aperiendi, & amaritudinem mortis in dulcedinem vitæ transmutandi inſtrumentum fuit.

Adhæc, quid tritius apud omnes Chriſtianos his locutionibus? *Chriſtus cruce nos redemit; per crucem liberati & ſalvati ſumus; imò etiam per lignum crucis.* Quæro, quæ cauſa his loquendi formulis ſignificetur? Clarum, quòd *efficiens;* ſed æquè claret; quòd non *principalis;* ergo *inſtrumentalis.* Sic quid
vulgatius illis? *Cruce devictus eſt Diabolus. Per* H
crucem proſtratus eſt ſalutis noſtræ inimicus. Ubi certè nulla alia cauſa intelligi poteſt, quàm efficiens *inſtrumentalis;* ſicut cùm quis dicit, à Davide Philiſtæum Goliath lapide dejectum; & gladio caput illius amputatum eſſe, cauſa profectò inſtrumentalis indicatur

Eandem crucis inſtrumentalem rationem & virtutem indicavit Apoſtolus ad Coloſſ. 2. ubi dicit, Chriſtum, *chirographum illud, quod erat contrarium nobis, tuliſſe de medio, illúdque affixiſſe cruci;* ſerviit igitur Crux tanquam inſtrumentum, redemptioni noſtræ; quandoquidem in Cruce *chirographum* illud nobis tam adverſum, affixum eſt & expunctum. Sed ait Hæreticus: *hoc de chirographo cruci affixo non intelligendum eſſe de ipſo ligno,*
in

Digitized by Google

... Deo, & a cujus nexu propriis viribus nunquam ſeſe exſolvere potuiſſet; verè in ſe ſuſcepit, & ſe pro nobis obligavit : ſéque ita obligatum cruci affigi paſſus eſt : quo ipſo etiam *chirographum decreti*, ſeu obligationem generis humani ad pœnam æternam jam in proprios, ùt ſic dicam, humeros ſuſceptam, cruci affixit; & precioſo ſanguine ſuo delevit; ita ut competente ſatisfactione Deo oblata, chirographum illud in poſterum vim nullam obtineret.

1. Petr. 2. Quod ipſum docuit illis verbis B. Petrus. *Peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum.* C Ubi in Græco eſt, ἀνήνεγκεν, *portavit*, *ſuſtulit*, ſeu *extulit ſuper lignum.* Quod ergo S. Petrus vocat *peccata noſtra*; hoc S. Paulus appellat *chirographum decreti*; ille nimirum cauſam, hic effectum ponens. Et quod S. Petrus dicit : *tulit in corpore ſuo ſuper crucem*; hoc dicit S. Paulus; *Affigens illud cruci*; nimirum ratione corporis ſui, in quod obligationem & reatum, & peccata noſtra receperat, & cum omnibus iſtis in lignum crucis aſcendit. Itaque quàm nullus *tropus* eſt in verbis *ſuper lignum*, apud S. Petrum; tam nullus eſt in vocabulo crucis apud S. Paulum. Abeat igitur cum ſua *æqui-* D *vocatione* Prædicans *æquivocus*.

Quin & ſequentia S. Pauli verba crucem inſtrumentum Chriſti fuiſſe, dilucidè indicant: *Exſpolians*, inquit, *Principatus & poteſtates.* Ubi? In ligno videlicet crucis; *traduxit confidenter palam.* Ubi? niſi publicè in ligno crucis, in conſpectu totius Hieroſolymæ? *triumphans illos*, hoc eſt, triumphum agens de *principatibus* illis, & *poteſtatibus*, hoc eſt, de Dæmonibus; ſeu in triumpho ducens illos. Ubi? *In ſemet ipſo.* Origenes Homil. 8. in Joſue legit. *In ligno Crucis*, & ſic in Græcis haberi ait. Etſi, quæ nunc circ-

palam traduxit, deque illis triumphum egit, utique in cruce erat; & in cruce, tanquam in curru triumphali, ſedebat. Crux igitur hujus traductionis & triumphi inſtrumentum fuit. Sicut ſi Rex quiſpiam currui triumphali inſidens, captivorúmque turbam ligatam poſt ſe trahens, diceretur hoſtiles illas copias *traducere confidenter palàm*, triumphans de illis *in ſemetipſo*; utique in ſemetipſo non aliter diceretur de illis triumphare, niſi ùt in curru triumphali ſublimis invehitur.

Ad locum illum Galat. 6. *Mihi autem abſit gloriari niſi in Cruce Domini noſtri JEſu*, Reſpondet tropiſta, *tropicè intelligendum eſſe, crucem enim pro ipſa morte metonymicè, non pro ligno Crucis ſumi.* G Mirum, iſtos ad tropicum Capricorni relegari dignos, ſomniare tropos; ubi tropis planè nihil opus, quæ enim inconvenientia, ſi cruci hoc loco ſua notio relinquatur? Quæ inconvenientia, ſi Paulus in cruce Chriſti, etiam *materiali* gloriatus ſit; cùm Judæi & Ethnici, falsíque fratres, *materialem* quoque crucem primis Chriſtianis crimini verterint, ſicut & vos hac ætate nobis. Nec obſtant illa verba apud S. Paulum. *Per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.* Nam & hæc ad crucem referri poſſunt. Græcè enim eſt; δι' οὗ, ubi ſubintelligere licet ςαυρὸν, *per quam crucem*: et ſi in- H terpres non malè ad Chriſtum crucifixum retulit. Non injuria enim quivis gloriatur in cruce, propter Chriſtum in cruce paſſum & mortuum, per quem nobis mundus crucifixus eſt, & nos mundo.

Porrò, poſſe illud δι' οὗ referri ad crucem, teſtatur quoque Calvinus, juratiſſimus alioquin crucis hoſtis. Accipe Calvini verba ex Commentario ejus in caput ultimum epiſtolæ ad Galatas; *Quia ςαυρὸς maſculinum eſt, relativum utrique apud Græcos convenit, tam Chriſto quàm cruci : aptius tamen eſt, meo judicio, ad crucem referre, nam per illam mundo* pro-

in ſuo de Manichæorum ſecta commentariolo; *per quod importuniſſimus mortalium hoſtis in terram dejectus letalem in pectore plagam accepit. Per nullum enim aliud Chriſti patientis ſignum* (nota Calviniane) *quàm venerabilis & ſalutiferæ Crucis, talia támque tremenda prodigia ſunt patrata. Mortui in vitam excitati, velum templi ante Domini Dei noſtri ad inferos deſcenſum, diruptum; terra tremoribus concuſſa, ſolis jubar, quod partim Judæorum tenebras oſtendebat, partim futuræ reſurrectionis gaudium declarabat, obfuſcatum. Denique animarum apud inferos concluſarum per Chriſti Dei noſtri adventum, ea facta eſt liberatio, uti vaſtatus, & omnis ille carcer* C *patrum exhauſtus, nullas amplius in Chriſto piè è vita exeuntes animas poſſit recipere. Hæc omnia invicta Crucis vis prodigia & miracula perpetravit, illius nempe virtute, qui in illa pependit Chriſtus Dominus noſter. Erubeſcant ergo & pereant, & intereant, qui Crucis majeſtatem inficiati, illam, tanquam inexpugnabile à Deo trophæum datum, minimè venerantur. Ille igitur ſceleſtiſſimus præſtigiator, omniſque honeſti hoſtis Diabolus, caput eliſus, & pectus telo Crucis lancinatus, cùm aperta vi non poſſet amplius, ùt conſuevit, pro animi ſui ſententia, ſcelere graſſari: per inſidias miſeris aliquorum animis efferatis, mentibúſque miſerè ludificatis, cauteriatæ illorum conſcientiæ per veri ſpeciem mendaciloquus impoſuit, ut illos debitum ſempiternis flammarum incendiis pabulum, & ſuſcitabulum juxta ſecum deſtinaret.* Inter quos non poſtremi hujus temporis Hæretici, præſertim Calviniſtæ, qui D à Dæmone impulſi, nullum finem deprimendæ Crucis faciunt.

Sed benè habet. *Dei optimi ſummi bonitas,* inquit idem Petrus, *pro natura ſua clementia, hominem, opus ſuum, non deſtituit. Sed in Eccleſia ſua poſuit primùm quidem Apoſtolos, veluti oculatos teſtes & adminiſtros, qui Chriſti immenſam humanitatis demiſſionem apertè prædicarent, ejuſdémque divinitatis ſigna declararent; neque Chriſti in corpore patientis crucem erubeſcerent, neque miracula ultra fidem extollerent, ſed* ... *ipſa brevi per impietatis mendacium diſſipantur, quibus palàm è medio ſublatis, Eccleſia Dei ſemper gloriata eſt atque illuſtrata, ſempérque magis illuſtrabitur* Hæc præclarè Petrus Siculus, nuper à Radero noſtro latinè loqui doctus. Nunc ulteriùs progrediamur.

Secundum argumentum, quo illuſtriſſimus Bellarminus demonſtrat, crucem eſſe colendam, ſumitur à myſtica ſignificatione crucis, quarum non una, ſed multiplex, ùt Bellarminus fusè ex ſcriptura & patribus oſtendit. Reſpondet Hæreticus, non valere hanc conſequentiam. *Crux muita & magna myſteria ſignificat: ergo eſt colenda: nam ex allegoriis non duci argumentationes neceſſarias, ſed* G *tantùm probabiles, & veriſimiliter ſuadentes:* Si ergo conſequentia Bellarmini probabilis eſt, & *veriſimiliter ſuadens*, cur illam *nihil valere* dicis? An nulla valet conſequentia, niſi neceſſaria & demonſtrativa? Deinde, quæ tua eſt inſcitia, cùm ais; argumentum Bellarmini eſſe *allegoricum*? A myſtica crucis ſignificatione argumentatur ad crucis venerationem. Eſtne hoc ab *allegoria* ad rem *allegoricè* ſignificatam argumentum ducere? Crux non ſignificat myſticè & *allegoricè* ſuam venerationem; ſed alia ſignificat, & quidem inſignia myſteria; & quia talia ſignificat, rectiſſimè concluditur, eam coli debere: ſacrum enim ſignum cultu & veneratione dignum eſt.

H Tertiam rationem pro cultu Crucis petit Bellarminus ab inventione Crucis, ejúſque circumſtantiis, quæ omnes una quaſi voce teſtantur, cultum Crucis Deo placere; quas prolixè proſequitur Bellarminus. Reſpondet Hæreticus, non valere hanc conſecutionem, *Crux miraculosè eſt inventa, multáque miracula inventionem ipſam & comitata & ſubſecuta ſunt; ergo eſt colenda.* Si cauſam quæras; expeditè hanc reddit. *Eſſe fallaciam à non conſequente.* Si rurſus quæras, Qua de cauſa? Reſpondet: *Jeſuita aliud ponit in antecedente*-

nequis. Putas fortè nos, ùt diſcipulos tuæ ſcholæ, fore tua aſſertione contentos. At multùm falleris. Tantum tibi credimus, quantum probas; ne uno quidem hilo plus.

Sed ecce tibi aliam Bellarminiani argumenti ſolutionem, priore longè argutiorem. *Eſt etiam hoc argumentum Bellarmini fallacia ab ignorantia elenchi, & diverſorum finium confuſione, in uno eodemque opere inventionis.* Hanc videlicet ſolutionem jam dudum exſpectabam: quando enim Prædicantes ſentiunt ſe ſua ingenita ignorantia nimium gravari, tunc ignorantiſſimè confugiunt ad *ignorationem*
C *elenchi*; hácque ignorantia, tanquam Tenedia ſecuri, omnia argumenta diſſecari exiſtimant. Obſecro, Calviniſta, ſi in argumento ſuo Bellarminus *ignorationem elenchi* commiſit, profer elenchum. Redargue per evidentem, verámque contradictionem argumentationis Bellarminianæ *ignorantiam?* Sed non potes, niſi more tuo, id eſt affirmando commiſſam eſſe *ignorationem elenchi.* Interim dum tu elenchum nullum, nullámve redargutionem in medium adducis, tanti tuos clamores facimus, quanti caſſam nucem.

Jam verò, quæ, oro, diverſorum finium in argumento Bellarmini confuſio; cùm argumentum non deſumptum ſit à fine in-
D ventionis, ſed ab ipſa inventione, à tempore, modóque, & ab inventrice ejus, & à miraculis in inventione divinitus patratis? Ex quibus omnibus rectè concludit Bellarminus, crucem eſſe colendam: non enim ita ratiocinatur. *Crux eo fine reperta eſt, ut coleretur.* Vel; *Deus ideo crucem hominibus patefecit, ut coleretur: ergo debet coli:* non ita, inquam, argumentatur Bellarminus; ſed ad iſtum modum: *Deus miris prorſus modis tanto tempore crucem conſervavit, ne periret, & poſtea tempore opportuno non ſine grandibus miraculis eam manifeſtavit; divinitus quoque ad eam indagan-*

Tu tamen, quaſi Diaboli conſiliarium egeres, ipſóque interprete, quid potiſſimùm in hac inventione ſpectârit, didiciſſes; ais: *Diabolum id fieri curâſſe, ut ſub honeſto & ſpecioſo prætextu crucis, ſeminaria futuræ idololatriæ & ſuperſtitionum ſpargeret.* Mihi longè fit probabilius, Cacodæmonem, Lutheri & Zvvinglii tui Doctorem, huc omnem ſuam operam, omnéſque induſtriæ ſuæ nervos convertiſſe; ut quia inventæ crucis venerationem & cultum ampliùs remorari nequibat, ſuſcitaret aliquos, qui mentirentur, plebique credulæ perſuaderent, crucis cultum eſſe *ſuperſtitioſum* & *idololatricum*; nec ſpe G
votóque ſuo falſus eſt. Te tuíque ſimiles reperit, qui quod cupidiſſimè cupiebat, impigrè perficeretis: qui ſine dubio tibi itidem hanc propoſitionem, quam hic ſubnectis, dictavit, manúmque & calamum, dum chartæ mandares, rexit. *Inventionem crucis, ut religioſè coleretur & adoraretur, à Diabolo eſſe.* Macte Diabole, hoc tuo tam præclaro diſcipulo, cui tam familiariter arcana tua revelas, & tam clementer, cujus rei auctor ſis, exponis. Etſi probè nôſti, te religioſi cultus crucis non eſſe auctorem; ſed hujus perſuaſionis, qua tuo impulſu & inſtinctu, iſti credunt: cultum crucis eſſe *idololatricum* & *ſuperſtitioſum.* Hujus opinionis tu fons es &
origo. Hanc in pectore iſtorum ſeris, plantas, H
rigas, ut altiſſimas & vix ampliùs evelli aptas radices agat.

Quintum argumentum petit Bellarminus à teſtimoniis & exemplis veterum, qui paſſim referunt, quanto deſiderio tenerentur fideles habendi, aut certè videndi particulas primæ illius & veræ crucis; quod ad magnum crucis honorem pertinere, nemo ignorat. Reſpondet impudens Prædicans, *in omnibus teſtimoniis à Bellarmino citatis, ne unicum quidem verbum de religioſo crucis cultu extare.*

Digitized by Google

gioſo: quia legitimus & proprius rei ſacræ cultus, eſt religioſus cultus. At Chryſoſtomus, & alii non utuntur vocabulis *religioſi cultus & adorationis*; quæ Prædicans deſiderat. Quid ſi uterentur? An non rimam elabendi vel potiùs anſam calumniandi nihilominus reperiret? Rem dicunt Patres, ſi minus vocabula. Quanquam & *cultus*, & *adorationis*, *& venerationis*, & id genus aliis vocibus utuntur. Et cùm de re ſacra loquantur, quæ non colitur, niſi propter ſacrum prototypon ſeu exemplar; quod eſt ipſe Chriſtus, de alio utique cultu,
C quàm ſacro & religioſo non loquuntur.

Quod addit Prædicans, Conſtantinum Magnum *non habuiſſe ſpem & fiduciam in ipſo crucis ligno*; nimirum, tanquam in crucifixi miraculorum præcipui effectoris inſtrumento, id ſuprà refutatum eſt, ut & hoc mendacium; Conſtantinum Magnum, teſte Nicephoro, tribus crucibus hæc verba incidenda curâſſe. *Jeſus Chriſtus vincit. Non, crux.* Hoc nihil aliud eſt, quàm apertiſſimum mendacium. *Scapham, ſcapham*; ajebat Hunnius, & *ligonem*, *ligonem*, abſque anfractibus. Cur enim quod iſte crucis oſor committere non erubeſcit, ego palàm redarguere erubeſcerem?

Rurſus oggerit locum S. Ambroſii, qui de Helena: *Regem adoravit; non lignum*; per ſe
D nimirum, quà lignum, abſque prototypo; tanquam ultimum adorationis terminum; *quia hic gentilis eſt error, & vanitas impiorum.* Hanc enim eſſe S. Ambroſii mentem, clarum fit ex ſequentibus verbis; quæ iſti diſſimulant, more Doctoris ſui Pſal. 90. citantis. *Sapiens Helena, quæ crucem in capite Regum levavit; ut crux in Regibus adoretur.* Item. *Ecce & clavus in honore eſt: ferro pedum ejus Reges inclinantur.* Licet ergo crucem adorare ex ſententia S. Ambroſii; etſi non eo modo, quo gentiles lignum adorare ſolebant.

Lib. 1. de S. Cruce c. 61.

Quintum argumentum Bellarmini ſumitur ab exaltatione S. Crucis. *Ad quam capite*

Terra, in qua ſtetit Angelus, ſancta & eſt, & ſancta dicitur, ideò præciſè, quia Angelus in ea ſtetit; ergo etiam crux ſancta eſt; quia Chriſtus in illa ſtetit: niſi fortè præſentia & contactus Angeli majorem vim habet ſanctificandi locum, cui præſens eſt, & quem tangit, quàm corpus Chriſti Domini.

Ad hoc argumentum nihil aliud reſponderi video à Prædicante, niſi quòd mentitur, nos cruci tribuere *ſanctitatem inhærentem*; terræ autem illius ſanctitatem non fuiſſe *inhærentem*. Quis cruci ſanctitatem *inhærentem* tribuit? Dicimus crucem eſſe ſanctam, G
quòd ſanctiſſimum Chriſti corpus tetigerit, & pretioſo ejus ſanguine reſperſa fuerit. At quis tam rudis eſt, qui neſciat, ob ſolum contactum rei ſanctæ, nihil alteri imprimi; quod inhæreat more fixæ & ſtabilis *qualitatis*; ſed totum hoc genus ſanctitatis conſiſtere in reſpectu ſeu relatione rationis ad ipſum Angelum; Chriſtum, aut ſanctum quempiam. Itaque ſicut *ſanum*, quando enunciatur de cibo, non ſignificat *ſanitatem formaliter* cibo inhærentem, ſed habitudinem ad ſanitatem, quæ in animali inhæret; ita & ſanctum, quando de terra illa; vel cruce enunciatur, non ſignificat ſanctitatem terræ vel cruci inhærentem, ſed habitudinem quandam ad ſanctitatem, quæ in Angelo vel Chriſto, vel cœlite quopiam inhæret. Non H
eſt ergo quod ad hoc attinet, diſpar ratio terræ & crucis, ùt fingit Calviniſta.

Ex quibus etiam apparet, quàm frivolum ſit, quod ait. *Terram illam fuiſſe tantùm ſanctam, quamdiu in illa ſtetit Angelus.* Imò & poſtea ſancta fuit, velis nolis, Hæretice; quia habitudo illa, quæ eſt inter rem tactam, & tangens ſanctum; ſemper manſit; ſicut & in cruce ſemper manet; etiamſi ſanctitas illa non ſit aliquid cruci inhærens. Quod etiam ex trita hominum loquendi & vulgari conſuetudine manifeſtum evadit:

Lo-

Digitized by Google

ſin divinam aſſumpto; in corpore, quod verè & propriè filii Dei corpus erat? Amens ſit, qui hoc non videat, aut diffiteatur. Ergo ut olim in corpore alieno tangens terram, eandem ſanctificavit; ita jam in corpore proprio tangens cùm alia, tum crucem, eadem ſanctificavit. Si autem crux ſancta eſt & ſanctificata, jure colitur: quidquid enim ſanctum eſt, hoc venerationem & cultum meretur. C

At non eſt dictum, de locis, in quibus Chriſtus, ùt homo ſeu humanitate ſua ſtetit; terra ſancta eſt; nec; ſolve calceamenta tua. Quid tum poſtea? An ideo terra illa, quam Chriſtus tetigit, ſancta non erit; quia in ſcriptura non appellatur *ſancta*? An ad hoc, ut res ſancta ſit, requiritur, ut in ſcriptura vocetur ſancta? Quamvis ſi ſcriptura terram illam vocat ſanctam, in qua, ùt tu putas, filius Dei, vel ùt ego, Angelus ſub aëreo corpore, apparuit; quantò magis ex ſcripturæ mente terram illam appellare poſſumus ſanctam, quam filius Dei corpore ſuo proprio tetigit.

Deinde, dic, quæſo, unde ſcis; nec à Chriſto, nec ab ullo Apoſtolo; nec ab ullo Angelo dictum eſſe de terra, quam Chriſtus D corpore ſuo tetigit; *Terra, in qua ſtas, terra ſancta eſt*? An inde, quia non eſt in ſacris litteris ſcriptum? Sed millies jam audiſtis, & ipſimet etiam vel inviti agnoſcitis; nihili eſſe hanc conſequentiam. *Non eſt ſcriptum; ergo non eſt factum.* Memineris illius: *Multa alia ſigna fecit JEſus, quæ non ſunt ſcripta in libro hoc.* Quod non modò de ſignis, hoc eſt miraculis Chriſti, verè dicitur, ſed de aliis factis & dictis Chriſti, & ſimiliter Apoſtolorum.

At non habemus præceptum colendi hujuſmodi terram, & crucem humanitate *Chriſti contactam; ſicut habebat præceptum Moyſes & Joſue.* cœlum negligunt.

De ſudariis & ſemicinctiis Pauli, inquit Calviniſta, *etſi fides eorum, qui talia fecêre, laudanda eſt, modus tamen, qui potentiam Dei externis rebus alligârunt, non eſt probandus.* Quis *potentiam Dei externis rebus alligavit*? Certè Act. 19. non iſti, de quibus ſermo, non alii. Deinde, quis tu, qui vituperes illos, quos non vituperat ſcriptura: nec eorum fidem, ſed factum commendat? Hæc enim ſunt S. Lucæ verba. G *Virtutéſque non quaslibet faciebat Deus per manum Pauli, ita ut etiam ſuper languidos deferrentur à corpore ejus, ſudaria vel ſemicinctia, & recedebant ab eis languores, & ſpiritus nequam egrediebantur.* Iſti profectò non fuerunt Lutherani aut Calviniani: nam ſi hoc ipſo tempore *ſudaria* & *ſemicinctia* contactu ſanctiſſimi Apoſtoli conſecrata & ſanctificata in manu Hæreticorum eſſent, non deferrentur ad ægros, ſed ad rogum: nec imponerentur languidis; ſed pyræ. Si quis Calviniſta interfuiſſet, quando ægris, vel à Dæmone obſeſſis hujuſmodi *ſudaria* & *ſemicinctia* ſunt adhibita; elata voce exclamâſſet: *Quæ vos dementia cœpit? cur fidem externis rebus alligatis? cur in panniculis exiguis ſpem ſalutis recuperandæ ponitis? juſtus ex fide vivit. Quid opus iſtis crepundiis?*

Interim fideles illi, in Calvini & Zvvinglii ſchola non inſtituti, *ſudaria* & *ſemicinctia*, à H corpore Pauli ablata, ſuper ægros animo candido & pio imponebant; eorúmque factum ingentibus miraculis Deus comprobabat; in quo nos libentiſſimè acquieſcimus, quicquid iſti famuli ſpiritûs illius nequam, qui per *ſemicinctia* S. Pauli expulſus eſt, contrà ogganniant; ſimúlque & illud memori mente recondimus: ſi *ſudaria & ſemicinctia* hæc, ob contactum corporis S. Pauli, adeò fuerunt ſanctificata, inſipien-

Digitized by Google

B tentiam Dei *externis rebus alligare*, quando quis remedii vel præſidii gratia, adhibet illa; quæ certa ratione conſtat, ab ipſo Deo, remedii vel præſidii conferendi gratia, electa eſſe.

CAPUT VIII.

Quid reſpondeat Hæreticus ad argumenta, quibus Bellarminus probat, Imaginem Crucis eſſe colendam.

PRimum argumentum, quo probat Bellarminus imaginem Crucis eſſe colendam, ſumitur ex apparitione Crucis eo tempore, quo Chriſtus tanquam omnium judex, ad extremum judicium veniet.
Matth. 24. Tunc enim *apparebit ſignum filii hominis in cælo.*
C Reſpondet Hæreticus, *argumento huic ineſſe fallaciam à non conſequente. Multa enim alia ſigna filii hominis tunc in cælo apparebunt, in ſole, luna & ſtellis; nemo tamen dixerit, ea propterea religiosè colenda eſſe.* Sed debebat Hæreticus ex ſacris litteris demonſtrare, ſigna, ſive prodigia & portenta, quæ extremum judicium antecedent, peculiari ratione vocari ſigna filii hominis, eo pacto, quo Crucis imago in ſacris litteris, per antonomaſiam, & κατ' ἐξοχὴν dicitur ſignum, hoc eſt, *vexillum* & *trophæum*, *ſtemma* & *digma*, ſeu *inſigne* filii hominis. Hoc ſi demon-
D ſtrâſſet, tum fortè nervum argumenti inciſiſſet. At quamdiu hoc non demonſtrat, *aërem verberat*: non enim ideo Crux colenda eſt; quia eſt utcunque ſignum filii hominis; ſed quia eſt ſignum peculiare; præ cæteris electum & eximium, cujusmodi in ſcriptura nullum aliud prædicatur. Quocirca ſicut milites vexillum ſui Regis jure colunt; honor enim ille vexillo Regis, quà tale, exhibitus, redundat in ipſum Regem, ita & nos vexillum Ducis & Imperatoris noſtri meritò veneramur.

Non ſequitur, inquit Hæreticus, *milites ſuorum Imperatorum vexilla adorârunt: ergo & docere, quia creare, & quia in cultu Dei præſtare debeamus.* Atqui verbum Dei F etiam hoc continet. *Obedite Præpoſitis veſtris, &c.* Et: *Qui vos audit, me audit.* Et: *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus*: Commendantur etiam paſſim oves, quæ paſtorum ſuorum vocem audiunt: & Eccleſiæ promiſſus eſt paracletus & doctor quidam, qui eam inducat in omnem veritatem, qui omnia ſuggerat, & omnia doceat; & multa his ſimilia comprehenduntur in noſtris Bibliis (forſan & in Tigurinis & Genevenſibus; utinam intelligerentur) quibus nos permoti, iſtorum clamores de hominum decretis non amplectendis minimè moramur. Scilicet Calvinus, Zvvinglius, Lutherus, & melius viderunt, quid in G cultu Dei præſtandum ſit, quàm tota Eccleſia in Conciliis univerſalibus repræſentata.

Nam quod Calviniſta ait, Synodum octavam univerſalem *ab ipſo Bellarmino refutari ac rejici*, luculentum eſt mendacium; Bellarminus enim cum omnibus Catholicis, approbat Synodum illam octavam, quæ Adriano II. ſummo Pontifice, & Baſilio Imperatore Conſtantinopoli celebrata eſt; quæ hactenus imperfectè in tomis Conciliorum legebatur; nunc græcè & latinè typis Ingolſtadienſibus prodiit, ſtudio, & opera Matthæi Raderi, Societatis noſtræ, græcis & la- H tinis litteris inſigniter exculti. Legatur Bellarminus lib. 1. de Conciliis cap. 5. & mox miniſtri hujus vanitas evaneſcet.

Tertium argumentum ſumit Bellarminus à teſtimoniis veterum, Juſtini Martyris, Tertulliani, Minutii, Origenis, Conſtantini Magni, Theodoſii, Arcadii, Tiberii Imperatorum, Lactantii, S. Athanaſii, S. Chryſoſtomi, & aliorum. Ad quatuor priora teſtimonia reſpondet Hæreticus, *in his ne ſyllabam quidem eſſe, ex qua adoratio Crucis exprimi poſſit.* Expendamus igitur ſingula; & videamus, an non ſplendidè mentiatur Prædicans.

Juſti-

Digitized by Google

cunque ſe res habeat: ſenſus Juſtini eſt; Romanorum ſymbola virtutem Crucis declarantia, eſſe trophæa, & ſimilia magiſtratus ſeu Imperii, & potentiæ argumenta, cum quibus progreſſus in publicum fiunt. Propter quæ verba exiſtimat clariſſimus Lipſius, Juſtinum hoc loco non reſpexiſſe ad trophæa vulgaria, ſive monumenta victoriæ, ſed potiùs ad faſces Romanis præferri ſolitos, qui, inſerta ſecuri, crucem planiſſimè exprimunt, ùt videre eſt in typo, quem Lipſius efformavit ac propoſuit; quod colligit ex illis: *δι' ὧν αἵ τε πρόοδοι ὑμῶν πανταχοῦ γίνονται.* Per quos (faſces ſcilicet) *progreſſus in publicum fiunt, qui* (faſces) *verè ſigna ſunt Imperii & poteſtatis.* Quæ conjectura probabilis

Lipſ. in Notis ad cap. 9. lib. 1. de Cruce.

C eſt: neque enim magiſtratibus præportabantur trophæa, ſed *faſces & ſecures.* Nec obſtat vox τροπαίων: quam latiùs uſurpat, ſicut & pauló anteà, cùm *malum* navis vocat, τρόπαιον. Qua ampliore notione appellavit quoque Euſebius *Labarum*, τρόπαιον. Quare fortaſſis veriſimiliter lacunam impleveris, ſi legas, τῶν ῥάβδων μὲν καὶ τῶν τροπαίων, *faſcium & trophæorum*, ut illud δι' ὧν αἱ πρόοδοι γίνονται, ad ſolos faſces referatur. Vox autem τροπαίων, proprium ſignificatum retineat. Neque enim videtur Juſtinus in enumeratione eorum, quæ Crucem referunt, præterire voluiſſe trophæum, ſeu tropæum propriè dictum, cùm ſit illuſtris

D figura Crucis. Hæc dicta ſint elucidandi Juſtini gratia.

Nunc quomodo cultus Crucis hinc colligatur attende. Quod eſt peculiare ſymbolum virtutis, poteſtatis, imperii, & excellentiæ Chriſti, illud eſt colendum, ínque precio & honore habendum: Crux eſt ejuſmodi ſymbolum, ex ſententia Juſtini Martyris; ſicuti enim faſces, ſecures, & ſimilia Romanorum ſigna, erant ſymbola imperii & magiſtratus; ita, inquit Juſtinus, Crux eſt ſymbolum imperii & poteſtatis verbis nihil aliud vult, quam ſymbolum hoc crucis, ſeu columnam in Crucis ſpeciem conformatam, fuiſſe ſymbolum noſtræ Crucis; & ùt illi Imperatoribus ſuis per poſitionem imaginis in tali Cruce honorem conciliabant; ita Chriſto noſtro per poſitionem in Cruce gloriam, & honorem conciliatum eſſe; quia fuit *factus obediens uſque ad mortem, mortem autem Crucis; propter quod exaltavit illum Deus, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen:* & nunc etiam eidem Chriſto à nobis conciliari gloriam & honorem; quoties imago Crucis erigitur; aut ipſe etiam in Cruce pendens efformatur: & hujus rei ſymbolum eſſe, illam imaginum Imperatoriarum in figura Crucis poſitionem, ſeu ſitum.

IV. Cujus uſus à pluribus mundi rebus, tanquam utilis & neceſſarius, præformatus & præſignificatus eſt, illud coli debet. Crux Chriſti, ſeu imago Crucis Chriſti eſt hujuſmodi: ergo coli debet. Minorem longa oratione oſtendit Juſtinus, ſic alloquens Romanos. *Conſiderate omnia, quæ in mundo ſunt, an ſine ſigno hoc crucis gubernentur, aut poſſint præbere ſui uſum. Mare enim non ſcinditur, niſi trophæum iſtud, quod malus appellatur, ſalvum in navi maneat. Terra non aratur ſine eo. Foſſores verò opus non abſolvunt, neque alii item operarii, nec mechanici, niſi per inſtrumenta, quæ formam hanc referant, &c.* G

V. Si Crucis imago colenda non eſt; poterat Juſtinus uno verbo, ùt conſueverunt Calviniſtæ, ſeſe expedire; videlicet, ſibi & aliis Chriſtianis cum crucis imagine ejúſque cultu, nihil eſſe negotii. At hoc minimè fecit; ſed potiùs totus in id incubuit; ut quòd crucem Chriſtiani colerent, hoc & Ethnicos facere oſtenderet, & quidem ex æmulatione Diaboli, res noſtras imitantis, & ad ſuos transferentis, ut ſibi addictos in errore detineret, útque aliquando per hæreticos occaſionem calumniandi haberet, nos noſtra ab Ethnicis accepiſſe; non ethnicos, H

ea,

Digitized by Google

logetici, colligatur crucis cultus, docuimus jam ſuprà & alibi. Accuſabant Ethnici Chriſtianos ob crucis cultum. Unde nata hæc accuſatio? Tertullianus non negat Chriſtianos crucem colere, tantùm oſtendit non colere inſtar numinis, ùt criminabantur Ethnici. Si crucem non colebant, quare non uno verbo totam cauſam tranſegit; & objectionem diſertè & directè amolitus eſt; ſicut illam de *capite aſini*, de *ſole* & aliàs?

Eodem modo ratiocinandum eſt de Minutio; non enim Arnobius libri illius auctor eſt. Communem namque Chriſtianorum morem colendi crucem interpretabantur iſti, quaſi crucem colerent, ùt Deum, quibus reſpondet Minutius: *Nos crucem nec colimus, nec optamus*: nimirum, ùt Ethnici arbitrabantur & calumniabantur. Quoties autem dicis à S. Cyrillo libro 6. contra Julianum diſertè negari, *ſignum Crucis à Chriſtianis vel coli vel adorari*: toties mentiris, ut & te, & me, & lectorem breviter ex his mendaciorum tuorum ſalebris expediam. Et quoties verba illa S. Ambroſii, *Helena Regem adoravit, non lignum utique*, ita truncata profers, non adjunctis, quæ ſubjunguntur, & quæ mentem S. Ambroſii dilucidè explanant, toties Calvinianum ſycophantam agis.

Origenes l. 6. in epiſtolam ad Romanos dicit, crucis figuram ante oculos poſitam ſi attentè conſideretur, valere ad depellendam omnem tentationem. Ubi Hæreticus. *Ne jota quidem habet Origenes in iis verbis, quæ citat Jeſuita, de adoratione Crucis.* Nimirum, ubicunque Calviniſta ipſas ſyllabas vocabuli *cultus*, vel *adorationis* non reperit; ibi ne *jota* quidem de *cultu* vel *adoratione* Crucis haberi clamitat. Si nimio ſtupore non diſtineretur, nullo negotio ex Origenis dicto ſic ratiocinatus fuiſſet: *Quod contra omnes tentationes valet; illud eſt colendum*: Quæ major evidens eſt, ſi quidquam eſt evidens; quid enim cultu dignius, quàm quod nos contra omnes tentationes munit? *Crux Chriſti, ſeu Imago Crucis, contra omnes tentationes valet te-* lebant ergo illam, quia quid eſt magno in precio haberi, niſi coli?) *& hoc ſequentibus temporibus magis magiſque in conſuetudinem abiiſſe.* Et tamen Prædicans hic negare audet, quod alibi aſſeverat; nóſque fusè etiam ſuprà demonſtravimus.

Nam quòd pro ſe hic adducit Sozomenum, more ſuo truncatum decurtatúmque fraudulenter adducit: poſtquam enim commemoraverat Sozomenus, quomodo Conſtantinus Labarum in Crucis ſpeciem mutârit; *iſtud* (labarum) *veluti propugnaculum ante copias ſuas ſemper geſtandum curavit: & ſi qua cohors laboraret, illud ei admovere juſſit; atque lectiſſimos ſatellites ad illud negotium obeundum conſtituit, quibus onus impoſitum erat, ut ſinguli viciſſim ſignum humeris ferrent, & acies hoſtium circuirent*: cúmque expoſuiſſet, qua ratione divinum hoc ſignum tela averterit ab illis, à quibus ferebatur; tandem ſubdit. *Dicitur, nullum unquam militem, qui munere ſigni hujus geſtandi fungebatur, in bello (quod ſanè credibile eſt) in gravem aliquam calamitatem incidiſſe, aut vulnus accepiſſe, aut captivum abductum eſſe.* Hæc Sozomenus; quæ iſte ſilentio premit. Qua de cauſa? Quia nimis manifeſtè cultum Crucis produnt.

Sozom. lib. 1. c. 4.

Quanquam quid opus Calviniſtam iſtum accuſare, ob hæc Sozomeni verba omiſſa; cùm quæ citavit, ſycophanticè prorſus mutilaverit? Ecce tibi, quantus candor in pectore iſtius Prædicantis? Vult ex Sozomeno probare, Labarum non fuiſſe eo fine à Conſtantino in Crucem mutatum, ut coleretur, & hæc ex Sozomeno, ùt ipſe quidem dicit, verba recitat. *Conſtantinum nobiliſſimum hoc Romani Imperii ſymbolum, ob id potiſſimùm ſignum Chriſti mutâſſe, ut jugi illius aſpectu ſubditi patriis ritibus deſueſcerent, & hunc ſolum Deum eſſe reputarent, quem Imperator & coleret, & ducem auxiliatorémque contra hoſtem in bellis haberet.* Hæc Hæreticus ex Sozomeno, ubi nequiſſimè præterit verba, quæ tam græca, quàm latina editio repræſentat; nempe Conſtanti-

ſtitutione; ſed potiùs fortuitò quatenus aliter fieri non poterat, quin ars conficiendo hujuſmodi vexillum, incideret in Crucis figuram, tametſi ejus nullam rationem duceret. At Labarum ex voluntate & decreto Conſtantini, Crux facta eſt; ita ut jam longè clariùs crucis figuram repræſentaret, quàm antea. Hinc & corona addita eſt, noménque Chriſti in corona expreſſum, totúmque Labarum conformatum ad viſionem crucis Conſtantino divinitus oblatam; quam etiam in efformatione Labari imitari, & quantum conſequi poterat, adumbrare ſtuduit. Primus igitur Conſtantinus Labarum in Crucem vertit; non quomodocunque, ſed in ſpeciem Crucis ſibi in cœlo demonſtratæ, qua ſpecie antea Labarum carebat; neque hoc unquam negavit Baronius, ùt tu illuſtriſſimo Annalium ſcriptori imponis. C

Ad edictum Theodoſii reſpondet Hæreticus, *id non pertinere ad religioſum crucis cultum, ſed tantùm ad civilem, idque ſuprà ſatis ex Crinito oſtenſum eſſe.* Cæterùm, ſi, ùt tu ex Crinito colligebas, Theodoſius illa ſua ſanctione, ſimpliciter omnem crucis & imaginum efſectionem damnavit; quomodo crucem civili cultu coluit? Aut quomodo edictum hoc ad civilem crucis cultum redundat? An qui aliquid prohibet tanquam ſimpliciter illicitum; veneratur id, quod prohibet, civili cultu? An prohibitio, ne quis idolum conficiat, pertinet ad cultum civilem idoli? Forſan & vos crucem civiliter colitis, quando eam conculcatis, ex templis exturbatis & exterminatis? Abſit, abſit quàm longiſſimè à Chriſtianorum finibus, & pectoribus hæc Calviniana civilitas. D

Secundò, quàm bona fide tu ex Crinito conſtitutionem illam Theodoſii proponas & tractes; copioſè jam ſuprà docuimus. Hîc in pauca rem confero. Interdicere, ne crux Chriſti erlingatur, ubi à tranſeuntibus con-

teſte S. Proſpero. Honoris námque, & quidem religioſi gratia, crucem, ſacrum & religioſum monumentum, exſtare voluit in nummis aureis; quia in nummis exſtare crucem voluit, non ùt ſignum profanum, ſed ùt ſignum & trophæum Chriſti, & ùt monumentum, cujus adminiculo victoriam de Perſis retulerat. Quo ipſo cruci religioſum cultum exhibuit: ipſa enim juſſio, ut crux imprimeretur aureæ monetæ, & ipſa etiam crucis impreſſio & eſt, & erat religioſa crucis veneratio: ſicut & erectio crucis in templo, foro, trivio, turri, privata domo; eſt religioſa veneratio; quia eſt veneratio religioſo ſigno conſentanea. G

S. Proſper. lib. de prædict. par. 3. cap. 34.

Carmen inquit Hæreticus, *quod Lactantio adſcribit Bellarminus, non eſt Lactantii, ſtylus enim hoc prodit:* ille ipſe nimirum ſtylus, quem profert Bellarminus:

Flecte genu, lignúmque crucis venerabile adora.

Qui ſtylus adeò offendit Fabricium Hæreticum, ut eum in gratiam lectoris Lutherani & Calviniani limandum & poliendum, contra omnium librorum fidem, hunc in modum exiſtimârit.

Flecte genu, innocuo terrámque cruore madentem
Ore petens humili.

Non tamen negavit poëma illud eſſe Lactantii: imò cùm in illo introducatur Chriſtus, ſua beneficia in mortales commemorans, in *Indice Theſauri*, hoc inter alia annotavit. *Lactantii Chriſtus de beneficiis ſuis:* quaſi Lactantius alium Chriſtum habuerit, quàm cæteri Chriſtiani. Certè, qui planum illum, facilem, leniterque fluentem Lactantii ſtylum novit, hic haud gravatè fatebitur, ſtylum carminis hujus ab æquabili illo tenore non abire. H

Ad teſtimonium Chryſoſtomi hæc reponit Calviniſta. *Chryſoſtomus quidem excogitaverat primus, ut Socrates refert lib. 6. cap. 8. contra*

te ingerat, quod jam tacite innuat: *So-rates non dicit Chryſoſtomum adorationis, hoc eſt, cultus & venerationis gratia, cruces illas argenteas feciſſe; ergo revera non ſunt aliquo cultu affectæ;* tum non tam argumentari, quàm fatuari cenſebitur. An non ipſa ex tam pretioſa materia crucium effectio, honos quidam Crucis fuit? Qui ex auro, argento, gemmis crucem facit, is hoc ipſum in honorem crucis facit. Sicut & iſtud non exiguus crucis honor erat; Quòd Chriſtianum

C cœtum, tanquam dux ſupplicantis agminis, antecedebat: idque, juſſu Chryſoſtomi: nam ùt nunc, ita & olim, honoris gratia, præferebantur cruces ſupplicationibus. Et putas tu Catholicos cives Conſtantinopolitanos fuiſſe adeò religionis expertes, ut tranſeunte hujuſmodi cruce, nullum reverentiæ ſignum exhiberent; ſtantes, more veſtro, ſi quando in Catholicas proceſſiones incidistis; immobiles, tanquam *cautes* aut *ſtipites.*

Pari arte putat Sectarius ſe eludere poſſe locum illuſtriſſimum de cultu crucis, qui exſtat apud eundem Chryſoſtomum in *libro*, ſeu *Homilia, quòd Chriſtus ſit Deus*: ubi poſt plurima, clariſſima & elegantiſſima decantata crucis encomia, ejusdem divinam virtutem, magnifica oratione deprædicat; ita

D ut ſingulæ ſyllabæ crucis cultum, tunc Chriſtianis uſitatiſſimum reſonent. Et tamen Zvvinglianus iſte ſcribere non verecundatur; Chryſoſtomum nihil de *adoratione*, hoc eſt, cultu & veneratione Crucis dicere; nam, ut cætera omittam, quæ quivis apud Chryſoſtomum videre poteſt; quæque omnia, ùt jam dicebam, cultum & venerationem Crucis indicant; quid ſibi, obſecro, volunt hæc Chryſoſtomi verba? *Neque ſic regia corona ornatur caput, ùt cruce, quæ omni* CULTU *dignior?* An non vides, quid hic Chryſoſtomus aſſerat? An non ipſum *cultus*, ſeu θεραπείας vocabulum habes; quandoquidem ipſa vocabula ubique expetis & efflagitas, quaſi ni-

tabitur profecto de capite; & tutior foret cum crucis imagine inter Judæos, quàm inter hos Pſeudochriſtianos.

Luſtret quis & obeat omnes plateas, & ædes publicas, & privatas alicujus urbis Calvinianæ. Argus fuerit; ſi alicubi Crucis imaginem conſpexerit. *In fronte noſtra*, inquit S. Chryſoſtomus, crux *quotidie figuratur.* Quis ullum Calviniſtam Crucis ſignum fronti ſuæ inſcribentem unquam vidit? *Hanc* G *ubique celebrari videre licet*, inquit S. Chryſoſtomus: apud Calviniſtas nuſquam. *In domibus, in foro, in ſolitudine, in viis, in montibus, in collibus, in vallibus, in mari, in navigiis & inſulis, in lectis, in veſtibus, in armis, in thalamis, in ſympoſiis, in vaſis argenteis, in aureis, in murorum picturis, in corporibus brutis malè affectis, in corporibus à Dæmone obſeſſis, in bellis, in pace, in diebus ac noctibus, in delicatorum choreis, in Monachorum ordinibus, adeò certatim donum hoc mirabile rapiunt omnes, &c.*

Horum & ſimilium, quæ ibidem Chryſoſtomus ſcribit, tam parùm reperies apud Calviniſtas, quàm apud Judæos & Turcas. Et ſi qui ſunt, præſertim ex nobilioribus, qui ſalutare hoc ſignum in avitis ſeu patriis *ſtemmatis* ſeu *inſignibus* retineant, id neceſſitate coacti faciunt. Si enim nomen & decus familiæ illius ſartum tectum cuſtodire velint; neceſſariò vetera inſignia retinenda ſunt; ne, ſi nova ſymbola uſurpent, novi & nudius- H tertius nati homines exiſtimentur. Oſtendatur, Calviniſta novus nobilis, qui ſalutare ſignum Crucis, ipſemet, ſponte ſua, ſibi *digma* eſſe voluerit. Lupus vel vulpes aptius eſt ſymbolum. Nam ùt Lutherus ait; *Deus depinxit Hereticos, & damnatos homines in lupis & vulpibus; quia lupus & vulpes tam apparent ſimplices & boni, ac ſi omnibus horis orarent Pater noſter & Symbolum, ſed Diabolus fidat illis.* Hæc Lutherus.

Luth. ſerm. ſymbol. non longe à fine.

Addo adhuc unum ex S. Chryſoſtomo: qui illud Iſaiæ; ùt quidem à Græcis legitur: *Et erit*

requies

Digitized by Google

tam in eremo, quàm in Palæſtina facta, ea potuit Crux, non in una gente, ſed in toto orbe, & in omnibus, quas ſol aſpectat, terris. Ob has igitur & alias cauſas, quas fusè perſequitur S. Chryſoſtomus, Crux adeò eſt honorabilis; ut Propheta, S. Chryſoſtomo interprete; Crucem nominaverit honorem.

Quòd S. Auguſtinus tract. 36. in Joannem, & S. Cyrillus lib. 6. contra Julianum, apertè monſtrent, Chriſtianos non ſolitos olim, & eo quidem tempore, crucis imaginem vel ſignum religiosè colere, ſed iis figuris tantùm uſos ad ſuæ Chriſtianæque fidei teſtimonium publicè edendum: apertum eſt mendacium. Et de Cyrillo quidem jam C ſæpiùs dictum eſt; quia Miniſter ſæpiùs hoc mendacium repetiit: videatur S. Cyrillus loco citato, & ſimul etiam conſideretur hîc Cyrilli locus ex Hom. 6. contra Neſtorium, quæ exſtat Tom. 4. operum S. Cyrilli. *Per te* (Deiparam Virginem alloquitur) *Trinitas ſanctificatur, per te Crux pretioſa dicitur, &* ADORATUR *in toto orbe terrarum.*

Quod attinet ad locum S. Auguſtini, mirarer audaciam Prædicantis tam temerè quidvis aſſerentis, niſi perſpectum haberem, Hæreticos quidvis audere. Nam crucem à Chriſto & fidelibus honorari, eo ipſo loco ex profeſſo S. Auguſtinus oſtendit; & qui- D dem bifariam: Primò, inde, quòd à Chriſtianis, inſtituto & voluntate Chriſti, ponatur in frontibus, ita ut nunc nihil in fronte ſit glorioſius, quàm crux, ſicut antea nihil erat in carne intolerabilius, quàm crux. Et hanc ipſam crucis in fronte poſituram ſeu efformationem, affirmat S. Auguſtinus eſſe honorem & cultum Crucis. Addit enim; *Quid ſervat fideli ſuo, qui talem honorem dedit ſupplicio ſuo?* hoc eſt, cruci ſuæ. Quem honorem? Hunc nimirum; ut honoris & reverentiæ cauſâ à fidelibus in frontibus depingatur & efformetur: hæc enim ipſa crucis formatio, crucis honor eſt & veneratio.

non credantur. Si te offendit, quod Sedulius verſibus aſſeruit, crucem eſſe colendam: placeat tibi, quod illud ipſum ſoluta oratione affirmavit, æquè clarè & disertè, ac ligata. Deinde Pſalmi Davidis quidam carmine conſcripti ſunt; ùt multi veterum tradunt: & B. Moyſes canticum quoddam Iſraëlitis propoſuit carmine conſcriptum: an & hîc ad *Catonianum aſylum* confugies? *Miranda canunt, ſed non credenda poëtæ. Legantur iſta, ſed non credantur.* Multi ex Calvinianis & Lutheranis *Pſalterium, Prophetas, Evangelia* verſu reddiderunt, & numeris adſtrinxerunt; G quibus, ex edicto hujus Zvvingliani Prætoris ſeu *Scabini*, hæc hedera appendenda erit. *Legantur iſta, ſed non credantur.*

Sedul. lib. 1. operis Paſch. proſa conſcripti.

Quartum argumentum petit Bellarminus ab apparitione & miraculis crucis: ſi enim cultus crucis Deo diſpliceret, haud per imagines crucis tanta miracula patraret. *Reſpondeo primò in genere*, inquit Calviniſta, *nullam ex ſolis miraculis auctoritatem & fidem ulli rei vel doctrinæ conciliari; ſed ex ſolo ejus cum verbo Dei ſcripto conſenſu.* Num Bellarminus crucis cultum ex ſolis Miraculis crucis adſtruxit? An non aliunde tria argumenta priùs præmiſit, quàm ad hoc quartum à miraculis deſumptum perveniret? An non primum argumentum potiſſimùm ſumpſit ex illo Matth. 24. *Tunc apparebit ſignum filii hominis in cælo.* H

Secundò, falſum eſt ex ſolis miraculis non conciliari alicui rei ſeu doctrinæ auctoritatem, ſi illa ſint vera miracula, non ludibria; ſicut vera ſunt, quæ Bellarminus pro crucis cultu defendendo attulit; præſertim, ſi non ſemel atque iterum; ſed ſæpiùs & omnibus ſæculis, & conſtanter contingant; ùt certè per imaginem & ſignum crucis ſæpiùs, & conſtanter, & omnibus ſæculis ingentia miracula patrata ſunt, & indies pa-

 trantur:

Digitized by Google

ut non tam riſum legentibus moveant, quàm faſtidium afferant, qualia nonnulla leguntur apud Gregorium in Dialogis, & in Nicæna ſecunda Synodo, innumerabilia verò in libris Monachorum. Obſervet hîc primùm lector, confuſum hunc & ad chaos, quàm ordinem aptiorem Calviniſtam; qui cùm de ſola ſtabili crucis imagine diſputare deberet, ſecundùm methodum à Bellarmino initam; ſemper immiſcet ea, quæ ad crucis ſignum in aëre vel fronte, vel alibi formari ſolitum pertinent.

C

Deinde prodit Judaicum genium, quem fert in pectore; pertinaciam nimirum inflexibilem non aſſentiendi miraculis, etiam teſtatiſſimis & evidentiſſimis; quam nulla vi ſuperabilem contumaciam hæreditate accepit à perfidis Judæis, Iconoclaſtarum omnium proavis. Quid evidentius erat illo miraculo, per Chriſtum in reſuſcitatione Lazari facto? Poterant duriſſimæ cervicis homines id non tantùm oculis videre; ſed & manibus contrectare. Quid ergo? Num fidem miraculo habuerunt? Num Chriſtum, ùt Redemptorem recipiendum decreverunt? Minimè verò. Collecto concilio Pontificum & Phariſæorum dicebant: *Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit. Si dimittimus eum ſic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent noſtrum locum & gentem.* Et poſt auditum conſilium Caiphæ, *ab illo die cogitaverunt, ut interficerent eum.* — *Joann. 11.*

D

Quod Judæi cum Chriſto egerunt; hoc Calviniſtæ egerunt, & adhuc agunt, ubi Catholica loca occupant; cum imaginibus Chriſti; præſertim cum imagine crucis. Coacto concilio dicebant olim Carlſtadius, Zvvinglius, Calvinus, Martyr, Bullinger, Bucerus, Pellicanus, Oecolampadius, ſimiles. *quid facimus, quia imagines Chriſti & crucifixi* (ùt & aliorum cœlitum) *multa ſigna & faciunt, & olim etiam fecerunt; ut ex antiquis probatiſſimorum ſcriptorum monumentis conſtat? Si dimittimus eas ſic, omnes credent, imagines* reſponſo ad Valentinum Comparem.

De S. Stephano ait S. Lucas in Actis: *Faciebat prodigia & ſigna magna in populo.* Et tamen his tantis ſignis non obſtantibus, *ejicientes eum extra civitatem, lapidârunt.* Quod Judæi cum Stephano egerunt, id Calviniani agunt cum S. Stephani, & aliorum Sanctorum imaginibus; quantumvis ingentium miraculorum effectricibus, quas conſpuunt, lapidibus petunt, confringunt, tandémque flammis abſumunt, nihil miraculis, quæ Deus per imagines cunctis ſæculis operatus eſt, abſterriti; ob pertinaciam plusquam Judaicam, qua præpediti, etiam evidentibus miraculis fidem abrogant; & in id unum intendunt, quo pacto omnes cruces & imagines abſque mora exterminent, & quando aliud non occurrit, quod ogganiant; oggerunt, miracula, quæ per cruces facta feruntur, eſſe *Monachorum ſomnia* vel *ludibria*: quaſi verò apud non excordes, non debeat eſſe gravior Monachorum auctoritas; quàm horum ſycophantarum vanitas & clamoſitas; quaſi verò in ſolis recentiorum Monachorum libris talia miracula contineantur, non autem in antiquiſſimis Patrum & hiſtoricorum monumentis. — *Actor. 6. Actor. 7.*

G

H

Tertiò dicit Hæreticus. *Dæmonem aliquando ad crucis ſignum & imaginem fugere; ſed ſimulatè; ut in veneratione crucis homines confirmet.* De hoc Hæretici reſponſo, jam ſuprà ſatis ſupérque, ùt & in opere de S. Cruce. Hoc hîc tantùm addo; hanc quoque calumniam à Judæis eſſe deſumptam: nam quando Chriſtus Dæmones expellebat, calumniabantur Judæi, *eum id facere in principe Dæmoniorum;* quod erat dicere; Dæmones non cœleſti vi coactos abſcedere; ſed de compoſito quaſi, & ex mutuo pacto, ut plures ineſcarent; & ad doctrinam Chriſti, quam Judæi deteſtabantur, pellicerent. Ita Sectarii hoc ævo, Dæmo-

Digitized by Google

Ais, *hoc non factum propter vim ſigni Crucis, ſed propter virtutem fidei in Chriſtum crucifixum.* At per vim & propter vim Crucis, tanquam inſtrumenti Chriſti crucifixi id accidiſſe; & etiamnum accidere, quoties accidit: teſtatur vel unicus apud Nazianzenum Julianus; qui objectu Crucis, Dæmones fugavit; & tamen non virtute fidei in crucifixum; quia nullam ejuſmodi fidem habebat, quippe jam à fide apoſtata: nec Dæmon fugere potuit, ut Julianum in veneratione Crucis, hoc eſt, ùt Calviniſtæ interpretantur, in *idololatria* corroboraret; quia jam, quantus C quantus erat, Idololatriæ ethnicæ ſeſe conſecrârat, cui, ut ipſi Ethnici *popæ* & *ſacrificuli* ſæpiùs faſſi & queſti ſunt, nihil tam adverſum quàm crux: cujus rei luculentum exemplum extat apud Lactantium. Fugit igitur Dæmon compulſus ipſa cruce tanquam organo crucifixi; ùt Patres uno ore fatentur; & fusè Tomo primo de S. Cruce monſtratum eſt, maximè libro quarto. Etſi hic non de ſigno, ſed de imagine Crucis duntaxat dicendum erat; ſi iſte totum Bellarmini ordinem non interturbaret, nec ab imagine ad Crucis ſignum, de quo poſtea, deſiliret.

Adjungit & aliud, quod vel neſcienti, vel vi numinis coacto excidiſſe exiſtimo; ſicut Balaamo benedictio Iſraëlitarum olim extorta eſt. D *Solet*, inquit, *Deus permittere, ut ad crucis aliáſque imagines edantur miracula vera, quantum ad effecta attinet. Sed interim non ſequitur, Deum, idololatrias, quæ per talia miracula confirmantur, probare.* Fatetur ergo Hæreticus, vera miracula ad crucis aliáſque imagines fieri. Impii igitur & ſcelerati ſunt omnes illi, qui cruces & imagines, verorum miraculorum effectrices, frangunt & exurunt. Et quinam iſti?

Addit Hæreticus. *Deum hoc permittere.* Mi homo Deus talia ac tanta, & vera miracula, & tam frequentia, & omni ævo, per cruces & imagines, earúmque cultum facit; colligimus, cruces & imagines, earúmque cultum, Deo probari ac placere.

Crux, inquit Hæreticus, *quam in aëre Conſtantinus Imperator vidit, & notæ, quæ vel adſperſæ vel inuſtæ operariorum veſtibus fuerunt, &c. nihil aliud fuerunt, quam transverſæ quædam lineæ, non imagines.* Si non fuerunt imagines, cur igitur exterminatis & exuritis tanquam imagines? Si cruces non ſunt imagines, quare in concionatoriis veſtris domibus cruces non erigitis? Videtur Prædicans putare, nihil imaginis nomen ſortiri, G niſi quod humanam ſpeciem referat. Ergo pictura bovis non erit imago. Multò minùs pictura domus aut arboris. Diſce, indocte, imaginem eſſe: quidquid ad alterius imitationem & repræſentationem efficitur: ſive plures, ſive pauciores lineas contineat; ſive transverſas, ſive decuſſatas; ſive implexas, ſive alio modo conſtitutas. Cùm igitur Cruces ad imitationem & repræſentationem primæ Crucis & Chriſti crucifixi fiant, veræ & propriæ cenſentur imagines. Sed Hæreticus, ùt anguis, in omnes partes ſe verſat; ut ſpicula Bellarmini evadat, & dummodo ſeſe verſet: quàm decenter & aptè id faciat, curæ non habet.

Eadem Cruces, inquit, *non in templis, ſed foris in aliis locis, in aëre, in agro, in operariorum tunicis, in privatis ædibus poſitæ fuerunt.* H Mirum profectò, Crucem, quæ Conſtantino in aëre apparuit, non fuiſſe poſitam in templo. Mirum, non fuiſſe detractam ex aëre, & in templo collocatam, ne poſt tot ſæcula quereretur Calviniſta, Crucem illam fuiſſe extra templa in aëre. Mirum, etiam illas, quæ aliquando in veſtibus hominum apparuerunt, non apparuiſſe in templis; quia

larminus attulit, liquidò conſtat, crucem Chriſtianis in honore & pretio fuiſſe; quid quid iſte de *divino honore* ingerat; nemo enim divinum honorem cruci deferendum cenſet, eo modo, quo Hæretici calumniantur, nos cruci divinum honorem exhibere; nempe, ùt adorationis termino per ſe; quod nemini Catholicorum in mentem venit; quia omnes, qui arbitrantur imaginem & prototypon eodem cultu coli, diverſitatem in modo cultûs conſtituunt, ita ut exemplar per ſe & propter ſe; imago autem tantùm propter exemplar, & *per accidens* colatur. Hoc pacto, neminem veterum docuiſſe, cruci divinum cultum exhibendum eſſe; non

C aſſerat, ſed probet Hæreticus: omnes enim hoc docuerunt; quicunque cultum imaginis ad prototypum tranſire, & in eo terminari docuerunt; quorum non minimus ſanctus Baſilius, cujus hac de re dictum in omnium ore verſatur: ſed & in politicis imaginibus Imperatorum & Principum, qui civili cultu afficiuntur, idem cernere licet. Idem enim cultus eſt imaginis & *prototypi*, licèt non idem modus cultûs.

Jam quod ad compellationes & ſalutationes crucis attinet; in orationibus Sophronii Patriarchæ Hieroſolymitani, & Andreæ Cretenſis, & aliorum Græcorum, quas, in Crucem habuerunt; ſimiles, vel certè em-

D phaſi majores compellationes & ſalutationes Crucis reperiuntur; ex quibus apparet, quàm ſolennes & uſitatæ fuerint. Sanctus Chryſoſtomus vocat Crucem, *Chriſtianorum ſpem;* ſanctus Ambroſius, *redemptionem, vitam, ſalutem.* Scilicet, nefas ducebant crucem his verbis affari: *Ave Chriſtianorum ſpes. Ave redemptio, vita & ſalus noſtra:* quaſi verò, *redemptionem, vitam* & *ſalutem noſtram*, non liceat alloqui & ſalutare. Forſan offendit illos vocabulum Illud; *Unica:* Meritò offenderet; ſi excluderetur prototypon; at quando crux aut imago, vocatur *unica ſpes noſtra*, ſimul etiam includitur *prototypon*, quod aliud non

Vide lib. 1. de S. Cruce cap. 55.

poris inclinatione; id nihil ad rem; quia poteſt aliquid coli, etiamſi genuflexio non adhibeatur. Quamquam cùm prædicti modi ſint maximè communes, credibile eſt; Chriſtianis vel omnes, vel aliquos erga crucem ſemper fuiſſe uſitatos; præſertim cùm iſta ſigna externa cultûs, ferè à rebus politicis transferantur ad res ſacras; quis autem neſcit; quàm vulgatum ſemper apud omnes fuerit, in dignitate conſtitutos, genuflexione, aut corporis inclinatione, aut capitis apertione, aut aliquo alio ſigno, quod huic æquipolleat; venerari?

Ante crucem illam, in qua Dominus nos redemit, *proſtrata S. Paula adorabat, quaſi ipſum Dominum in Cruce pendentem cerneret*, teſte G
ſancto Hieronymo. Quod igitur ſanctiſſima hæc fœmina fecit ante primam crucem; hoc ſolenni more, Chriſtiani fecerunt ante alias cruces; quia omnes ſunt crucifixi imagines. Quis, oro, Calviniſta, docuit S. Paulam ſeſe ante crucem Dominicam proſternere? Certè non Calviniana ſchola; non Lutherana. Sed tu hoc ſuperſtitioni adſcribes. Scilicet, nihil erit à ſuperſtitione immune, niſi quod tu ſuperſtitionis expers eſſe pronunciaveris.

Hieron. in Epitaph. S. Paulæ.

Ultimum argumentum ducit Bellarminus ex ratione, quia ſigna rerum ſanctarum ſunt ſancta & venerabilia; Imago Crucis eſt ſignum rerum ſanctarum; quia gerit imaginem H
Chriſti crucifixi, hoc eſt, Chriſti in ipſo redemptionis opere occupati, quo nihil ſanctius cogitari poteſt: ergo Crux eſt ſancta & venerabilis. Hæreticus hoc Bellarmini argumentum aliter format, & ex categorico hypotheticum facit; & inſcitè ait eſſe, *à minore ad majus;* tandémque negat quodvis *ſignum ſanctum eſſe honorandum;* ſi extra & contra verbum Dei inſtituatur; ſed illa tantùm, quæ Deus inſtituit, ùt ſunt Sacramentorum ſigna; hæc nimirum eſſe honoranda, ſed *honeſtè.*

Cæte-

re ſigna ſancta, quia ſunt ſigna ſanctiſſimæ rei, videlicet Chriſti crucifixi, concedere etiam debes, velis nolis, ea eſſe verbo Dei conſentanea: & quamdiu hoc negas, tamdiu nec quid aſſirmes aut abnuas, intelligis. Illud inſuper facetum, quod dicit; *Sacramentorum ſigna eſſe honoranda*, ſed *honeſtè*. Quid ſibi vult hoc *honeſtè*? Quàm Calviniani ſint *honeſti cultores* Sacramentorum, omnibus pluſquam notum eſt.

Niceph. in opuſcul. de Cherubinis. Exod. 25.

Ultimum hoc Bellarmini argumentum jam olim ſubtiliter attigiſſe & urſiſſe videtur Nicephorus Patriarcha Conſtantinopolitanus adversùs ſui temporis Iconomachos, diſſerens de Cherubinis, juſſu Dei, à Moyſe factis. Præceptum Moyſi à Deo datum eſt hoc, ùt quidem Nicephorus citat: *Fac mihi duo Cherubim, & ponas ex utraque parte propitiatorii, & cognoſcar à te illinc, & loquar è ſuperiore parte propitiatorii inter duo Cherubim.* In quæ verba Nicephorus. *Audis, quòd per Cherubim Deus appareat & cognoſcatur, & non credis, quòd ſint ſancta? An non ſunt ſancta? Etenim & terra ſancta, & locus ſanctus, & omnia ſancta, unde & ubi, & ex quo Deus vult cognoſci;* (quia omnia iſta ſunt peculiaria ſigna rei ſanctæ, videlicet Dei; ex peculiari inſtitutione, & voluntate Dei.) *Quòd autem ſancta ſint* (Cherubim) *ex his perſpici poteſt: facies enim & oleum unctionis ſanctum, & unges eo tabernaculum, & omnia vaſa ejus, & ſanctificabis ea, & erunt ſancta ſanctorum: omnis, qui attigerit ea, ſanctificabitur.* Ex his infert Nicephorus: *Quæcunque ſancta ſunt, veneranda ſunt: omne enim ſanctum eſt venerandum* (ſubſumo ego, crux eſt ſancta, & ita quidem, ut ab ipſis Prædicantibus plerumque ſancta appelletur,) quin etiam *Aſſertiones Theologicas de ſancta Cruce* (ſic enim inſcriptæ ſunt) nuper Lutheranus quidam Præco Argentorati propoſuit: ergo crux etiam eſt ve-

Exod. 30. v. 25.

C

D

ſite mentitur, quaſi Nicephorus ſcribat, eos abſolutè, ob Crucis cultum *Hæreticos eſſe judicatos*. 58.

CAPUT IX.

Refutantur ineptiæ & calumniæ Calviniſticæ contra ſignum ſanctæ Crucis.

SIGNUM Crucis, quod in fronte vel in aëre pingitur, vel ſuper quaſcunque res manu exprimitur, ſacrum eſſe & venerabile, demonſtrat Bellarminus I. ex veteris Teſtamenti figuris, quibus ſignum hoc præfiguratum eſt, cujusmodi eſt iſtud Tau apud Ezechielem capite 9. Et ſanguis Agni in poſtibus domorum Exodi 12. aliúdque ſignum Apocal. 14. & 7. & ſimilia, de quibus alibi copioſiùs. Reſpondet Hæreticus, *has interpretationes eſſe allegoricas, ac propterea ambiguas & incertas; & eſſe interpretationes ab hominibus excogitatas, non ex verbo Dei ſumptas.* Suprà dixerat, ex allegoriis *probabilia argumenta duci, non neceſſaria;* ſit igitur & hoc non *neceſſarium*, ſed *probabile*; præſertim cùm nitatur auctoritate graviſſimorum & ſanctiſſimorum Patrum, Auguſtini, Cypriani, Hieronymi & aliorum, quos Bellarminus citavit.

Tom. 1. lib. 4. de S. Cone cap. 8. & 9.

G

Deinde cùm certum ſit, veteris Teſtamenti hominibus *omnia in figura* contigiſſe; non immeritò ex figuris illis res novæ legis comprobamus; & ſi Hæreticus nullas huius generis argumentationes recipit, tum ægrè profectò Judæis ex figuris & oraculis antiquæ legis demonſtrare poterit, Chriſtum pro nobis paſſum, verè eſſe Salvatorem noſtrum: ſemper enim Judæus occinet; hujusmodi interpretationes non eſſe *ſumptas ex verbo Dei, ſed ab hominibus excogitatas.*

H

Tertiò; quando aliquid ex aliquo colligitur ſeu concluditur: non eſt neceſſe, ut id, quod

Digitized by Google

quitur; *Crucis ſignum præfiguratum eſt in veteri Teſtamento, ùt ſanctum quiddam & religioſum, & ùt mortalium tutela & præſidium; ergo eſt veneratione dignum:* & ita argumentatur Bellarminus; non autem abſolutè, ùt tu fingis; *Hoc præfiguratum eſt; ergo colendum.* Nec unâ vel alterâ figurâ duntaxat crux ſignificata eſt; ùt ſacrum ſignum: ſed frequentiſſimis: nam & ad crucis ſignum jure accommodaveris illa Prudentii. *Crux iſta Chriſti, quam novellam dicitis, naſcente mundo, factus ut primum eſt homo, expreſſa ſignis, expedita eſt literis, adventus ejus mille per miracula prænunciatus ore vatum conſono. Reges, Prophetæ, Judices & Principes virtute, bellis, cultibus, ſacris, ſtylo, non deſtiterunt pingere hanc formam crucis.* C *Crux prænotata, crux adumbrata eſt prius, crucem vetuſta combiberunt ſæcula. Tandem, relectis vocibus Propheticis, ætate noſtra comprobata antiquitas coram refulſit ore conſpicabili, ne fluctuaret veritas dubia fide, ſi non pateret teſte viſu cominus.*

Prudent. hym. 10. Periſteph.

Tertiò reſpondet Hæreticus, *ſanguinem Agni in poſtibus domorum, non crucem Chriſti, ſed Chriſti ſanguinem repræſentaſſe; juxta omnium interpretationes.* Quomodo *juxta omnium interpretationes;* cùm ſanctus Auguſtinus, & ante illum Lactantius, ſanguinem illum Agni disertis verbis interpretentur de ſigno Crucis in frontibus fidelium?

S. Aug. lib. 2. de Catec. rudib. cap. 20. Lact. lib. 4. Inſtit. c. 26.

Deinde, non ſequitur: *Sanguis ille præfigurabat ſanguinem Chriſti; ergo non ſignum Crucis;* D quia ut idem nomen plura ſignificare poteſt; idémque etiam à pluribus nominibus ſignificari; ùt patet in homonymis & ſynonymis; ita eadem figura poteſt plura præfigurare, idémque etiam à pluribus figuris præfigurari.

Quartò de litera Tau apud Ezechielem reſpondet Hæreticus, *eam nihil ſimilitudinis habere cum ſigno Crucis.* At nôſſe debebat Sectarius, Ezechielem non de novitio Hebræorum Tau, ſed de antiquo accipiendum; quod veram Crucis ſpeciem præ ſe tuliſſe, ſicut Tau Græcorum, eóque ſuis in literis, ſua etiam ætate, Samaritas uſos, teſtatur ſanctus quiritur.

Vide lib. 1. de S. Cruce cap. 1.

Quintò reſpondet Hæreticus, *Tau illud Ezechielis non fuiſſe imaginem; ſed tantùm tranſverſam quandam lineam, etiamſi concedamus, verum eſſe, id, quod ſanctus Hieronymus ſcribit.* Sed de hac Prædicantis ſtultitia jam capite antecedente egimus; nec hìc agimus de imagine Crucis, ſed de ſigno Crucis; quamvis & hoc imago quædam, ſed non permanens. Perinde autem eſt, ac ſi Sectarius imagines domus, vel arboris negaret eſſe imagines, quia nihil aliud ſunt, quam lineamenta quædam certo modo formata & figurata.

Tandem optimam ſolutionem depromit: nempe Tau *illud non eſſe à Propheta propoſitum, ut coleretur; & ut ei accineretur; Ave crux ſpes unica.* Hoc ſcilicet reſtabat. Hunc vindicem huic tanto nodo exſpectabam. Hoſtiæ G illæ, quæ Chriſtum pro nobis immolandum repræſentabant, & præſignificabant, non proponebantur civibus Hieroſolymitanis ad cultum; nec mandabatur, ut quis ad eas procideret ac diceret: *Ave hoſtia, ſpes unica:* ergo nec Chriſtus hoſtiis illis præfiguratus colendus eſt; nec genua coram illo flectenda; nec ei dicendum. *Ave ſpes unica.* Vides, Calviniſta, quò tua argumenta evadant. Quaſi verò ſi figura ad cultum non erat propoſita; figuratum ideo non poſſit coli. Nónne manna figura erat, veſtro etiam judicio, Euchariſtiæ; & arca Noë Baptiſmi? Num figuræ iſtæ colebantur? Et tamen figurata; *Euchariſtia* & *Baptiſmus* coluntur, etiam apud H vos; ſed *honeſtè*, ut ſuprà dicebas.

Locum ex cap. 7. & 14. Apocalypſeos negas accipiendum de ſigno Crucis. Sed nos potiùs audimus Occumenium, Anſelmum, Rupertum citatos à Bellarmino, quàm Calvinianos. Ais, *iſtos eſſe recentiores.* Sed, niſi me omnes ſenſus fallunt, Calviniani aliquot ſæculis ſunt recentiores, quàm horum ſinguli: neque unquam futurum arbitror, fore, ut verum ſit affirmare, Calvinianos eſſe tam antiquos, quàm hodierno die ſunt Anſelmus & Rupertus. Priùs deſcendent eò, unde malo ſidere aſcenderunt.

Se-

vel Papiſtarum, vel Patrum; ſed ſimpliciter & breviter. Patres dicunt Crucis ſignum eſſe colendum: iidémque Patres eidem ſigno mirificos, & ſupernaturales effectus adſcribunt; ergo Crucis ſignum cultu dignum eſt, ex ſententia Patrum: Quid tu hic de fine ſomnias?

Perge tamen ſomniare; quando ſomniationes te delectant. *Finis erat in primordio Eccleſiæ ſanctus & pius:* (cur non & modò? quia Crucis ſigno utimur, ut Chriſti paſſionem in memoriam revocemus; ut Dæmonem abigamus; ut mala alia à nobis & no-
C
ſtris avertamus, & alios ob fines.) *Hic verò eſt impius, ſuperſtitioſus, & idololatricus.* (Mentiris Calviniſta; neque enim aliud reſponſum meretur tua impudentia: nam nullus alius finis nobis in uſu ſignaculi Crucis propoſitus eſt, quàm qui ſanctis Patribus, Crucis laudatoribus, & admiratoribus propoſitus fuit.) *Ethnici inſultare ſolebant Chriſtianis* (& vos Calviniſtæ nobis Catholicis) *& eos fatuos appellabant, quòd Chriſtum crucifixum adorarent, ut Deum; reſpondit Auguſtinus omnium nomine Chriſtianorum: cor quidem habemus, non tamen tale (nempe ſtultum) quale vos habetis: nec pu-*
D
det nos crucifixi, ſed in parte, ubi pudoris ſignum eſt, (in fronte) ſignum Crucis ejus habemus. Tu verò loco omnium Calviniſtarum verba ſancti Auguſtini fraudulenter depravas & detruncas; ùt ſuprà oſtendimus) *cauſa igitur præcipua,* (nec præcipua, nec ſola) *eáque non improbanda, cur Chriſtiani ſoliti fuerint frontes cruce ſignare, fuit, quia eo ſigno voluerunt teſtificari, ſe non pudere crucifixi.* Non hoc tantùm, Hæretice. Teſtimonia Patrum plus evincunt. *Signo Crucis omnia magica compeſcuntur,* inquit ſanctus Athanaſius libro de Incarnatione. *Crux pellit omne crimen,* canit Prudentius. *Fugiunt crucem tenebræ, Tali dicata ſigno, mens fluctuare neſcit,* ut alia plurima, luculentiſſima & teſtatiſſima Patrum teſtimonia à Bellarmino, & à me prolata prætercam, quibus alij crucis fines, & iidem,

cere? Debebant ſane, ſi non inter alios, ſaltem inter orthodoxos, hoc ſigno fidem ſuam teſtatam facere.

At fortè hoc faciunt, quando ſunt in Hungaria, vel in Turcia inter Turcas. Tum ſignaculo Crucis frontes ſuas terunt, tum fidem ſuam hoc ſigno intrepidè profitentur coram crucis & crucifixi hoſtibus. Scilicet. Mera hæc ſunt hæreticorum ludibria. Hunc finem teſtandæ fidei tanti faciunt, quanti alios, quos ſancti Patres & nos cum G
ſanctis Patribus crucis ſignaculo vindicamus. Pudet illos rem tam manifeſtam manifeſtè inficiari. Quocirca omnia diverticula quærunt, ut impietatem ſuam celent, & neſcio quid auditu Calvinianis auditoribus iucundum de Crucis uſu fingunt, tantùm ut ne alios fines & effectus Crucis agnoſcant.

Audiamus jam denuò Hæreticum. *Hanc eandem cauſam fuiſſe arbitror, quòd* ubique (vos nullibi) ſoliti fuerint habere *cruces & crucifixos.* (Fatetur igitur veteres Chriſtianos ubique habuiſſe cruces & *crucifixos.* Cur hos non ſequamur potiùs, quàm novellos iſtos, qui nuſquam habent *cruces* vel *Cruci-* H
fixos; idque fidei ſuæ teſtandæ gratia, quia nos fidem Calviniſticam non minùs vanam & futilem arbitramur, quàm olim Ethnici fidem Chriſtianam. Etſi nos jure & verè. Ethnici, non niſi injuriâ & mendaciſſimè) *& quòd etiam primi Imperatores ac Reges voluerint in ſuis nummis, ac vexillis ſignum Crucis habere, ut ſic publicè teſtarentur, ſe eſſe Chriſtianos, nec pudere Chriſti crucifixi.* (Cur, quæſo, eundem ſaltem ob finem, non facitis idem; ut vel hinc totus mundus intelligat, vos Chriſtianos eſſe, nec Chriſti crucifixi opprobrium probro vobis ducere. Quod cùm diligentiſſimè caveatis, non poſſumus niſi læva quæque de vobis ſuſpicari.)

Fuit igitur ſigni hujus inter Ethnicos (non tantùm inter hos) *uſurpatio, de Chriſto crucifixo ingenua confeſſio* (non tantùm hoc, ut jam ſæpe dictum; & cur vos adeò ab om-

nici, coram quibus fidem hoc externo ſigno conſiteamur.

Scribit Tertullianus, Chriſtianos hoc ſignum pinxiſſe *ad omnem progreſſum, atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad veſtitum, ad calceatum, ad lavacra, ad menſas, ad lumina, ad cubicula, ad ſedilia;* uno verbo, ad omnem converſationem & actio-

C nem. An quis ſe nec movere, nec veſtes aut calceos induere; nec lavacris uti, nec menſæ accumbere, nec cubitum ire; nec conſidere, nec ſurgere, nec ſtare, nec quid aliud agere poterat, niſi Ethnicis præſentibus, coram quibus publico hoc ſigno edenda eſſet confeſſio fidei de Chriſto crucifixo?

Mox etiam acceſſit altera cauſa, inquit Hæreticus, *cur ſignum Crucis uſurparetur, nempe miracula, quæ ad hoc ſignum fiebant.* Fatetur ergo Calviniſta, per ſignum Crucis facta eſſe miracula. Cur vel ob hanc cauſam, licèt ſola eſſet, cùm tamen ſola non ſit, ſed una de multis, non retineretur, & uſurparetur? *hunc verè patrum finem optimum Bellarminus mutat in peſſimum, idololatricum videlicet ſigni Crucis; de quo ne ſomniârunt quidem Patres, ſicut ex eorum teſtimoniis, quæ citat hoc loco Ieſuita, facilè intelligitur.* Et tamen tu ne unum

D quidem auſus es attingere, aut libro tuo inſerere; ſtatim enim calumnias tuas & mendacia proprio indicio prodidiſſes. Bellarminus in cap. 29. nihil aliud conatur, quàm planum facere, Crucis ſignum retinendum, uſurpandum & venerandum eſſe. Hoc ut demonſtret, Patrum quoque teſtimonia profert; de fine Crucis nihil diſſerit; cùm quo fine uſurpetur, ex Patrum verbis liquidò appareat.

Mentitur ergo Calviniſta, quoties *finem Patrum optimum*, in hujus ſigni uſurpatione, mutari ait à Bellarmino *in peſſimum & idololatricum*: nihil enim in uſu hujus ſigni aliud ſpectamus, quàm quod veteres Chriſtiani ſpectârunt, cùm ſignum Crucis pinxerunt, ad omnem *progreſſum* & *promotum*, ad omnem *aditum* & *exitum*, ad *veſtitum*, ad *calcea-*

ctis per imagines Crucis. Ait I. *multa eſſe fabuloſa miracula; præſertim in Dialogis Gregorij Magni, & Monachorum libris.* Hoc reſponſum nemo miratur in homine, qui à veritate mentem avertit, ad fabulas autem Deúmque *Fabulinum* convertit. Quidquid aſpicit, id per fabulas aſpicit; quare ùt fabuloſum obiicitur non id ſolum, quod in Dialogis ſancti Gregorij, & Monachorum libris, ſed illud etiam, quod in ſancti Auguſtini, ſancti Hieronymi, & aliorum Patrum operibus de his miraculis continetur. Sed de ſancto Gregorio & Monachis liberiùs pronunciat; ne palàm repudiando alios vetuſtiores Patres, verecundiæ fines, etiam ſuorum ſodalium judicio nimiùm tranſcendat. Secundò dicit, *Dæmonem ad ſignum Crucis non verè fugiſſe; ſed ſimulâſſe fugam.* Dæmones illos, qui olim, Iuliano Apoſtata crucem pingente, in G fugam ſe conjecerunt, evoca, ſodes, ex Orco pro familiaritate, quæ Lutheranis & Zvvinglianis Prædicantibus cum Dæmonibus intercedit, jam à primo ortu hujus quinti Evangelij; evocatóſque amicè examina, an ſimulatè ad conſpectum crucis à Iuliano formatæ aufugerint: obſecra illos, per *modium ſalis*, quem Lutherus cum his *commenſalibus* abligurivit, & per myſticum illud ſomnium, quo Zvvinglius veſter à *phaſmate* quodam ita illuminatus fuit; ut Chriſtum ex Euchariſtia, & ex pluribus florentiſſimis civitatibus exturbaverit, obſecra, inquam, illos, ut ſeriò tibi pandant; num ſeriò, & vi Crucis compulſi, an verò ſimulatè tantùm fugerint? H Ne dubita; ſi verum dicere velint, (volent autem, ſi illos per res tam charas, nempe per *modium illum ſalis*, & per auſpicatiſſimum *ſomnium*, quo Evangelium veſtrum tanquam fundo & baſi nititur, obteſteris) nihil aliud audies, quàm eos, crucem crucíſque ſignum fugere & fugiſſe; eo modo, quo vos crucem, & crucis ſignũ fugitis; nimirum ſeriò, toto pectore; medullitus, *animitus*; quin & hoc adiicient, ſe extra corda veſtra verſantes, non aliter Crucem averſari & fugere, quàm intra

Digitized by Google

Cruce fugatur Dæmon. Quæſo, vel Grammaticos interroga; an non locutio iſta, *Cruce fugatur Dæmon*, inſtrumentum ſignificet?

Credunt, inquit Hæreticus, *ſigno Crucis omnia ſanctificari*; (omninò ita credimus; quia idem crediderunt ſancti Patres, ùt fusè ex omni antiquitatis memoria docui libro quarto de ſancta Cruce.) *Credunt gratias* C *conferri*, (ſi loqueris de gratia ſanctificante & juſtificante, tum mendacium loqueris; nemo enim hanc vim ſigno Crucis tribuit.) *credunt remiſſionem peccatorum donari.* (Iterum mentiris, ſi loqueris de peccatis mortalibus: de venialibus facilè id tibi conceſſerim; quæ non modò ſignaculo ſanctæ Crucis, ſed & *aqua benedicta*, & aliis huius generis *ſacramentalibus* remitti ſolent. (*credunt cibos mundari & benedici.* Meritò hoc credimus; quia credidit hoc tota vetuſtas. *Sacræ literæ docent cibos ſanctificari per verbum & orationem*: At non negant, quin & per Crucem ſanctificentur: & crux quædam oratio eſt; & vim imperrandi habet: quod præfiguratum in Moyſe manus expandente (dum Iſraël contra hoſtes ſuos dimicaret) & victoriam quoque per manuum expanſionem impetrante. Deinde poculenta D & eſculenta ſanctificantur per verbum Dei; & illa, quæ ſunt conſentanea verbo Dei; quæque, ut ad benedictionem adhibeantur, à verbo Dei vel ſcripto vel non ſcripto præſcribuntur, inter quæ etiam Crucis ſignum, tametſi Dæmoni moleſtiſſimum & ingratiſſimum.

Vide lib. 4. de S. Cruce cap. 18.

* * * * *

tem gloriam Chriſti. Quid hoc ad rem? ſive per ſe, ſive per *accidens*, ſive primariò, ſive ſecundariò gloriam Chriſti ſignificet: ſemper hoc argumentum formabimus *Crux ſignificat gloriam & majeſtatem Chriſti Domini; ergo veneratione digna eſt.* Deinde falſum eſt, quod Prædicans affirmat: Crux enim jam eſt trophæum Chriſti adverſùs aërias poteſtates in conſpectu totius mundi erectum: at trophæum per ſe & primariò, ſignificat gloriam, lætitiam, decus ac honorem; ùt omnibus notum eſt. Deinde, crux eſt currus G triumphalis Chriſti, & inſtrumentum devictæ mortis; hæc autem per ſe & primariò ſignificant honorem & gaudium etiamſi labores & dolores antegreſſos innuant; ſed jam eorum non habetur amplius ratio ob magnitudinem præſentis gloriæ & lætitiæ. Erat quidem antea crux ſignum maledictionis & opprobrii, ſed Chriſto in cruce paſſo, ſignificationem mutavit, cœpítque eſſe ſignum benedictionis, gloriæ & honoris, & quidem per ſe. Hinc eleganter ait S. Auguſtinus, crucis ſupplicium ſublatum fuiſſe à Romanis, ne ipſi nocentes ſi crucifigerentur, honorari viderentur, hoc ipſo, quòd in ſigno benedictionis appenſi necarentur.

Secundum argumentum Hæreticorum. *Si quævis crux colenda; ergo etiam coli debent omnia præſepia; omnia flagella, omnes ſpinæ, lanceæ, &c.* H Reſpondet Bellarminus, hoc non ſequi: omnes enim cruces fieri, ut repræſentent crucem primam, ipsúmque Chriſtum crucifixum, & propterea omnes cruces colendas eſſe. At verò non omnia præſepia, flagella, ſpinas, lanceas, eo fine fieri, ut repræſentent primum præſepe, in quo poſitus Chriſtus; aut ſpinas & flagella, quibus coronatus & flagellatus; aut lanceam, qua latus illius apertum: hinc non coli; coli tamen poſſe, ſi fiant talia repræſentationis gratia.

Digitized by Google

tiſſimorum; quare honorari non poſſunt, ne ad ipſos homines impios honor redundet: honor enim partis redundat ad totum. At crux ita Chriſtum tetigit, ut ſine ullo ſcelere tetigerit; itaque inſtrumentum paſſionis illius exſtitit; ut nihil peccati in ſe admiſerit. Quapropter meritò ob contactum corporis ſacratiſſimi, & ob illam inſtrumenti rationem, honore & cultu afficitur. Oggerit Hæreticus. *Etiam Judam & Judæos fuiſſe inſtrumenta paſſionis Chriſti.* Reſpondeo, fuiſſe; ſed libera, & liberè agentia, ac proinde impia & ſcelerata, nullius venerationis
C capacia, ob ſummum illud piaculum, quo ſe in interfectione Chriſti obſtrinxerunt.

Objicit Hæreticus. *Has partes, nimirum, os Judæ, & manus Judæorum, tam non fuiſſe ſceleris iſtius per ſe conſcias, quàm crucem: ſi ergo crux colitur, etiam partes illas coli debere.* Reſpondeo, etſi partes iſtæ per ſe hujus ſceleris non fuêre conſciæ; fuerunt tamen partes illorum, qui hujus ſceleris erant conſcii; quod ſatis eſt ad omnem cultum illis abrogandum: nam & ipſam crucem non coleremus, ſi fuiſſet pars, aut inſtrumentum conjunctum alicujus ſcelerati Judæi: honor enim hujuſmodi inſtrumento tributus, redundaret in ipſum Judæum, tanquam in totum.

Dices. etiam Crucem fuiſſe inſtrumentum
D Judæorum, quo Chriſtum peremerunt. Reſpondeo, fuiſſe inſtrumentum, ſed *diſjunctum*; quod non colitur, ùt Chriſto occidendo à Judæis fuit admotum & applicatum ſed ùt Chriſtum tetigit, ejúſque imago, trophæum, altare, currúſque triumphalis evaſit; has enim excellentiæ rationes in ſe ſuſcipere potuit; cùm nullum iniquitatis & improbitatis, ratione totius alicujus, impedimentum habuerit; ùt habuerunt labia Judæ, manus Judæorum, & alia inſtrumenta conjuncta. Quod de Cruce dicimus, id ſimiliter etiam ad clavos, flagella & lanceam accommodari debet.

id, quod Conſtantinum Magnum feciſſe, ſcribit Euſebius. Quid illud? *Imperator triumphale ſignum honorat, divinitatem, quæ in eo eſt, reipſa expertus. Nam iſto hoſtium multitudines in fugam verſæ: iſto Dei adverſariorum inanis oſtentatio compreſſa: iſto petulantes maledicorum impiorúmque linguæ ad ſilendum compulſæ: iſto barbara hominum genera ſubjugata: iſto poteſtates Dæmonum aſpectum fugientium abactæ* (& iſti blaſphemare audent, Crucem eſſe magiæ ſymbolum, hoc eſt, Dæmonis invitamentum & oblectamentum) *iſto ſuperſtitioſæ aſtutiæ, & erroris ludibria refutata. Nam hoc ſalutare ſignum revera fuit (eſt quidem iſtud & incredibile dictu & cogitatu planè admirabile) quod ſolùm, ſimul ac in terris viſum fuit, omnes commentitias fabulas, quæ ab initio de Diis confictæ fuerunt, omnium oculis ſubjecit, & ſicut errorem tenebris obruit & oblivione; ſic lumen mente ſola perceptum, quo hominum animi illuſtrantur, unum videlicet ac verum Deum omnibus patefecit, &c. Iſtud igitur eximium & admirabile Crucis ſignum tot tantorúmque bonorum hominibus cauſa exſtitit, cujus vi & facultate, quæ prava erant, ſublata ſunt; quæ autem antè non erant, jam apud omnes claris pietatis radiis elucent. Iſti denique* (Crucis ſigno) *cumulatam omnium bonorum, quibus fruimur, expletionem acceptam referens Imperator, columellas triumphales, quibus illius decus illuſtretur, ubique terrarum collocavit, qui*, ùt idem Euſebius ait, *ſalutari & vitali ſigno Crucis, veluti terriculo propugnaculóque malorum adverſariorum multitudini oppoſito, ab hoſtibus, à Dæmonibúſque victoriam reportavit. Deinde grata animi voluntate inductus, preces ad gratias agendas, Deo auctori victoriæ impertiit, claráque voce, atque adeò columellis erectis, omnibus hominibus hoc ſignum triumphale prædicavit; inque media urbe, quæ omnium princeps eſt, hoc inſigne trophæum contra omnes hoſtes erexit, edixitque palàm, ut omnes hoc ſalutare ſignum, quod nulla vetuſtate confici deterive poteſt, cùm Romani, tum totius orbis terrarum Imperii munimentum agnoſcerent. Quod qui-*

Euſeb. orat. de Laud. Conſtantini.

G

H

Digitized by Google

foro, in ſolitudine, &c. in omni progreſſu & promotu, ùt Tertullianus auctor, *in omni aditu & exitu;* breviter, *in omni actione & converſatione. In purpuris Crux, in diadematis Crux, in precibus Crux, in armis Crux, & in menſa ſacra Crux, & in toto orbe Crux, & ſuper ſolem fulget Crux;* hoc eſt, ùt nefarii iſti interpretes interpretantur, *nota & ſymbolum magiæ ſuper ſolem fulget in univerſo mundo.* Sed valeat Hoſpinianus Calvinicola. Nos ad Crucem proſtrati lætis vocibus canamus. *O Crux ave ſpes unica. Hoc*
C *hujus vitæ tempore, Auge piis juſtitiam, reiſque dona veniam.*

CAPUT XI.

Quid Danæus reſpondeat ad argumenta Bellarmini.

SCRIPSIT Danæus volumen ſatis craſſum ſive chartam, ſive convicia, mendacia, maledicta, ignorantiam, & calumniandi impotentiam ſpectes, adversùs primum & ſecundum Tomum Illuſtriſſimi Cardinalis Bellarmini, in quem cùm nuper incidiſſem, videre volui, ecquid contra diſputationem Bellarmini de prima cruce Domini, de imagine, déque ſigno Crucis effutiviſſet; certus enim eram, immaniſſimum Crucis hoſtem argumentum hoc intactum
D non prætèriſſe. Aperio igitur librum, inſpicio, evolvo, præſertim quæ de Cruce; quò magis progredior, eò magis obſtupeſco. Qua de cauſa verò? Hac: quia Danæum à me, necdum viſum, ferè totum in Hoſpiniano refutatum animadverti.

Nam ne neſcias lector, omnia propemodum, quæ Hæreticus ille contra Crucem operi ſuo de *Templis*, inſerſit; ex Danæo ad verbum ſublegit, nulla penitus Danæi mentione facta; ut proinde ignoranti mihi non ille de *Templis* haud paulo minus craſſus, ùt papyro, ita & mendaciis, criminationibus & ignorantia in lucem exiiſſet. Omiſit tamen quædam Hæretici Hæreticus. Quæ à me non negligenda, ſed breviter retudienda ad gloriam & honorem Crucis, ſub cujus vexillo, adversùs iſtos Crucis criminatores, libens voléiſque milito.

Initio affert quædam Bellarminus ex veterum monumentis de figura Crucis. Ait Danæus, *id factum, oſtentandi ingenij gratia.* Quod Danæo in ore, quoties Bellarminus pro ea, qua inſtructus eſt ex multiplici lectione, eruditionis copia, plura teſtimo- G
nia producit, quàm Sectariis placeat, qui ſuam jeiunitatem, vel potiùs mendicitatem in Bellarmini inſtructiſſima penu clarè agnoſcunt; quam proinde carpunt ac rodunt ex livore, præſertim Danæus & Ienius, quorum ille crebrò conqueri audet, Bellarminum multa à Calvino, Beza & Calvinianis ſcriptoribus didiciſſe, neque tamen profectum iis, quibus debebat, acceptum tuliſſe: alter verò, non ſemel temerè ac mendaciter affirmat, opus Bellarmini non ab eo ſolo, cujus nomen præfert, ſed à pluribus, quaſi collatis ſymbolis, compoſitum ac concinnatum eſſe, quorum utrumque quoties lego, riſum continere non valeo: non enim video, quid quis ex Calvino, Beza, & id genus aliis diſcere poſſit, præter igno- H
rantiam: & valdè falluntur Calviniani, ſi adeò ſibi blandiuntur, ut putent, Catholicos velle eſſe Calvini, aut Bezæ, aut alterius de hoc grege diſcipulos. Nihil minus. Non legunt diſcendi, ſed refutandi animo. Quid enim diſcas ex illis libris, ubi nihil veræ & ſolidæ eruditionis? ubi omnia ſcatent peſtiferis erroribus, pravis & in alienum ſenſum detortis citationibus, mendaciis, ſycophantiis, & optimorum quorumque tam hominum, quàm inſtitutorum inſectat-

Digitized by Google

longe plura hujus & alterius argumenti inde proficiſci potuiſſe, ſi id publicæ occupationes permiſiſſent, facilè ſibi perſuadebit. Ad rem.

Ægrè fert Danæus, Crucis formam adeò accuratè à Bellarmino deſcriptam: *Nam ex Tertulliano in Apologetico capite decimo ſexto. Libro de Idololatria. Euſebio libro nono, capite nono. Hiſtoriæ de vita Conſtantini libro primo; qualis fuerit Crucis figura ſatis intelligi poteſt, ut de eo nobis longa iſta narratio contexenda non fue-* C *rit.* Si hæc tibi narratio neceſſaria non erat; non dubito tamen plurimis Bellarmini lectoribus neceſſariam eſſe; quibus auctores à te nominati non ſuppetunt. An nihil ſcribere licebit, niſi quod tibi non eſt neceſſarium? Etſi vehementer ambigo, an hæc Crucis deſcriptio à Bellarmino inſtituta, tibi non fuerit neceſſaria; nam ſi figuram crucis Chriſti nôſti, non nôſti certè ex cap. 16. Apologetici Tertulliani; ubi auctor nihil de figura crucis Chriſti; quod non in omnem Crucem tam commiſſam, quàm immiſſam quadret. *Pars Crucis*, inquit Tertullianus, *eſt omne robur, quod erecta ſtatione defigitur.* Paulò pòſt ait; *Cruces eſſe trophæorum inteſtina.* D Quid hæc ad formam crucis Chriſti, de qua Bellarminus diſputat?

Longè minus adhuc de crucis Chriſti figura habet Tertullianus in libro de Idololatria. Nec ſatis ſcio, utrum Tertullianus in toto illo libro crucem Chriſti vel ſemel nominet; tantum abeſt, ut figuram ejus depingat. Euſebius locis ab Hæretico adductis, non deſcribit formam crucis Chriſti; ſed ejus, quæ Conſtantino apparuit; & quam Conſtantinus ad ſimilitudinem viſæ à ſe crucis efformavit: cui cum cruce Chriſti omnimoda ſimilitudo non fuit; multa enim huic Conſtantinianæ cruci addita erant, quæ in cruce Chriſti non inveniuntur.

Quod Sectarius ait; *lignum longum productum, & inſtar* P *Græci inflexum, non fuiſſe in*

NE ET LOLIANO COSS. PARENTES FECERVNT. ☧

Incidit horum Conſulatus in annum Domini CCC. LV. Conſtantij verò Imperatoris XIX.

Addita quoque eſt imago, quæ Crucem tenet hoc ſchemate: ⳨, cujus effigiem reperies apud Illuſtriſſimum Cardinalem Baronium.

Quæ mox Danæus contra primum, ſecundum & tertium argumentum Bellarmini pro cultu Crucis allatum affert; jam omnia in Hoſpiniano profligata ſunt: exſcripſit enim & ſibi etiam adſcripſit reſponſa, vel potiùs nugamenta Danæi Hoſpinianus. G

Quartum argumentum petit Bellarminus à teſtimoniis veterum, qui paſſim referunt, quanto deſiderio tenerentur fideles habendi, aut certè videndi particulas veræ Crucis. Ad hanc probationem habemus multiplex reſponſum à Danæo. Primum eſt: eam deſumptam eſſe *à judiciis hominum planè ſuperſtitioſorum, & jam hoc de Crucis adoratione faſcino maculatorum atque excæcatorum.* Quinam iſti *maculati* & *excæcati*? S. Cyrillus Hieroſolymitanus. S. Gregorius Nyſſenus. S. Paulinus S. Chryſoſtomus. S. Gregorius Magnus. S. Ambroſius. S. Hieronymus. S. Auguſtinus, quos omnes Bellarminus in quinta H probatione citat; ut taceam Socratem, Paulum Diaconum, Evagrium, Procopium, quos itidem teſtes laudat. Hi igitur tales ac tanti viri, crucis cultores & præcones, à viliſſimo Prædicante appellantur *planè ſuperſtitioſi, faſcinati & excæcati*, quæ convicia in hos tantos viros coniici non potuerunt, niſi à penitus *faſcinato* & *excæcato* capite: arbitrórque, non immeritò poſſe à nobis Deo gratias perſolvi, non quòd iſti tantos patres criminantur; ſed quia juſtiſſimo Numinis judicio, ob ſcelera ſua eò devolvuntur

tur

Digitized by Google

ſitis, Calviniſtæ, *profanis novitatibus anteponant, eiſque potiùs eligant adhærere, quàm vobis*, ùt idem ſanctus Auguſtinus graviſſimè aſſerit.

Obſervetur autem conſonantia duorum Calviniſtarum; Hoſpinianus negat in citatis Patrum teſtimoniis ullum verbulum exſtare de religioſo cultu Crucis. Danæus hanc extremam impudentiam fugiens, in alteram, eámque *extremiſſimam* impegit; dum teſtimoniorum perſpicuitate convictus, maluit C maledictis in Patres graſſari, quàm ſoli tenebras irrito conatu inducere.

Secundum Danæi reſponſum eſt hoc. *Non quid illi* (S. Auguſtinus, S. Ambroſius, S. Chryſoſtomus, S. Gregorius Nyſſenus, & alij) *fecerint, ſenſerint, aut dixerint ſpectandum, aut ſequendum nobis eſt, ſed quid benè ſenſerint, & conſentienter Dei verbo. Quæ & veterum & novorum omnium hæreticorum vox eſt*, ut verbis ſancti Auguſtini utar, *ipſa conſuetudine jam ſordidata atque protrita.* Sed eſto id, quod Danæus affirmat; ſit quaſi *Majoris* loco. Subſumo ego: *Sanctiſſimi illi Doctores rectè & verbo Dei conſentienter crucem Chriſti coluerunt, & ab aliis colendam eſſe docuerunt; Meritò igitur illos audiendos, ſequendóſque arbitramur.* Minorem nobis facilè perſuadet Doctorum ſanctimoniâ, eruditione, & antiquitate tam D excellentium auctoritas; quæ (ut aliæ rationes deeſſent, etſi non deſunt) vel ſola nixi, nihili penderemus Calviniſtarum clamores vociferantium, *Crucis cultum ſacris literis adverſari.*

S. Aug. lib. 5. contra Jul. cap. 1.

Tertium Danæi reſponſum. *Chriſtus dixit Joan. 5. Scrutamini Scripturas; ergo non eſt curandum, quid S. Auguſtinus, S. Paulinus, S. Ambroſius, & alij de cultu Crucis dicant.* Atqui prædicti quoque Patres *ſcrutati* ſunt *ſcripturas*; & quidem accuratiſſimè & aſſiduiſſimè. Et tamen hac perſcrutatione nes noviſſimi, rudiſſimi, & ab omni ſanctimonia deſerti; & poſt ſuum *ſcrutinium*, nec ipſi crucem Chriſti colunt; nec ut ab aliis colatur, ferre poſſunt. Quibus aſſentiar? Ad quos me adiungam? An ad aquilas illas, obtutum oculorum in ipſos ſolis radios defigere conſuetas? An ad hos talpas ſuis è tenebroſis cavernis prorepentes, ſummáque cæcitate clamitantes: *Sanctos Patres ſcripturas non rectè ſcrutatos eſſe?*

Tertium reſponſum Danæi. *Matthæi 23. docet Chriſtus: Non omnia, quæ Doctores Eccleſiæ* G *præcipiunt, ſervanda & facienda, ſed ea duntaxat, quæ illi docent ex cathedra Moyſis, id eſt, ex ſcripto Dei verbo.* Chriſti verba hæc ſunt. *Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi: omnia ergo quæcunque dixerint vobis, ſervate & facite: ſecundùm opera verò eorum nolite facere.* Ex quibus verbis facilè redargues hæc Danæi mendacia. Primum eſt; *non omnia facienda eſſe, quæ Doctores Eccleſiæ præcipiunt:* cùm Chriſtus expreſsè dicat; *Omnia ſervate & facite.* Secundum eſt; *illa tantùm eſſe facienda, quæ docent ex cathedra Moyſis;* id eſt, *ex ſcripto Dei verbo.* Ubi hoc Chriſtus? ubi unquam cathedram Moyſis ad ſolum verbum Dei ſcriptum alligavit? Nec illud omittendum: imperitè iſtum facere, cùm Doctores Eccleſiæ Chriſtianæ in *cathedra Moyſis* ſedere; Deique mentem ex *Moyſis cathedra* interpretari comminiſcitur: niſi fortè Patres H Chriſtianos pro *Scribis* & *Phariſæis* habet. Fortè putat Moyſis cathedræ non ſucceſſiſſe cathedram Chriſti; vel *Judaiſmum* adhuc cum *Chriſtianiſmo* vigere; & noſtros Patres, non ſolùm Chriſtianos Doctores, ſed *Rabbinochriſtianos*, vel *Chriſtiano-rabbinos eſſe. Doctores noſtri non ſedent in cathedra Moyſis*, ſed in *cathedra Eccleſiæ* Chriſtianæ, ſeu Chriſti & Petri; & inde nobis ſcripturas interpretantur; ad quos multò potiore jure pertinet illud

Do-

Digitized by Google

flectendo religioſe venerandi Crucem; qua in re nihil peccatum à Patribus, ut proinde non egeant clementia, & indulgentia Danæi ajentis: *Hoc eorum factum potiùs condonandum illis eſſe, quàm imitandum, aut probandum.* Agimus tibi gratias pro hac tua condonandi facilitate, quam tamen aliò reſerves ſuadeo: nullus enim hîc quidquam condonandi locus; nulla neceſſitas. *Quod credunt, credo,* ait quivis orthodoxus cum ſancto Auguſtino de Patribus, *quod tenent, teneo; quod prædicant, prædico. Iſtis cede, & Bellarmino cedes. Acquieſce iſtis, & quieſces à me,* & ab alijs. Poteſt etiam Bellarminus Danæo dicere: *Si mihi per eos amicus fieri non vis, ſaltem peto, ne per me illorum efficiaris inimicus. Sed quomodo non efficieris, ſi in iſto errore permanſeris? Quantò ergò melius, ut his accedas; ab illo* (Calvino) *recedas.* Tantúmne apud te poſſunt (Beza & Calvinus) *ut à ſolis ortu uſque ad occaſum, tot ac tantos Catholicæ Fidei Doctores & Defenſores antiquos, &c. non ſolùm deſerere, verùm etiam ſuperſtitioſos, faſcinatos, & excæcatos audeas appellare?*

S. Aug. lib. 1. contra Jul.

C

Reſponſum Danæi ad ſextum Bellarmini argumentum, furto tranſcripſit Hoſpinianus in ſuum commentarium; cui jam ſuprà capite ſeptimo abundè reſpondimus; & quamvis neſcij, ex una *fidelia* duos Calvinianos parietes candefecimus.

CAPUT XII.

D

Reſponſa Danæi ad argumenta, quæ Bellarminus affert pro imaginibus Crucis colendis.

QUod felix faustúmque ſit. Rurſum nos tædio, & novo labore ſublevat Hoſpinianus furtifico ſuo ſcribendi genere; nam ùt reſponſa ſuperioris capitis ex Danæo in ſua granaria convexit; ita pleraque etiam hujus furando ſua facere tentavit. Itaque ſolutio primi argumenti Bellarminiani, ſolo odio Crucis hunc locum mavult ineptè interpretari, quàm aptè cum Patribus, qui magno conſenſu tradunt; per *ſignum Filij hominis* eo loco Crucem accipiendam eſſe: ſive primam illam; ùt nonnullis placet; ſive primæ imaginem. Et quis, præter Crucis hoſtes, clarè non videt diſtinctum quiddam à præcedentibus verbis illis indicari? poſtquam enim obſcurationem ſolis & lunæ, ſtellarúmque de cœlo caſum, & commotionem virtutum cœleſtium commemoràſſet; ſubjungit; *Et tunc parebit ſignum Filij hominis in cœlo.* Quod neceſſariò intelligi debet de diſtincto ſigno, niſi quis cum imperito Danæo, toti illi Evangelico loco imperitam ſententiam affingere velit; quia quæ præcedunt, non ſunt ſignum; ſed ſigna. Hinc etiam S. Lucas numero multitudinis dixit: *Et erunt ſigna in ſole, luna & ſtellis.*

Luc. 21.

G

Vide lib. 1. de S. Cruce cap. 52.

Alterum indicium Calvinianæ ſubtilitatis ſimul, & reverentiæ erga Patres his Danæi verbis ſeſe prodit. *Iſta opinio Patrum* (quòd prima crux Chriſti in cœlo apparitura ſit) *fingit crucem Chriſti, quæ per particulas fracta jam eſt, eſſe colligendam in unum corpus, ſicut partes humanorum corporum disjectæ colligentur; id quod eſt omninò impoſſibile.* Cur verò *impoſſibile?* Quæſo, quid, ut ſic dicam, *poſſibilius*, inſtauratio hominis, an Crucis? Creatio totius mundi ex nihilo; an partium Crucis disjunctarum in unum integrum corpus conjunctio?

H

Sed cauſam reddit Danæus, cur hoc ſit *impoſſibile: quia à Deo non eſt promiſſum.* Quæſo, an nihil Deo poſſibile; niſi quod à Deo per ſcripturas promittitur? Ubi promiſerat, te aliquando naſciturum? Atqui Deo, etiam abſque promiſſione, poſſibile fuit, efficere, ut naſcereris.

Fortè dices; te per *promiſſum*, intelligere *decretum*; ut illud dicatur Deo poſſibile; quod decrevit aliquando facere. At quod ex hypotheſi tantùm Deo eſt *impoſſibile*; id non

Digitized by Google

illo etiam Danæus. qui tamen magis candidè egit, quàm expilator illius; cùm fatetur, in codice Juſtinianéo non ſimpliciter prohiberi Crucis efformationem, ſed tantùm in *ſilice* aut *marmore*, aut *alio quopiam humi poſito*; *ne pedibus tranſeuntium conculcaretur*; quod fur ille pertinaciter negat: cujus audaciam & inſcientiam ſatis jam ſuprà contudimus: nam convicia Danæi in ſeptimam Synodum, quam *illegitimam, inanem & nugatoriam* vocat, tanti nimirum facimus, quanti alia ex ſchola Copronymi maledicta, & decreta *Caballina*.

C Quod attinet ad legem Theodoſij & Valentiniani, quam Danæus, vi veritatis adactus, rectè ex Codice Juſtinianéo; Hoſpinianus autem perperam ex Crinito, adducit & interpretatur, omittere non poſſum, quin lectorem moneam, in eandem legem turpiter impegiſſe Pleſſæum Calviniſtam; ùt refertur in Actis colloquij habiti inter Pleſſæum, & Reverendiſſimum Dominum *Jacobum* Epiſcopum Ebroicenſem, præſente ipſo *Chriſtianiſſimo* Galliæ & Navarræ Rege HENRICO IV. Nec iniucundum arbitror futurum, ſi breviter commemorem, quid Epiſcopus in Hæretico accusârit; & quid Hæreticus, ſui excuſandi gratia, tametſi fruſtra, attulerit.

Acta colloq. latinè Mogunt. excuſa fol. 144.

D Principiò igitur Reverendiſſimus & doctiſſimus Epiſcopus objecit; citari legem falsò, quippe vocabulo *humi*, *quod anima & clavis erat legis*, ſublato. Reſpondit Calviniſta; *ſe falſi hoc loco accuſari non poſſe, cùm Petrum Crinitum, qui ſic retulit, allegâſſet*. At rectè occurrit Epiſcopus: *aliud eſſe notare: aliud allegare: nam in margine Calviniſta Crinitum quidem notârat; ſed in contextu Imperatores allegârat his verbis: Imperatores Valens & Theodoſius, eas expreſsè prohibent; cùm, inquiunt, ſit nobis cura diligens, &c.*

Rectè addit & illud: Pleſſæum *eo nomine excuſari non poſſe, quòd in re tanti ponderis potiùs conſuluerit Crinitum; imi ſubſellij litterionem, & Grammatiſtam, quàm ipſum legum fontem, &* culas Codicis (etiam Genevenſis) pagellas evolvere, ipſámque veritatem in Codice reſidentem intueri?

Reſpondit Pleſſæus in anguſtias conjectus, totóque, ùt opinor, corpore ſudans & æſtuans: *Crinitum legem illam non ex Codice, ſed ex libris Auguſtalibus ſumpſiſſe ac citâſſe*. Addidit: *Crinitum allegâſſe eam legem nomine Theodoſii & Valentis, qui unà non imperâſſent, ac proinde videri eſſe duas leges, unam Valentis: alteram Theodoſii, quas in unam confudiſſet*. Sed has Calviniſtæ nebulas nullo labore diſiecit Reverendiſſimus Epiſcopus. Nam luce clarius eſt, Crinitum per *libros Auguſtales* nihil aliud intellexiſſe, quàm Codicem, in quo Conſtitutiones Imperatorum continentur: quas ineptè Crinitus, ùt jam olim admonuit eloquentiſſimus Muretus, appellavit *libros Auguſtales*. Aut dicat nobis Calviniſta; quinam ſint iſti *libri Auguſtales* Criniti; ſi non ſunt libri Codicis. Súntne aliquando excuſi? aut ſi excuſi non ſunt; in qua Bibliotheca aſſervantur calamo exarati? Quis præter Crinitum vidit? Quis inſpexit? Ubi? Imò, ubi ipſe Crinitus vidit iſtos *libros Auguſtales*? Mira profectò exemplarium raritas, mira penuria, ſi nullus unquam, imò, ſi ne ipſe Crinitus vidit? G

Illud de duabus legibus in unam conflatis, planè futile eſt, & quavis inania inanius. Nam Crinitus *pudenda & portentoſa ignorantia tam legum, quàm hiſtoriæ* pro Theodoſio & Valentiniano accepit Theodoſium & Valentem: deceptus cùm inſcitia, tum ſcribendi compendio: cùm enim legiſſet, Theod. & Valent. ipſe pro eruditione ſua nobis inde excudit *Valentem*. H

Quòd ſi ſint duæ leges in unam compactæ; dicat nobis, oro, quæ ſit Lex Theodoſij orthodoxi, & quæ Valentis Ariani? Forſan illa erit Valentis, quæ ſimpliciter ſignum Salvatoris efformare prohibet; ſeu prohibere fingitur ab Hæretico: illa autem Theodoſium auctorem habebit, quæ tantùm prohibet, idque reverentiæ & pietatis cauſa, ne ſignum hoc humi effingatur; ubi pedibus con-

Digitized by Google

vocabulum *crucis* mutâſſe in vocabulum *furcæ;* eò quòd crucis ſupplicium, Chriſtianorum Imperatorum decretis, ſublatum eſſet, ídque in honorem crucis Chriſti; nec mutatione illa quidquam de ſubſtantia legis detractum. At verò, ſi voces illas, *humi*, & *in ſolo* Tribonianus adjeciſſet, totam ſententiam & ſubſtantiam Conſtitutionis corrupiſſet; idque Imperatoribus Theodoſio & Valentiniano affinxiſſet, quod ipſis nunquam veniſſet in mentem: ipſi enim edixiſſent, ùt volunt Hæretici; ſignum Salvatoris nusquam ſimpliciter efformandum eſſe: at Tribonianus eis impoſuiſſet; quaſi tantùm vetuerint, *ne in ſolo, vel in ſilice, vel in marmoribus humi poſitis* effingeretur. Quæ mens planè adverſaretur eorum menti; nec Tribonianus cum collegis ſuis ab impoſtura excuſari poſſet.

C

Deinde, quo Auctore probat Pleſſæus Tribonianum adjeciſſe conſtitutioni ea, quæ hæretici tam iniquis oculis aſpiciunt? Eſtne veterum quiſpiam, qui hoc affirmet? Superéſtne codex quiſpiam, ubi lex hæc Theodoſiana reperiatur, eo modo, quo erat ante Tribonianum; ùt iſte fabulatur? Quis non rideat hanc conſecutionem? Tribonianus mutavit vocabulum *crucis* in vocabulum *furcæ;* ergo etiam legi Theodoſianæ addidit verba illa: *In ſolo, vel in ſilice, vel in marmoribus humi poſitis.* Quis Græcorum aut Latinorum, ante Crinitum, aliter hanc legem citavit, quàm prout exſtat lib. 1. Codicis? Nam ſi Calviniſta dicat: *citari, ùt corrupta eſt, à Triboniano;* quæram ſtatim, quo auctore hoc aſſerat? Num Crinito? At nihili & nauci eſſemus; ſi in re tanti ponderis vel oſcitantis, vel etiam penitus ſtertentis Criniti rationem aliquam habendam eſſe arbitraremur: quanquam Crinitus nunquam dixit, Legem à Triboniano mutatam eſſe: imò apertè profitetur, ſe legem illam non aliter citare, quàm ùt legitur libro pri-

D

vocem humi *ſuſtulerit; ſed etiam pro iſtis:* nemini licere, vel in ſolo, vel in ſilice, vel in marmoribus humi poſitis inſculpere vel pingere: *hiſce verbis uſus fuerit; Nemini concedimus, coloribus, lapide, aliáve materia, fingere, inſculpere, aut pingere; quæ verba nimio plus & literis & characteribus inter ſe diſcreparent, ut una ex aliis enaſci potuerint.*

Occurrit doctiſſimus Epiſcopus: *Crinitum legem Codicis ex memoria citâſſe, neque tunc, cùm eam allegaret, Codicis contextum ad manum habuiſſe: ſed cùm aliàs eius aliquid legiſſet, eique illius confuſa & imperfecta memoria in animo remaneret, partem unam recitaviſſe: & alteram partem cudiſſe & compoſuiſſe, ùt uſu venire conſuevit iis, qui hoc pacto auctores allegant. Et hoc quidem clarè perſpici ex errore, quem in Chronologia commiſit, dum Valentem & Theodoſium copulavit, quod ei non accidiſſet, ſi codicis contextum ante oculos habuiſſet.* G

Quæ excuſatio Criniti honorem ſalvum præſtat; dum lapſum hunc non malitiæ & improbitati, ſed imbecillitati memoriæ adſcribit. Quod vel inde admodum fit veriſimile, quòd Crinitus ad Imperatorum decreta & edicta, hoc eſt, ad Codicem Juſtinianéum, lectorem remittat, ut experiatur, num vera ſcribat: nam ſi ipſum Codicem inſpexiſſet, lectorem nunquam eò miſiſſet: quippe cùm vel cæco manifeſtum ſit in Codicis exemplaribus, quæ exſtant, & à quovis lectore conſuli queunt, nihil ejusmodi, H quod Crinitus tradit, reperiri. Fefellit ergo illum memoria; & ex nimia præcipitantia errorem Iconoclaſticum ſacratiſſimæ Conſtitutioni attribuit. cùm enim Leonis Iſaurici, ejúsque adversùs ſacras imagines belli mentionem feciſſet, ſubdidit ex memoria, ſed malè fida; idem in Conſtitutione Imperatoria haberi: imò Lactantium quoque & Septimium, hoc eſt, Tertullianum, *& alios complures*, ùt ipſe loquitur, in eandem ſententiam pertrahit. Sed quàm inſcitè & indo-

eſt; cui conſtitutioni poſtea conſentaneum canonem ſynodus Trullana promulgavit, in in quem hæc ſcholiaſtes Balſamon.

Balſam. in Can. 73. Trullanum.

Nonnulli in Eccleſiarum vel aliorum locorum pavimentis, crucis ſigna in lapide vel alia ſpecie, imprimebant. Hoc ergo prohibens canon dicit, quòd ſalus hominum per Crucem vivificam facta eſt, & oportet nos convenientem & proportione reſpondentem honorem, adorationémque ei tribuere, mente, ſermone & ſenſu: mente ſcilicet, per tacitam gratiarum actionem: ſermone, per boni, quod in nos factum eſt, apud omnes confeſſionem: & ſenſu, quando eam actu videntes ſalutamus. Unde C *etiam omnes, qui ubivis inveniuntur, Crucis typos in pavimento deleri & tolli jubet, ne ab incedentibus conculcetur noſtrum adverſus diabolum trophæum. eos autem, qui aggreſſi fuerint Crucis figuram humi conſtruere, jubet ſegregationi ſubiici. Dicit autem & 5. cap. primi tituli primi libri: Nec monachus, nec ullus alius, in publico loco, vel in quo ſpectaculum peragitur, Crucem imponat, vel Sanctorum reliquias. Et cap. 6. Nemo in ſolo, vel molari lapide, vel marmore pavimenti Crucem inſculpat vel pingat, ſed auferat; eo, qui id tranſgreditur, graviſſimum ſubeunte ſupplicium. Et cap. 58. primi tituli, libri tertij, imperat præciſè dicens. Sed & precioſas Cruces, cum quibus in ſupplicationibus egrediuntur, non alibi, quàm in ſanctis locis reponi. Hæc cùm & canon, & leges ſtatuant, Crucem quidem in pavimento non audet* D *quis ex aliqua materia conſtruere: ſanctæ autem imagines & cruces in publicis viis à volente eriguntur. Et nos quidem propter Deum & puram erga ejus ſanctos fidem, ſancta ejuſmodi ubicunque erecta adoramus & ſalutamus. Leges autem, ùt eſt conſentaneum, propter infidelium, eorúmque, qui ſine ulla honeſta conſideratione indiſcriminatim vivunt, improbitates, hæc ſcripſerunt.* Ita Balſamon.

Ubi vides Græcis nunquam in mentem veniſſe, conſtitutionem hanc Theodoſij & Va-

ria, ſed in lupanari, vel à ſe, vel à nebulone quopiam nuper factum, Crinitóque obtruſum, auſus fuerit pro veteri Romano venditare. Porrò operæ precium me facturum exiſtimo, ſi quæ magnus Muretus contra Crinitum jam olim ſcripſit, hîc verbatim inſeram; quandoquidem hunc Criniti errorem, vel impoſturam & ſycophantiam tanti faciunt errones, impoſtores, & ſycophantæ hæretici, quaſi propter hallucinationem Criniti, omnes Cruces ſocietate humana penitus exturbandæ & ſempiterna oblivione ſint ſepeliendæ. Ita ergo Muretus.

PETRUS CRINITUS FLORENTINUS G

Muretus lib. 13. variarum lect. cap. 8.

Patrum noſtrorum memoria, libros aliquot ſcripſit de honeſta diſciplina: de quibus in univerſum quid ſentiam, non habeo neceſſe dicere. Illud quidem certè negare non poteſt, multa in eis vulgaria pro reconditis, falſa pro veris, nova pro veteribus legi. quale eſt turpiſſimum illud & impudentiſſimum, ùt ipſe vocat, Senatusconſultum, ex quo concinnavit caput octavum libri undecimi: quod nemo, niſi planè obeſæ naris, non ſtatim animadvertit, nihil prorſus redolere antiquitatis, ſed aut ab ipſo Crinito confictum eſſe, aut, quod credibilius eſt, à nebulone aliquo, qui ipſi Crinito illudere voluerit. At hoc quidem non magni momenti eſt; niſi quòd talia indigna certè erant, quæ referrentur in eos libros, quorum inſcriptio honeſtam diſciplinam polliceretur. Illud gravius & acriori reprehenſione dignum, quod veritus non eſt optimo & religioſiſſimo Imperatori Theodoſio violatæ Religionis crimen adfingere. Etenim lib. 9. cap. 9. H *tradit, Valentem & Theodoſium Auguſtos ita ſcribere ad Eudoxium præfectum prætorio; etſi ipſe quidem Eudoxium non nominat:* Cùm ſit nobis cura diligens in rebus omnibus ſuperni numinis Religionem tueri: ſignum ſalvatoris Chriſti nemini quidem concedimus, coloribus, lapide, aliáve materia fingere, inſculpere, aut pingere, ſed quodcunque reperitur, tol-

Digitized by Google

tentaverint, ſpecialiter imperamus. Dat. XII. Kal. Jun. Hierio & Ardaburio Coſſ. *Ac ne quis fortaſſe putet, aliam veterum librorum ſcripturam fuiſſe: habeo ipſe Codicem ſcriptum annos abhinc ferè ſexcentos, in quo planè eodem modo, ùt in vulgatis, legitur. Licuerit fortaſſe Crinito in rebus ludicris ac levibus Leges ac Senatuſconſulta confingere: certè in re ad divini numinis cultum pertinente, Imperatoris commemorabili pietate ac religione præditi conſtitutio corrumpenda non fuit.* Hæc Muretus: quæ vel ſola rabulis iſtis adversùs uſum & cultum crucis vociferantibus ſilentium imponere deberent: ſi ullus ampliùs veritati in eorum animis locus relictus eſſet.

C Sed quis tandem finis fuit diſceptationis hujus de Crinito inter Reverendiſſimum Præſulem Ebroicenſem, & Calviniſtam Pleſſæum? Audiamus Judices, qui utrinque delecti partim Catholici, partim Calviniani, & in his etiam Iſaacus Caſaubonus, hanc pronunciârunt ſententiam. Pleſſæum VERE ALLEGASSE CRINITUM, SED CRINITUM ERRAVISSE. Cujus ſententiæ hic eſt ſenſus: Errorem Criniti à Pleſſæo verè fuiſſe relatum & approbatum; ſed Pleſſæum cum errante Crinito erráſſe: qui ſanè turpiſſimus error in illo, qui ſe in Gallia pro hyperaſpiſte & propugnatore ſummo Calviniſmi gerit; quæ enim hæc tam ſupina negligentia, vel potiùs vecordia; in re tanti momenti Crinito, toties jam à Catholicis refu-
D tato, fidem habere, librúmque tam obvium, quàm eſt Juſtiniani Codex non conſulere? Satis de Pleſſæo.

Jam ad Danæum, qui cymbulam ſuam piraticam ab his ſyrtibus incolumem ſervavit: in quo vigilantia ejus & cautela laudem meretur; etſi non in hoc, quòd exempla quorundam Imperatorum, ùt Conſtantini Magni, Theodoſij, Arcadij, & ſimilium, qui Crucem magna veneratione complexi ſunt; repellit in hunc modum: *Neque aulas principum, neque ipſoſmet Principes, eſſe bonos & ir-*

Romanum imperium in Chriſti leges & diſciplinam conceſſit: cujus vel ſola aula melior veræ fidei magiſtra fuit; quàm omnes, quotquot ſunt, Calvinianæ ſcholæ & ſynagogæ: unúſque Conſtantinus *irrefutabilior* rectæ religionis teſtis; quàm univerſa Calviniſtarum *Copronymiana* & *Caballina* natio; nam quòd iſte Conſtantinum Copronymum, & Leonem Iſaurum (quos omnes Græci, uno ore, tanquam peſtes exitiales, deteſtantur) præponit Conſtantino Magno, Theodoſio, Arcadio, Tiberio, illud omnes verecundiæ fines tranſcendit; & qui hoc audet, is non verebitur eò procedere, ut Angelis Dæmones anteponat.

G Sed video, cur aula Leonis Iſaurici, Copronymi, Leonis Armeni & ſimilium magis arrideat Danæo, quàm aula Conſtantini Magni, Theodoſij, & aliorum orthodoxorum principum: quia in priore illa Aula fiebant, quæ Theodorus Studita, auctor & eruditione & ſanctitate clariſſimus flebiliter deſcribit in epiſtola ad Patriarcham Alexandrinum, quæque non poſſunt non Danæum, alióſque Calviniſtas ſingulari voluptate perfundere. Ita ergo ille. *Invaſit nos perſecutio, & perſecutio graviſſima. Olim quidem Achab Eliam quærens Prophetam, loca omnia incendiſſe dicitur* (3. Reg. 18. ſecund. 70. Interp.) *incendio illo Impij iram & furorem demonſtrante. Nunc verò & dignitate & corde Achabites* (Leo Armenus Imperator) *non Eliam ſolùm depictum, ſed hujus quoque Dominum noſtrum JEſum*
H *Chriſtum & Deum noſtrum, Deiparam, & Sanctum unumquemque quærens quærit, inventúmque magnâ irâ delet ex omni Civitate & Regione ditionis ſuæ. Hinc everſa altaria, templa Domini vaſtata & privata, & publica, quæ in virorum & fœminarum habitaculis, tam vetera, quàm recens exſtructa, miſerabile ſpectaculum, tanquam facie deformatos homines, & oſtenta quædam, ſic Dei Eccleſias ornatu ſuo deſtitutas & informes relictas contemplari. Quis talia audivit, aut vidit unquam in priſcæ improbitatis exemplis?* Ille

An. Baron. Tom. 9. anno Chriſti 817.

Digitized by Google

briis & verberibus tentati fuerunt? illi vinculis & carceribus, pane modico & aquâ vitam trahentes, alij exiliis relegati, alij in deſertis & montibus, in ſpeluncis & cavernis verſantes: quidam inſuper flagellis cæſi Martyres ad Dominum emigrârunt. Sunt qui ſacco incluſi, in mare demerſi noctu fuerunt, ut ab iis, qui viderunt, relatum eſt. Quid cætera? Anathemate feriuntur ſancti Patres noſtri. Prædicantur, qui impij fuerunt. Infantes impietatis dogmata tradito Magiſtris tomo, docentur. Non eſt uſquiam ſalutis perfugium inter mortales. Pium verbum proferre non licet. Mox inſtant inſidiæ, ita vir à conjuge ſua caveat. Judices & pittaciorum oblatores ad hoc ipſum ab Imperatore mercedem capiunt, ut obſervent, ubi quis quid dicat à Cæſare diſcrepans, aut impietati non
C *communicet, aut librum habeat de imagine tractantem, vel imaginem ipſam, aut exulem recipiat, aut captivis pro Chriſto miniſtret. Quòd ſi deprehendatur, illico rapitur, cæditur, relegatur: unde & dominos videas ſupplicantes ſervis, judicij metu:* Similia ſcribit Theodorus in epiſtola ad Patriarcham Hieroſolymitanum, & in epiſtola ad Paſchalem Pontificem Romanum: propter quæ aula Iconoclaſtarum Imperatorum videtur Danæo gymnaſium virtutis, & omnis honeſtæ & expetendæ diſciplinæ ſchola. Hanc ob cauſam pleno ore Leonem Iſaurum, Armenum, Caballinum, & ſimiles decantat; quia huic aulæ Iconoclaſticæ nihil eſt affinius, quàm aula quæpiam Calviniſtica: nam ùt olim Iconomachiæ ſummum erat ſtudium, id, quod à Theodoro depin-
D gitur; ita idem in Calviniſmo vel maximè viget.

Qua ratione Conſtantinus Labarum in Crucis ſpeciem rectè dicatur conformâſſe, licèt ante Conſtantinum quoque crucis ſpeciem præferret, ſatis explanatum eſt in opere de S. Cruce; & ſuprà contra Zvvinglianum furem. De quo hæc Euſebius Ruffini: *ſignum, quod in cælo ſibi fuerat demonſtratum, in militaria vexilla transformat, ac Labarum, quem*

Vide lib. 2. de S. Cruce cap. 37.
Euſeb. lib. 9. cap. 9. in interp. Ruff.

Crucem, & imaginem Crucis eſſe voluit, ùt in libris de Cruce copioſiùs dictum.

Neſcio autem, quàm Hæretico placeat illud Ruffiniani Euſebij de Conſtantino Magno. *In dextera ſua manu ſignum nihilominus Crucis ex auro fabrefactum habuiſſe perhibetur.* Arridere profectò Calviniſtæ hoc non poterit; qui Conſtantinum *Copronymum*, *Caballinum*, hoc eſt, *Stercorarium*, omnium imaginum, Mahometanum in morem, acerrimum hoſtem & inſectatorem, Conſtantino Magno, ſempiternæ memoriæ Principi, anteponit.

Dictum Sedulij de cultu crucis ait Calviniſta, eſſe *Rhetoricationes poëtarum, non oracula Prophetarum:* ſicut ſuprà ſanctorum Patrum teſtimonia de prima cruce Chriſti, dixerat eſſe *Rhetoricationes Patrum.* Tu rectiùs dixeris, G
hæc & ſimilia eſſe criminationes Calviniſtarum, nominatim Danæi; quia addit. *Sapientiùs iſta non ſcripſiſſent Poëtæ, qui Chriſtiani audire voluerunt.* Nimirum, ſapientiùs feciſſent, Calviniſtarum judicio, ſi *juvenilia* ad imitationem Bezæ ſcripſiſſent, quàm quòd Crucem, ejúſque gloriam & venerationem decantârunt.

Quartum Bellarmini argumentum ducitur à crucis apparitionibus & miraculis. Reſponſa ad hoc argumentum ſublegit Hoſpinianus ex Danæo, ſed ſolito parciùs: vidit enim quædam craſſiore filo eſſe contexta, quàm ut vel apud craſſos fidem invenire queant. Prima apparitio Crucis, ſit illa, quæ Conſtantino Magno oblata fuit. Quid Calviniſta? *Reſpondeo, primum miraculum eſſe vel falſum vel dubium.* Confudit Danæus ap- H
paritiones Crucis cum miraculis Crucis; etſi enim apparitiones Crucis poſſint miracula appellari; Bellarminus tamen apparitiones à miraculis diſtinxit, miracula vocans ea, quæ per Crucem ſupra naturæ vim & ordinem patrata ſunt: Argumenta itidem à crucis apparitionibus ſejunxit ab argumentis ex rerum mirabilium effectione deſumptis. Danæus pro veteri ſuo ſycophantandi inſtituto,

 ea,

Digitized by Google

dit, rem, quæ non à ſolo Conſtantino, ſed à toto exercitu viſa eſt? Nam quod Sozomenus & Paulus Diaconus eandem viſionem, Conſtantino dormienti quoque oblatam ſcribunt; quid hoc ad fidem apparitionis hujus elevandam facit? An non idem dicit Euſebius? An non bis Conſtantino hanc viſionem objectam teſtatur, ſemel vigilanti, iterum dormienti? An non Sozomenus eadem fermè, quæ Euſebius, & quidem ex Euſebio, memorat, ùt & Miſcella Hiſtoria, quam citat Bellarminus nomine Pauli Diaconi? Et quamvis ſolius viſionis nocturnæ
C mentionem feciſſet, an ideo diurnam illam negâſſet? Quod & de Paulo Diacono intellectum volo. Incredibilis eſt ſectariorum aſſeverandi temeritas; qui de Sozomeno tam ſplendidè mentiuntur, quaſi omnia Sozomeni exemplaria perierint, nullúſque ſuperſit, qui, accepto Sozomeno, mendacium tam evidens confutare poſſit. Sozomenus enim, ùt dicebam, de toto hoc miraculo, ſententiam, imò propemodum verba Euſebij commemorat; neque aliud ſe ſentire indicat, quàm quod ab Euſebio proditum accepit.

Secundum miraculum (ita cogor vocare propter Danæum, qui ſic appellat) eſt apparitio Crucis facta Hieroſolymis, tempore S. Cyrilli Epiſcopi Hieroſolymitani. Re-
D ſpondet Calviniſta. *Secundum miraculum habet unicum duntaxat teſtem, Cyrillum Hieroſolymitanum.* At oculatum, mi homo, qui multis auritis præſtat. Sed Cyrillus fuit *homo ſuperſtitioſiſſimus.* Macte Calviniſta. Sic, ſic itur ad laudem & gloriam, ſed Lemannicam. Ego vel ob hanc ipſam in ſanctum Cyrillum calumniam Cyrillo fidem haberem, licèt nullus alius teſtis apparitionis illius ſuppeteret, tametſi plurimi ſuppetunt; ùt Sozomenus, Socrates, Gelaſius Cyzicenus, Cedrenus, Julius Pollux, Glycas, Metaphraſtes, Alexander Monachus, Nicepho-

veritas, hæc tam clara, certa & teſtata inficiari?

Tertium miraculum conſiſtit in apparitionibus Crucis, quæ tempore Juliani Apoſtatæ contigerunt, Crucis, quæ tempore Juliani Apoſtatæ contigit in extis pecudum, in cœlo, in veſtimentis, quando Judæi templum Hieroſolymitanum inſtaurare volebant: de quibus apparitionibus fusè actum eſt lib. 3. de S. Cruce cap. 2. & 3. Quid adhæc Hæreticus? *Profecta ſunt iſta ex hominum ſuperſtitioſorum relatu, qui nil, præter auditum, habuerunt, ùt teſtatur Sozomenus.* Quid? Hoccine teſtatur Sozomenus, relationem hanc ab hominibus *ſuperſtitioſis* exſtitiſſe? An non S. Gregorius Nazianzenus pleraque horum memoriæ prodidit? Num & hunc *ſuperſtitioſis* accenſebis? *At non vidit, quæ in litteras retulit.* Eſto G
non viderit, An ideo falſa, quæ ſcribit? An nemo verax, niſi teſtis oculatus? An ideo res tota in dubium revocanda erit; quia Sozomenus utitur vocula illa: *Fertur*: Fama quidem non rarò fallax eſt & mendax; non tamen omnis fama fallax eſt & mendax; præſertim hæc talis, quam ſuos in commentarios tanti Scriptores retulerunt, teſtatam eorum, qui interfuerant & viderant, conſenſu. Inſigne Hæretici mendacium eſt, *de ſigno Crucis, quod apparuit*, quando Judæi Templum Hieroſolymitanum reædificare conabantur; *non omnes conſentire*: omnes enim Chriſtiani Scriptores conſentiunt in reipſa, etſi alius alio plures facti circumſtantias enumerat. Et H
quamvis ſolus S. Gregorius Nazianzenus hoc miraculum litteris mandâſſet; an non vel ſolus fide digniſſimus eſſet, vir talis ac tantus?

Quartum & quintum miraculum, inquit Calviniſta, *neque credet facilè quiſquam, neque alios teſtes, quàm ſingula unum duntaxat, & ſingularem habent.* Quartum miraculum eſt de Cruce, quæ apparuit tempore Arcadij Imperatoris, bellum adverſus Perſas gerentis. Quæ teſtem habet S. Proſperum, qui non diu poſt illa tempora vivebat. *At iſte unus eſt,*

Digitized by Google

... tantummodò teſtem habent; ùt ipſe quidem aſſerit; quia unicum duntaxat à Bellarmino citatum vidit, nempe Paulum Diaconum. Quid ſi, præter hunc, alij in eandem ſententiam conſpirent? An manus dabit? Ecce idem ſcribit Cedrenus, idem Theodorus Studites, idem Conſtantinus Tij Paphlagoniæ Epiſcopus. Quatuor ergo teſtes habes. Num his adquieſcis? Nihil minus. Si unus eſt; plures deſideras, Quando plures exhibentur: *ſuperſtitioſos*, *faſcinatos*, *excæcatos* nominas: aut *auritos* tantùm, non *oculatos* eſſe blateras: aut famam ſecutos, non veritatem; & centena talia tibi ſemper prompta & obvia. C

Profert deinceps Bellarminus Crucis miracula ex S. Hieronymo & Beda. Ubi rurſus iſte. *Singularem tantummodò teſtem habent.* At ſingularis iſte teſtis de Hilarione eſt S. Hieronymus: de Oſvvaldo Rege, venerabilis Beda; quorum uterque tantus, ut licèt Danæus in mortario contunderetur, ne uncia quidem ſapientiæ & eruditionis *Hieronymianæ* aut *Bedanæ* inde extunderetur.

Reſponſa ad quintum argumentum Bellarmini jam ſuprà capite octavo refutata dedi, quia omnia ferè ad verbum ſurripuit furtifico calamo Hoſpinianus. Præteriit tamen hic, non malo conſilio, mendacem quandam fabulam, quàm Danæus ex mendaciſſimo Balæo repetit his verbis: *Cum Honorius Primus Papa, Crucis ligneam imaginem & ſtatuam in templo Romæ poſitam auro & gemmis ornâſſet, poſtea ipſa ſuperſtitio & exornatio Aquiſgranenſi Concilio primo tota improbata eſt, & ejecta de templis, quam tamen poſtea Leo IV. Papa, in Dei & Eccleſiæ contemptum, privato judicio reſtituit.* Omnia commentitia. Nihil ſimile de Honorio Primo proditum ab Anaſtaſio Bibliothecario & aliis, qui Vitas Pontificum litteris mandârunt. Nihil hujus in Aquiſgranenſi D

in Leone III. in Baſilica Salvatoris Domini noſtri JEſu Chriſti, quam Conſtantinianam vocant, obtulit Crucem cum gemmis hyacinthinis, quam almificus Pontifex in Litania præcedere conſtituit, ſecundùm petitionem ipſius piiſſimi Imperatoris. Ex hac igitur hiſtoria concinnavit Balæus ſuam fabulam; Crucem enim, quam Carolus Magnus obtulit; obtulit ex figuli hujus ſententia, Honorius Primus: & quam fures ſurripuerant, ea juſſu Concilij Aquiſgranenſis, ex templo ejecta eſt, G ne ſcilicet *Idololatriæ occaſionem* præberet; & quam Leo IV. reparavit, ac reſtituit, eam privata duntaxat auctoritate reſtituit; exſpectanda nimirum erat publica auctoritas Balæi, Danæi, & ſimilium publicanorum.

Iniquis oculis intuentur Hæretici Leonem IV. cùm alias ob cauſas, tum propter cultum rerum ſacrarum, crucis præſertim, cujus magno amore tenebatur; & ut affectum pectoris ſui in ſacratiſſimam Crucem patefaceret; multas crucis imagines ex pretioſiſſima materia conficiendas curavit. De quarum una hæc etiam Anaſtaſius. *Fecit idem benigniſſimus Crucem auream noviter, & ipſa Crux, ùt mos antiquitus eſt, Subdiaconi manibus ferebatur ante equum prædeceſſorum Pontificum, quam, Deo juvante, in auro & argento ac gemmis meliùs renovavit. Obtulit & in Eccleſia B. Petri Apoſtoli Crucem ex auro puriſſimo, ex diverſis gemmis hyacinthinis, albis, & ſmaragdis miræ magnitudinis ornatam, quæ ſtat parte dextra juxta altare majus. In qua etiam noviter renovavit virgam, & deargentavit eam, in qua prædicta Crux continetur, penſans libras argenti undecim, & ſemis legente de nomine Domini Leonis IV. Papæ.* Hæc & id genus alia de Leone IV. ab Hiſtoricis tradita, ſtomachum movent Hæreticis, quem paſſim largiter in Leonem effundunt. H

CA-

cia tolerabis? Nam cui non ſuboleat illud cum ſolœciſmo mendacium? *Sancte Sudari.* Nimirum, quidquid Calviniani ſcurræ ſui gregis ſannionibus ſeſe perſuaſuros credunt, illud pari levitate à nobis creditum iri exiſtimant. In quo multùm falluntur: novimus enim quàm benigna ſit iſtis fabulandi vena, quoties ad Reliquiarum argumentum accedunt. Quid enim Calvinus, & alij non commenti ſunt, ut fidelium animos à veneratione Reliquiarum abducerent? Quid Catholicis non affinxerunt? Quid ſycophanticè
C non impoſuerunt? Deinde, ut maximè quiddam ſimile aut fieret, aut factum eſſet ſimplici & recta mente; cur iſti id animo livido exagitant, niſi quia ſycophantæ ſunt? & ob paucorum ſimplicem pietatem; vel piam ſimplicitatem cunctos Reliquiarum veneratores, cœlitúmque cultores ludibrio exponere tentant?

Quanquam, quod attinet ad illum precandi modum: *Sudarium, vel mappa Chriſti liberet nos à peſte:* nihil abſurditatis continet; Eſt enim locutio Tropica, pérque metonymiam ad ipſum Chriſtum refertur: De quarum genere eſt & illa apud Latinos: *O Crux ave ſpes*
D *unica, &c. Auge piis juſtitiam, reisque dona veniam.* Et Germani longè antequam Lutheri aut Calvini abavus naſceretur: lætis vocibus cantabant; hodiéque cantant. O du heiligs Creutze, behüt uns Chriſten-Leuthe, ꝛc. *O ſancta Crux, defende nos Chriſtianos.* In Græcorum hymnis, quos libro quinto leges, multas hujus notæ loquendi formulas, & compellationes ſeu invocationes Crucis reperies; ùt *Crux miſerere noſtri. Crux ſalva nos. Crux libera nos ab hoſtibus noſtris:* & alias non paucas: quarum ſenſus: *Crucifixe miſerere noſtri:* vel, *Chriſte miſerere noſtri per Crucem tuam: ſalva nos per crucem tuam: Libera nos per Crucem tuam.* Sicut autem piè & ſalutariter obſecramus Chriſtum, ut nos per Crucem ſuam, tanquam per paſſionis ſuæ inſtrumentum, ſervet ac liberet, & miſeri-

Calviniſtarum gratiam attexam, quod de Iſaaco Angelo ſcriptum reliquit Nicetas Choniates, cùm à ſuis proditus & deſertus in extremum vitæ periculum incidiſſet. *Imperator obſcuris principio vocibus acceptis, deinde in tentorium ſuum concurſu plurimorum viſo, &c. ſigno Crucis ſe muniit: & Chriſti pace implorata, Deum ſæpius oravit, ſe ex illo diſcrimine liberari: & Dei Genitricis imaginem ex ſinu prolatam, crebrò amplectens, partim collaudabat, partim ſupplex efflictim orabat, ut imminens periculum effugere liceret.* Ad quæ Calvinianus *Marginaliſta* (ſic enim nominari poteſt merito ſuo, G quandoquidem non paucos jam libros notis *marginalibus* fœdavit) hæc adjecit. *Iſaaci trepidatio noxia, quam invocatione Chriſti, deinde ſuperſtitione inutili fulcit.* En ſignum Crucis, (ut de cultu Virgineæ Imaginis ſileam) *inutili ſuperſtitioni*, inutilis Calviniſta deputat. Etſi perſpicere mihi videor, cur Crucis efformationem vocat *inutilem*: quia inutilis eſt Calviniſtarum auctori & doctori. Quis ille? Ab eodem inſtructus *ſuperſtitionem* appellat. Sed ſuperſtitio foret, ſi tenebricoſo huic præceptori placeret.

Nic. l. 3. de Imp. Iſaaci Angeli.

Percenſere hîc placet, quod Trithemius, & alij, literarum monumentis conſignatum poſteris tranſmiſerunt. *Anno M. CCC XXIII.* H *Fridericus dux Auſtriæ, qui contra Ludovicum Bavarum Imperator delectus erat, inter Oetingam & Milodorfum magno prælio victus, & Ludovico traditus eſt, qui in arcem munitam eum aſſervandum miſit. Magus interim quidam Lupoldo fratri ejus in Auſtria promiſit, ſe ſua arte Fridericum incolumem educturum, unius horæ ſpatio, ſi digna ſibi merces numeraretur. Dux liberaliter promiſit. Ergo dæmon ad Fridericum ablegatus avolat in Bavariam, formáque peregrini aſſumpta, cuſtodiam ingreditur, inquiens: Si ex captivitate liberari vis, hunc equum aſcende, & te in Auſtriam ad fratrem tuum Lupoldum incolumem perducam. Cui dux, Quis es tu? Ad quem ille: Noli interrogare quis ſim? quia nihil ad rem: ſed aſcende hunc equum, quem tibi exhi-*

Trith. in Chronic. Hirſaug.

Digitized by Google

Ait Hæreticus: *Crux Chriſti per ſe, propriè, & immediatè nobis Chriſti infamiam & maledictionem refert: per accidens autem gloriam Chriſti: ergo Crux Chriſti non eſt colenda:* Imò; *ergo Crux Chriſti eſt colenda*, ſi ullo modo gloriam Chriſti repræſentat, quia ſacrum ſignum eſſet; etiamſi *per accidens* tantùm gloriam Chriſti repræſentaret, unde meritò C coleretur: omne enim ſignum ſacrum, quà tale, & præciſè ùt ſacrum, & ùt ad ſignificatum habitudinem habet, meritò honoratur. Falſum tamen eſt, Crucem Chriſti *per accidens* tantùm ſignificare gloriam & majeſtatem Chriſti; ùt jam ſuo loco adversùs expilatorem Danæi latiùs demonſtravi. Eſt enim Crux *trophæum*, & *currus triumphalis*, & *ſolium* Chriſti judicis, & *ara* ſummi & novi ſacerdotii; & *inſtrumentum* redemptionis noſtræ; & index gloriæ ac magnificentiæ illius, quæ Chriſto propter obedientiam conceſſa eſt, & quidem propter illam, qua obediens fuit uſque *ad mortem, mortem autem Crucis*; per ſe igitur ſignum eſt gloriæ Chriſti.

D Mirum profectò, Hæreticos, quando oculos in Crucem Chriſti conjiciunt, nihil videre niſi ignominiam, dedecus, opprobrium. An habent oculos ſolummodò videndi Chriſti infamiam; non autem in Cruce Diabolum debellantis vim & potentiam?

Objicit. *Eodem fundamento olim nixos Hæreticos, à Satana Satanicos dictos; & alios ſine nomine; quorum illi Satanam colebant; iſti Judam; quòd tam illi, quàm hic per accidens cauſa noſtræ ſalutis eſſent.* Poterat, niſi fallor, Danæus ſubtiliùs adhuc argumentari; atque adeò demonſtrare, ipſum *peccatum coli debere*; quia *per accidens* redemptionis noſtræ cauſa fuit; randa ſeſe obſtrinxerunt: nec peccatum à Deo electum eſt, ut eſſet occaſio redemptionis noſtræ; ſed poſtquam libera hominis voluntate perpetratum fuit; Deus ex malo bonum eliciens, nos redemit; ut proinde peccato nullas gratias, nullúmve cultum; Chriſto autem tam illas, quàm hunc in omnem æternitatem debeamus.

Hinc, qui Judam olim venerabantur, id faciebant, arbitrati, quòd Chriſtum prodendo, & ad ſupplicium tradendo, præclarum & omnibus commendandum facinus G feciſſet: teſte S. Epiphanio Hæreſi 38. qui ſenſus nulli prorſus Catholico unquam in mentem venit: Et *Sataniani*, ùt idem Epiphanius ſcribit, Hæreſi 80. ſtultè ſibi perſuadebant, Dæmonem venerandum, ne noceret: quaſi cupiditas illius damna hominibus inferendi ullo cultu mitigari poſſit; aut quaſi ullum majus hominibus detrimentum importari queat, quàm ſi, Dæmonis impulſu, eò uſque procedant, ut Dæmonem colant.

Mentitur Calviniſta, cùm dixit, adducto in eam rem Epiphanio, *Satanianos* ideo Satanam honorâſſe, quòd exiſtimarent, eum H Redemptionis noſtræ *per accidens* cauſam eſſe. Ne verbum quidem de hoc Epiphanius; neque etiam S. Auguſtinus Hæreſi 57. neque Theodoretus lib. 4. *Hæret. fabularum*, quos cum S. Epiphanio citat.

Facetè autem agunt Hæretici, qui ut ſcripturarum periti ſſimi videantur, ſingulas pagellas, & fermè lineas citationibus ſcripturæ perſpergunt; etiamſi nihil ejus, quod aſſerunt, in ſcripturæ citato loco exſtet: ſatis eſt, ſi rudis & indoctus lector id, quod ipſi

Digitized by Google

quibuſdam *erroribus* attribuit, nimirum Cajanis; ùt & Theodoretus lib. 1. *Hereticarum fabularum*. Calviniſta citat lib. 4. Sed perinde illi eſt, quàm verè citet, dummodo citet.

Qui mox iterum ſpecimen edit, quàm aptè citet, cùm ait. *Obedientia Chriſti in Cruce Deo Patri exhibita, non autem Crux ipſa Chriſto gloriam, & nobis ſalutem confert & peperit.* Philip. 2. v. 8. Quem locum ſi inſpicias, videbis quidem Chriſti obedientiam fuiſſe cauſam, cur nomen ſupra omne nomen acceperit; at quòd Crux nec Chriſto gloriam, nec nobis ſalutem contulerit, id loco citato non invenies. Et tamen Hæreticus ita citat, quaſi totum quod aſſerit, in
C epiſtola ad Philippenſes contineatur.

Infinita hujus generis exempla occurrunt & in hoc Sectario, & in aliis; qui mox chorda oberrans eàdem, eandem cantilenam nobis recinit. *Crux vel Chriſti vel Martyrum nullam illis per ſe gloriam affert, ſed dedecus.* Jam negatum eſt, quod attinet ad Crucem Chriſti. Negatur etiam de crucibus Martyrum, aliíſque inſtrumentis, quibus olim vel cruciati vel enecti fuêre: nam Crux, in qua S. Petrus; & illa, in qua S. Andreas pependit & obiit, plus gloriæ & honoris per ſe, tanquam ſanctiſſimi illius Martyrij inſtrumenta, ipſis contulerunt, quàm omnes currus triumphales & laureæ contulerunt omnibus illis, quotquot olim aut Romæ, aut
D alibi de hoſtibus edomitis triumphârunt. Nec ullum diadema regium ulli tantum majeſtatis conciliavit, quantum craticula S. Laurentio; & lapides S. Stephano.

Obedientia, inquit Hæreticus, *peperit Martyribus gloriam; ergo non Inſtrumenta ſupplicii aut necis.* Qua ratione fidem facies huic tuæ conſequentiæ? Non aliter, opinor, quàm reponendo nobis tuum *coccyſmum;* hunc nimirum: *hæc duntaxat afferre dedecus.* Sed dic, oro, quodnam dedecus attulit craticula S. Laurentio; ſaxa S. Stephano; crux S. Petro,

Quod ait Calviniſta: quamlibet Crucis imaginem non magis Crucem Chriſti referre, *quàm Laureoli, quàm ſervi, quàm latronum:* id falſiſſimum eſt: quia imago Crucis Chriſti eſt ſignum ex inſtituto, voluntate inſtituentium, primò, quin & primariò, & per ſe ſignificans & repræſentans id, ad quod ſignificandum, & repræſentandum inſtitutum eſt; quod aliud non eſt, quàm crux Chriſti, non autem crux *Laureoli*, aut ſervi, aut latronum: nam ſimilitudo non eſt ſatis, ut aliquod ſignum *repræſentativum* alterius per modum imaginis eſſe queat: alioquin ſequeretur, lac eſſe ſignum *repræſentativum*, atque adeò imaginem lactis, & ovum ovi; quia nihil ſimilius lacti quàm lac, quámque ovum G
ovo: & tamen, quia ovum ex ovo non exprimitur, nec lac fit ad imitationem lactis, ut illud repræſentet; ideo nec ovum ovi, nec lac lactis imago dicitur. Eadem ratio in propoſito. Cruces fiunt, ut crucem Chriſti repræſentent. Sunt ergo imagines & ſigna repræſentativa crucis Chriſti; non alterius. *At aliæ cruces ſunt ſimiles.* Quid tum? Similitudo non ſufficit ad rationem imaginis & ſigni repræſentativi, ùt jam dictum.

Mox atrocibus mendaciis ſævit Calviniſta in Bellarminum. Ait, *fermè eſſe ſententiam Bellarmini, os & manus Judæ, & Chriſticidarum Judæorum coli debere.* Legat lector reſponſum Bellarmini ad quintum argumentum adverſariorum, & tum de fronte Danæi judi- H
cet, cùm Bellarminus diſertiſſimè neget, *labia Judæ*, aut *Judæorum manus* ob contactum Chriſti coli poſſe aut debere

Pari inverecundia addit; Bellarminum, *Satanicorum* hæreſin renovare, quod mendacium à *Satana* ipſo inſtinctus effudit. Quomodo *Satanicorum* errorem inſtaurat, qui palàm inficiatur, *labia Judæ, aut Judæos, Chriſti occiſores, honorari poſſe aut debere;* cujus ratio eſt, quòd *labia Judæ, & manus Judæorum*, quæ Dominum attrectaverunt, fuerint par-

tes

Digitized by Google

unquam ſomniavit.

Sed iſte nihil penſi habet quid dicat, dummodo apud ſuos videatur Bellarmino reſpondiſſe. Benè an malè; mendaciter an veraciter, quis in hoſte requirat? qui impudentiâ prorſus Diabolica contendit, ſignum *Crucis ad miracula adhibere, nihil aliud, quàm deteſtabilem idololatriam eſſe*. Ex quo conficitur, ſanctiſſimos viros, qui ſignum hoc miraculis patrandis adhibuerunt, nihil aliud, quàm Magos fuiſſe. Qua blaſphemia vix quidquam magis execrandum ex Calviniſtarum patria, hoc eſt, ex *Averno* prodiit. De quo plura non addo; quia plurima de hac re to-
C to lib. 4. de S. Cruce diſſerui; & non pauca itidem ſuprà adversùs Danæani pecoris abigeum: qui tamen hìc paulò eſt modeſtior; fatetur enim quædam miracula virtute Crucis fuiſſe patrata. At Danæus totus eſt magus, totus in magia abſorptus.

Ego cùm hæc talia ab Hæreticis contra ſanctæ Crucis ſignum, & contra tot teſtatiſſima, probatiſſima, & antiquiſſima à probatiſſimis hiſtoricis tradita miracula, tam petulanter & ſacrilegè repudiari video, mirificè in Crucis amore & veneratione confirmor, neque ullam aliam tantarum criminationum & blaſphemiarum refutationem deſidero; ſed illæ ipſæ mihi ſunt univerſæ refutationis loco; quas quàm primùm aſpicio, auctorem earum Dia-
D bolum, crucis juratiſſimum hoſtem, vociferari, & crucis gloriâ torqueri, mihi videre videor; quem ſuum dolorem, ut patefaciat, Danæi & ſimilium ora, & calamos uſurpat.

Qui rurſus Bellarminum conviciis & mendaciis inceſſit; ùt cùm ait; *in dubio eſſe Bellarmini animum, utrum hoc Crucis ſignum ſit octavum Sacramentum*. Adi, obſecro, Tomum Bellarmini de Sacramentis, & diſpice, quot ibi numeret Sacramenta; & de quot adversùs Novatores diſputet. Si ibi Signum *ſanctæ Crucis* repereris, tum à mendacio abſolveris, inſcienter exiſtimat id, quod vim habet ex *opere operantis* non poſſe ſimul habere vim ex *opere operato*: quaſi verò iſti ſint duo modi oppoſiti, ita ut in unam rem convenire nequeant: licèt enim non omne illud, quod vim habet ex *opere operantis*, habeat etiam vim ex *opere operato*: quædam tamen, ùt *Sacramenta* & *ſacramentalia*, quæ ex *opere operantis* vim habent; habent etiam ex *opere operato*, & ex inſtitutione Dei; quem titulum ignorans Prædicans ſejungit à titulo *operis operati*; cùm unum idémque ſit, habere vim producendi effectum aliquem ex inſtitutione Dei; & habere vim producendi eundem ex *opere operato*. Nec Bellarminus ſejunxit, ùt iſte ex G
imperitia calumniatur. Nec dubiè quidquam hac de re tradidit; ſed conſtanter & aſſeveranter omnia. Verùm iſti ſemel Calumniatorum partes profeſſi, non debent deeſſe perſonæ ſuæ, quam ſuſtinent in theatro Calviniſtico; ubi à tota cavea acclamatur: *Calumniare audacter*.

Negat Calviniſta, ſignum Crucis eſſe *tacitam invocationem Chriſti*; cauſam reddit: *quia Chriſtus nunquam præcipit ſe ſic, & eo ſigno invocari: non eſt autem aliter, quàm ex ipſius verbo invocandus*. Qua profectò ſolutione proſternit Danæus omnes *Habermannos* ſeu *Avenarios* Lutheranorum; & omnes libellos precatorios & pſalmodicos Calvinianorum: ubi enim præcepit Deus, ut invocetur precibus H
Avenarij, aut preculis ſeu precatiunculis illis & pſalmodiis, quas Beza & alij miniſtri Lemannici compoſuerunt; Ubi de his vel demurmurandis vel cantillandis præceptum ullū exſtat? *Deus non eſt*, inquit Danæus, *aliter, quàm ex ipſius verbo invocandus*. Non igitur ex verbo *Avenarij*: non ex verbo *Bezæ*; non ex verbo aliorum *ſeminiverbiorum*.

Dicet, formulas *invocandi Deum ab his compoſitas, eſſe verbo Dei conſentaneas*. At quod tu falſò de tuorum næniis affirmas, hoc Bel-

 lar-

enim, ſi ad cognoſcendam ejus divinitatem, ritè mentem applicuiſſent, rem tantam riſui haberent, ſed potiùs Salvatorem univerſitatis, crucémque ejus non noxam, ſed remedium creaturarum fuiſſe agnoſcerent: poſt crucis adventum omnis ſimulachrorum cultus ſubmotus eſt, omnéſque dæmonum præſtigiæ hoc ſigno propelluntur ſolúſque Chriſtus in veneratione eſt.

Verba doctiſſimi Theodoreti ſunt iſta. Ἕλληνες καὶ Ῥωμαῖοι καὶ βάρβαροι τὸν ἐσταυρωμένον θεολογοῦντες, καὶ τοῦ σταυροῦ τὸ σημεῖον γεραίροντες. *Græci, Romani, Barbari, de Crucifixo Theologicè tractant, ipsúmque ſignum crucis honore proſequuntur.* Quid ſi Theodoretus in Hæreticorum noſtrorum
C provinciam quandam omnium Crucium, aut certè cultus Crucis penitus expertem deveniret: an non percontaretur? *quod genus hoc hominum, quæve hunc tam barbara morem terra colit?* Ubi nulla Crux; nullúſque Crucis cultus.

CAPUT XV.

Quid Philippus Marbachius, Lutheranus Præco, & Lutherani de ſigno Crucis ſentiant.

EDIDIT anno Chriſti M DC IV. Argentorati Prædicans quidam Lutheranus aſſertiones Theologicas: *De S. Cruce, déque uſu ac veneratione imaginum:* ita
D enim titulus in Francofordienſi librorum venalium Indice notatus erat: quem ùt legi, deſiderio videndi Theſes de S. Cruce exarſi, & eò vehementiùs, quòd à Prædicante profectæ dicerentur; quem ex calumniatore Crucis derepentè in Crucis præconem & encomiaſten tr[illegible]ſformatum eſſe admodum mirabar.

Nec multum temporis abiit, cùm exſpectata illa diſputatio ad manus meas venit. Excutio avidè, & ſingulas theſes examino, [illegible] *da.* quandoquidem aſſertor in id unum incumbit, ut Chriſtianis ſignum ſanctæ Crucis adimat, ipſámque Crucem debita veneratione ſpoliet.

Quam cùm *ſanctam* vocat, rideo vulpem, aliud pectore celantem; aliud calamo promentem. Si tibi crux ſancta eſt; cur non colis? Cur non uſurpas? cur ex uſu communi exterminas? Sed *ſanctam* vocas: ut incautos fallas. Nam ſi aliter vocares, fraus omni operculo deſtituta ſtatim in omnium oculos incurreret. Verumenimverò paucis rem hunc in modum tranſigere licet. Aut Crux eſt ſancta, aut non. Si non; mentiris ergo in titulo, cùm *ſanctam* appellas. Si ſancta eſt, profanus ergo es, qui rem *ſanctam* oppugnes, G
& eliminare tentes.

Omiſſa aſſertionum epigraphe; poſitiones ipſas breviter excutiamus, alogiáſque hujus Stentoris, pſeudologias & lœdorias enotemus, lectoríſque aſpectui repræſentemus. Ait; *ſe & ſuos neutiquam improbare &* *Theſ. 8.*
rejicere conſuetudinem Chriſtianorum, qui in primitivâ Eccleſia, figura transverſa, Crucis inſtar, digitis in aëre formata ſeſe ſignabant, quæ ipſis, inſtar profeſſionis & commonefactionis erat Chriſti crucifixi. Si vos Lutherani hanc conſuetudinem non improbatis; cur ſignum Crucis non uſurpatis? Si non ad omnem aditum & exitum, ad omnem ingreſſum & egreſſum, ad lumina, ad ſedilia, ad menſam; uno verbo, ad quamcunque actionem, ùt veteres Chriſtiani, Tertulliano teſte, fa- H
ctitabant; cur non ſaltem interdum hoc ſigno utimini privatim aut publicè? Quis unquam Prædicantem vidit, qui aut initio, aut ſub finem dicendi de loco ſuperiore, ſigno Crucis frontem ſuam ſignârit? An ſignum tam ſanctum & venerabile in loco tam effronte figi non debet?

Sed parum abeſt, quin Prædicantes laudem, quòd ſignum Crucis declamationibus ſuis non præmittant: nam quoties concionatum

Digitized by Google

Prædicans hoc aſſerat: probare autem poterit, ſi Prædicante hoc Argentorati concionante, ſignum crucis palàm fronti, ori, & pectori imprimat. Bone Deus; quos ludos daret; quos jocos excitaret. Quot dicta de dictis melioribus eliceret: & in primis hoc: *num muſcas abigere vellet?*

Nec eſt, quod mihi quis objiciat Lutherum in minore Catechiſmo ita præcipientem: *Manè cùm ſurgis è lecto, ſignabis te ſigno ſanctæ Crucis, dicens: In Nomine Patris, &c. ſimiliter veſperi, cùm confers te cubitum, ſignabis te ſigno ſanctæ Crucis, &c.* Nam hæc Lutheri monita, nihil aliud ſunt, quàm verba inania, & caſſi logi.
C Si enim volebat ſeriò, ut ſui Crucis ſigno uterentur; cur modum formandæ Crucis non tradidit in *Catechiſmo minore*, in rudium gratiam conſcripto? Certè nihil à Catechiſmi *ſimpliciſſimè* & *rudiſſimè* compoſiti inſtituto alienum feciſſet, etiamſi modum crucis faciendæ præſcripſiſſet pro illis, quos Lutherus in præfatione *parvi Catechiſmi* hoc penicillo depingit. *Miſerabilis illa facies, quam proximè, cùm viſitatorem agerem, vidi, me ad edendum hunc Catechiſmum, ſimpliciſſimè & breviſſimè tractatum, coëgit. Deum immortalem, quantam calamitatem ibi vidi. Vulgus, præſertim autem illud, quod in agris vivit, item plerique parochi, adeò nullam doctrinæ Chriſtianæ cognitionem habent, ut dicere etiam pudeat, &c. Quid multis moror? Nihil omninò à beſtiis differunt.*

D Pro hoc ergo grege Lutherano *nihil omninò* à beſtiis diſcrepante; ipſius Lutheri teſtimonio, debebat Lutherus modum formandi crucem in *parvo Catechiſmo* exprimere: & catechiſtis ſuis mandare, ut quemadmodum ſcribæ pueros ſcribere, & literas pingere docent; monſtratis ſingularum literarum formis; & ſæpe etiam pueri manu arrepta: unáque cum calamo à manu ſcribæ mota, chartæque admota, ut characteres figurare condiſcat, ita & ipſi in formatione ſigni ſanctæ Crucis

Quo inſtituitur, exiguum ... omittatur; ſicut & à pleriſque omittitur & indies magis omittetur; quia indies magis *Calvinizare* incipiunt.

Ait Prædicans: *Se & ſuos deteſtari Papiſticam ſuperſtitionem, utpote quæ à ſimplicitate veterum longiſſimè receſſerit.* At tu hunc in modum calumniando, longiſſimè à veritate abis: nam & Catholici utuntur ſigno Crucis tanquam fidei *profeſſione*, & *commonefactione Chriſti crucifixi:* quos duos fines tu admittis, ùt veteribus Chriſtianis uſitatos. Alij itidem fines, quorum gratia orthodoxi hoc ſignum uſurpant & frequentant, tam longè abſunt à ſuperſtitione, quàm longè tu omnéſque Prædicantes à veritate: omnes enim antiquiſſimis Chriſtianis non modò noti, ſed & triti fuerunt: nam quòd crux pellat omne malum; Dæmonéſque fuget, & alia commoda G
præſtet, & incommoda avertat, horúmque finium cauſâ fronti, ori, pectori, aëri ſæpius inſcribenda ſit; fuſiſſimè demonſtratum eſt toto libro quarto operis de ſancta Cruce, exemplis & teſtimoniis tam probatis & illuſtribus, ut nulla unquam mentiendi, calumniandi aut tergiverſandi libidine everti aut eludi queant.

CAPUT XVI.

Utrum ſignum ſanctæ Crucis ſit inſigne & nota militis Chriſtiani.

NEGAT Prædicans, ſignum *ſanctæ Crucis eſſe militis Chriſtiani inſigne.* Cujus negationis en tibi probationes. Theſ. 11. 12. H
I. *Inſigne militiæ Chriſtianæ diſtinguit militem Chriſtianum ab Hæretico; Crux hoc non facit; quia etiam Hæretici hoc inſigni uti queunt: ergo, &c.* II. *Inſigne conſtituit militem; Crux non conſtituit militem Chriſtianum; ergo Crux non eſt inſigne.* III. *Sanctus Paulus longè alia inſignia militis Chriſtiani commemorat; illa nimirum Epheſ. 6. State lumbis circumcinctis per veritatem,* (ſic enim citat Prædicans) *& induti tho-*

Digitized by Google

vel illorum militum, non ideo deſinunt eſſe propria & diſtinctionis gratia, inventa inſignia, licèt transfugæ, proditores, & quivis ex hoſtili exercitu ea præferre non modò poſſint, ſed & crebrò ſoleant: ita & hic ſignum Crucis, non ideo non eſt proprium inſigne, quo ſecernatur legitimus Chriſti miles ab illis, qui ſub adverſario Chriſti militant.

An non quivis impoſtor effingere, & ſibi attribuere poteſt ſtemmata & digmata nobiliſſimarum familiarum? An propter fures iſtos, & falſarios, talia ſtemmata non erunt
C propria familiarum illarum ſymbola? An non ipſum Apoſtolicum ſymbolum ab Hæreticis uſurpatur, & jam olim quoque uſurpatum eſt? An ideo non eſt verum & proprium inſigne veri & legitimi militis Chriſtiani? Omnia certè externa, & in ſenſum incurrentia inſignia tollenda forent, ſi, more Prædicantium, Philoſophari vellemus: nam & illud ipſum inſigne, quod præco pro unico & *infallibili* affert ex epiſtola ad Epheſios, Hæreticus imitari poteſt: cui rogato, num ſit verus & legitimus miles Chriſti; proclive, imò ſolenne eſt reſpondere, ſe eſſe germanum & genuinum Chriſtianæ militiæ militem. Si teſſeram militarem ab illo repoſcas; mox, etiam jurejurando interpoſito, affirmabit, ſe *ſtare ſuccinctum lumbos in veritate: & indutum loricam*
D *juſtitiæ; & calceatum pedes in præparationem Evangelij pacis; ſe in omnibus ſumere ſcutum fidei, & galeam ſalutis, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei.*

Dices: *talem mentiri.* Equidem non nego: Interim tamen utitur hoc tuo ſymbolo, licèt mentiatur: ſicut proditor Turca, qui utitur ſymbolo Chriſtiano; utique utitur illo, licèt mendaciter. Et quis tandem Hæreticorum aut eſt, aut fuit, aut erit, qui ſub illo ſymbolo tuo malè ex epiſtola ad Epheſios deſumpto, non deliteſcat; quia non cadit ſub ſenſum, niſi per verba hoc ſuo imprimant. Adeò inviti ad hanc teſſeram deſcendunt transfugæ iſti, probè advertentes; hoc ſignum non competere caſtris illis, in quibus ipſi militant & merent: ſed aliis, à quibus flagitioſè deſciverunt: eſt enim hoc, ùt ſignum filii Dei; ita etiam ſignum, inſigne, & digma filiorum filii Dei; & ſi quando hoc filii Diaboli, hoc eſt, Hæretici, ſibi appendunt, id fit veteratoriè & proditoriè; nam veteratorum & proditorum propria nota eſt, alienis ſibíque non debitis ſymbolis uti; ut turpitudinem ſuam, technas & machinas aliquo ſaltem modo velent.

De hoc filiorum Dei ſigno non incommodè accipimus illud Apocalypſeos cap. 7. G
ubi Angelus ad Angelos, *quibus datum eſt nocere terræ & mari*, magnâ voce hæc: *Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quoadúſque ſignemus ſervos Dei noſtri in frontibus eorum.* Quodnam hoc ſignum tutelæ gratia frontibus ſervorum Dei inſcribendum? Scio, quid varij, & rectè quidem ſentiant. Interim & hoc ſcio, rectam quoque eſſe interpretationem Ruperti, ſignum hoc interpretantis ſignum ſanctæ Crucis: qui quantæ dignitatis ac præſtantiæ ſit ſervos Dei hoc ſigno in frontibus ſignari, his verbis præclarè exponit. *Signum vocationis atque juſtificationis, meritúmque & ſpes futuræ magnificationis* Rup. lib. 4. in Apocal.
eſt, ſignari ſervos ejuſdem Dei in frontibus eorum H
ſigno Crucis, quod olim fuit opprobrium & pœna damnatorum, nunc autem decus & ſalus juſtorum. Nolite nocere, nolite impedire, &c. ut ſignemus ſervos Dei noſtri vexillo victorioſæ Crucis, non tantùm in abſcondito cordium, ſed etiam in aperto, in frontibus eorum.

Ad ſecundum argumentum reſpondeo, perinde eſſe, ac ſi Prædicans diceret: *Signum conſtituit vinum; hedera appenſa pro tabernæ foribus non conſtituit vinum; ergo non eſt ſignum vini.* Falſum eſt, Prædicans, quodvis *inſigne* ſeu *ſignum* rei, conſtituere rem. Sunt enim quædam

Digitized by Google

rint; ſubſtituta in ejus loco voce *ſigni.* Accipiamus Prædicantis argumentum; & ſic ratiocinemur. Militia Chriſtiana eſt ſpiritualis; ergo caret omni ſigno, & inſigni externo; ergo & ſacramentis; quia ſacramenta ſunt quædam ſigna, imò & inſignia, externa.

Addamus & hoc ejuſdem Prædicantis non
Theſ. 14. argumentum, ſed delirium. *Si nobis colluctatio eſſet adversùs carnem & ſanguinem, tunc ſignum externum contra inſultus hoſtium nobis prodeſſet: ſed non eſt nobis colluctatio adversùs carnem & ſanguinem, ſed adversùs principes & poteſtates, adversùs mundi dominos, & rectores te-*
C *nebrarum: ergo ſignum externum non prodeſt nobis contra hoſtium inſultus.* Ergo nec Baptiſmus; quia eſt ſignum externum. Ergo nec Euchariſtia; quia eſt ſignum externum. Ergo nec oratio vocalis: quia eſt ſignum externum. Ergo nec ſcriptum Dei Verbum, quia eſt ſignum externum. Quid tibi videtur Prædicans de his conſequentiis ex tuo deliramento, ſponte ſua fluentibus? Quæ hæc imperitia eſt, dicere; nobis non eſſe *colluctationem* adversùs *carnem & ſanguinem?* Quid aliud ferè in tota epiſtola ad Romanos agit Apoſtolus; quàm ut luctam animæ cum carne & ſanguine deſcribat, & remedia præſcribat? Quæſo, an non hæc lucta expreſſit ipſi Apoſtolo lamentabilem illam vocem: *Infelix*
D *ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Angelus ille Satanæ *colaphizans*, quem abs ſe abſcedere tam enixè contendit Apoſtolus; quid indicat? An non luctam carnis & ſanguinis? Nam quod Apoſtolus alibi ait, *non eſſe nobis colluctationem adversùs carnem & ſanguinem;* id non ſimpliciter accipiendum eſt, & ruditer, more Prædicantis hujus; ſed per comparationem: nam reſpectu luctæ, quæ nobis à Dæmonibus quotidie impendet; illa carnis & ſanguinis propè nulla eſt; præſertim cùm & hæc ipſa Dæmonem plerumque, proximum & immediatum impulſorem & auctorem, habeat.

Minorem negatam acutiſſime probat noſter Prædicans. *David fuit verus miles Chriſtianus; & tamen nunquam uſus eſt ſigno Crucis: ergo abſurdum eſt dicere; nullum eſſe militem Chriſtianum, niſi qui hoc ſigno utitur.* Poterat Prædicans, acuminis augendi gratia, adjicere Abraham, Iſaac, Jacob, & ſimiles, qui hoc ſigno nunquam uſi; & tamen in hac militia fuerunt non gregarij milites, ſed præſtantiſſimi duces.

Neſcio num tam inſcitæ nugæ mereantur reſponſum. Quis enim neſcit, ſignum Crucis non potuiſſe uſurpari antequam inſtitueretur; inſtitutum autem non eſſe, niſi in G
lege Evangelica, & Chriſto in Cruce paſſo? Etſi enim fides una eadémque fuit eorum, qui ſub lege veteri & Evangelica vixerunt, omnésque merito Chriſti ſalutem conſecuti ſunt; tamen ùt Eccleſia Chriſtiana, vulgò dicitur diverſa à ſynagoga; ita & militia Chriſtiana, ab illa antiquæ legis, non injuriâ ſecernitur, non ſolis nominibus, ſed etiam ſymbolis & diſcerniculis, inter quæ non infimum S. Crucis ſignum.

Inſtat Prædicans conſueto acumine. *S. Paulus erat verus Chriſti miles; & tamen nunquam uſus eſt ſigno ſanctæ Crucis: ergo ſignum hoc non eſt Chriſtianæ militiæ ſignum:* Antecedens probat Prædicans ex epiſtola ad Epheſios; *in qua notas Chriſtiani militis Apoſtolus enumerat, nec tamen Crucis ſignum ponit.* Sed negatur delirî H
argumenti antecedens. Unde enim conſtat Prædicanti S. Paulum ſigno ſanctæ Crucis nunquam fuiſſe uſum? Nam ſi dicat, inde conſtare, *quòd hujus rei in ſcriptura non exſtet mentio:* à pueris profectò Argentoratenſibus rideretur, ſi ſaperent, & hanc tantam ſtultitiam intelligerent. S. Paulum Crucis ſignum uſurpâſſe, ùt & alios Apoſtolos, oſtendi lib. 4. de S. Cruce cap. 6. Si Prædicans contra demonſtrationes meas aliquid, quod ſolidè opponat, habet, promat; & reſpon-
ſum

Digitized by Google

Reſpondeo, negando ſequelam Majoris. Cauſa in promptu eſt; quia ſignum hoc militiæ Chriſtianæ furari poſſunt fures & latrones, proditores & prædones, qui veniunt, *ut furentur & mactent;* & hoc ſignum prætendunt, ut oves faciliùs decipiant.

Et ut ſubtilitatem argumenti ſui intueatur, iſtud ſuo planè gemellum conſideret. *Si teſſera militaris à duce, ſeu capitaneo bellum contra Turcas gerente præſcripta, eſſet verum & legitimum militiæ illius ſignum, ſequeretur omnes, qui eo utuntur, eſſe veros milites; ſed conſequens eſt falſum. Multi enim proditores & exploratores, eo interdum utuntur, ut verorum militum conſilia explorent, hoſtibúſque nuncient; imò hoc ſigno*
C *nequitiam ſuam tegunt, ne deprehendantur.* Ut arridet tibi hoc argumentum Prædicans? Tuo certè ſimillimum eſt, & ex illo ad vivum quaſi expreſſum.

Accedit, quòd ſi ratio tua adversùs ſignum Crucis aliquid concluderet; tantundem quoque efficeret adversùs Chriſtiani militis ſignum à te aſſignatum. Dicam enim tuo more: *Si ſigna à S. Paulo in epiſtola ad Ephesios enumerata, eſſent veri & legitimi militis Chriſtiani ſigna; ſequeretur, omnes, qui ſignis illis utuntur, eſſe veros & legitimos militiæ Chriſtianæ milites; Sed conſequens eſt falſum; quia omnes Hæretici utuntur ſignis ab Apoſtolo recenſitis.* Omnes enim *ſcutum fidei,* & *gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei,* inſolentiſſimè jactant, ſéque, hoc inſigni, tanquam præſtantiſſimo ſymbolo,
D ab omnibus aliis ſecerni & agnoſci clamitant. Quid ad hoc argumentum, ad imitationem tui formatum, aliud reſpondebis, quàm Hæreticos non propterea veros milites Chriſti eſſe; licèt *verbum Dei* præferant, & perpetuò ingeminent. Quod ergo tu mihi reſpondebis de tuo ſigno & inſigni; hoc à me tibi reſponſum arbitrare de meo; videlicet, non ideò præcisè aliquem verum eſſe Chriſti militem, quòd crucis ſigno utatur; quandoquidem etiam illi, qui extra caſtra Chriſti militant, hoc ſigno uti queunt; *quòd Chriſtiani ſoli cum fide hoc ſigno utuntur, & ab aliis gentibus dignoſcuntur.*

Opponit Prædicans I. *Nulla in Cruce myſteria fidei noſtræ contineri.* Quæſo te, nónne ſignum ſanctæ Crucis ſignum eſt? Nónne à te ipſo hoc nomine afficitur? Si ſignum eſt; ergo ſignificat aliquid. Dic, ſodes, quid illud? An non paſſionem & mortem Chriſti? An non crucifixionem Chriſti? An non noſtram redemptionem? An non peccati expiationem? An non chirographi, quod adversùm nos erat, obliterationem? An non alia hujus generis altiſſima & auguſtiſſima fidei noſtræ myſteria? Niſi fortè paſſio, mors, crucifixio, & alia, quæ jam percenſuimus, non ſunt, Prædicantis hujus judicio, fidei noſtræ myſteria. Sed de my- G
ſteriis, quæ crux continet, paulò pòſt plura cum Prædicante ſermocinabimur. Hic tantùm verba S. Ephræmi adſcribam ex ſermone de pœnitentia. *Duplex ineſt cruci myſterium, univerſum verò utiliſſimum, remiſſionem peccatorum continens, malitiæ interemptionem, Dei cum hominibus reconciliationem, mortis deſtructionem, & ſalutem in acquiſitionem regni; mortémque Draconis indicans.*

Secundò objicit Prædicans: *Pontificios ſigno Crucis non uti cum fide, ſed potiùs abuti.* Probat. *Nam qui dicit per hoc ſignum fiduciam remiſſionis peccatorum aſſequendæ excitari, is non cum fide, ſed potiùs cum ſuperſtitione abutitur. Pontificij hoc dicunt: ergo. &c.* Nos negamus majorem, cui quomodo fidem facies? Obmuteſcis nimirum. Rectè. Nam quò plura in hanc ſententiam effutires, hòc pluribus ab- H
ſurditatum & inſcitiarum laqueis te implicares. Quid? Túne inficiaris cruce Chriſti excitari ſpem & fiduciam impetrandæ remiſſionis peccatorum? An non Crux eſt ſignum? Si ſignum eſt, & quidem externum, oportet, ut & *ſeipſum ſenſui & præter ſe aliquid aliud menti objiciat.* Quid autem hoc *aliquid aliud*? An non paſſio & mors Chriſti? An non Chriſtus crucifixus? An paſſio & mors Chri-

Digitized by Google

[illegible] hanc inſcitiam jam antea confutavimus. Interea cum B. Damaſceno fidenter dicamus: *per crucem nos, qui fide præditi ſumus, ab infidelibus diſtinguimur atque agnoſcimur.* Hic tantùm adjungo, Hæreticum iſtum, mentem advertere debuiſſe ad verba Coſteri, qui non ſimpliciter dicit, ſignum Crucis eſſe ſignum Chriſtiani hominis; quòd eo ſoli Chriſtiani utantur, ſed quòd eo ſoli utantur *cum fide:* nempe, cum fide vera & orthodoxa. Quo pacto neque Julianus, neque alij infideles aut hæretici ſigno Crucis uſi ſunt, vel etiamnum utuntur.

Damaſcen. lib. 4. de fide cap. 12.

C

Locum illum Apoſtoli: *Mihi autem abſit gloriari, niſi in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti,* accommodat B. Ephræm ad ſignum ſanctæ Crucis. Reſpondet Prædicans, *hanc accommodationem toti textui contradicere; ac proinde Auctori ſuo non injuriâ relinqui.* Contradicit nimirum toti contextui, ſed judicio Prædicantis: & non contradicit contextui; at judicio Ephræmi, viri ſanctiſſimi, illuminatiſſimi & antiquiſſimi. Cui fidem habebimus? *Paulo propoſitum eſt*, inquit Prædicans, *à Pſeudoapoſtolis, & falſis legis zelatoribus ſe ſejungere, qui non in cruce Chriſti, ſed tantùm in carne mutilata gloriantur.* Sit ita. Hoccine abnuit B. Ephræm? An ideo Apoſtolus ſe non ſejunget à falſis & *Judaizantibus* Doctoribus, ſi glorietur in Cruce, in qua Chriſtus pro nobis eſt mortuus; & in ſigno hujus Crucis? Imò vel maximè hac nota ſe ab iſtis ſeparabit, quandoquidem vel maximè crucem Chriſti, & ſignum huius Crucis averſabantur, & ad aliud ſignaculum, nempe ad circumciſionem, confugiebant, & eò etiam Galatas traducere tentabant; tantùm ut gloriari poſſent *in* Galatarum *carne*: & ut Crucis *perſecutionem non ſuſtinerent. Mihi verò abſit gloriari*, inquit Apoſtolus, *niſi in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti.* Adeò non pudet

Ephr. ſerm. de S. Cruce.

Theſ. 20.

D

enim eſt hoc membrum: *ſeu merito Chriſti & prædicatione verbi; & cruce, tanquam redemptionis noſtræ inſtrumento, regno Dæmonis jactura & ruina allata eſt; & hodie etiam affertur.* Minorem ſic formatam libenter damus ſimul cum concluſione, quæ eſt: *Tria ergo hæc maximè odit Diabolus.* Et quamvis iſta maximè oderit; adhuc tamen verum eſt, quod B. Ignatius affirmat; nempe, nihil eſſe, quod Dæmon magis oderit, quàm crucem; quia ex pluribus, quæ maximè odimus, benè fieri poteſt, ut aliquod ex illis nobis ſit majori odio: ita ut nihil illo magis oderimus. Cur autem Dæmon nihil magis oderit quàm crucem; cauſa eſt iſta, præter alias; quia dolet ſe ligno vili, & in ſpeciem deſpicabili proſtratum, & tyrannide ſua excuſſum; quo enim quis eſt arrogantior, eò indigniùs fert, ſi abjecto modo vel medio ſuperetur. Quapropter Abimelech, faſtu tumidus, cum fragmine molæ à fœmina impacto letaliter ſauciatus eſſet: *vocavit citò armigerum ſuum: & ait ad eum: evagina gladium tuum, & percute me; ne fortè dicatur, quòd à fœmina interfectus ſim.* Non minore faſtu turgens nefarius ille ſpiritus, crucem, rem ſpecie vilem & contemptam, ſed ſibi totique regno ſuo, præter exſpectationem, planè pernicioſam; peſſimè odit, & modis omnibus averſatur.

G

Jud. cap. 9.

Deinde cauſa tanti odij eſt etiam iſta; quia crux, quam Chriſto paraverat & fixerat, in caput auctoris recidit; Dæmonem enim Chriſtus in cruce affixit, & triumphavit: quod ipſe nequaquam futurum augurabatur; & hoc per crucem Amani illius præſignificatum fuiſſe, pulchrè notavit Rupertus: nam crucem præaltam non ſibi ſed Mardochæo paraverat. In qua tamen non iſte; ſed ille interiit. *Ingens ſpectaculum*, inquit Rupertus, *& tunc erat oculis intuentium, & nunc eſt mentibus memorantium, quòd homo potens & ſuper-*

H

Rup. lib. 8. de Vict. verbi cap. 24. 25.

Digitized by Google

Dei, ut illud tollat de cordibus hominum, ne credentes ſalvi fiant. Lucæ 8. *ergo non eſt verum, quod ſcribit S. Ignatius, nihil eſſe, quod majore odio proſequatur, quàm crucem.* Pulchra argumentatio; quam ſi ego hunc in modum inverram, quid reſpondebis? *Diabolus adeò odit crucem, ut eam per Hæreticos penitus obliteratam, ejúſque gloriam planè extinctam cupiat:* ea enim de cauſa, tot convicia in crucem vomit per veteres & novos Hæreticos: *ſignum igitur eſt, Diabolum crucem mirificè odiſſe, videlicet, tanquam tormentum ſuum, & trophæum adversùs ſe à Redemptore noſtro erectum.*

C Teſtatur S. Ignatius, *Diabolum per omnes Hæreticos hoc unicè curare, ut memoria crucis aboleatur; & hos Hæreticos appellari à S. Paulo inimicos crucis.* Reſpondet Prædicans. *Quod affirmatur, non probatur.* Atqui ſanæ mentis non eſſem; niſi affirmatio S. Ignatij, qui Apoſtolos vidit, potior apud me eſſet, quàm Prædicantis inepta prorſus, & omni probatione deſtituta probatio. Quis enim iſte Prædicans, ſi cum S. Ignatio conferatur? *Theſ. 25.*

Alius, inquit, *ſtatus & ſcopus eſt S. Pauli.* Quis ille? *Eo loco agit de illis, qui non ſeriò negotium religionis agebant, & eos vocat inimicos crucis, non quòd ſignum crucis oderint, ſed quòd crucem, & afflictionem effugere ſtudeant, &c.* Mirum, ſi Prædicans iſte meliùs mentem S. Pauli aſſecutus fuiſſet, quàm B. Ignatius, qui S. Pauli ætate; miraculis & ſanctimonia in Eccleſia Dei fulſit, & ad eoſdem Philippenſes, ad quos S. Paulus epiſtolam dedit; & inſtar Pauli adversùs crucis hoſtes diſſeruit; quorum ſuo tempore non pauci caput extollere cœperant: etſi enim non negamus, S. Paulum reſpexiſſe ad crucem etiam ſpiritalem, hoc eſt, ad afflictiones & calamitates, quas iſti ſubire nolebant, amore & confeſſione crucifixi & crucis, in qua Salvator obiit; eò quòd pro Deo ventrem haberent: nil tamen vetat, quò minùs vocabulum crucis ab Apoſtolo uſurpatum, propriè quoque cum S. Ignatio accipiamus, pro cruce pri- D

Chriſti prima fuit ipſi ... perditionis cauſa: ideo & in quibuſdam hoc efficit, ut crucem negent, (non honorando videlicet crucem Chriſti, neque in ſe, neque in ſigno ſuo; neque celebrando illam, ùt Redemptionis noſtræ cauſam) *Judæis auxiliantur in cruce abneganda.* Quomodo auxiliantur, niſi adimendo cruci omnem cultum ac venerationem; uſúmque ſigni crucis, qui cultus quidam primæ crucis eſt, exterminando? non enim negârunt Judæi, Chriſto crucem fuiſſe fixam, ex certa materia compactam, ſed negârunt, crucem illam redemptionis noſtræ fuiſſe inſtrumentum honorandum, in quo veteres & recentiores Hæreticos ſuffragatores habent. De B. Ignatio ſatis. G

Conſequentia iſta Prædicantis mihi valde arridet. *S. Paulus loquitur de illis, quorum Deus venter; & qui terrena ſapiunt, deliciiſque immerſi nihil ærumnarum, pro Chriſto tolerare volunt; ergo non de illis, qui primam crucem Chriſti, ejúſque ſignum repudiant.* Quaſi verò illi, quorum Deus venter eſt, ùt Calviniſtæ, aliíque Sectarij hujus ætatis, potiſſimi non ſint, qui crucem Chriſti, ejúſque ſignum inhonorent & dehoneſtent: quia habere ventrem pro Deo, & crucem Chriſti aſpernari, minimè ſunt ex eorum numero, quæ ſimul conſiſtere nequeant. Imò ſe mutuò conſequuntur: & ex *Deo ventre* plerumque crucis contemptus naſcitur. H

Teſtimonia Patrum *de ſigno Crucis*, ait Prædicans, *non facere contra Lutheranos;* maximè illud Tertulliani, Lutheranorum conſuetudini tam conſentaneum, quàm quod maximè. *Ad omnem progreſſum atque promotum, ad omnem aditum, & exitum, ad veſtitum & calceatum, ad lavacra, ad menſas, ad lumina, ad cubilia, ad ſedilia, quacunq; nos converſatio exercet, frontem crucis ſignaculo terimus.* Hoc tertulliani teſtimonium perſpicuè pro Lutheranis, & adhuc magis pro Calvinianis facit. Quis enim neſcit, eos nul- *Theſ. 27. Tertul. de Cor. militis.*

bavit Lutherus manè quando ſurgitur, & veſperi, quando cubitum itur, ſignum Crucis formandum eſſe his adjunctis verbis: *In nomine Patris, & Filij, & Spiritûs ſancti?* Quo ſcripturæ teſtimonio probat Prædicans, ſignum Crucis uſurpandum eſſe, ut ſit commonefactio Chriſti crucifixi & profeſſio fidei? Quo duplici fine, ait Prædicans, neſcio quàm verè, à ſuis Lutheranis ſignum Crucis uſurpari. Quo teſtimonio ſcripturæ
C probat, hiſtoriæ & memoriæ cauſa, poſſe retineri in templis imagines cùm Chriſti, tum aliorum? Si igitur iſti hæc & alia absque ſcripturæ teſtimoniis docent & obſervant; cauſæ nihil habent, cur teſtimonia Patrum repudient; licèt non omnia nitantur ſcripturæ teſtimoniis: ſatis eſt, quòd ſacrarum literarum oraculis non adverſantur. *Ne transgrediaris terminos antiquos*, monet Sapiens, *quos poſuerunt patres tui*; qui, ùt inquit Damaſcenus, *ritus Eccleſiaſticos non literis ſolùm, verùm etiam inſtitutis non ſcriptis tradiderunt*.

Prov. 22. Damaſcen. orat. 1. de Imag.

Idem reſponſum volo Prædicanti ad ea, quæ poſtea diſſerit de loco illo Apoſtoli Epheſ. 3. *Ut poſſitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ ſit longitudo, latitudo, & ſublimitas & profundum:* quæ Apoſtoli verba interpre-
D tantur S. Auguſtinus, ſanctus Gregorius Nyſſenus, S. Cyprianus, Damaſcenus, & alij de S. Cruce, ejúsque myſteriis.

Theſ. 30. & ſeq.

Vide lib. 1. de S. Cruce cap. 3.

Præco dicit primò, hanc horum Patrum *expoſitionem eſſe manifeſtam textûs depravationem*. Bona ſolutio; & qua melior à Prædicante exſpectanda non erat, plena nimirum honoris & reverentiæ in tantos Patres; quibus *corrigiam calceamenti* ſolvere, non eſt dignus iſte vel quicunque alius Prædicans.

Dicit ſecundò; *ne jota quidem de Cruce in eo loco haberi*. Si loqueris de vocabulo *crucis*; fatebuntur id prædicti Patres. Si loqueris de reipſa; conſona voce id iidem Patres ne*mur*, ſemperque *diſcamus*, & *nunquam ad ſcientiam perveniamus*. Quod Sectariis noſtris contingere, omnium oculis liquet.

Sed Hæretici Iconoclaſtæ & Iconomachi veteres & recentes, jam dudum ex ſchola Patrum & conſuetudinis Eccleſiaſticæ, ſeſe foras proripuerunt. *Traditionem*, inquit Nicephorus Patriarcha Conſtantinopolitanus de crucis & imaginum hoſtibus, *quam à principio ſancta Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſia, & omnes Chriſtiani ſervaverunt, & ſervant, iſti improbaverunt & reiecerunt. Omnibus autem conſtat, quòd vetuſta & priſca Eccleſiæ traditio valentiſſima eſt, & omni demonſtratione evidentior, & firmior, ùt ſancti Patres noſtri docent, Apoſtolica oracula ſequentes; magnus enim Apoſtolus traditiones tenere jubet, quas accepiſtis, inquit, ſcripto & ſine ſcripto. Et ſi quis præter hæc evangelizat vobis, anathema ſit.* G

Niceph. in 12. cap. contra Iconomachos.

Negat Prædicans ſignum Crucis ab Apoſtolis fuiſſe inſtitutum. At Apoſtolicum inſtitutum eſſe, fusè oſtendi libro 4. de S. Cruce, cap. 6. & 7. adductis ex omni antiquitate plurimis & probatiſſimis teſtimoniis. Hic ſuum ſolenne nobis occinet Prædicans: *Nihil de hoc contineri in ſacra Scriptura.* Sit ita, quando ita vis. An ideo non proficiſcitur Crucis ſignum ab Apoſtolis? Si in ſcriptura expreſsè contineretur; jam non H
eſſet ex traditione non ſcripta, ſed ex ſcripto Dei verbo.

Theſ. 35.

Occlamabit Prædicans: *Nihil eſſe aſſerendum, quod ex ſcriptura probari nequeat.* Cur igitur tu Theſi 35. affirmas, Apoſtolos, ſymbolum, quod vulgò *ſymbolum Apoſtolorum* nuncupamus, compoſuiſſe, *& fidei articulos, antequam invicem diſcederent, in hanc brevem formam redegiſſe: ſecundùm quos & ipſi docerent, & alii omnes ſalutem ſuam agnoſcerent.* Quo ſcripturæ teſtimonio fretus hoc aſſeris? Ubi hoc ſcriptuta tradit? Monſtra, obſecro, locum. Ubi vel unum jota in totis Bibliis

nentur in ſymbolo Apoſtolorum; Trinitatem ſcilicet, Incarnationem, paſſionem & mortem Chriſti, remiſſionem peccatorum, vitámque æternam.

Theſ. 33. Occinit Prædicans. *Hoc ſine ratione aſſeri.* Quid ita verò? *Quia in ſigno Crucis tantùm ſecunda divinitatis perſona, Chriſtus videlicet, ejúſque paſſio conſideratur.* Audi Præco. Signum Crucis ſignum eſt. Nónne? Quis neget? Et quidem Chriſti crucifixi. Significat ergo paſſionem ejus, & quæ cum paſſione conjuncta. Significat itidem Incarnationem ejus; quandoquidem crucifigi non potuit, niſi carne per incarnationem aſſumpta. Jam verò hoc ipſo, quòd Chriſtum ſignificat, C ſignificat filium Dei; quia Chriſtus utique filius eſt Dei. Si ſignificat filium; ergo & patrem; quia hæc duo reciprocantur, & uno cognito, neceſſe eſt & alterum cognoſci.

Præterea, ſi ſignificat Patrem & Filium; ſignificabit etiam amorem Patris & Filii; ſignificat enim Patrem & Filium, ùt inter ſe amantes; amor autem Patris & Filii eſt Spiritus ſanctus. Significat ergo crux Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum; non quaſi Pater & Spiritus ſanctus etiam crucifixi ſiut; quod inde conſequi innuit Prædicans, ſi Crucis ſignum ſignificet etiam Patrem & Spiritum ſanctum; ſed quia ſignificat Chriſtum filium Dei crucifixum, cujus ſignificatio Patris quoque & Spiritus ſancti notionem ſecum affert, & animo ingenerat, ùt jam di- D ximus.

His adde, quòd ſignum Crucis, eſt ipſo etiam Prædicante annuente, ſignum *commonefactorium* crucifixionis, paſſionis, & mortis Chriſti; ergo & remiſſionis peccatorum & reconcilliationis humani generis cum Deo; quia tota illa crucifixio referebatur ad abolitionem & obliterationem peccati. Eſt inſuper Crucis ſignum profeſſio fidei orthodoxæ; etiam Prædicantis conceſſu. Significari à Crucis ſigno expreſſiùs ſignificari; quando quis formans Crucis ſignum, adjicit hæc verba: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti:* notius eſt, quàm ut longa explicatione egeat. Oggannit Prædicans. *Poſſe quidem myſterium ſanctæ Trinitatis conſiderari in formatione Crucis; ſed cùm ſacræ literæ nihil de hoc præcipiant, non eſſe cur multum in hac conſideratione occupemur.* Parce, obſecro, patri tuo Luthero; ſi Catholicis non parcere ſtat animus. An non præcipit ille, ut formetur ſignum Crucis hac ſanctiſſimæ Trinitatis imploratione addita: *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti?* Ubi ſcriptura præcipit, ut hoc fiat, aut ut ad hunc modum, & cum hac præſcripta verborum formula fiat? An qui verba illa pronunciat, Myſterium ſanctæ Trinitatis non conſiderat; ſi quidem ut intelligens pronunciet? An piaculo contra ſacras literas ſeſe obſtringet; ſi facta mentione filii, mentem ſuam ad incarnationem, filiíque in virginis uterum deſcenſum convertat? G

Theſ. 37.

Oggannit denuò. *Fruſtra me colunt docentes doctrinas, & mandata hominum. Matth. 15.* Cur ergo colitis Deum obſervatione diei Dominici; Paſchatis, Pentecoſtes, Nativitatis Domini, Apoſtolorum? Oſtende mihi mandatum divinum de Deo, obſervatione horum feſtorum colendo; Oſtende, inquam, præceptum divinum; ſed ex ſacris literis: quandoquidem verbum non ſcriptum præciſè repudiatis: niſi fortè arbitratur Prædicans obſervationem Paſchæ, & aliarum ſolennitatum non pertinere ad cultum, honorem & gloriam Dei: quod Hunnio placuiſſe videtur in Colloquio Ratisbonenſi. Quò ergo ſpectat hæc obſervatio? H

Dicit Coſterus. *Signum Crucis eſſe ſanctam & efficacem fidelium orationem.* Inſurgit Prædicans. *Oratio fit ore* (An nunquam oras ſola mente?) *& gemitibus: ergo non ſigno Crucis.* Sed advertere debebas, Coſterum non abſolutè affirmare ſignum Crucis eſſe oratio- Theſ. 38.

tio-

Digitized by Google

Opponit Prædicans hunc ſyllogiſmum: *Eo modo nos & noſtra Deo offerimus, & offerre debemus, quem Deus ipſe inſtituit. Atqui nec ſignum, nec lignum crucis, ſed orationem inſtituit, qua nos & noſtra Deo offerre debeamus: ergo, &c.* Probatur Minor multiplicibus ſacrarum literarum auctoritatibus: nobis ſufficit una. *Pſalm. 50. Invoca me in die tribulationis, & ego eripiam te; & tu glorificabis me.* Reſpondeo primùm, Majorem eſſe falſam, abſolutè loquendo. Cur enim non poſſem me & mea Deo offerre modo, quem ipſe
C determinatè non inſtituit, ùt genuflexione, aut corporis in terram proſtratione; aut capitis inclinatione; aut chirographo quopiam, aut aliqua alia hujuſmodi ratione. Quando Lutherani ſe & ſua offerunt Deo per preces *Avenarii*, offerúntne ſe per modum à Deo determinatè inſtitutum? Inſtituítne Deus preculas *Avenarii*?

Deinde vana eſt & minor: quia per orationem formaliter ùt talis eſt, potiùs petimus aliquid à Deo, quàm nos & noſtra Deo offeramus; ſi enim dicam: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie;* Deo me non offero; ſed à Deo neceſſarium victum peto: at ſi dicam: *offero me tibi Deus; ſuſcipe me in ſervum:* tum me offero Deo. Etſi non nego;
D in eadem verba, orationis & oblationis rationem competere poſſe; ùt patet ex poſtremo exemplo; *Suſcipe me in ſervum:* ubi & oratio & oblatio eſt; ſed diverſo reſpectu. Propterea peto à Prædicante, ut ex ſacris literis mihi demonſtret, Deum inſtituiſſe, ut nos & noſtra ſibi offeramus per orationem, non autem per ſignum ſanctæ Crucis: non enim inſtituit, ut oblatio hæc fiat per orationem, quia aliud eſt oblatio, aliud oratio: & licèt inſtituiſſet: inanis tamen eſſet hæc conſecutio: *Inſtituit Deus, ut nos & noſtra ſibi offeramus per orationem: ergo non per crucem.* Negaretur conſequentia, licèt antecedens à ve-

verbis, ut ſigno Crucis nos & omnia noſtra Deo offeramus. Apoſtolus præcepit, ut nos & noſtra omnia referamus ad divinam gloriam: modum ſpecialem nos & omnia noſtra referendi ad Dei gloriam non præſcripſit: ſed quemlibet honeſtum & licitum, Chriſtianis liberum reliquit, in modis autem honeſtis & licitis ſe & ſua referendi ad divinam gloriam; atque adeò ſe & ſua offerendi Deo, eſt etiam ſignum ſanctæ Crucis; hoc enim ſigno noſmetipſos & noſtra Deo dicamus & conſecramus; eóque actionibus noſtris præmiſſo, vel intermixto, vel G
ſubmiſſo, teſtamur, nos omnia ad gloriam Dei facere. *At S. Paulus non meminit ſigni Crucis.* Quid tum? An ideo hunc modum prohibuit? Quoties mihi hanc cantilenam recines? Nec meminit alicujus alterius particularis modi offerendi nos & noſtra Deo, & referendi ad divinam gloriam. An eam ob cauſam omnes particulares modos vetuit?

Teſtimonium illud Iſaiæ cap. 19. *In die illa, erit altare Domini in medio terræ Ægypti, & titulus Domini juxta terminum ejus, & erit in ſignum & in teſtimonium Domini exercituum in terra Ægypti;* negat Prædicans pertinere *ad imaginem vel ſignum Crucis; agi enim in eo capite de vero & legitimo Dei cultu, qui in Ægypto futurus ſit.* Nec nos abnuimus: ſed in hoc H
vero & legitimo cultu, quem Propheta vaticinatur futurum in Ægypto; continetur etiam imago & ſignum ſanctæ Crucis, & ejus pius frequénſque uſus, quam Crucis imaginem prædicit vates, ſub nomine *tituli*, erectum iri in finibus & viis Ægypti. Cruces autem in viis & terminis ſeu finibus regionum conſtitui jam olim conſueviſſe, docui lib. 2. de ſancta Cruce cap. 25. Quod & hodie apud orthodoxos uſitatum eſſe, nemo ignorat.

Digitized by Google

enim dicit: *titulum Domini* juxta terminum Ægypti conſtitutum iri in ſignum & in teſtimonium Domini exercituum in terra Ægypti. At Prædicans ait: *Hunc titulum fore in ſignum;* id eſt, *in Sacramentorum diſpenſationem: quia Sacramenta ſunt ſigna. Ergo titulus, qui eſt in ſignum; eſt titulus in Sacramentum, ſed diſpenſandum.* Ita nimirum ſcriptura accipienda eſt, ùt Prædicanti lubet; non ùt Propheta & ratio, & ipſe verborum contextus jubet.

Dicit Coſterus, Crucem valere ad fugandos Dæmones, Dæmoniſque technas depellendas. Profert multa hujus generis exem-
C pla admiratione & miraculis plena, de quibus & nos copioſiſſimè libro quarto de S. Cruce. Reſpondet Prædicans primò, *nihil opus eſſe miraculis: veritatem doctrinæ conſtare ex ſcriptura, non ex miraculis:* Quam reſponſionem extorquet ſumma neceſſitas. Probè ſcit, ſi de miraculis agatur, cum Lutheri ſynagoga actum eſſe; in qua miraculorum nulla gratia. Etſi autem veritas doctrinæ & Eccleſiæ conſtat ex ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis rectè intellectis, quia tamen Chriſtus cognitum habebat, venturos, qui arrogantiſſimè veritatem Propheticæ, & Apoſtolicæ doctrinæ ſibi arrogarent; ideo Eccleſiæ ſuæ donum curationum, & miraculorum conceſſit; ut ex hoc, tanquam ex nota quadam, colligeremus, veritatem doctrinæ ne-
D quaquam apud illos eſſe; quorum ſynagoga veritatem doctrinæ inſolentiſſimè jactat; & tamen ne claudum quidem canem ſanare, aut Dæmonem ex energumeno exterminare poteſt.

Secundò reſpondet Præco, miracula à Coſtero commemorata *non congruere verbo Dei; ſed eſſe conficta, & ſuperſtitioſa* & neſcio quid non. Agimus gratias pro doctiſſima ſolutione, mi Prædicans. Pulchrè, benè, rectè. Non potes meliùs. Quidquid de Dæmonibus ſigno Crucis fugatis, & expulſis per ſan-

etiam affecit Pomeranus, quem ob talem Satanæ contemptum, miris laudibus extollit Lutherus, & hoc ipſo Prædicantibus ad imitationem proponit, ſi quando ab incantatoribus, & incantatricibus liberari volunt.

In tribus titulis ſermonum ſympoſiacorum, ubi de *diabolo, ejúſque operibus, de Magia,* déque *tentationibus* Lutherus cum ſuis commenſalibus garrit, nulla prorſus Crucis occurrit mentio, Crucis, inquam, Dæmonis furori, technis & tentamentis objiciendæ. Nihil hoſti Crucis cum Cruce. Nova fugandi Diabolum remedia præſcribit; quæ exſcribere pudor vetat ob ſummam turpitudinem. Turpia igitur, quæ ſine rubore illini chartæ nequeunt, prætergrediamur; G
contenti uno vel altero ad riſum excutiendum accommodatiſſimo.

Audi ergo quibus armis infeſtanti ſe Diabolo occurrerit. *Si quando,* inquit, *Diabolus noctu me aggreditur, & me vexare occipit: in hunc modum illi obviàm eo. Diabole, jam debeo dormire: quia hoc eſt mandatum Dei, ut interdiu laboremus, & noctu ſomnum capiamus. Si non deſiſtat, tunc;* ſed cohibeo calamum; qui leviſſimi ſcurræ petulantiam cognoſcere avet, is non ex meo, ſed ex auctoris libro eam hauriat. *Tertiò ſi needum finem faciat, ſed me grandium ſcelerum accuſare pergat; tum contemptim exclamo. Sancte Satan, ora pro me; quia tu nihil unquam mali commiſiſti. Tu ſolus ſanctus. Ito ad Deum, & tibi ipſe impetra gra-* H
tiam: Et ſi tu me probum efficere velis; occino tibi illud: Merdice (ſic enim ſcurratur homo leviſſimus) *cura teipſum.* En graviſſimam Dæmonis depellendi rationem, omnibus antiquis Chriſtianis ignotam, præſertim S. Antonio, S. Hilarioni, & id genus aliis, quibus non modica cum turba Dæmonum aliquando lucta fuit.

Conſultus Lutherus à Patre quodam familias, quomodo domum terriculamentis dæmonum infeſtam & infeſſam, ejectis tam per-

Digitized by Google

... Potentiores, tanquam ſtupidiores, *Turcis & Papiſtis.*

Magis adhuc fugiet; ſi adjungatur cantio aliqua: *nam Dæmon admodum horret Muſicam, & cantilenas maximè ſpirituales*, inquit Lutherus: illas præſertim, quæ Stentoreis vocibus ſub initium & finem declamationum ſuarum ſectarii cantillant. Dolendum, hoc remedium procul arcendi Dæmonem, ignoràſſe duos illos *fiſtulatores*, quos Lutherus à C Dæmone abreptos abductóſque memorat. Cur fiſtulando non abegerunt Dæmonem?

Illud ex Prædicante noſtro ſcire pervelim, an veram arbitretur hiſtoriam illam de Diabolo, qui, ùt Lutherus ſcribit, operam ſuam Nobili cuidam, qui in vinculis attinebatur, liberando promiſit ac obtulit: hæc tamen priùs præfatus, vel potiùs ſtipulatus. Du muſt nicht vil für dich mit den Händen fladern, und Schirmſtreich machen, dann ich kans nicht leyden (meynete ein Creutz für ſich machen.) *Non multum debes manibus geſticulari, & quaſi in aëre velitari, quia ferre nequeo (monebat nimirum ne Crucem formaret,* inquit Lutherus.) In gratiam, opinor, hujus Dæmonis, & ſodalium ejus, qui Crucem tolerare nequeunt, tam diligenter cavit Lutherus, cavéntque Prædicantes, ne Crucem forment, quando Dæmonem ſibi præſentem D ſentiunt, ne tam charum, & amabile caput abigant.

Multa ſermocinatur Lutherus in ſympoſiacis confabulationibus de tentationibus, quas à Dæmone perpeſſus ſit: ſed ne ſemel quidem ſcribit, ſe ad hoc ſcutum fidei, ad Crucis, inquam, ſignum, confugiſſe, ut Dæmonem fugaret. Quando igitur ſe ſignavit Lutherus ſigno Crucis? Audi mira; *Non eſt mihi gratum*, inquit Lutherus, *quando Philippus intereſt meis lectionibus & concionibus. Sed ſigno me Cruce, & cogito Philippum, Jonam,*

Luth. col. loq. Convival. tit. de Miniſt. Eccleſiæ folio 194. b.

... do de miſſa cum illo, ſera ſub nocte in certamen deſcendit? Qua de cauſa conſultus ab aliis, quomodo Diabolus fugandus & exterminandus eſſet; non ſuaſit, ut nefario illi ſpiritui Crux in faciem ingereretur; Cur ipſe, cum Diabolo tot *aulicismis*, (niſi fortè mavis, nova voce, *caulicismis*) uſus eſt: & ut alii itidem uterentur, & verbo & exemplo docuit? Quos *aulicismos & ἀστεισμοὺς* ſuperiùs attigi; ſed levi manu: altiùs immittat, qui volet, ego tam civilis & aulicus G non ſum; ut hanc Camarinam movere audeam.

Fortè Lutherus, quando dixit, *Diabolum Cruce in faciem percutiendum eſſe;* non intellexit ſuum illum commenſalem, cum quo *ſalis modium* abſumpſit; ſed Ducem Georgium; ænigmatico loquendi modo illud innuens, ut, quandoquidem inclytus ille Princeps Lutheranæ petulantiæ, ſua in ditione, feneſtram aperire nolebat, ſubditi enſe viam ad *Lutheraniſmum* ſibi aperirent: & Diabolum, hoc eſt, ſempiternæ memoriæ Principem Georgium, Cruce, hoc eſt, Enſe, *in faciem percuterent.* Quod cùm non immeritò eximius ille Princeps ſuſpicatus fuiſſet; & hujus etiam ſuſpicionis publico in ſcripto ſignificationem dediſſet, Lutherus hanc à ſe ſuſpicionem viciſſim publico ſcripto amoliri conatus eſt. Sed toto ſuo conatu H nihil aliud profecit, quàm ut omnium opinionem ſtabiliret, phraſin illam de alio, ex Lutheri mente, accipi non poſſe, quàm de Duce Georgio. Ad quos enim ſcribebat? Nónne ad Lipſienſes? Nónne ad illos, qui Catholico Principi ſuo recalcitrabant? Nónne ad illos, qui Luthero jam pleni, clam palàm Orthodoxo Principi ſuo ſeſe opponebant, & ad Lutherana myſteria aditum ſibi patefieri cupiebant? generoſo animo reſiſtente generoſiſſimo Principe Georgio.

Extant hæc omnia Tomo 6. Jen. Germ. in it.

At

Digitized by Google

runt.

Redeamus ad Prædicantem, fine huic digreſſiunculæ impoſito, quam eo conſilio inſtituimus, ut oſtenderemus, mirum non eſſe; ſi Lutherani negent Cruce Dæmones pelli; quandoquidem pellendorum Dæmonum Lutherus longè aliam rationem inivit, & his diſcipulis præivit.

Dicit Coſterus: Signo Crucis excitari ſpem & fiduciam obtinendæ remiſſionis peccatorum. Contra argumentatur Prædicans conſueto acumine. *Verbo Dei excitatur ſpes & fiducia; ergo non ſigno Crucis.* Antecedens probatur ex illo Pſalm. 118. *Memor eſto verbi tui ſervo tuo, in quo mihi ſpem dediſti.* Conceſſo antecedente, negatur conſequentia, quæ æquè inepta, ac aliæ, quas hactenus Præco iſte texuit. Si antecedens ita formaret: *ſolo verbo Dei, eóque ſcripto* (ſic enim Prædicantes intelligunt) *excitatur ſpes & fiducia noſtra: ergo non ſigno Crucis;* tunc diſertè negaretur antecedens. Vix vidi Prædicantem tam inſulſum, qui adeò non advertat, quid conſtanter affirmare debeat; etſi, ne debita laude bene meritum defraudem, admodum conſtanter delirat. Quis tam ſtolidus eſt, qui ſigno vel imagine Crucis, Chriſti crucifixi, & mortis pro nobis peccatoribus obitæ monumento, non videat ſpem remiſſionis malè commiſſorum, in quovis Chriſtiano pectore excitari poſſe; quandoquidem tota illa paſſio & crucifixio alio fine, & conſilio ſuſcepta non fuit, quàm ut genus humanum remiſſionem peccatorum conſequeretur? Et quid aliud facit Prædicans, quàm quòd lectori ſuo nebulas offundit, dum non intellectas ſcripturæ ſententias agglomerat, inde probare volens, cruce non excitari ſpem & fiduciam noſtram? Quid enim vult ſibi illud Dei apud Prophetam effatum? *Vivo ego, nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur, & vivat.* Quid inde inſers? An hoc? *Ergo Crux non exſuſcitat in Chriſtianorum animis ſpem & fiduciam.* Impoſtor. Quo-

Ezech. 33.

C

D

te ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Ubi magis invitat nos Deus ad ſe, quàm in Cruce; manibus non tantùm expanſis, ſed & ut expanſæ maneant, affixis & transfixis? quam invitationem plenam conſolatione, vel maximè imago ſignúmque Crucis mentibus noſtris ſubjiciunt. Et tamen hæc & ſimilia loca audet Prædicans contra ſignum Crucis producere, quaſi nos ad benè de ſalute noſtra, & remiſſione malè commiſſorum ſperandum per imaginem aut ſignum Crucis excitari non poſſimus.

Ait Coſterus. In templis Cruces erigi, ut ſciamus, per Crucifixum omnia petenda & impetranda. Hinc in Sacramentis omnibus Cruces adhiberi, ut intelligamus, omnia virtute Crucifixi nobis donata & impetrata, quæcunque petuntur. *Nihil contra nos,* inquit Prædicans. At contra Calviniſtas hæc ſpicula tendunt, ſi minùs contra vos. Et quomodo non contra vos? An omnibus Sacramentis Cruces adhibetis? Adhibetíſne Cruces veſtræ *Euchariſtiæ* ſeu *cœnæ*? Legi nuper Agendam Rotenburgenſem Lutheranam; nihil Crucis in *veſtra cœna* apparet: & Lutherus in *parvo Catechiſmo* tradens confitendi & abſolvendi modum, de Cruce magis mutus eſt, quàm *Mutius*. In baptiſmo ſunt, qui *baptizandi* frontem Cruce inſigniendam præcipiant: ſed addunt, *morem hunc ex ſcriptura non poſſe probari.* Quo ipſo indicant, negligendum: quandoquidem in his nihil agendum, *niſi quod ſcriptura præcipit,* juxta axioma Lutheranum; quo tantùm effectum eſt, ut multi ex ſectariis Crucis ſignum, & exorciſmum in baptiſmi adminiſtratione omittant, & ſecùs agentes falſis verſiculis irrideant.

Ergo Cruces pingit primùm, exſufflátque potenter
Dæmonas, & trucibus mandat diſcedere verbis.

Quomodo igitur nihil contra vos Lutheranos, quæ Coſterus ſcribit? *At habetis imagines*

Vide lib. 4. de S. Cruce cap. 12. & ſeq.

G

H

Digitized by Google

ſcha, duæ in Rogationibus, duæ in die Aſcenſionis Domini ferebantur, decem per totum. Erat & una crux tanta longitudinis, ùt totum brachium magni viri; in qua erant Sanctorum Reliquiæ multæ & magnæ: (num etiam in veſtris crucifixi imaginibus?) *In medio verò continebat de ligno Dominicæ crucis ad quantitatem digiti, ad longitudinem verò palmæ virilis, veſtita erat hæc crux auro puriſſimo, & gemmis precioſis & multis.*

Erat & alia crux lignea auro optimo veſtita, in qua imago erat aurea Domini crucifixi, quæ imago cujuslibet communis hominis magnitudinem excedebat, concava, ſed multùm ſpiſſa, cujus C *venter plenus erat reliquiis & gemmis precioſiſſimis. Dicebatur autem nec Romanum Imperium meliores habere. Hæc crux poterat diſſolvi membratim in juncturis, primò in talo, in genibus, in femore, in cubito, in manibus, in collo, ubi corpori inhærebat: cætera pars corporis, dorſum ſcilicet & venter, pariter cohærebant, &c. In hujus imaginis capite, loco oculorum, erant duæ gemmæ, quas carbunculos vocant, tanta magnitudinis, ùt duo vitelli ovorum: qui in tenebris coruſcabant: huic cruci inſcriptus erat verſus iſte:*

Auri ſexcentas habet hæc crux aurea libras.

Et nota, quòd una libra habet duas marcas auri: ſic ergo erant mille & ducentæ marcæ auri probatiſſimi. Nec ſilendum arbitror, pro ſpeciali hujus auri examinatiſſimo valore, crux ipſa proprio nomine cenſebatur: vocabatur autem Benna. D *Unde ſi marca auri,* inquit Spiegelius, interpres Ligurini, *valeat LXX. florenos Rhenenſes, ùt olim: ſic valuit crux Benna LXXXIV. millia florenorum. Si valeat, ùt nunc, florenos Rhenenſes LXXV. ſumma valoris erit: centum & ſeptendecim millia.* Hæc iſti, ad quæ mirum, ni Prædicans, præ ſtupore, cum Luthero cruce ſeſe conſignans, admirabundus, imò & indignabundus exclamet: *Quis neget hoc nimium? Ut quid perditio hæc, poterat venundari, & dari pauperibus* (Prædicantibus) qui-

Spieg. in lib. 1. Ligur.

ἱερόσυλος ὁ τοιοῦτος ἐπιτιμηθήσεται. τῷ γὰρ πυρὶ δοῦναι τὸ τίμιον ξύλον πρὸς τὸ λαθεῖν τὴν ἱεροσυλίαν ἐποίησεν. *Talis reus eſt ſacrilegij; & ùt ſacrilegus punietur.* (Væ Prædicantibus, qui tot aureas & argenteas crucifixi imagines furati ſunt) *flammis enim venerandum lignum tradidit, ùt ſacrilegium occultaret.* Hæc παρέργως.

Ad Prædicantem, qui Coſterum contradictionis arguit. *Hic enim ait Coſterus; omnia per crucifixum petenda & impetranda: alibi ſcribit: ſanctos eſſe amandos & metuendos; laudandos & rogandos, tum ut pro nobis apud Deum intercedant, tum ut ipſi nobis opitulentur: Quomodo hæc inter ſe cohærent?* quærit Prædicans. G Bellè, mi Prædicans: nam quòd ſancti nos audire, nobiſque opitulari queunt; id per Chriſtum, ejúſque ſacratiſſima merita habemus; ſicut & hoc, quòd nos Sanctos invocare, & ope illorum ſublevari & adjuvari poſſumus; omnia hæc ſunt beneficia Chriſti Redemptoris; & quidquid horum petimus; per Chriſtum Chriſtóque nixi & freti petimus; & quidquid impetramus, etiam per Sanctos; id per Chriſtum, Chriſtíque meritum impetramus: qui Sanctis hoc poſſe dedit. Ubi nunc contradictio tua Prædicans?

Sacramenta ſanctificari per ſignum Crucis: H aſſerit S. Auguſtinus. Reſpondet Prædicans: *Chriſtum eſſe majorem Auguſtino.* Quis hoc ignorat? *Chriſtum autem non dixiſſe, Sacramenta per ſignum crucis ſanctificari.* Unde ſcis, Chriſtum hoc non dixiſſe? An quia non ſcriptum eſt? An nihil unquam dixit Chriſtus, niſi quod in Scripturam relatum? Quàm parùm omnia facta Chriſti ſcripta ſunt: tam parùm omnia dicta ejus ſcripta ſunt. Deinde, licèt hoc non dixiſſet *immediatè*, per ſe; ſatis eſſet, eum hoc dixiſſe *mediatè*, nimirum per Apoſtolos, & per Doctores Eccleſiæ, inter quos etiam S. Auguſtinus haud poſtremo loco conſiſtit: de quibus jam olim pronun-

 ciavit

[illegible] Affirmat Coſterus, Crucem cum gallo, in vertice turrium, eſſe ſignum inſtrumentale, reducens in memoriam pœnitentiam S. Petri, qui ad galli cantum evigilavit, & ad ſe rediit: & ope & gratia Chriſti mox crucifigendi, ex barathro perditionis emerſit. Occurrit Prædicans; Petrum *non fuiſſe converſum viſa cruce.* Num hoc Coſterus aſſeruit? O plumbum, & ſi quid plumbo gravius.

Crucem eſſe ſignum *commonefactorium* crucifixi Chriſti, ejúsque paſſionis & mortis,
C non inficiaberis, opinor, niſi ſolita conſtantia inficiari velis, quod jam ſæpius conceſſiſti. Erit igitur etiam eadem crux ſignum *commonefactorium* crucifixi pro peccatis noſtris Chriſti, licèt in vertice altiſſimæ turris collocetur; quia altitudo non tollit, niſi fallor, rationem ſigni. Ergo viſa cruce regredi poſſum in memoriam Redemptoris mei, & excitari ad ſpem veniæ, & ad ſalutarem delictorum expiationem.

Quod attinet ad gallum, vix credo te tam hebetem fore, ut æreum, vel æneum, vel pictum, vel ſculptum gallum gallinaceum, neges eſſe imaginem vivi galli gallinacei.
D Cùm ergo, qui in turribus Eccleſiarum galli effigiem conſtituunt; velint illam eſſe repræſentationem & ſignum inſtrumentale ejus, quod cum Petro in peccatum lapſo, & à galli cantu ad amariſſimas lachrymas excitato contigit; neceſſe eſt, ut qui effigiem illam galli intuetur, in memoriam revocet Petri caſum, ejúsque pœnitentiam, & pœnitentiæ modum ac rationem: talíque exemplo etiam ad ſpem veniæ, & ſalutiferam malè commiſſorum deteſtationem exſtimuletur. Nec refert, quòd multi non excitantur viſo hoc ſigno; quia hedera appenſa non ideo non eſt ſignum vini vendibilis: quòd aliqui, eâ viſa, non inducuntur ad emptionem vini; nam vel ſigni rationem non intelligunt: vel licèt intelligant, liberum tamen illis eſt, agere quod lubet: nec imperi-

[illegible] in nobis accendat; Conſule, oro, ſenſum communem; ſi tamen necdum omnem funditus amiſiſti. Nequeuſquam in verbo ſcripto præcipitur, ut ſolo verbo ſcripto ſpem vitæ æternæ in nobis excitemus: aut ſi ſcriptum eſt, monſtra, ſodes, locum?

Quàm multi, clamat Prædicans, *in Papatu hac oblatione ſigni Crucis impediuntur, ut non in prototypum, Chriſtum ſcilicet, ſed in ipſum Crucis lignum fiduciam collocent.* Nulli omnino, mi G
Prædicans, nulli: Nemo ſpem ponit in ligno aut ſigno Crucis, ſed per ſignum, aut lignum crucis, tanquam per ſignum inſtrumentale, quivis pius & cordatus excitatur, ut in crucifixo ſpem ponat, ſeque in ſinum illius totum quaſi proiiciat. Et licèt quis in ligno aut ſigno Crucis ſpem poneret, id tamen minimè faceret ſejuncto prototypo, hoc eſt, Chriſto, ſed in hoc quidem tanquam in cauſa primaria, & per ſe, ſpem ſalutis collocaret; in ſigno autem Crucis per accidens tanquam in crucifixi imagine & repræſentatione; qua ratione aliquatenus cum prototypo unum eſt.

Mirabilem fabricat nobis Prædicans iſte
adversùs Coſterum conſequentiam. Ait H
Coſterus, crucem moribundo proponi, ut de meritis ſuis diffidens, ſpem omnem ſuam in crucifixo ponat. Oggerit Prædicans. *Hinc ſequi, quòd quis & meritis ſuis fidere, & tum non ita anxiè, quando confidit, ad crucifixum confugere debeat.* Iterum nec ſua, nec Coſteri verba ineptus Prædicans intelligit. Si ſuis meritis diffidere debet; qua ratione, oro, ſequitur, eum meritis ſuis fidere debere, & ſic minùs anxia mente ad crucifixum accedere? An *diffidere* & *fidere* meritis tuo in Calepino unum idémque ſignificant? Sed video, ubi te calceus urat; quando Coſterus dicit, hominem, dum in ſuprema illa lucta imaginem crucifixi contemplatur, *diffidere* debere ſuis meritis; indicat, eſſe aliqua hominis merita. Hoc ferre nequit Lutheranus

Præ-

Digitized by Google

[...] in juſtificatione ſua & converſione nihil penitus agere; quod quàm probè concinat cùm aliis, tum illi exhortationi divinæ: *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos*: nemo non videt; præter cæculos Lutheranos.

Dicit Coſterus, Crucis conſpectu excitari in nobis charitatem erga Deum, quia renovatur memoria Dominicæ paſſionis. Quid Prædicans? Solitâ lyra delirans, *charitas*, inquit, *excitatur partim mandato & exemplo Domini; partim ſpiritali conjunctione, qua per fidem unum corpus cum Chriſto ſumus.* Sit
C ita. Quid infers? *Ergo non per crucem ſeu conſpectum crucis*, Negatur conſequentia. Plura ſunt charitatis erga Deum excitandæ media, inter quæ crux; & quidem adeò perſpicuè, ut ne ipſum quidem Cacodæmonem id inficias ire arbitrer, quidquid miniſtri ejus & ſatellites Prædicantes, odio crucis, deblaterent: quis enim Chriſtianus tam ab omni ratione deſertus eſt, qui non evidenter cernat, crucem eſſe aptiſſimum medium ſuſcitandi in nobis charitatem erga Deum; cùm ſummam Dei in nos charitatem oculis noſtris tam evidenter obiiciat? Si quis ex naufragio aut incendio te liberâſſet; & poſtea modum liberationis tuæ in tabella accuratè efformatum intuereris; nónne in liberatoris tui amorem exardeſceres? Nónne toties gratias ei perſolveres, quoties
D attenta mente picturam illam contemplareris? Nónne rideretur ſibiliſque exploderetur, ſi quis tam ſtultus foret, qui diceret, hujusmodi tabellam non eſſe accommodatum charitatis ciendæ & inflammandæ inſtrumentum?

Pari inſipientia, vel potiùs hoſtili animo, adversùs Crucem, negat Prædicans, Cruce *nos ad imitationem Crucifixi incendi, juxta admonitionem S. Pauli Hebr. 12. Aſpicientes in auctorem fidei*, & *conſummatorem Jeſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit Crucem.* Ait Prædicans: ergo & crux nobis proponitur: Vult enim Apoſtolus, ut intueamur in Chriſtum. Sub qua ratione? *Quatenus propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem.* Ergo in Chriſtum crucifixum intueri jubemur; ergo & in crucem ejus. Quis autem aptior modus, ut animo in Chriſtum crucifixum intueamur, quàm ut priùs in imaginem crucifixi intueamur. Hæc enim & ſeipſam ſenſui; & præter ſe aliquid aliud, nempe Chriſtum
crucifixum, menti offeret. Si dicas; *Jubemur intueri in Chriſtum crucifixum; ſed non per externam imaginem Crucis*; jam vel pueri in plateis Argentinenſibus te exſibilabunt. G

Addit Prædicans: Apoſtolum quaſi in hunc modum argumentari. *Si Chriſtus filius Dei, Magiſter, caput & dux noſter, non abhorruit ab ignominioſa morte Crucis, multò minus nos diſcipulos ejus, perſecutionem & miſeriarum pudere debet, quas propter Chriſtum ſuſtinemus.* Non inficiamur, hanc poſſe eſſe mentem Apoſtoli. Sed ut nobis hujusmodi mens pro Chriſto ærumnas patiendi ingeneretur; perquàm accommodatum inſtrumentum eſt ſignum Crucis; quo viſo, nobiſcum ratiocinamur eo modo, quo tu Apoſtolum ratiocinari dicis. Quemadmodum, ſi quis beniſſimi Principis labores pro Republica exanclatos in tabula quapiam depictos conſpicetur; è veſtigio ſic argumentari poteſt ab H
externo illo ſigno excitatus: Si princeps meus tam bonus & clemens, qui eſt Dux noſter & caput, tantos labores pro me & aliis fert, minimè decet, ut nos ſubditi moleſtias & labores fugiamus, vitámque in otio deſides tranſigere appetamus.

Uſum Crucis in Sacramentorum adminiſtratione, etiam baptiſmi, & in ſupplicationibus Chriſtianorum, ridet Prædicans *tanquam meras traditiones, ſine mandato & verbo Dei.* Vides igitur, quod initio dicebam, iſtos, ſignum Crucis, ne in baptiſmo quidem

Digitized by Google

modi uſus nec ex ſcripto nec ex tradito verbo Dei manaret; ſed totus Jure humano niteretur, an ideo illicitus foret? An ideo verbo divino repugnaret? Non omnia mandata humana divino verbo adverſantur; nec omnis doctrina humana divinam evertit. Etiam id, quod humanum eſt, poteſt eſſe divino conſentaneum; ſicut & divinum humano.

CAPUT XVIII.

C *Quid reſpondeat Prædicans ad teſtimonia Scripturæ & Patrum pro uſu & præſtantia ſigni S. Crucis.*

IN refellendis iis, quæ Coſterus pro ſigno S. Crucis profert ex figuris ſcripturæ, & ex S. Patribus, agit Prædicans noſter egregiè perſonam Judæi & Hæretici impoſtoris. Judæi quidem, quatenus figuras veteris Teſtamenti, ùt *ſanguinem Agni Paſchalis poſtibus illitum*, & *manus Moyſis* pro Iſraële contra Amalecitas pugnante expanſas: & *Tau* illud apud Ezechielem: & locum Abacuc capite 3. *Cornua in manibus ejus:* & locum illum Davidis: *A cornibus unicornium humilitatem meam*: negat ad Crucem

D pertinere. Ubi odio Crucis, quam nullo typo præſignificatum diſcupit, inſigniter Prædicans *Judaizat*.

Vide lib. 1. de S. Cruce cap. 43. & multis ſeq.

Si obiicias; vetuſtiſſimos & ſanctiſſimos Patres, has & ſimiles figuras, vel hæc & ſimilia ſcripturæ loca, explicare de imagine & ſigno Crucis. Reſpondet Prædicans, *Non attendendum eſſe; quid dicat S. Auguſtinus, quid S. Cyprianus, quid Tertullianus, quid alij plurimi, probatiſſimi & ſpectatiſſimi Doctores: ſed quid dicat verbum Dei;* hoc eſt, Lutheri vel Calvini; hoc enim verbum, per *Dei verbum* intelligit: planè Judæorum more; quibus ſi obiicias evidentiſſima de Chriſto ſervatore noſtro oracula; negant ea ullo modo ad Redemptorem noſtrum ſpectare. Si profe-

Iconoclaſtas fortiſſimè dimicavit; & cujus notæ eſſent, penitiſſimè exploratum habuit.

Doctoris Henrici Caniſſ.

Principio igitur veteres Iconomachi *traditionem, quam à principio ſancta Dei Catholica & Apoſtolica Eccleſia, & omnes Chriſtiani ſervaverunt, & ſervant, improbaverunt & rejecerunt.* Idem faciunt noſtri. Teſtis vel iſte noſter Prædicans.

II. *Sanctas & œcumenicas ſynodos abiecerunt:* quod de ſingulis, uſque ad ſua tempora celebratis, oſtendit per inductionem Nicephorus: de ſeptima quid ſenſerint, ſic nobis exponit. G *Sanctam œcumenicam ſeptimam ſynodum, Niceæ ſecundò habitam, rejiciunt, quæ canonicè & divinè coacta eſt, conſidentibus reliquis Apoſtolicarum ſedium præſidibus, &c.* Idem genius noſtris ſectariis. Si quid ex ſynodis proferas, quod ad eorum palatum non faciat; mox vociferantur; eſſe *Doctrinam humanam, ſine mandato Dei, ac proinde rejiciendam.* In ſeptimam verò ſynodum, etiam plauſtra conviciorum & maledictorum, jactant ob Crucis & imaginum venerationem aſſertam.

III. *Negata fide Chriſtianorum omnis maculæ experte, & repudiata antiqua traditione, templa veneranda funditus demoliti ſunt* (idem fecerunt Lutherani & Calviniani) *aras everterunt.* (idem H etiam noſtri) *indumenta ſacra in medio foro incenderunt, & reliqua vaſa ſacra comminuerunt* (& nos quoque, reſpondent Lutherani & Calviniani) *cum quibus crucem Chriſti & Dei noſtri protriverunt & diſſipârunt* (Cruces enim efformatæ erant in illis ſacris indumentis & vaſis) *pejora quàm Judæi & gentiles auſi in fidei noſtræ ſigna* (in crucem & imagines) *quæ quidem à principio pii Imperatores & ſacerdotes, aliique Dei amatores, deſiderio & fide in Chriſtum fecerant, & ei obtulerant.*

IV. *Auctores item & duces fuerunt mutilandi membra Chriſtianorum, & ſanguinem eorum fundendi, & ut cædes novæ & inopinatæ fierent, & vincula, cuſtodiæ, fames, exilia, & publicationes bonorum,* (agnoſcitis, opinor, vos, ô Cal-

Digitized by Google

… adjuncti & alienati ſunt. Omnia hæc Calvinianis & Lutheranis *quarto modo* propria ſunt, ut proinde neceſſe ſit antiquos illos *Copronymianos* & *Caballinos* Stauromachos & Iconoclaſtas, noſtróſque hodiernos ex eodem luto à neſcio quo Prometheo compactos & coagmentatos eſſe.

VII. Veteres Iconomachi fuerunt Ubiquiſtæ, hauſta Ubiquitatis doctrina partim ab Euſebio Pamphili Ariano, qui, ùt Nicephorus Patriarcha Auctor eſt, & in ſeptima quoque ſynodo traditur; in epiſtola ad Conſtan-
C tiam Auguſtam, Licinii conjugem, ſcripſit, Chriſtum ſecundùm humanitatem *eſſe incircumſcriptum:* partim à Manichæis, quorum dogma erat, teſte Nicephoro, *incircumſcriptum eſſe Chriſtum ſecundùm humanitatem*. Gaudete Lutherani Stauromachi & Ubiquiſtæ. Inſignes ubiquitas veſtra parentes habet; inſignes aſſertores: Copronymianos videlicet ſectarios, Euſebium Arianum & Manichæos, qui primi hoc *Ubiquitatis* monſtrum orbi pepererunt. Eat nunc Catholicæ fidei ferventior propugnator; & Iconomachis Lutheriſtis novitatem objiciat, quod ad Ubi-
D quitatis dogma attinet. En quàm antiqui ſunt *Ubiquetarii*. Miror autem Calviniſtas, cur ùt contemptionem imaginum à Copronymianis Iconoclaſtis acceperunt; ita non pari modo, Lutheranorum more, ab iiſdem acceperint *Ubiquitatem*; utramque enim pari alacritate & munificentia offerunt.

VIII. Poſteriores Iconoclaſtæ; tempore ipſius Nicephori Patriarchæ, cæteras imagines averſabantur & execrabantur, Crucem verò, non tantùm in templis tolerabant, ſed & colebant; de quibus alibi fuſiùs actum, quorum in agendo, inconſtantiam, inconſiderationem & cœcitatem cùm aliàs, tum in *decem capitibus* Patriarcha Nicephorus eleganter redarguit: perſpicuè demonſtrans, … *do unus Diabolus alterum vexat, & ludificat.* Diabolus nimirum Lutheranus Diabolum Calvinianum, vel Copronymianum & *Caballinianum*.

de Magia fol. 219.

IX. Objiciebant veteres Iconoclaſtæ. *Non juſſiſſe Deum, ut veneremur imagines.* Idem noſtri perpetuò cantant. Reſpondet his verbis Nicephorus. *Quid igitur? Si quid dictum eſt à Deo, hoc faciendum & honorandum eſt. Si quid autem non juſſit, non eſt hoc accuſandum, & ſine honore relinquendum. At ſi quid prohibitum & vetitum eſt, hoc fugiendum eſt. Quæ enim prohibuit, etiam odit. Quæ autem non prohibuit, neque nobis, quin ea honoremus, neceſſariò negabit: aut honore & veneratione indigna exiſtimabit.* G

Quæ deinceps Nicephorus diſſerit, propriè ad illos Iconomachos diriguntur, qui crucem recipiebant, & colebant, non autem alias imagines. *Si enim ita eſſet*; hoc eſt, ſi nihil faciendum eſſet, niſi in Scriptura à Deo præceptum eſſet; *neque Crucem veneraberis. Ubi enim habes vocem de hoc?* aut *de veneratione Evangeliorum? Quare imaginem inhonoras? Quia non dixit Deus, ut honoremus. Non dixit Deus; at dixerunt Patres, Quid de arca, de tabulis à Deo ſcriptis, & de propitiatorio dices? Nunquid de his docuit? Nequaquam.* H *Unde tibi veneratio ſacrorum Evangeliorum, Crucis, ſacrorum vaſorum & venerandarum veſtium? Quòd ſi hæc veneraris ſine doctrina Patrum, venerationem quoque venerandarum imaginum admittes. Aut ſi has improbas, quia non extat de hoc vox Dei, omnium, quæ veneranda ſunt, ratio effluet & evaneſcet.*

Hæc contra ſui ævi Iconomachos Nicephorus, quæ in noſtros directè non valent; quandoquidem negant, Crucem, aut ullam aliam imaginem cultu religioſo colendam eſſe; quòd non Præcipiatur à Deo Poſſumus tamen adversùs Lutheranos ratio-

 nem-

Epiſc. Ebroicenſ. cum Pleſſæo. pag. 131. Objecit Reverendiſſimus Ebroicenſis Epiſcopus: *Nuſquam dicere S. Cyrillum, Chriſtianos nec adorationem, nec reverentiam ſigno Crucis deferre.* Reſpondit Pleſſæus, *hæc ipſa quidem verba in Cyrillo non reperiri, ac ſe propterea ad ea characterem contextus, non citationis adhibuiſſe, ſenſum tamen eorum reperiri,* Contrà retulit Epiſcopus Ebroicenſis: eum pag. 89. charactere non contextus, ſed citationis illa citaviſſe, cùm his verbis uteretur. *Et Cyrillus* C *ad ſimilem Juliani objectionem ſimpliciter reſpondet, Chriſtianos ſignum Crucis nec adorare, nec honorare.* Cæterùm nec verba, nec loci iſtius ſententiam in S. Cyrillo reperiri.

Reſpondit Pleſſæus, *reperiri. Nam cùm Julianus Chriſtianis objeciſſet, ipſos Crucem adorare: non reſpondit verum eſſe, ipſos adorare; quod ſine dubitatione facere debuiſſet, ſi eam Chriſtiani adoràſſent.*

Verùm contra hoc Calviniſtæ reſponſum rectè oppoſuit Reverendiſſimus Præſul: non eſſe bonam hanc conſequentiam. *Juliano Chriſtianis cultum & adorationem Crucis exprobranti, non reſpondit Cyrillus, Chriſtianos Crucem adorare; ergo Chriſtiani non adorabant Crucem?* Chriſtianos enim in reſponſionibus ſuis ad gentiles, de rebus, quæ his occaſionem aliquam replicandi dare poſſent, quàm parciſſimè fieri poſſet, locutos fuiſſe. Nec immeritò addidit idem Antiſtes: potiùs contrarium ex Juliani facto, & ex Cyrilli reſponſo ſequi: longè enim veriſimilior eſt hæc conſequentia; *Julianus objiciebat Chriſtia-* D *nis Crucis cultum & adorationem; ergo Crucem colebant & adorabant:* Probatur conſequentia: Quia ſi Chriſtiani Crucem non coluiſſent & adoràſſent; & ſi hoc, ùt noſtri Hæretici contendunt; illicitum eſſet, tunc Cyrillus diſertè negàſſet, Chriſtianos Crucem colere; & hanc calumniam (ſi calumnia fuiſſet) à Chriſtianis repuliſſet; ſicut repulit alias, quibus Julianus Chriſtianos mendaciter inſectatus eſt: ſed tantum abeſt, ut S. Cyrillus hanc Juliani objectionem amoliatur, aut amoliri [illegible] ea enim de Cruce diſſerit, quæ competere non poſſunt in Crucem, niſi fateamur eam honore & adoratione dignam eſſe, & ùt digna erat; ita quoque à Chriſtianis honoratam & adoratam eſſe: non enim tractàrunt aliter Crucem, quàm pro dignitate ejus.

Quid ergo S. Cyrillus? Expendamus verba illius: ut tum Calviniſtarum, tum etiam Lutheriſtæ Prædicantis, (contra quem dimicamus) tergiverſatio, vel potiùs improbitas, dilucidior evadat. Cùm Julianus exclamàſſet *O miſeri homines, cùm ſerventur arma, quæ magnus demiſit Jupiter, hoc eſt, Pater Martis, pignore data, non verbo, ſed re, quòd civitatem noſtram perpetuò protecturus ſit, ceſſatis adorare & colere? Et interim Crucis lignum adoratis, imagines illius in fronte, & ante domos pingentes, &c.* G Subjunxit S. Cyrillus. *Miſeros eſſe dicit, quibus cura eſt ſemper, & domos, & frontes ſigno pretioſæ* (τοῦ τιμίου σταυροῦ *venerandæ*) *Crucis ſignare; abſque labore demonſtrabimus, ejuſmodi ſermones à malis cogitationibus profectos, extremam ſapere imperitiam.*

Ubi nota primò, Calvinianos, qui formationem ſigni S. Crucis in Orthodoxis irrident & ſubſannant, *extremæ imperitiæ* à S. Cyrillo accuſari. Secundò, iiſdem eandem notam inuri, quòd imagines ſanctæ Crucis aboleant & explodant. Tertiò, Calvinianos Diabolo plenos hæc talia, adversùs ſignum H & imaginem Crucis effutire; nam de Juliano, cum quo in eadem navi navigant Calviniſtæ, hanc ſententiam tulit S. Cyrillus. *Qui iſta ſic ſe habere ſuſpicatur, & impudens ac nefarium os contra eminentem Salvatoris noſtri gloriam dilatat, à maligno adverſarióque Dei ſpiritu, à me minimè denegabitur eſſe arreptus.* At non tantùm ille os contra majeſtatem Chriſti aperit, qui eum contumelioſè *monſtrum Judæum* appellat; ſed & ille, qui ejuſdem Crucem, quoquo poteſt pacto, cum Juliano everſum tendit; ùt faciunt Calviniſtæ.

Quartò,

Digitized by Google

norem crucis redundare videbant.

Nunc iterum loquatur S. Cyrillus. *Univerſorum Salvator ac Dominus, quamvis potuiſſet in forma cum Patre omnibus modis æquali agere, & in divinitatis ſolio conſidere, non rapinam tamen arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſeipſum humiliavit, formam ſervi accipiens, contemptáque ignominia crucem ſuſtinuit, ut corruptionis aboleret potentiam, unus pro omnibus mortuus & excitatus, ut à mortis laqueis humanum eriperet genus; ut tyrannidem peccati, quod in nobis*
C *dominatur, deſtrueret; ut legem in membris corporis ſævientem ſedaret, & ſpiritales faceret adoratores, mortuúmque in nobis faciens ſenſum carnis, filios efficeret Dei eos, qui in ſe crediderunt, & ſanctificaret per ſpiritum, ut tyrannide in omnes ſpoliaret Satanam malorum auctorem, & letiferam beſtiam, ac malignas virtutes, quæ ſub illo ſunt, quas Calumniator noſter* (Julianus) *gentium Principes, & tutelares Deos nominat. Hæc omnia recordari nos facit ſalutare lignum,* (obſerva Calviniſta, obſerva Lutheraniſta) *& ſuadet, ut cogitemus, quod divinus Paulus ait: Unus pro omnibus mortuus eſt, ut viventes non ultrà ſibi ipſis vivant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit.*

Qua igitur fronte negat Lutheranus Præ-
D dicans, in ſigno & imagine Crucis, grandia myſteria contineri; cùm nobis omnia illa, quæ jam percenſuit S. Cyrillus, in memoriam reducat? Qui Julianum his tandem verbis affatur. *Viſne, ut lignum, quod nos ad recordationem omnis virtutis inducit, abjiciamus, & relinquamus, puerisque & mulierculis tua proponamus?* (Deorum nimirum Dearúmque imagines, de quibus paulò antè multa dixerat ſanctus Cyrillus.) Ecce teſtimonio S. Cyrilli, imago crucis ad recordationem omnis virtutis nos inducit; & quommodo ex ſententia ſancti Cyrilli crux non eſt colenda & ad-

ſertum eſſe ſcriptoribus, qui cultum & adorationem crucis adſtruant: quod in libro Colloquii illius, productis aliquot Patrum teſtimoniis, oſtenditur.

Poſthæc cœpit Pleſſæus extra oleas ſaltare, & à S. Cyrillo, de quo tota quæſtio & controverſia erat; ad Minutium Felicem, & ad S. Ambroſium deſultoria levitate tranſcurrit, quem tamen doctiſſimus Præſul inſecutus ad lineam retraxit: poſtulans, ut vel hanc, vel ei æquipollentem propoſitionem in S. Cyrillo oſtenderet: *Chriſtianos nec adoratione, nec reverentia ſignum Crucis afficere.* G
Ubi Calviniſta novam elabendi rimam, ùt putabat, nactus, dixit: *S. Cyrillum dixiſſe, Chriſtianos nec adoratione, nec reverentia ſignum Crucis afficere, quando Juliano, quòd crucem adorarent, exprobranti, reſpondit; Chriſtum veniſſe, ut ſibi ſpirituales adoratores faceret; & notate, inquiebat Pleſſæus,* adoratores ſpirituales, *& non*, adoratores lignorum aut lapidum.

Huic ſtrophæ è veſtigio occurrit Epiſcopus: locum illum de ſpiritualibus adoratoribus, non intelligi de adorationis objecto: ſed ad conditionem adoratorum exprimendam pertinere, id eſt, ad oſtendendum eos à Chriſto qui ipſum adorarent, ſpiritu Dei repleri, & ab immunditiis carnis, & pecca- H
ti ſervitute liberari; & hoc ex ipſis S. Cyrilli verbis liquere; *& divum Cyrillum iſtis vocibus uſum eſſe, non cùm de adoratione crucis ageret; verùm cùm ageret de bonis, quæ morte Chriſti Chriſtianis obtigerant, quorum memoriam crux ipſis renovabat.*

Adjunxit inſuper Epiſcopus, *licèt voces illæ ad objectum adorationis ſpectarent, nihil tamen omnino contra crucis adorationem facerent: non enim illi adoratores ſpirituales eſſe deſiſtunt, qui res quaſdam corporales adorant, modò eas propter ſpirituales adorent, hoc eſt, quatenus vel verè cum ſpiri-*

Digitized by Google

negavit crucem à Chriſtianis adorari … ſiſſima profectò conſequentia; nec quidquam aliud continent diſſoluta verba Pleſſæi, ſi in formam dialecticam colligantur & colligentur.

Cùm Pleſſæo omnes evadendi feneſtræ & feneſtellæ ab inſigni Epiſcopo intercluſæ eſſent; prodiit ex ſecretariis unus, anhelanti Pleſſæo laturus opem: dicebat enim: *D. Cyrillum apertè negare à Chriſtianis adorari crucem, cùm Juliani Apoſtatæ objectionem extremæ ignorantiæ coargueret. Jam verò illum ignorantiæ accuſari non poſſe, quòd Chriſtianos ab adorandis ancilibus deſtitiſſe, neque quòd eos imagines crucis pinxiſſe dixiſſet; utrumque enim erat manifeſtum, ac proinde reliquum eſſe, ut ideo, quòd Chriſtianos lignum crucis adorare diceret.* Reſpondit Epiſcopus, *Julianum non ideo à Cyrillo ignorantiæ accuſari, quòd Chriſtianos lignum crucis adorare, ſed quòd eoſdem miſeros eſſe dixiſſet, quibus curæ eſſet, frontes, & domos ſuas crucis ſigno conſignare, illúmque, ob verbum* MISEROS, *mendacij coargui, non ob alia.*

Huic reſponſo adjungi poteſt & hoc. Julianum à S. Cyrillo *extremæ imperitiæ* accuſari propterea; quòd voluerit, ut Chriſtiani, relicta cruce, redirent ad ancilia & Jovis arma, & neſcio quæ alia Ethnicorum nugamenta. Hoc ſuadere, inquit S. Cyrilviniſtæ, aliique Sectarii, qui & ante & poſt Pleſſæum, S. Cyrilli commentitium quendam locum, adversùs crucis venerationem & adorationem produxiſtis, adeſte, inquam, & audite cum Pleſſæo veſtro ſententiam, pronunciatam non tantùm ab Orthodoxis, ſed & à Calvini ſectatoribus: *Locus, quem citatis, quem toties ingeritis & inculcatis, non invenitur in Sancto Cyrillo.* Audiſtiſne, quid arbitri contra vos decernant? Bone Deus, quid mentis Pleſſæo fuiſſe oportuit; quando coram Chriſtianiſſimo REGE, & in tam illuſtri nobiliſſimorum & eruditiſſimorum hominum corona, non à Catholicis tantùm, ſed & à Calvinianis malæ fidei in S. Cyrilli, & aliorum Auctorum citatione tam luculenter convictus eſt? Quid mentis fuiſſe oportuit ei, cujus ferrum in igne erat; quando quidam ex arbitris, Calvino addictus, de ſua mente hæc ad amicum quendam ſuum, Calvini itidem diſcipulum, perſcripſit? *Equidem in lacrymas prope adducor, quoties ſubit animo triſtiſſima illius diei ſpecies.* Et poſt nonnulla. *Atque hæc, quia valde hoc velle viſus es, ſcripſi propè invitus, nam & memoriam illius rei luctu refugit animus, &c.* Hæc ille de ſe ſuáque mente. Et hîc gradum ſimul & librum ſiſto.



Liber

Digitized by Google

HABET Eccleſia Græca, ſicut & Latina, propria quædam vocabula; quorum explicatio præmittenda, ut Crucis encomia illuſtriora fiant; nihilque objiciatur, quod curſum lectoris remorari queat.

Πρῶτον οὖν ῥητέον, inquit Zonaras, Canonas Damaſceni de Reſurrectione exponere ingreſſurus, τί κανὼν καὶ τί ᾠδή. καὶ διὰ τί εἰσιν ἐννέα ᾠδαὶ, καὶ διὰ τί, ὡς ἐπὶ πολὺ, ἡ δευτέρα παραλιμπάνεται, καὶ τί εἱρμοὶ, καὶ τί τροπάριον.

Κανὼν λέγεται ὅτι ὡρισμένον καὶ τετυπωμένον ἔχει τὸ ἔμμετρον ἐννέα ᾠδαῖς συντελούμενον. ᾠδὴ δὲ ἡ οὐ δι᾽ ὀργάνων γενομένη, ἀλλὰ διὰ ζώσης φωνῆς ἐναρμονίου ᾀδομένη τῷ θεῷ. ὕμνος γάρ ἐστι χαριστήριος καὶ αἴνεσις τῷ θεῷ. ἐννέα δὲ εἰσὶν αἱ ᾠδαὶ, ὅτι τῆς ἐν οὐρανοῖς ἱεραρχίας, καὶ ὑμνῳδίας εἰκόνες εἰσί. κατὰ γὰρ τὸν μέγαν ἱερομάρτυρα διονύσιον τὸν ἀρεοπαγείτην, ἐννέα τάγματα ἡμῖν ἐγνώσθησαν τῶν ἀγγέλων, καὶ τὰ ἐνταῦθα δὲ τῶν ὀρθοδόξων συστημάτων εἰς ἐννέα τις εὑρήσει ἀπαριθμούμενα. εἰσὶ δὲ ταῦτα. ἀρχιερεῖς, ἱερεῖς, διάκονοι, καὶ διακόνισσαι, μεθ᾽ οὓς ὑποδιάκονοι, ψάλται καὶ ἀναγνῶσται, εἶτα μοναχοὶ καὶ λαϊκοί.

Καὶ ἄλλως δὲ εἰσὶν ἐννέα ᾠδαὶ, διὰ τὸ εἰς τύπον εἶναι τῆς ἁγίας τριάδος συμβολικῶς, καὶ εἰς τιμὴν αὐτῆς ὁρισθῆναι παρὰ τῶν πατέρων ἀνέκαθεν. οἱ γὰρ ἀριθμητικοὶ τοὺς ἀριθμοὺς πάντας εἰς ἀρτίους διαιροῦσι καὶ περιττοὺς,

A ἀρτίους μὲν καλοῦντες τοὺς εἰς δύο μοίρας διαιρεθῆναι ἰσομερὲς μέχρι μονάδος κατιούσας περιττοὺς δὲ τοὺς εἰς δύο τοιαύτας μοίρας διαιρεῖσθαι μὴ πεφυκότας, * ὑποδιακονοῦσαι δ᾽ αὖθις τοὺς περιττοὺς, καὶ τοὺς μὲν πρώτους, τοὺς δὲ μέσους, τοὺς δὲ συνθέτους κατονομάτους. μέσοι δέ εἰσιν, οἱ μήτε μονάδα, μηδὲ δύσιν ἢ πλείοσιν ἀριθμούμενοι ἀριθμοῖς, ἀλλ᾽ ἑνὶ μόνῳ ἀριθμῷ. οὗτοι ἔννατος τῶν μέσων ἐστὶ, ὡς ἑνὶ μόνῳ μετρούμενος ἀριθμῷ. * μόνη γὰρ τριάδος συνίσταται. τρισάκις γὰρ τὰ τρία εἰπὼν, τὸν ἔννατον ἂν * συνάξαι ἀριθμόν. ὡς γὰρ τριττῆς ἔχοντα τριάδα, τοῦτον τὸν ἀριθμὸν καὶ δι᾽ αὐτῆς συνιστάμενον, εἰς τὸν ὕμνον τῆς ἁγίας τριάδος τοῦτον ἀπέταξαν. παραλιμπάνεται δὲ ἡ δευτέρα, ὅτι οὐχ ὕμνος ἐστὶ πρὸς θεὸν, ἀλλὰ προμαρ-

B τυρία πρὸς ἰουδαίους καὶ ἀπειλὴ, καὶ ἔλεγχος τῆς πονηρίας, αὐτῶν, καὶ τῶν μελλόντων αὐτοὺς καταλήψεσθαι κακῶν προαγόρευσις. ᾠδὴ δὲ λέγεται, ὡς προκήρυξις τῶν ἐπαχθησομένων κακῶν τοῖς ἰσραηλίταις διὰ τὴν πονηρίαν αὐτῶν καὶ κακίαν, καὶ τῶν * περὶ παθῶν σφόδρα συμφορῶν προαγόρευσις ἃ τραγῳδίαν ποιοῦσιν. ἀοιδὴ γάρ, καὶ ἐκ αὐτῶν ᾠδὴ, καὶ ὁ ὕμνος δὲ καὶ ἡ προσευχή. * ἐντεῦθεν ἐκλήθη ᾠδὴ, ὅτι περιπαθῶς καὶ θρηνωδῶς ὀφείλουσι γίνεσθαι, καὶ ἐκ συντετριμμένης καρδίας. εἱρμὸς δὲ λέγεται, ὡς ἀκολουθίαν τινὰ καὶ τάξιν μέλους καὶ ἁρμονίας διδοὺς τοῖς μετ᾽ αὐτὸν τροπαρίοις. πρὸς γὰρ τὸ τῶν εἱρμῶν μέλος,

* Sic habet utrumque exemplar Bavaricum. fort. ὑποδιαιροῦντες.

* fort. μόνης.

* συνάξεις.

* περιπαθῶν.

* Videtur aliquid deeſſe.

μνήμη τοῦ σταυροῦ καὶ θανάτου καὶ φθο-
ρᾶς καὶ ταφῆς τῶν σκυθρωποτέρων ἐστὶ καὶ
δόξης, καὶ ζωῆς, καὶ ἀφθαρσίας, καὶ ἀ-
ναστάσεως τῶν χαροποθέων. πάντα γὰρ
ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα Χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν,
τὰ μὲν ὡς ἄνθρωπος ἔπαθε, τὰ δὲ ὡς θεὸς
ἔδρασε. πάντα δὲ ὡς θεάνθρωπος, ἔδρασε
τε καὶ ἔπαθε, καὶ τὰ ἀμφότερα, διότι ἦν
καὶ ἀμφότερα, θεὸς λέγω, καὶ ἄνθρωπος. τοῦ-
το γὰρ ὁ Χριστός. τὸ μὲν ὢν ἀεί. τὸ δὲ, δι'
ἡμᾶς γενόμενος ὕστερον.

Principiò dicendum, quid ſit Canon; quid Oda, & cur ſint novem Odæ; & cur plerúmque ſecunda omittatur; quid Hirmi, & quid Troparium. Canon appellatur, eò quòd habeat certos præfinitóſque modulos & numeros, utpote novem Odis incluſos. Oda verò dicitur id quod Deo non per inſtrumenta Muſica, ſed viva voce modulatè decantatur; nihil enim aliud eſt quàm hymnus gratiis agendis & laudando Deo accommodatus. Sunt autem Odæ novem; quia cæleſtis hierarchiæ & hymnodiæ imaginem præferunt: Ex doctrina namque magni Martyris Dionyſii Areopagitæ novem ſunt Angelorum ordines; quem numerum etiam in hujus vitæ cœtu fidelium reperire licet; ſunt enim Epiſcopi, Sacerdotes, Diaconi & Diaconiſſæ. Poſt iſtos Subdiaconi. Pſaltæ ſeu Cantores, Lectores, deinde D *Monachi & Laici.*

Aliam quoque ob cauſam novem Odæ conſtituuntur; nimirum ut ſanctiſſimam Trinitatem ſymbolicè repræſentent; in cujus honorem jam olim hoc numero definitæ ſunt: nam Arithmetici dividunt omnes numeros in pares & impares: pares vocant illos, qui in duas partes æqualiter uſque ad unitatem dividi poſſunt: impares verò, qui in duas hujuſmodi partes dividi nequeunt. Subdividentes verò impares; alios vocant primos, alios, medios, alios compoſitos. Medii ſunt, qui neque unitate, neque binario vel majoribus numerantur numeris, ſed uno ſolo.

Hirmus appellatur, quòd ſeriem quandam & connexionem, & ordinem cantus & conſonantiæ tribuat conſequentibus poſt ſe Troparis. Nam ad cantum Hirmorum conformantur, & attemperantur etiam Troparia, & decantantur non ſine relatione ad Hirmos, quorum itidem melodiam ſoniúmque imitantur. Vel inde Hirmus nomen habet, quòd contrahat & connectat ſibi in melodia, & cantu troparium. Troparia di- C *cuntur, quòd ad Hirmos vertantur: cantúque eoſdem referant & imitentur: vertunt enim vocem cantorum ad melodiam & concentum Hirmorum. Niſi enim ſonus eorum, qui Troparia decantant, dirigatur ad hirmos; cantus non erit conſonus, rectéque modulatus; nec melodia dici poterit; ſed abſonus quidam, inconcinnus, & ineptus clamor.*

Sciendum, in Anaſtaſimis canonibus ſemper fieri mentionem Crucis, mortis, corruptionis, ſepulturæ, quæ triſtiora ſunt. Item gloriæ & vitæ, & incorruptionis, & reſurrectionis; quæ latiora ſunt. Omnia enim hæc pro nobis ſubiit Deus noſter. Et alia quidem paſſus eſt, ùt homo: alia fecit, ùt Deus. Omnia verò ut Deus homo tulit & fecit; Et utraque etiam; quia erat utraque Deus, inquam, & homo. Hoc enim Chriſti nomen ſignificat; & illud quidem ſemper erat. Hoc autem poſtea propter nos factus D *eſt.* Hæc Zonaras.

Cujus Etymologiæ, quantum valeant, non eſt neceſſe accuratiùs diſquirere. Nobis ſatis eſt, ſi per hæc aliquo tandem modo obſcuriora illuſtrentur. Habemus ergo quid ſit Canon, & quæ in Canone contineantur, nempe novem Odæ: Hirmi, Troparia.

Retinenda cenſemus Græca vocabula; quia latina non ſuppetunt, quibus vim Græcorum exprimamus: poteſt quidem Canon latinè dici *norma* ſeu *regula*; ſed quàm longè à ſenſu Græcorum abibis, ſi hymnum, quem ipſi vocant canonem, tu *regulam*

Digitized by Google

Græco-rum aliud ſit ἀντίφωνον) in laudem Crucis. præterea ςαυροθεοτόκια, verſiculos in laudem Crucis & Deiparæ ſimul: nam Crucis & beatæ Virginis plerumque ſuis in hymnis Græci memoriam celebrant. In Canonibus Anaſtaſimis Damaſceni & alibi reperies quoque καθίσματα, verſiculos nimirum ſic dictos; quòd ſedendo pſallerentur. Nec Damaſcenus tantùm habet Canones *Anaſtaſimos*, ſed & *Stauroanaſtaſimos*, Crucem & reſurrectionem pariter decantantes.

Sunt præterea cantica τριαδικὰ de ſanctiſſima Trinitate: μαρτυρικὰ, de Martyri-
C bus, ἰδιόμελα, propria feſti, quod agitur. ὅμοια, προσόμοια; ſic dicta, quòd pari vel quaſi pari ſyllabarum numero conſtent. νεκρώσιμα, pro defunctis. Item ςιχηρὰ ἀνατολικὰ, quaſi dicas *orientalia*; in quibus agitur plerumque de illis, quæ ſub ortum ſolis ad ſepulchrum Domini geſta. Φωταγωγικὰ, pro illuminatione mentis impetranda. ἐξαποςειλάρια, ἀπολυτίκια, *dimittendo cœtui*; κοντάκια, quæ qui à latino *Cantatio*, derivant, procul dubio errant. καταβασία, ad verbum, *deſcenſio*. ςυναξάριον, compendioſa narratio de feſto, quod celebratur, ejúſque cauſis & origine. Cujuſmodi ſynaxaria in
D Triodio paſſim occurrunt: ùt & in Menæis; Et illa quidem Triodii Auctorem habent Nicephorum Calliſtum Xanthopulum; quæ, utpote ſchiſmaticis erroribus infecta, reprehendit Gennadius in Apologetico pro concilio Florentino; teſtatúrque ſuo tempore in Eccleſia Conſtantinopolitana non fuiſſe lecta.

Amant quoque Græci in ſuis Eccleſiaſticis hymnis acroſtichidas; quæ quid ſint, vocant: Cum *Cyrius* non ſit prænomen, aut proprium nomen ſcriptoris hujus: cujus poëmata Græcè excuſa circumferuntur: ſed à Græciæ recentioris conſuetudine, honoris duntaxat gratia, præpoſitum; ſignificat enim κυρὸς ſequioribus Græcis *Dominum*, pro κύριος: & κυρȣ̃ Θεοδώρȣ προδρόμȣ inſcriptio nihil aliud ſibi vult, quàm hoc, *domini Theodori Prodromi*.

In eodem Eccleſiaſticorum poëmatum genere pangendo excelluerunt Theodorus Studita, & frater ejus Joſeph, Joannes Damaſcenus, Theophanes, & frater ejus Theo- G
dorus, qui duo ab impreſſis faciei ſtigmatis, juſſu Theophili Imper. Iconomachi, cognominati ſunt γραπτοί. Hymni Græcorum ferè nulla certa lege conſtant. Lex potiſſima videtur eſſe hymnographi voluntas: præſertim ſi ſyllabarum modulos & quantitatem ſpectes. Diſtinguunt porro hymnos & cantica ſua *ſonis* ſeu *tonis*; quorum octo habent: quatuor poſteriores dicuntur πλάγιοι, quaſi dicas, *obliqui*. à quibus Ritualis quidam apud Græcos libellus, ὀκτωήχȣ, *Octoëchi*, nomen invenit.

Quod ad interpretationem attinet, verbum verbo propemodum annumeravi, certo conſilio; *At parùm eloquens ſum* ob hanc verbis Græcis inhærendi rationem. *Quid
ad te?* inquit S. Hieronymus præfat. Com- H
ment. in epiſt. ad Epheſios. *Diſertiorem quære. Non dignè Græca in latinum transfero. Aut Græcos lege, ſi ejuſdem linguæ habes notitiam, aut ſi tantùm Latinus es, noli de gratuito munere judicare, & ùt vulgare proverbium eſt, equi dentes inſpicere donati. Nunquid te manu conſerta in jus traho, quia noſtra non legas? Me imperitior quiſque lecturus eſt:*

mulam incidas: πρέσβευε vel εὔχε ὑπὲρ
B ἡμῶν, *Crux intercede, vel precare pro nobis*; non eſt, quòd ſimpliciter damnes: nam & hac inuſitatiori phraſi mederi poteſt tropus: ut ſcilicet ad Chriſtum revocetur, *qui eſt ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis*, teſte Apoſtolo ad Rom. 8. *Accedens per ſemetipſum ad Deum, ſemper vivens ad interpellandum pro nobis*, ùt teſtatur idem Apoſtolus ad Hebræos 7. *qui introivit in cælum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis*, ùt ait S. Paulus Hebr. 9.

hoc ipſum ut faciat, ſeclusio ſcandalo, & re- p. q. 21. diſp.
mota Neſtorianiſmi ſuſpicione, ab ipſo pe- 45. nū. 2.
ti poſſe: quod ſi Græci faciunt, bona & D
ſincera mente; (ùt revera faciunt; quando illo orationis genere utuntur; *Crux ora vel intercede pro nobis*, quæ locutio neceſſariò per tropum ad Chriſtum crucifixum referri debet) minimè cenſeri debent, quaſi aliquid prorſus inauditum & à Chriſtiana pietate alienum agerent.

HYM-

Digitized by Google

[illegible] ... διὰ τῦ ξύλυ ἐξέπεσε, καὶ πάλιν διὰ ξύλυ δαίμονες ἔφριξαν· παντοδύναμε κύριε δόξα σοι.

Στιχηρὰ εἰς τὸν ςαυρὸν, ἦχος πλάγιος πρῶτος.

Χαίροις ὁ ζωηφόρος ςαυρὸς, τῆς εὐσεβείας τὸ ἀήττητον τρόπαιον. ἡ θύρα τῦ παραδείσου, ὁ τῶν πιςῶν ςηριγμὸς, καὶ τῆς B ἐκκλησίας περιτείχισμα. δι᾽ ὃ ἐξηφάνισαι ἡ φθορὰ, καὶ κατήργηται, καὶ κατεπώθη τῦ θανάτυ ἡ δύναμις· καὶ ὑψώθημεν ἀπὸ γῆς πρὸς οὐράνια· ὅπλον ἀκαταμάχητον, δαιμόνων ἀντίπαλε. δόξα μαρτύρων, ὁσίων ὡς ἀληθῶς ἐγκαλλώπισμα, λιμὴν σωτηρίας, ὁ δωρούμενος τῷ κόσμῳ τὸ μέγα ἔλεος.

Χαίροις ὁ τοῦ κυρίυ ςαυρὸς. δι᾽ ὃ ἐλύθη C τῆς ἀρᾶς τὸ ἀνθρώπινον. τῆς ὄντως χαρᾶς σημεῖον, ὁ καταῤῥάσσων ἐχθρὸς. ἐν τῇ σῇ ὑψώσει πανσεβάσμιε ἡμῶν ἡ βοήθεια βασιλέων κραταίωμα, σθένος δικαίων, ἱερέων ἡ εὐπρέπεια. ὁ τυπούμενος, καὶ δεινῶν ἐκλυτρούμενος ῥάβδος ἡ τῆς δυνάμεως, ὑφ᾽ ἧς ποιμαινόμεθα. ὅπλον εἰρήνης ἐν φόβῳ, ὃ περιέπουσιν ἄγγελοι Χριςοῦ θεία δόξα τοῦ παρέχοντος, τῷ κόσμῳ τὸ μέγα ἔλεος.

Χαίροις ὁ τῶν τυφλῶν ὁδηγὸς. τῶν ἀσ- D θενούντων ἰατρὸς, ἡ ἀνάςασις ἁπάντων τῶν τεθνεώτων ὁ ἀνυψώσας ἡμᾶς εἰς φθορὰν πεσόντας. ςαυρὲ τίμιε, δι᾽ ὃ διαλέλυται ἡ ἀρὰ, καὶ ἐξήνθησεν ἡ ἀφθαρσία, καὶ βροτοὶ ἐθεώθημεν, καὶ διάβολος παντελῶς καταβέβληται, σήμερον ἀνυψούμενον χερσὶ καθορῶντας σε ἀρχιερέων ὑψῦμεν, τὸν ὑ-

Adam per lignum excidit. Rurſus per lignum Dæmones tremefacti ſunt: Tibi gloria omnipotens Domine.

Cantica in Crucem toni Plagii ſeu obliqui primi.

Salve crux vitam ferens, pietatis inſuperabile trophæum; janua paradiſi, fidelium fulcrum, Eccleſiæ vallum & propugnaculum. per quam abolita eſt corruptio, evacuata & abſorpta mortis potentia: nóſque de terris ad cœleſtia elevati; armatura inexpugnabilis, dæmonum adverſatrix: Martyrum gloria, verúmque Sanctorum ornamentum, portus ſalutis, mundo magnam miſericordiam præſtans.

Salve Crux Chriſti, per quam à maledictione humanum genus evaſit: Veræ gratiæ ſignum, debellatrix hoſtium, ô veneranda, in tua exaltatione: ſubſidium noſtrum; Regum fortitudo, robur juſtorum, ſacerdotum decus, jam olim præfigurata; malis eripiens, virga virtutis, qua paſcimur & regimur: armatura pacis in timore, quam Angeli & comitantur & circumſtant, divina gloria Chriſti, qui mundo magnam miſericordiam præſtat.

Salve cæcorum dux; infirmorum ſanatrix, Reſurrectio omnium mortuorum, elevans nos, qui in corruptionem cecidimus: ô crux veneranda, per quam maledictio ſoluta eſt, incorruptio refloruit, homines ad divinitatem evecti, Diabolus penitus proſtratus. Hodie cùm te ſummorum ſacerdotum manibus exaltatam videmus, exaltamus eum, qui in medio tui exalta-

Digitized by Google

ᾠδὴ α. ἦχος δ. ὁ εἱρμός.

Τρισάτας κραταιοὺς, ὁ τεχθεὶς ἐκ παρθένου, ἀπαθείας ἐν βυθῷ ψυχῆς τὸ τριμερὲς καταπόντισον δέομαι, ὅπως σοι ὡς ἐν τυμπάνῳ τῇ νεκρώσει τοῦ σώματος ἐπινίκιον ᾄσω μελῴδημα.

Αγάλλου οὐρανὲ, καὶ ἡ γῆ εὐφρονέσθω, ὁ πανάγιος σαυρὸς προέρχεται, ἡμᾶς ἁγιάζων ἐν χάριτι τοῦτον κατασπαζομένους ὡς C πηγὴν ἁγιάσματος, καὶ τῆς πάντων θεώσεως αἴτιον.

Βαδίζειν εὐσεβῶς τὴν οὐράνιον τρίβον ἐνδυνάμωσον ἡμᾶς πανάγιε σαυρὲ τοὺς πισοὺς προσκυνοῦντας σὲ, ὅπως τὰ τῶν ἐναντίων ὑποκλίναντες βάραθρα κοινωνοὶ θείας δόξης γενώμεθα.

Γνωσοὶ τῷ ποιητῇ διὰ σοῦ γεγονότες, πανσεβάσμιε σαυρὲ, καρδίᾳ καὶ ψυχῇ προσπτυσσόμεθα πάντοτε σὲ προκείμενον ὁρῶντες, καὶ τὸν νοῦν φωτιζόμεθα τὸν παναίτιον λόγον δοξάζοντες.

ᾠδὴ γ. ὁ εἱρμός.

Οὐκ ἐν σοφίᾳ καὶ δυνάμει, καὶ πλούτῳ καυχώμεθα, ἀλλ' ἐν σοὶ τῇ τοῦ πατρὸς ἐνυποστάτῳ σοφίᾳ θεοῦ. οὐ γάρ ἐστιν ἅγιος πλὴν σοῦ φιλάνθρωπε.

Δόξαν χριστοῦ σε χρηματίσαντα πίστει δοξάζομεν δοξαζόμενοι ταῖς σαῖς, δεδοξασμένε κυρίου D σαυρὲ, σεπταῖς περιπτύξεσι καὶ φωτιζόμενοι.

Εν εὐφροσύνῃ προσελθόντες πιστοὶ ἀρυσώμεθα, ὡς ἐκ κρήνης καθαρᾶς, σαυροῦ ἀείζωα νάματα, καὶ διασωζόμενοι θεὸν ὑμνήσωμεν.

Ζωὴ ὑπάρχων Ιησοῦς κρεμασθεὶς τεθανάτωται ἐπὶ ξύλου τοῦ σαυροῦ. ὃν νῦν πιστῶς προσπτυσσόμενοι, πάθη ἀποφεύγομεν, θανάτου πρόξενα.

Validos triarios, qui natus es ex Virgine in profundo impaſſibilitatis, animæ, inquam, tripartitam potentiam demerge oro, ut tibi in mortificatione carnis, quaſi in tympano victoriale carmen canam.

Lætare cœlum & exulta terra, ſanctiſſima crux progreditur, gratiâ ſanctificans nos, qui eam exoſculamur, tanquam ſanctificationis fontem, & ſimilitudinis cum Deo cauſam.

Fac, ô ſacratiſſima crux, ut piè ſemitam cœleſtem ambulent fideles, qui te adorant, ut adverſariorum declinantes barathra, participes divinæ gloriæ efficiamur.

Per te, ô veneranda Crux, conditori noti effecti, corde & animo ſemper oſculamur te publicè propoſitam, & mente illuminamur, verbúmque omnium rerum cauſam glorificamus.

Oda 2. in canonibus omittitur ut initio dictum ex Zonara.

Oda III. Hirmus.

Non gloriamur in ſapientia, aut potentia, aut divitiis, ſed in te, qui Dei patris ſapientia es, non enim eſt ſanctus præter te ô benigne.

Te, ô glorioſa Domini Crux, quæ gloria Domini appellaris, glorificamus, glorificati & illuminati venerandis tuis amplexibus.

In lætitia accedentes, ô fideles, hauriamus, tanquam ex fonte puro, ſemper viventia crucis fluenta, ſalvatíque Deo hymnos decantemus.

JEſus, vera vita, mortem obiit ſuſpenſus in ligno crucis, quam nunc fideli mente deoſculantes, liberamur ab affectionibus, quæ mortem afferunt.

Oda

… ἀγαθὲ, τὴν σὴν εἰρήνην ἐρανόθεν δωρούμενος.

Κατὰ παθῶν ἐνίσχυσον ἡμᾶς φθοροποιῶν τȣ̀ς σε τιμῶντας καὶ ἀσπαζομένȣς τίμιε ςαυρὲ, ἁγίȣ πάθȣς ἁγιώτατον σύμβολον.

Λελαμπρυσμένοι σήμερον καρδίας καὶ ψυχὰς καλῶν ἰδέαις προσέλθωμεν πιςοὶ, τὸ ἱερὸν καὶ θειὸν ξύλον τȣ͂ ςαυρȣ͂ προσκυνήσωμεν,

Μεῤῥᾶς γλυκαίνει πρότερον τὰ ὕδατα μωσῆς σημαίνων ξύλῳ σε τίμιε ςαυρὲ, δἰ ȣ̔ γλυκασμὸν σωτηριώδη τοῖς βροτοῖς ἐναπέςαξας.

ᾠδὴ ς. ὁ εἱρμός.

Ἦλθον εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης καὶ κατεπόντισέ με καταιγὶς πολλῶν ἁμαρτημάτων, ἀλλ᾽ ὡς θεὸς ἐκ φθορᾶς ἀνάγαγε τὴν ζωήν μȣ ὡς φιλάνθρωπος.

Νυγεὶς ἐπὶ σοὶ πλευρὰν ὁ κτίςης, ςαυρὲ, ἐναρτέμενος αἷμα καὶ ὕδωρ ἀποκενοῖ, δἰ ὧν ἀνεπλάσθημεν, οἱ πιςῶς σε ἀσπαζόμενοι.

Ξύλον ζωοδώρητον κυρίȣ, πηγὴ ἀθανασίας, ἀπολύτρωσις παντὸς τȣ͂ κόσμȣ, σῶζε ἡμᾶς τȣ̀ς ἀσπαζομένȣς σε ὡς φρȣρὸν ἡμῶν σωτήριον.

Ὅπλον ἡμῖν ἄῤῥηκτον ἐδόθης, δἰ ȣ̔ νικῶμεν πάσας τὰς ἐνέδρας τῶν ἀντικειμένων, θεῖε ςαυρὲ, οἱ ψυχῆς εὐθύτητι ἱερῶς σε ἀσπαζόμενοι.

ᾠδὴ ζ. ὁ εἱρμός.

Νέοι τρεῖς ἐν Βαβυλῶνι πρόςαγμα τυραννικὸν εἰς φλήναφον θέμενοι μέσον δὲ πυρὸς ἀνεβόων, εὐλογητὸς εἶ ὁ θεὸς, ὁ θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν.

Πάλαι ἐν ταῖς εὐλογίαις τῶν παίδων, ὁ Ἰακὼβ σε προδιεχάραττε τίμιε ςαυρὲ, ἀλλ᾽

eripe nos miſericors, pace tua cælitus nobis donata.

Adversùs paſſiones pravâsque cupiditates corruptionis effectrices, robur, ô veneranda Crux, ſanctæ paſſionis ſanctiſſimum ſymbolum, ſubminiſtra nobis, qui te honoramus & deoſculamur.

Omni honeſtatis ſpecie corde & animo hodie decorati accedamus, ô fideles, ſanctúmque & divinum Crucis lignum adoremus.

C Aquas Maræ dulces efficit priùs Moyſes, ligno te ô veneranda crux, præſignificans, per quam ſalutaris dulcedo mortalibus inſtillata eſt.

Oda VI. Hirmus.

Veni in profundum maris, & demerſit me procella multorum peccatorum, ſed ùt Deus, & ùt miſericors ex corruptione reduc me.

Creator latere ſuo ſuper te vulnerato ô Crux, ſanguinem & aquam fundit, quibus reparati ſumus nos, qui te fideliter amplectimur.

Lignum vivificum, fons immortalitatis, redemptio totius orbis, ſalva nos, qui te amamus, & amplectimur tanquam ſalutare præſidium.

D Data es nobis, ô divina Crux, tanquam inſuperabilis armatura, qua omnes adverſariorum inſidias vincimus, quotquot te recto animo ſanctè oſculamur.

Oda VII. Hirmus.

Tres in Babylone pueri, ſpreto Tyranni mandato, in medio ignis exclamabant: Benedictus es Deus, Deus Patrum noſtrorum.

Olim, dum nepotibus benediceret, præſignavit te, ô precioſa Crux, Patriarcha Jacob

Digitized by Google

τίληψιν τὸν ςαυρὸν τὸν κυρίε νῦν προσκυνῦμεν κατενώπιον πάντων προκείμενον.

Ὑψηλῶς ἐπὶ ξύλου ἀνήρτησεν ἐγκαρσίως τὸν ὄφιν, ὡς γέγραπται, ὁ Μωϋσῆς, προγράφων σε πανσεβάσμιον ξύλον, δι' οὗ τῆς πλάνης νοητῶν ἐκλυτρούμεθα ὄφεων.

Φωτισμὸς τῶν ψυχῶν ἡμῶν πέφυκας φωτοδότα ςαυρὲ πανσεβάσμιε. σὲ γὰρ περιπτυσσόμενοι τὰς ἀρχάς τε τῦ σκότους, καὶ ἐξουσίας ἐκτρεπόμεθα θείᾳ δυνάμει σου.

ᾠδὴ θ. ὁ εἱρμός.

C Ὁ τόκος σου ἄφθορος ἐδείχθη. Θεὸς ἐκ λαγόνων σου προῆλθε σαρκοφόρος, ὡς ὤφθη ἐπὶ γῆς, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεςράφη, σὲ θεοτόκε, διὸ πάντες μεγαλύνομεν.

Χριςὸς ἐπὶ σοὶ ἀνηρτημένος τὸν κόσμον ὕψωσε πεσόντα εἰς βυθὸν ἀπωλείας ἀληθῶς ςαυρὲ κυρίου, ὅθεν σὲ πόθῳ νῦν προσκυνοῦμεν, καὶ τιμῶμεν, καὶ δοξάζομεν.

Ὡς ἥλιος μέγας ταῖς ἀκτῖσι ταῖς σαῖς καταυγάζεις τοὺς ἐν σκότει, καὶ τοὺς δαίμονας φλέγεις ὡραιότατε ςαυρὲ, ὅθεν φώτισον πάντας τοὺς ἐν πίςει προσκυνοῦντάς σε.

Τέλος τῦ κανόνος.

D

ΙΔΙΟΜΕΛΟΝ.

ΜΕσον γῆς ὑψούμενον προκατιδεῖν ἐφιέμενοι τοῦ ςαυροῦ σκῆπτρον ἅγιον ψυχὰς προκαθάρωμεν, ἀςραφθῶμεν φρένας, φωτὶ λαμπρυνθῶμεν, καὶ ἐν δυνάμει θεϊκῇ καταυγασθέντες χριςὸν ὑμνήσωμεν τῷ ξύλῳ τῷ σεπτῷ αὐτῦ ἁγιασμὸν παρεχόμενον τοῖς ἐν πίςει κραυγάζουσι, καὶ θερμῶς αὐτὸν μέλπουσι.

ténſque adjutorium crucem Domini in omnium conſpectu propoſitam adoramus.

Suſpendit Moyſes, ut ſcriptum eſt, ſerpentem ſublimem in ligno, prænuncians te, ô venerandum lignum, cujus beneficio à deceptione ſpiritualium ſerpentum liberati ſumus.

Mentium noſtrarum illuminatio es, ô lucis Crux ſuppeditatrix. Nam cùm te ſalutamus & amplectimur, principatus & poteſtates tenebrarum divina tua virtute fugamus.

Oda IX. Hirmus.

Partus tuus incorruptus extitit. Deus ex viſceribus tuis carne veſtitus prodiit, quando in terris viſus & cùm hominibus converſatus eſt. Quocirca omnes te, ô Deipara, laudibus extollimus.

Chriſtus in te ô Crux ſublatus, elevavit mundum, qui ceciderat in profundum perditionis. Quapropter magno deſiderio te nunc adoramus, & veneramur, & glorificamus.

Immenſi ſolis inſtar radiis tuis, venuſtiſſima Crux, illuſtras qui in tenebris verſantur, & Dæmones uris. Unde illumina omnes, qui te cum fide adorant.

Finis Canonis.

Canticum Feſti proprium.

QUI elevatum in medio terræ Crucis ſanctum ſceptrum contemplari cupimus, animas expurgemus, mentibus reſplendeamus, lumine inſigniamur, & virtute divina coruſci Chriſtum decantemus, qui per venerandum Crucis lignum ſanctificationem largitur his, qui in fide ad ſe clamant, ferventéſque præconia illius concinunt.

Ex-

δ.

Ὑψωμένε σου, δέσποτα, ἐν σταυρῷ συνανύψωσας τοῦ Ἀδὰμ τὴν ἔκπτωτον φύσιν ἅπασαν, διὸ ὑψοῦντες τὸν ἄχραντον σταυρόν σου φιλάνθρωπε, τὴν ἐξ ὕψους σου ἰσχὺν ἐξαιτοῦμεν κραυγάζοντες σῶσον ὕψιστε, ὡς θεὸς ἐλεήμων τοὺς τιμῶντας τὴν σεπτήντε, καὶ φωσφόρον τοῦ σου σταυροῦ θείαν ὕψωσιν.

Ὅμοιον.

Ψαλμικῶς νυνὶ βλέπομεν ὑποπόδιον δέσποτα, ἔνθα πόδες ἔστησάν σου οἱ ἄχραντοι, σήμερον πόθῳ ὑψούμενον σταυρόν σου τὸν τίμιον, καὶ ὑψοῦντες εὐσεβῶς δυσωποῦμέν σε κράζοντες, πάντας ὕψιστε τῷ σταυρῷ σου τῷ θείῳ ἁγιάσας σῆς ἀφάτου εὐσπλαγχνίας μετόχους δεῖξον καὶ χάριτος.

Ὅμοιον.

Ὡς ἀήττητον τρόπαιον, θυρεὸν ἀπροσμάχητον, καὶ ὡς σκῆπτρον ἔνθεον προσκυνοῦμέν σου σταυρὸν χριστὲ τὸν πανάγιον, δι' οὗ κόσμος σέσωσται, καὶ χορεύει ὁ ἀδὰμ γηγενῶν τὰ συστήματα τοῦτον ᾄσμασιν εὐφημοῦντες τιμῶμεν, καὶ τὴν τούτου θείαν ὕψωσιν τελοῦντες τὸν ἱλασμὸν ἐξαιτούμεθα.

Σύ μου σκέπη κραταιὰ ὑπάρχεις ὁ τριμερὴς σταυρὸς τοῦ χριστοῦ, ἁγίασόν με τῇ δυνάμει σου, ἵνα πίστει καὶ πόθῳ προσκυνῶ καὶ δοξάσω σε.

Σήμερον τοῦ χριστοῦ ὁ σταυρὸς ἀνυψοῦται; τὸ ζωηφόρον ξύλον, ἐν ᾧ σαρκὶ ἐπάγη πάντας ἀνακαλούμενος.

Ξύλον τὸ τοῦ σταυροῦ ὑψούμενον ὁρῶντες μεγαλωσύνην δῶμεν θεῷ τῷ σταυρωθέντι σαρκὶ δι' ἀγαθότητα.

Χαίροις τὸ τῶν πιστῶν φυλακτήριον θεῖον,

Tonus IV.

Exaltato te, ô Domine, in Cruce, ſimul etiam elevâſti Adami naturam univerſam, quæ exciderat. Quocirca elevantes intaminatam tuam Crucem, ô benigne, virtutem tuam ex alto depoſcimus, clamantes; ſalva, Altiſſime, ut Deus miſericors, illos, qui colunt venerandam lucíſque ſuppeditatricem Crucis tuæ Exaltationem.

Simile.

Intuemur nunc ſcabellum, ubi, ùt Pſalmus canit, ſteterunt immaculati pedes tui, ô Domine, Crucem, inquam, tuam videmus hodie exaltari, & exaltantes piè precamur, clamantes; cunctos, Altiſſime, C
divina tua Cruce ſanctificatos ineffabilis miſericordiæ tuæ & gratiæ participes effice.

Simile.

Ut invictum trophæum, ùt ſcutum inexpugnabile, & ùt ſceptrum divinum adoramus ſanctiſſimam tuam crucem, Domine, per quam mundus ſervatus eſt, feſtas choreas ducit Adamus, & nos terrigenæ eam canticis celebrantes veneramur, ejúſque divinam exaltationem obeuntes clementiam & propitiationem expoſcimus.

Tu mihi, ô tripertita Crux, protectio firma es. Sanctifica me virtute tua, ut fi-
D de & deſiderio te adorem & glorificem.

Hodie Crux Chriſti exaltatur, vivificum illud lignum, in quo Chriſtus carne affixus eſt: omnes ad ſalutem revocans.

Lignum Crucis exaltatum conſpicientes magnificentiam demus Deo, qui ſecundùm carnem pro immenſa bonitate ſua crucifixus eſt.

Salve Crux fidelium divina cuſtodia; in-

Digitized by Google

ζωσε, καὶ κατεκάλλυνε, καὶ εἰς οὐρανοῖς πολιτεύεσθαι ἠξίωσεν, ὡς εὔσπλαγχνος δι' ὑπερβολὴν ἀγαθότητος. ὅθεν γεγηθότες ὑψώσωμεν τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ τὴν αὐτοῦ μεγαλύνωμεν ἄκραν συγκατάβασιν.

Μωσῆς προετύπωσε, χεῖρας ἐκτείνας εἰς ὕψος, καὶ κατατροπούμενος ἀμαλὴκ τὸν τύραννον σταυρὲ τίμιε, τῶν πιστῶν καύχημα, ἀθλητῶν στήριγμα, ἀποστόλων ἐγκαλλώπισμα δικαίων πρόμαχε, πάντων τῶν ὁσίων διάσωσμα. διὸ σὲ ἀνυψούμενον βλέπουσα ἡ κτίσις εὐφραίνεται, καὶ πανηγυρίζει δοξάζουσα χριστὸν τὸν διά σου τὰ διεστῶτα συνάψαντα, ἄκρᾳ ἀγαθότητι. C

Σταυρὲ πανσεβάσμιε, ὃν περιέπουσι τάξεις ἀγγέλων γηθόμεναι. σήμερον ὑψούμενος θείῳ νεύματι ἀνυψοῖς ἅπαντας τοὺς κλοπῇ βρώσεως ἀπωσθέντας, καὶ εἰς θάνατον κατολισθήσαντας, ὅθεν σε καρδίᾳ καὶ χείλεσι πιστῶς περιπτυσσόμενοι τὸν ἁγιασμὸν ἀρυόμεθα. ὑψοῦτε, βοῶντες, χριστὸν τὸν ὑπεράγαθον θεὸν, καὶ τὸ αὐτοῦ προσκυνήσωμεν θεῖον ὑποπόδιον.

Δεῦτε ἅπαντα τὰ ἔθνη, τὸ εὐλογημένον ξύλον προσκυνήσωμεν δι' οὗ γέγονεν ἡ αἰώνιος δικαιοσύνη. τὸν γὰρ προπάτορα ἀδὰμ ὁ ἀπατήσας ἐν ξύλῳ, τῷ σταυρῷ δελεάζεται, καὶ πίπτει κατενεχθεὶς πτῶμα ἐξαίσιον ὁ τυραννίδι κρατήσας τοῦ βασιλείου πλάσματος. D αἵματι θεοῦ ὁ ἰὸς τοῦ ὄφεως ἀποπλύνεται, καὶ κατάρα λέλυται, καταδίκης δικαίας ἀδίκῳ δίκῃ τοῦ δικαίου κατακριθέντος. ξύλῳ γὰρ ἔδει τὸ ξύλον ἰάσασθαι, καὶ πάθει τοῦ ἀπαθοῦς τὰ ἐν ξύλῳ λῦσαι πάθη τοῦ κατακρίτου. ἀλλὰ δόξα χριστὲ βασιλεῦ, τῇ περὶ ἡμᾶς σου φρικτῇ οἰκονομίᾳ, δι' ἧς ἔσωσας πάντας, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.

nivit, cœliqué cives effecit per immenſam ſuam miſericordiam & bonitatem. Quamobrem lætantes exaltemus nomen ejus, ſummámque ejus condeſcenſionem prædicemus.

Te, præfiguravit Moyſes, manibus in altum expanſis, & tyranno Amalec debellato, ô veneranda Crux, fidelium gloriatio, athletarum firmamentum, Apoſtolorum decus, juſtorum propugnatrix, omnium Sanctorum conſervatio. Quare creatura te exaltari conſpiciens lætatur, & feſtum diem agit, glorificans Chriſtum, qui per te diſiuncta conjunxit ſumma bonitate ſua.

O venerabilis Crux, quam Angelorum agmina lætabunda ſtipant. Hodie divino nutu exaltata exaltas omnes, qui furto eſus vetiti abrepti, & in mortem præcipitati fuerant: Unde corde & labiis te ſincerè deoſculantes ſanctificationem haurimus: ſimul concinentes, exaltate Chriſtum bonitate excellentem Deum, ejúſque divinum ſcabellum adoremus.

Adeſte omnes gentes, benedictum lignum adoremus, per quod æterna juſtitia facta eſt. nam qui primum parentem noſtrum in ligno decepit, ille Cruce inescatur: corruitque ingenti caſu is, qui tyrannide ſua regale opus oppreſſerat. Sanguine Dei abluitur ſerpentis virus & maledictio ſoluta eſt; injuſtâ ſententiâ ob juſtam condemnationem juſto condemnato. ligno enim medicina fieri debebat per lignum; & paſſiones damnati neceſſe erat diſſolvi per paſſionem impaſſibilis. Gloria tibi Chriſte Rex, ob hanc circa nos tremendam diſpenſationem, qua, ut bonus & benignus, omnes ſalvâſti.

Idio

Digitized by Google

μῶν, καὶ προσκυνεῖται τῷ ὑποποδίῳ τῶν ποδῶν τοῦ αὐτοῦ, ὅτι ἅγιός ἐστιν ὁ παρέχων τῷ κόσμῳ τὸ μέγα ἔλεος.

Προτυπῶν τὸν σταυρόν σου χριστὲ πατριάρχης ἰακὼβ τοῖς ἐγγόνοις τὴν εὐλογίαν χαριζόμενος, ἐπὶ ταῖς χείραις ἐναλλὰξ τὰς χεῖρας πεποίηκε. τοῦτον δὲ σῶτερ ἡμεῖς σήμερον ἀνυψοῦντες κραυγάζομεν, δώρησαι τῷ Φιλοχρίστῳ βασιλεῖ, ὡς κωνσταντίνῳ, τὸ τρόπαιον.

Η τῶν χειρῶν ἐναλλαγὴ τοῦ πατριάρχου ἰακὼβ, ἐπ' εὐλογίᾳ τῶν τέκνων, τὸ κραταιὸν τοῦ σταυροῦ σου προεδήλωσε σύμβολον. ὅνπερ ἡμεῖς κατέχοντες ἀῤῥαγὲς Φυλακτήριον, τὴν τῶν δαιμόνων πανσθενῶς ἐκδιώκομεν Φάλαγγα, καὶ τοῦ βελίαρ, ἐν αὐτῷ ὀΦρὺν καταβάλλοντες τοῦ ἐχθίστου ἀμαλὴκ, τροπούμεθα τὴν πανόλεθρον δύναμιν. αὐτὸν καὶ νῦν ἀνυψούμενον εὐσεβοφρόνως οἱ πιστοὶ, εἰς ἱλασμὸν ἁμαρτιῶν τῇ σῇ ἀγαθότητι, ἐν πολλῷ πλείονι Φωνῇ βοῶντες προσΦέρομεν. κύριε ἐλέησον ὁ ἐκ παρθένου σαρκωθεὶς, οἴκτειρον τὸ τῶν χειρῶν σου ἀγαθὲ σοΦὸν δημιούργημα.

Κροτήσωμεν σήμερον ᾀσματικὴν πανήγυριν, καὶ Φαιδρῷ τῷ προσώπῳ, καὶ τῇ γλώττῃ τρανῶς βοήσωμεν, ὁ δι' ἡμᾶς χριστὲ κρίσιν καταδεξάμενος, καὶ ἐμπτυσμοὺς, καὶ μάστιγας, καὶ τὸ κόκκινον περιβαλλόμενος, καὶ ἐν σταυρῷ ἀνελθὼν, ὃν ἰδὼν ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη τὸ Φέγγος ἀπέκρυψε, καὶ τῷ Φόβῳ γῆ ἐσείετο, καὶ τὸ καταπέτασμα τοῦ ναοῦ ἐσχίσθη διχῶς, αὐτὸς καὶ νῦν δώρησαι τὸν σταυρόν σου, τὸν τίμιον ἡμῖν Φρουρὸν καὶ Φύλακα, καὶ ἐλατῆρα τῶν δαιμόνων, ἵνα πάντες προσπτυσσόμενοι βοῶμεν αὐτῷ, σῶσον

quia ſanctus eſt, qui mundo magnam miſericordiam largitur.

Præformans Crucem tuam, Chriſte, Patriarcha Jacob, nepotibus benedictionem impertiens, capitibus cancellatim manus impoſuit. Hanc verò nos hac die exaltantes clamamus: Largire Chriſti amanti, Imperatori, ſicut olim Conſtantino, trophæum & victoriam.

Permutatio manuum Patriarchæ Jacob
C in benedictione filiorum præſignificavit Crucis tuæ præpotens ſymbolum, qua nos, ùt firmiſſima cuſtodia, muniti, Dæmonum & Belialis catervas fortiter perſequimur; ejúſque vi ſupercilio inimiciſſimi Amalec depreſſo, in fugam vertimus pernicioſas illas copias. Eandem & nunc exaltatam nos fideles, pia mente bonitati tuæ in expiationem peccatorum offerimus, majore contentione clamantes, Domine, qui ex virgine carnem ſumpſiſti, miſerere. Miſerere operi tuo, quod tam ſapienter condidiſti.

Celebremus hodie ſolennitatem cum can-
D ticis, hilaríque facie & lingua palàm clamemus: Chriſte, qui pro nobis judicium ſubjiſti, ſputa & flagella toleráſti, purpurea veſte indutus es, quíque in crucem aſcendiſti; quo viſo, ſol & luna lumen abſconderunt, & præ formidine terra concuſſa eſt, & velum templi in duas partes ſciſſum, concede, ut nunc veneranda Crux tua ſit nobis protectrix & cuſtos, & profligatrix Dæmonum; ut omnes cum oſculis ei acclamemus: ſalva nos Crux virtute tua, ſanctifica nos claritate tua veneranda Crux, & co-

Digitized by Google

Φηπηου τὰς χεῖρας σταυρου τὸν τύπον ποιῶν, ἐνίσχυεν ὁ λαός. νυνὶ δὲ τῶν πραγμάτων ἡ ἔκβασις εἰς ἡμᾶς πεπλήρωται, σήμερον σταυρὸς ὑψοῦτε καὶ δαίμονες φυγαδεύονται. σήμερον ἡ κτίσις πᾶσα ἐκ τῆς φθορᾶς ἠλευθέρωται, πάντα γὰρ διὰ σταυροῦ ἐπέλαμψεν ἡμῖν τὰ χαρίσματα. διὸ γηθόμενοι πάντες προσπιπτόμενοι λέγοντες, ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου κύριε, δόξα σοι.

Ὅπερ πάλαι Μωϋσῆς προτυπώσας ἐν ἑαυτῷ τὸν ἀμαλὴκ καταβαλὼν ἐτροπώσατο, καὶ δαβίδ; ὁ μελῳδός. ὑποπόδιόν σοι βοῶν προσκυνεῖσθαι διετάξατο, τίμιον σταυρόν σου χριστὲ ὁ θεός, σήμερον ἁμαρτωλοὶ προσκυνοῦμεν χείλεσιν ἀναξίοις, σε τὸν καταξιώσαντα παγῆναι ἐν αὐτῷ ἀνυμνοῦντες βοῶμέν σοι, κύριε σὺν τῷ λῃστῇ τῆς βασιλείας σου ἀξίωσον ἡμᾶς.

cie efformata, prævalebat populus. Nunc verò rerum eventus in nobis completus eſt. Hodie Crux exaltatur, & Dæmones fugantur. Hodie univerſa creatura à corruptione liberata eſt: omnia enim per Crucem charismata nobis illuxerunt. Propterea lætantes & in genua procumbentes dicimus; quàm magnificata ſunt opera tua Domine, gloria tibi.

Quam olim Moyſes in ſeipſo præformans, Amalec proſtravit ac devicit, & quam David vates, tanquam ſcabellum pedum adorandam ſanxit, hanc venerandam Crucem tuam, Chriſte Deus, hodie nos peccatores indignis labiis adoramus, téque, qui in ea C figi dignatus es, celebrantes, obſecramus: Domine, fac nos cum latrone regni tui conſortes.

Κάθισμα.

Τοῦ σταυροῦ σου τὸ ξύλον προσκυνοῦμεν φιλάνθρωπε, ὅτι ἐν αὐτῷ προσηλώθης ἡ ζωὴ τῶν ἁπάντων, παράδεισον ἠνέῳξας σῶτερ, τῷ πίστει προσελθόντι σοι λῃστῇ καὶ τρυφῆς κατηξιώθη ὁμολογῶν σοι, μνήσθητί μου κύριε, δέξαι ὥσπερ ἐκεῖνον καὶ ἡμᾶς κραυγάζοντας. ἡμάρτομεν πάντες τῇ εὐσπλαγχνίᾳ σου, μὴ ὑπερίδῃς ἡμᾶς.

Cathiſma.

Crucis tuæ lignum adoramus, benigne, quia in ea affixus es, qui vita omnium es: paradiſum aperuiſti ſalvator latroni, qui fide ad te acceſſit; & deliciis potitus eſt: confitens tibi: Memento mei Domine. Suſcipe, ut illum, ſic & nos, clamantes: peccavimus miſericordiæ tuæ, ne deſpicias nos.

D

Μόνον ἐπάγη τὸ ξύλον χριστὲ τοῦ σταυροῦ σου, τὰ θεμέλια ἐσαλεύθη τοῦ θανάτου κύριε, ὃν γὰρ κατέπιε πόθῳ ὁ ᾅδης ἀπέλυσε τρόμῳ. ἔδειξας ἡμῖν τὸ σωτήριόν σου ἅγιε, καὶ δοξολογοῦμέν σε υἱὲ θεοῦ ἐλέησον ἡμᾶς.

Simul ac lignum Crucis fixum eſt, Chriſte, fundamenta mortis concuſſa ſunt, quem enim abſorbuerat infernus magno deſiderio, hunc eum tremore reddidit, Oſtendiſti nobis ſalutare tuum Domine & glorificamus te fili Dei miſerere nobis.

Προδιετύπου μυστικῶς πάλαι τῷ χρόνῳ ὁ ἰησοῦς ὁ τοῦ ναυῆ σταυροῦ τὸν τύπον, ὡς τὰς χεῖρας ἐξέτεινε σταυροφανῶς σωτήρ μου, καὶ

Myſticè olim præſignificabat Crucis formam JEſus filius Nave, quando Crucis in ſpeciem manus expandit, & ſol ſtetit, donec hoſtes tibi Deo reſiſtentes peremit. Nunc

Digitized by Google

ΤΟΥ ΤΙΜΙΟΥ ΣΤΑΥΡΟΥ

ΚΟΣΜΑ ΤΟΥ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΙΤΟΥ

μετὰ θεοδώρε τοῦ προδρόμου ἐξηγήσεως.

CANON

IN EXALTATIONEM VENERANDÆ CRUCIS

COSMÆ HIEROSOLYMITANI

cum expoſitione Theodori Podromi.

Ακροςιχὶς τε͂ κανόνος.

ΣΤΑΥΡΩ ΠΕΠΟΙΘΩΣ ΥΜΝΟΝ ΕΞΕΡΕΥΓΟΜΑΙ

Ἑρμηνεία τῆς ἀκροςιχίδος.

Δίκαιος ὢν ὡς ὄντως ὁ μελῳδὸς, εἰκότως καὶ ὡς λέων πέποιθε κατὰ τὴν γραφὴν, καὶ πεποιθότος τοῦ ςαυρε͂ τὸν ὑμνόν φησιν ἐξερεύγεσθαι. ἐκ ἀπὸ τῆς πεποιθήσεως μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν τῆς ἐρυγῆς λέοντα δεικνὺς. ἑαυτὸν. λεὼν γάρ, φησιν, ἐρεύξεται, καὶ τίς ἐ φοβηθήσεται. πλὴν, ἀλλὰ, θαυμάσιε μυσαγὲ, τῶν μὲν λεόντων ἡ ἐρωὴ καταπληκτικήτε ἐςὶ καὶ ἐκμελὴς, καὶ δυσωδεςάτη. ἃ δὲ σὺ ἐξερεύγῃ πρὸς ὕμνον τὸν τοῦ ςαυρε͂ τὸ ἐναντίον ἅπαν χαριέςατάτε καὶ μουσικώτατα, καὶ εὐωδίαν ὄσμην πνευματικὴν ἀποπνέοντα. μήποτε οὖν ἐκεῖνο μᾶλλον τὸ ψαλμικὸν ἁρμόσει μοι πρὸς τὰς ἐρυγὰς, τὸ ἐξερεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν. καὶ πάνυ μὲν οὖν. ἀλλ' ἤδη καὶ ἡμεῖς τῷ ςαυρῷ πεποιθότες τοῦ ὕμνου τοῦ ςαυρικοῦ τὴν ἐξήγησιν ἐρευγόμεθα.

Acroſtichis Canonis.

CRUCE FRETUS HYMNUM ERUCTABO

EXPLICATIO ACROSTICHIDIS.

B CUM poëta verè juſtus fuerit, meritò ùt leo confidit, juxta ſcripturam: Et Cruce fretus, inquit hymnum eructabo; oſtendens non modò fiducia, ſed & rugitu, ſe leonem eſſe. Ait enim propheta *Leo rugiet, & quis non timebit.* Verùm, *Amos. 3.* admirande vates, leonum rugitus terrorem incutere, membra omnia diſſolvere, & malum odorem halare ſolet. Quæ verò tu in hoc Crucis hymno eructas, contrario prorſus modo ſeſe habent; ſunt enim gratiis & concinnis modulis referta, & ſpiritualem, eúmque gratiſſimum odorem ſpirantia. Fortè igitur illud pſalmi magis in hos ructus quadrabit. *Eructavit cor meum verbum bonum.* Et quidem maximè. Sed jam & nos Cruce confiſi explicationem hymni in Crucem auſpicemur.

Digitized by Google

ſi fortè in hanc vel ſimilem loquendi formulam incidas: *πρέσβευε* vel *εὖχε ὑπὲρ*
B *ἡμῶν*, *Crux intercede*, *vel precare pro nobis*; non eſt, quòd ſimpliciter damnes: nam & hac inuſitatiori phraſi mederi poteſt tropus: ut ſcilicet ad Chriſtum revocetur, *qui eſt ad dexteram Dei*, *qui etiam interpellat pro nobis*, teſte Apoſtolo ad Rom. 8. *Accedens per ſemetipſum ad Deum*, *ſemper vivens ad interpellandum pro nobis*, ùt teſtatur idem Apoſtolus ad Hebræos 7. *qui introivit in cælum*, *ut appareat nunc vultui Dei pro nobis*, ùt ait S. Paulus Hebr. 9.

tione pro nobis in cœlo orare: ac proinde hoc ipſum ut faciat, ſecluſo ſcandalo, & remota Neſtorianiſmi ſuſpicione, ab ipſo peti poſſe: quod ſi Græci faciunt, bona & D
ſincera mente; (ùt revera faciunt; quando illo orationis genere utuntur; *Crux ora vel intercede pro nobis*, quæ locutio neceſſariò per tropum ad Chriſtum crucifixum referri debet) minimè cenſeri debent, quaſi aliquid prorſus inauditum & à Chriſtiana pietate alienum agerent.

q. 21. p. 1. Soarez. 3. p. q. 21. diſp. 45. ſect. 2.

HYM-

πάλιν διὰ ξύλε δαίμονες ἔφριξαν παντοδύναμε κύριε δόξα σοι.

Στιχηρὰ εἰς τὸν σταυρὸν, ἦχος πλάγιος πρῶτος.

Χαίροις ὁ ζωηφόρος σταυρὸς, τῆς εὐσεβείας τὸ ἀήττητον τρόπαιον. ἡ θύρα τοῦ παραδείσου, ὁ τῶν πιστῶν στηριγμὸς, καὶ τῆς
B ἐκκλησίας περιτείχισμα. δι᾽ ὃ ἐξηφάνισαι ἡ φθορὰ, καὶ κατήργηται, καὶ κατεπώθη τοῦ θανάτου ἡ δύναμις· καὶ ὑψώθημεν ἀπὸ γῆς πρὸς οὐράνια· ὅπλον ἀκαταμάχητον, δαιμόνων ἀντίπαλε. δόξα μαρτύρων, ὁσίων ὡς ἀληθῶς ἐγκαλλώπισμα, λιμὴν σωτηρίας, ὁ δωρούμενος τῷ κόσμῳ τὸ μέγα ἔλεος.

C Χαίροις ὁ τοῦ κυρίου σταυρὸς, δι᾽ οὗ ἐλύθη τῆς ἀρᾶς τὸ ἀνθρώπινον. τῆς ὄντως χαρᾶς σημεῖον, ὁ καταῤῥάσσων ἐχθρούς. ἐν τῇ σῇ ὑψώσει πανσέβασμιε ἡμῶν ἡ βοήθεια βασιλέων κραταίωμα, σθένος δικαίων, ἱερέων ἡ εὐπρέπεια. ὁ τυπούμενος, καὶ δεινῶν ἐκλυτρούμενος ῥάβδος ἡ τῆς δυνάμεως, ὑφ᾽ ἧς ποιμαινόμεθα. ὅπλον εἰρήνης ἐν φόβῳ, ὃ περιέπουσιν ἄγγελοι Χριστοῦ θεία δόξα τοῦ παρέχοντος, τῷ κόσμῳ τὸ μέγα ἔλεος.

D Χαίροις ὁ τῶν τυφλῶν ὁδηγός. τῶν ἀσθενούντων ἰατρὸς, ἡ ἀνάστασις ἁπάντων τῶν τεθνεώτων ὁ ἀνυψώσας ἡμᾶς εἰς φθορὰν πεσόντας. σταυρὲ τίμιε, δι᾽ οὗ διαλέλυται ἡ ἀρὰ, καὶ ἐξήνθησεν ἡ ἀφθαρσία, καὶ βροτοὶ ἐθεώθημεν, καὶ διάβολος παντελῶς καταβέβληται, σήμερον ἀνυψούμενον χερσὶ καθορῶντάς σε ἀρχιερέων ὑψοῦμεν, τὸν ὑ-

num Dæmones tremefacti ſunt: Tibi gloria omnipotens Domine.

Cantica in Crucem toni Plagii ſeu obliqui primi.

Salve crux vitam ferens, pietatis inſuperabile trophæum; janua paradiſi, fidelium fulcrum, Eccleſiæ vallum & propugnaculum. per quam abolita eſt corruptio, evacuata & abſorpta mortis potentia: nóſque de terris ad cœleſtia elevati; armatura inexpugnabilis, dæmonum adverſatrix: Martyrum gloria, verúmque Sanctorum ornamentum, portus ſalutis, mundo magnam miſericordiam præſtans.

Salve Crux Chriſti, per quam à maledictione humanum genus evaſit: Veræ gratiæ ſignum, debellatrix hoſtium, ô veneranda, in tua exaltatione: ſubſidium noſtrum; Regum fortitudo, robur juſtorum, ſacerdotum decus, jam olim præfigurata; malis eripiens, virga virtutis, qua paſcimur & regimur: armatura pacis in timore, quam Angeli & comitantur & circumſtant, divina gloria Chriſti, qui mundo magnam miſericordiam præſtat.

Salve cæcorum dux; infirmorum ſanatrix, Reſurrectio omnium mortuorum, elevans nos, qui in corruptionem cecidimus: ô crux veneranda, per quam maledictio ſoluta eſt, incorruptio refloruit, homines ad divinitatem evecti, Diabolus penitus proſtratus. Hodie cùm te ſummorum ſacerdotum manibus exaltatam videmus, exaltamus eum, qui in medio tui exalta-

Digitized by Google

ᾠδὴ α. ἦχος δ. ὁ εἱρμός.

ΤΡιστάτας κραταιοὺς, ὁ τεχθεὶς ἐκ παρθένου, ἀπαθείας ἐν βυθῷ ψυχῆς τὸ τριμερὲς καταπόντισον δέομαι, ὅπως σοι ὡς ἐν τυμπάνῳ τῇ νεκρώσει τοῦ σώματος ἐπινίκιον ᾄσω μελῴδημα.

Ἀγάλλου οὐρανὲ, καὶ ἡ γῆ εὐφρονέσθω, ὁ πανάγιος σταυρὸς προέρχεται, ἡμᾶς ἁγιάζων ἐν χάριτι τοῦτον κατασπαζομένους ὡς C πηγὴν ἁγιάσματος, καὶ τῆς πάντων θεώσεως αἴτιον.

Βαδίζειν εὐσεβῶς τὴν οὐράνιον τρίβον ἐνδυνάμωσον ἡμᾶς πανάγιε σταυρὲ τοὺς πιστοὺς προσκυνοῦντας σὲ, ὅπως τὰ τῶν ἐναντίων ὑποκλίναντες βάραθρα κοινωνοὶ θείας δόξης γενώμεθα.

Γνωστοὶ τῷ ποιητῇ διὰ σοῦ γεγονότες, πανσεβάσμιε σταυρὲ, καρδίᾳ καὶ ψυχῇ προσπτυσσόμεθα πάντοτε σὲ προκείμενον ὁρῶντες, καὶ τὸν νοῦν φωτιζόμεθα τὸν παναίτιον λόγον δοξάζοντες.

ᾠδὴ γ. ὁ εἱρμός.

Οὐκ ἐν σοφίᾳ καὶ δυνάμει, καὶ πλούτῳ καυχώμεθα, ἀλλ᾽ ἐν σοὶ τῇ τοῦ πατρὸς ἐνυποστάτῳ σοφίᾳ θεοῦ. οὐ γάρ ἐστιν ἅγιος πλήν σου φιλάνθρωπε.

Δόξαν χριστοῦ σε χρηματίσαντα πίστει δοξάζομεν δοξαζόμενοι ταῖς σαῖς, δεδοξασμένε κυρίου D σταυρὲ, σεπταῖς περιπτύξεσι καὶ φωτιζόμενοι.

Ἐν εὐφροσύνῃ προσελθόντες πιστοὶ ἀρυσώμεθα, ὡς ἐκ κρήνης καθαρᾶς, σταυροῦ ἀείζωα νάματα, καὶ διασωζόμενοι θεὸν ὑμνήσωμεν.

Ζωὴ ὑπάρχων Ἰησοῦς κρεμασθεὶς τεθανάτωται ἐπὶ ξύλου τοῦ σταυροῦ. ὃν νῦν πιστῶς προσπτυσσόμενοι, πάθη ἀποφεύγομεν, θανάτου πρόξενα.

Oda I. Tonus III. Hirmus.

VAlidos triarios, qui natus es ex Virgine in profundo impaſſibilitatis, animæ, inquam, tripartitam potentiam demerge oro, ut tibi in mortificatione carnis, quaſi in tympano victoriale carmen canam.

Lætare cœlum & exulta terra, ſanctiſſima crux progreditur, gratiâ ſanctificans nos, qui eam exoſculamur, tanquam ſanctificationis fontem, & ſimilitudinis cum Deo cauſam.

Fac, ô ſacratiſſima crux, ut piè ſemitam cœleſtem ambulent fideles, qui te adorant, ut adverſariorum declinantes barathra, participes divinæ gloriæ efficiamur.

Per te, ô veneranda Crux, conditori noti effecti, corde & animo ſemper oſculamur te publicè propoſitam, & mente illuminamur, verbúmque omnium rerum cauſam glorificamus. *Oda 2. in canonibus omittitur ut initio dictum ex Zonara.*

Oda III. Hirmus.

Non gloriamur in ſapientia, aut potentia, aut divitiis, ſed in te, qui Dei patris ſapientia es, non enim eſt ſanctus præter te ô benigne.

Te, ô glorioſa Domini Crux, quæ gloria Domini appellaris, glorificamus, glorificati & illuminati venerandis tuis amplexibus.

In lætitia accedentes, ô fideles, hauriamus, tanquam ex fonte puro, ſemper viventia crucis fluenta, ſalvatique Deo hymnos decantemus.

JEſus, vera vita, mortem obiit ſuſpenſus in ligno crucis, quam nunc fideli mente deoſculantes, liberamur ab affectionibus, quæ mortem afferunt.

Oda

Digitized by Google

θεν δωρούμενος.

Κατὰ παθῶν ἐνίσχυσον ἡμᾶς φθοροποιῶν τὲς σε τιμῶντας καὶ ἀσπαζομένες τίμιε ϛαυρὲ, ἁγίε πάθες ἁγιώτατον σύμβολον.

Λελαμπρυσμένοι σήμερον καρδίας καὶ ψυχὰς καλῶν ἰδέαις προσέλθωμεν πιϛοὶ, τὸ ἱερὸν καὶ θειὸν ξύλον τῦ ϛαυρῦ προσκυνήσωμεν,

Μεῤῥᾶς γλυκαίνει πρότερον τὰ ὕδατα μωσῆς σημαίνων ξύλῳ σε τίμιε ϛαυρὲ, δι᾽ ὃ γλυκασμὸν σωτηριώδη τοῖς βροτοῖς ἐναπέϛαξας.

ᾠδὴ ϛ. ὁ εἱρμός.

Ἦλθον εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης καὶ κατεπόντισέ με καταιγὶς πολλῶν ἁμαρτημάτων, ἀλλ᾽ ὡς θεὸς ἐκ φθορᾶς ἀνάγαγε τὴν ζωήν με ὡς φιλάνθρωπος.

Νυγεὶς ἐπὶ σοὶ πλευρὰν ὁ κτίϛης, ϛαυρὲ, ἐναρτέμενος αἷμα καὶ ὕδωρ ἀποκενοῖ, δι᾽ ὧν ἀνεπλάσθημεν, οἱ πιϛῶς σε ἀσπαζόμενοι.

Ξύλον ζωοδώρητον κυρίε, πηγὴ ἀθανασίας, ἀπολύτρωσις παντὸς τῦ κόσμε, σῶζε ἡμᾶς τὲς ἀσπαζομένες σε ὡς φρερὸν ἡμῶν σωτήριον.

Ὅπλον ἡμῖν ἄῤῥηκτον ἐδόθης, δι᾽ ὃ νικῶμεν πάσας τὰς ἐνέδρας τῶν ἀντικειμένων, θεῖε ϛαυρὲ, οἱ ψυχῆς εὐθύτητι ἱερῶς σε ἀσπαζόμενοι.

ᾠδὴ ζ. ὁ εἱρμός.

Νέοι τρεῖς ἐν Βαβυλῶνι πρόϛαγμα τυραννικὸν εἰς φλήναφον θέμενοι μέσον δὲ πυρὸς ἀνεβόων, εὐλογητὸς εἶ ὁ θεὸς, ὁ θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν.

Πάλαι ἐν ταῖς εὐλογίαις τῶν παίδων, ὁ ἰακὼβ σε προδιεχάραττε τίμιε ϛαυρὲ, ἀλλ᾽

bis donata.

Adverſùs paſſiones praváſque cupiditates corruptionis effectrices, robur, ô veneranda Crux, ſanctæ paſſionis ſanctiſſimum ſymbolum, ſubminiſtra nobis, qui te honoramus & deoſculamur.

Omni honeſtatis ſpecie corde & animo hodie decorati accedamus, ô fideles, ſanctúmque & divinum Crucis lignum adoremus.

C Aquas Maræ dulces efficit priùs Moyſes, ligno te ô veneranda crux, præſignificans, per quam ſalutaris dulcedo mortalibus inſtillata eſt.

Oda VI. Hirmus.

Veni in profundum maris, & demerſit me procella multorum peccatorum, ſed ùt Deus, & ùt miſericors ex corruptione reduc me.

Creator latere ſuo ſuper te vulnerato ô Crux, ſanguinem & aquam fundit, quibus reparati ſumus nos, qui te fideliter amplectimur.

Lignum vivificum, fons immortalitatis, redemptio totius orbis, ſalva nos, qui te amamus, & amplectimur tanquam ſalutare præſidium.

D Data es nobis, ô divina Crux, tanquam inſuperabilis armatura, qua omnes adverſariorum inſidias vincimus, quotquot te recto animo ſanctè oſculamur.

Oda VII. Hirmus.

Tres in Babylone pueri, ſpreto Tyranni mandato, in medio ignis exclamabant: Benedictus es Deus, Deus Patrum noſtrorum.

Olim, dum nepotibus benediceret, præſignavit te, ô pretioſa Crux, Patriarcha Jacob

Digitized by Google

δ.

Ὑψωμένε σου, δέσποτα, ἐν σταυρῷ συνανύψωσας τοῦ Ἀδὰμ τὴν ἔκπτωτον φύσιν ἅπασαν, διὸ ὑψοῦντες τὸν ἄχραντον σταυρόν σου φιλάνθρωπε, τὴν ἐξ ὕψους σου ἰσχὺν ἐξαιτοῦμεν κραυγάζοντες σῶσον ὕψιστε, ὡς Θεὸς ἐλεήμων τοὺς τιμῶντας τὴν σεπτήντε, καὶ φωσφόρον τοῦ σου σταυροῦ θείαν ὕψωσιν.

Ὅμοιον.

Ψαλμικῶς νυνὶ βλέπομεν ὑποπόδιον δέσποτα, ἔνθα πόδες ἔστησάν σου οἱ ἄχραντοι, σήμερον πόθῳ ὑψούμενον σταυρόν σου τὸν τίμιον, καὶ ὑψοῦντες εὐσεβῶς δυσωποῦμέν σε κράζοντες, πάντας ὕψιστε τῷ σταυρῷ σου τῷ C θείῳ ἁγιάσας τῆς ἀφάτου εὐσπλαγχνίας μετόχους δεῖξον καὶ χάριτος.

Ὅμοιον.

Ὡς ἀήττητον τρόπαιον, θυρεὸν ἀπροσμάχητον, καὶ ὡς σκῆπτρον ἔνθεον προσκυνοῦμέν σου σταυρὸν χριστὲ τὸν πανάγιον, δι᾽ οὗ κόσμος σέσωσται, καὶ χορεύει ὁ ἀδὰμ γηγενῶν τὰ συστήματα τοῦτον ᾄσμασιν εὐφημοῦντες τιμῶμεν, καὶ τὴν τούτου θείαν ὕψωσιν τελοῦντες τὸν ἱλασμὸν ἐξαιτούμεθα.

Σύ μου σκέπη κραταιὰ ὑπάρχεις ὁ τριμερὴς σταυρὸς τοῦ χριστοῦ, ἁγίασόν με τῇ δυνάμει σου, ἵνα πίστει καὶ πόθῳ προσκυνῶ καὶ D δοξάσω σε.

Σήμερον τοῦ χριστοῦ ὁ σταυρὸς ἀνυψοῦται, τὸ ζωηφόρον ξύλον, ἐν ᾧ σαρκὶ ἐπάγη πάντας ἀνακαλούμενος.

Ξύλον τὸ τοῦ σταυροῦ ὑψούμενον ὁρῶντες μεγαλωσύνην δῶμεν Θεῷ τῷ σταυρωθέντι σαρκὶ δι᾽ ἀγαθότητα.

Χαίροις τὸ τῶν πιστῶν φυλακτήριον θεῖον,

Tonus IV.

Exaltato te, ô Domine, in Cruce, ſimul etiam elevâſti Adami naturam univerſam, quæ exciderat. Quocirca elevantes intaminatam tuam Crucem, ô benigne, virtutem tuam ex alto depoſcimus, clamantes; ſalva, Altiſſime, ut Deus miſericors, illos, qui colunt venerandam lucisque ſuppeditatricem Crucis tuæ Exaltationem.

Simile.

Intuemur nunc ſcabellum, ubi, ût Pſalmus canit, ſteterunt immaculati pedes tui, ô Domine, Crucem, inquam, tuam videmus hodie exaltari, & exaltantes piè precamur, clamantes; cunctos, Altiſſime, divina tua Cruce ſanctificatos ineffabilis miſericordiæ tuæ & gratiæ participes effice.

Simile.

Ut invictum trophæum, ût ſcutum inexpugnabile, & ût ſceptrum divinum adoramus ſanctiſſimam tuam crucem, Domine, per quam mundus ſervatus eſt, feſtas choreas ducit Adamus, & nos terrigenæ eam canticis celebrantes veneramur, ejúsque divinam exaltationem obeuntes clementiam & propitiationem expoſcimus.

Tu mihi, ô tripertita Crux, protectio firma es. Sanctifica me virtute tua, ut fide & deſiderio te adorem & glorificem.

Hodie Crux Chriſti exaltatur, vivificum illud lignum, in quo Chriſtus carne affixus eſt: omnes ad ſalutem revocans.

Lignum Crucis exaltatum conſpicientes magnificentiam demus Deo, qui ſecundùm carnem pro immenſa bonitate ſua crucifixus eſt.

Salve Crux fidelium divina cuſtodia; in-

δὼν του αὐτου, ὅτι ἅγιός ἐστιν ὁ παρέχων τῷ κόσμῳ τὸ μέγα ἔλεος.

Προτυπῶν τὸν σταυρόν σου χριστὲ πατριάρχης ἰακὼβ τοῖς ἐγγόνοις τὴν εὐλογίαν χαριζόμενος, ἐπὶ ταῖς χείραις ἐναλλὰξ τὰς χεῖρας πεποίηκε. τοῦτον δὲ σῶτερ ἡμεῖς σήμερον ἀνυψοῦντες κραυγάζομεν, δώρησαι τῷ φιλοχρίστῳ βασιλεῖ, ὡς κωνσταντίνῳ, τὸ τρόπαιον.

Præformans Crucem tuam, Chriſte, Patriarcha Jacob, nepotibus benedictionem impertiens, capitibus cancellatim manus impoſuit. Hanc verò nos hac die exaltantes clamamus: Largire Chriſti amanti, Imperatori, ſicut olim Conſtantino, trophæum & victoriam.

Η τῶν χειρῶν ἐναλλαγὴ του πατριάρχου ἰακὼβ, ἐπ' εὐλογίᾳ τῶν τέκνων, τὸ κραταιὸν του σταυρου σου προεδήλωσε σύμβολον. ὅνπερ ἡμεῖς κατέχοντες ἀῤῥαγὲς φυλακτήριον, τὴν τῶν δαιμόνων πανσθενῶς ἐκδιώκομεν φάλαγγα, καὶ του βελίαρ, ἐν αὐτῷ ὀφρὺν καταβάλλοντες του ἐχθίστου ἀμαλὴκ, τρεπόμεθα τὴν πανόλεθρον δύναμιν. αὐτὸν καὶ νῦν ἀνυψούμενον εὐσεβοφρόνως οἱ πιστοὶ, εἰς ἱλασμὸν ἁμαρτιῶν τῇ σῇ ἀγαθότητι, ἐν πολλῷ πλείονι φωνῇ βοῶντες προσφέρομεν. κύριε ἐλέησον ὁ ἐκ παρθένου σαρκωθεὶς, οἴκτειρον τὸ τῶν χειρῶν σου ἀγαθὲ σοφὸν δημιούργημα.

C

Permutatio manuum Patriarchæ Jacob in benedictione filiorum præſignificavit Crucis tuæ præpotens ſymbolum, qua nos, ùt firmiſſima cuſtodia, muniti, Dæmonum & Belialis catervas fortiter perſequimur; ejúſque vi ſupercilio inimiciſſimi Amalec depreſſo, in fugam vertimus pernicioſas illas copias. Eandem & nunc exaltatam nos fideles, pia mente bonitati tuæ in expiationem peccatorum offerimus, majore contentione clamantes, Domine, qui ex virgine carnem ſumpſiſti, miſerere. Miſerere operi tuo, quod tam ſapienter condidiſti.

Κροτήσωμεν σήμερον ᾀσματικὴν πανήγυριν, καὶ φαιδρῷ τῷ προσώπῳ, καὶ τῇ γλώττῃ τρανῶς βοήσωμεν, ὁ δι' ἡμᾶς χριστὲ κρίσιν καταδεξάμενος, καὶ ἐμπτυσμοὺς, καὶ μάστιγας, καὶ τὸ κόκκινον περιβαλλόμενος, καὶ ἐν σταυρῷ ἀνελθὼν, ὃν ἰδὼν ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη τὸ φέγγος ἀπέκρυψε, καὶ τῷ φόβῳ γῆ ἐσείετο, καὶ τὸ καταπέτασμα του ναου ἐσχίσθη διχῶς, αὐτὸς καὶ νῦν δώρησαι τὸν σταυρόν σου, τὸν τίμιον ἡμῖν φρουρὸν καὶ φύλακα, καὶ ἐλατῆρα τῶν δαιμόνων, ἵνα πάντες προσπτυσσόμενοι βοῶμεν αὐτῷ, σῶσον

D

Celebremus hodie ſolennitatem cum canticis, hilarique facie & lingua palàm clamemus: Chriſte, qui pro nobis judicium ſubjiſti, ſputa & flagella toleràſti, purpurea veſte indutus es, quíſque in crucem aſcendiſti; quo viſo, ſol & luna lumen abſconderunt, & præ formidine terra concuſſa eſt, & velum templi in duas partes ſciſſum, concede, ut nunc veneranda Crux tua ſit nobis protectrix & cuſtos, & profligatrix Dæmonum; ut omnes cum oſculis ei acclamemus: ſalva nos Crux virtute tua, ſanctifica nos claritate tua veneranda Crux, & co-

Digitized by Google

ἐνίσχυεν ὁ λαός. νυνὶ δὲ τῶν πραγμάτων ἡ ἔκβασις εἰς ἡμᾶς πεπλήρωται, σήμερον ςαυρὸς ὑψοῦτε καὶ δαίμονες φυγαδεύονται. σήμερον ἡ κτίσις πᾶσα ἐκ τῆς φθορᾶς ἠλευθέρωται, πάντα γὰρ διὰ ςαυροῦ ἐπέλαμψεν ἡμῖν τὰ χαρίσματα. διὸ γηθόμενοι πάντες προσπιπτόμενοι λέγοντες, ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου κύριε, δόξα σοι.

Ὅπερ πάλαι Μωϋσῆς προτυπώσας ἐν ἑαυτῷ τὸν ἀμαλὴκ καταβαλὼν ἐτροπώσατο, καὶ δαβὶδ ὁ μελῳδὸς ὑποπόδιόν σοι βοῶν προσκυνεῖσθαι διετάξατο, τίμιον ςαυρόν σου χριςὲ ὁ θεὸς, σήμερον ἁμαρτωλοὶ προσκυνοῦμεν χείλεσιν ἀναξίοις, σὲ τὸν καταξιώσαντα παγῆναι ἐν αὐτῷ ἀνυμνοῦντες βοῶμέν σοι, κύριε σὺν τῷ λῃςῇ τῆς βασιλείας σου ἀξίωσον ἡμᾶς.

verò rerum eventus in nobis completus eſt. Hodie Crux exaltatur, & Dæmones fugantur. Hodie univerſa creatura à corruptione liberata eſt: omnia enim per Crucem chariſmata nobis illuxerunt. Propterea lætantes & in genua procumbentes dicimus; quàm magnificata ſunt opera tua Domine, gloria tibi.

Quam olim Moyſes in ſeipſo præformans, Amalec proſtravit ac devicit, & quam David vates, tanquam ſcabellum pedum adorandam ſanxit, hanc venerandam Crucem tuam, Chriſte Deus, hodie nos peccatores indignis labiis adoramus, téque, qui in ea C figi dignatus es, celebrantes, obſecramus: Domine, fac nos eum latrone regni tui conſortes.

Κάθισμα.

Τοῦ ςαυροῦ σου τὸ ξύλον προσκυνοῦμεν φιλάνθρωπε, ὅτι ἐν αὐτῷ προσηλώθης ἡ ζωὴ τῶν ἁπάντων, παράδεισον ἠνέωξας σῶτερ, τῷ πίςει προσελθόντι σοι λῃςῇ καὶ τρυφῆς κατηξιώθη ὁμολογῶν σοι, μνήσθητί μου κύριε, δέξαι ὥσπερ ἐκεῖνον καὶ ἡμᾶς κραυγάζοντας. ἡμάρτομεν πάντες τῇ εὐσπλαγχνίᾳ σου, μὴ ὑπερίδῃς ἡμᾶς.

Μόνον ἐπάγη τὸ ξύλον χριςὲ τοῦ ςαυροῦ σου, τὰ θεμέλια ἐσαλεύθη τοῦ θανάτου κύριε, ὃν γὰρ κατέπιε πόθῳ ὁ ᾅδης ἀπέλυσε τρόμῳ. ἔδειξας ἡμῖν τὸ σωτήριόν σου ἅγιε, καὶ δοξολογοῦμέν σε υἱὲ θεοῦ ἐλέησον ἡμᾶς.

Προδιετύπου μυςικῶς πάλαι τῷ χρόνῳ ὁ ἰησοῦς ὁ τοῦ ναυῆ ςαυροῦ τὸν τύπον, ὡς τὰς χεῖρας ἐξέτεινε ςαυροφανῶς σωτήρ μου, καὶ

Cathiſma.

Crucis tuæ lignum adoramus, benigne, quia in ea affixus es, qui vita omnium es: paradiſum aperuiſti ſalvator latroni, qui fide ad te acceſſit; & delitiis potitus eſt: confitens tibi: Memento mei Domine. Suſcipe, ut illum, ſic & nos, clamantes: peccavimus miſericordiæ tuæ, ne deſpicias nos.

D

Simul ac lignum Crucis fixum eſt, Chriſte, fundamenta mortis concuſſa ſunt, quem enim abſorbuerat infernus magno deſiderio, hunc eum tremore reddidit, Oſtendiſti nobis ſalutare tuum Domine & glorificamus te fili Dei miſerere nobis.

Myſticè olim præſignificabat Crucis formam JEſus filius Nave, quando Crucis in ſpeciem manus expandit, & ſol ſtetit, donec hoſtes tibi Deo reſiſtentes peremit. Nunc

Digitized by Google

ΤΟΥ ΤΙΜΙΟΥ ΣΤΑΥΡΟΥ

ΚΟΣΜΑ ΤΟΥ ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΙΤΟΥ

μετὰ Θεοδώρυ τοῦ προδρόμου ἐξηγήσεως.

CANON

IN EXALTATIONEM VENERANDÆ CRUCIS

COSMÆ HIEROSOLYMITANI

cum expoſitione Theodori Podromi.

Ακροςιχὶς τῦ κανόνος.

ΣΤΑΥΡΩ ΠΕΠΟΙΘΩΣ ΥΜΝΟΝ ΕΞΕΡΕΥΓΟΜΑΙ

Ἑρμηνεία τῆς ἀκροςιχίδος.

Δίκαιος ὢν ὡς ὄντως ὁ μελῳδὸς, εἰκότως καὶ ὡς λέων πέποιθε κατὰ τὴν γραφὴν, καὶ πεποιθότος τοῦ ςαυρῦ τὸν ὕμνόν φησιν ἐξερεύγεσθαι. οὐκ ἀπὸ τῆς πεποιθήσεως μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν τῆς ἐρυγῆς λέοντα δεικνὺς. ἑαυτὸν. λεὼν γὰρ, φησιν, ἐρεύξεται, καὶ τίς ὁ φοβηθήσεται. πλὴν, ἀλλὰ, θαυμάσιε μυσεργὲ, τῶν μὲν λεόντων ἡ ἐρωὴ καταπληκτικήτε ἐςὶ καὶ ἐκμελὴς, καὶ δυσωδεςάτη. ἃ δὲ σὺ ἐξερεύγῃ πρὸς ὕμνου τὸν τοῦ ςαυρῦ τὸ ἐναντίον ἅπαν χαριέςατάτε καὶ μυσικώτατα, καὶ εὐωδίαν ὅσην πνευματικὴν ἀποπνέοντα. μήποτε οὖν ἐκεῖνο μᾶλλον τὸ ψαλμικὸν ἁρμόσει μοι πρὸς τὰς ἐρυγὰς, τὸ ἐξερεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν. καὶ πάνυ μὲν οὖν. ἀλλ' ἤδη καὶ ἡμεῖς τῷ ςαυρῷ πεποιθότες τοῦ ὕμνου τοῦ ςαυρικοῦ τὴν ἐξήγησιν ἐρευγόμεθα.

Acroſtichis Canonis.

CRUCE FRETUS HYMNUM ERUCTABO

EXPLICATIO ACROSTICHIDIS.

B CUM poëta verè juſtus fuerit, meritò ùt leo confidit, juxta ſcripturam: Et Cruce fretus, inquit hymnum eructabo; oſtendens non modò fiducia, ſed & rugitu, ſe leonem eſſe. Ait enim propheta *Leo rugiet, & quis non timebit.* Verùm, admirande vates, leonum rugitus terrorem incutere, membra omnia diſſolvere, & malum odorem halare ſolet. Quæ verò tu in hoc Crucis hymno eructas, contrario prorſus modo ſeſe habent; ſunt enim gratiis & concinnis modulis referta, & ſpiritualem, eúmque gratiſſimum odorem ſpirantia. Fortè igitur illud pſalmi magis in hos ructus quadrabit. *Eructavit cor meum verbum bonum.* Et quidem maximè. Sed jam & nos Cruce confiſi explicationem hymni in Crucem auſpicemur.

Amos. 3.

Digitized by Google

αὐτῆς τεμνομένην θάλασσαν, τῇτε ᾠδῇ τὸ καθῆκον ἀπονενέμηκε, καὶ τοῦ σταυροῦ τὴν χάριν ἐξύμνησε, μᾶλλον δὲ αὐτὴν τὴν τῆς πρώτης ᾠδῆς ὑπόθεσιν προτύπωμα εἶναι ἀπέδειξε τοῦ σταυροῦ.

Ἀλλ' ἤδη κατὰ λέξιν ἐπισκεψώμεθα τὸν εἱρμόν. κἀπειδήπερ, ἀπορία, φασὶν, ἀρχὴ εὐπορίας, ἀπορητέον πρῶτον ἀπορίαν ταύτην οἶμαι οὐκ ἄλογον. εἴποι γὰρ ἄν τις δικαίως πρὸς αὐτὴν τοῦ μελῳδοῦ τὴν ῥῆσιν διαπορούμενος, πῶς εἰπὼν, σταυρὸν χαράξας μωσῆς, καὶ χαραχθέντα ἤδη τὸν σταυρὸν καὶ γενόμενον διὰ τῆς λέξεως αἰνιξάμενος, ἐπήγαγεν, ἐπ' εὐθείας ῥάβδῳ τὴν ἐρυθρὰν διέτεμεν. οὐ γὰρ δήπου μετὰ τὸ χαράξαι τὸν σταυρὸν διέτεμε τὴν ἐρυθρὰν, καὶ αὖθις αὐτῆς τὰ τμήματα ἥνωσεν, ἀλλὰ μετὰ τὸ τεμεῖν, καὶ ἑνῶσαι τὸν σταυρὸν ἐχαράξατο.

Ἀντιστρόφως οὖν μᾶλλον ἐχρῆν εἰπεῖν, ὅτι ἐπ' εὐθείας ῥάβδῳ τὴν ἐρυθρὰν διατεμὼν ὁ μωϋσῆς, καὶ τῇ ἐπιστρεπτικῇ, καὶ πλαγίῳ ἑνώσας ταύτης τὰ τμήματα, οὕτως ἐχάραξε τὸν σταυρόν. τὸ δὲ προειπόντα τὴν διὰ μωσέως ὅλην προδιαχάραξιν τοῦ σταυροῦ, ἐπαγαγεῖν τὴν ἐπ' εὐθείας τῆς θαλάσσης τομὴν, μὴ καὶ σόλοικον ἂν εἴη καὶ κακόζηλον, καὶ ἀδιανόητον, καὶ τῆς ποιητικῆς ἐκείνου μεγαλονοίας ἀνάξιον. τοιοῦτον γάρ τι λέγειν, ἄντικρυς ἔοικεν ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν, ὅτι ὁ δεῖνά τις ἄνθρωπος τέκτων οἰκοδομησάμενος οἶκον, καὶ ἀπαρτίσας αὐτὸν, καὶ ἀκεραιώσας ὁλοκληρότατον, εἶτα θεμελίους ὑπέβαλε, καὶ τοίχους ἐπὶ τοῖς θεμελίοις ἀνήγειρε, καὶ τὴν στέγην τούτοις ἐπωροφώσατο.

Πρὸς δὴ ταύτην τὴν ἀπορίαν ἐπιλυομένους ῥητέον, ὅτι διπλῆ ἐστιν ἡ τοῦ χαράττειν λέ-

& ſimul Crucem decantavit, primæque Odæ materiam Crucis typum gerere demonſtravit.

Sed jam verbatim Hirmum excutiamus. Et cùm, ùt vulgò dicitur, inopia ſit principium copiæ, & dubitatio doctrinæ, dubitationi cuidam rationis, ùt opinor, non experti ante omnia ſatisfacere oportet. Jure enim quis circa poëtæ verba dubitans objiciat, quomodo cùm dixiſſet, Moyſen efformâſſe Crucem; jamque Crucem effigiatam fuiſſe verbis ſuis tacitè inſinuâſſet, poſtea ſubjecerit. *Secundùm longitudinem virga mare rubrum diviſit*; non enim poſt efformatam crucem diviſit mare rubrum, rursùſque partes ejus in unum conjunxit; ſed poſt maris diviſionem & conjunctionem, Crucem efformavit.

E contrario igitur potiùs dicendum erat; Moyſen ſecundùm longitudinem virga mari percuſſo, iterùmque per repetitum, & obliquum virgæ ictum partibus conjunctis Crucem expreſſiſſe. At verò poſt totam Crucis à Moyſe efformationem factam ſubnectere, mare diviſum percuſsúmque eſſe ſecundùm longitudinem ſeu rectam lineam, videtur ſolœcum, pravæque æmulationis; & intellectu non facile: & Poëtica illa majeſtate indignum. Nam hujuſmodi quid aſſerere, perinde eſt, ac ſi quis diceret; Architectum quendam exædificâſſe domum, omnibúſque ſuis numeris abſolviſſe, deinde fundamenta poſuiſſe; poſitíſque parietes impoſuiſſe; & tandem tectum addidiſſe.

Ut hæc dubitatio diſſolvatur, dicendum eſt: verbo χαράττειν, (*efformare*, *exarare*)

Digitized by Google

πεζεύσαντος. τὴν δὲ ἤγουν τὴν δευτέραν τῆς αὐτοῦ ῥάβδου τάσιν πλαγίως ὕϛερον κροτήσας καὶ ἐπιϛρεπτικῶς, τὰ τῶν ὑδάτων τμήματα ἥνωσε, κατὰ τῶν ἁρμάτων Φαραῶ, ἐπὶ τοῦ πλάτους τῆς θαλάσσης τὸ ἀνίκητον ὅπλον τῶν χριϛιανῶν τὸν ϛαυρὸν αἰσθητῶς διαγράψας διὰ τοῦ ἐπ᾽ εὐθείας ἰῶτα καὶ τῆς ἐπιϛρεπτικῆς κεραίας.

Ὅτι δὲ σύμβολον ἦν τοῦ θείου ϛαυροῦ, ἡ κατὰ τὴν ἐρυθρὰν θαυματοποιΐα, παντίπου δῆλον. διὰ γὰρ τῆς οἰκείας ῥάβδου τοῦ ϛαυροῦ δηλαδὴ καὶ ὁ νέος μωϋσῆς ὁ σωτὴρ, οὗ ῥάβδος ἐνθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας ἐϛὶ κατὰ τὸ ψαλλόμενον, τὴν ἐρυθρὰν διέτεμεν ἁμαρτίαν. ἐρυθρὰ δὲ πάντως ἡ ἁμαρτία μόνον ὅτι αἵματι παρείκαϛαι τῇ γραφῇ, ὡς τὸ ἄνδρες αἱμάτων καὶ δολιότητος, καὶ τὸ ἐκζητῶν τὰ αἵματα αὐτῶν ἐμνήσθη. καὶ παρ᾽ ἄλλῳ προφήτῃ, τὸ, αἱ χεῖρες αὐτῶν αἵματος πλήρεις. ἀλλ᾽ ὅτι καὶ ἡσαΐας ὁ μεγαλοφωνότατος τὴν αὐτῆς ἐρυθρότητα διαῤῥήδην ἀναδείκνυσιν ἐὰν μὲν ὦσιν ἡμῶν αἱ ἁμαρτίαι λέγων ὡς φοινικοῦν, ὡς χιόνα λευκανῶ. ἐὰν δὲ ὦσιν ὡς κόκκινον, ὡσεὶ ἔριον λευκανῶ. τὴν οὖν ἐρυθρὰν, ὡς ἔφαμεν, ἁμαρτίαν διατεμὼν ὁ σωτὴρ, τοὺς μὲν ἰσραηλίτας ἡμᾶς εἰς τὴν ἔρημον τῆς ἀπαθείας διεβίβασε, τὰς δὲ φαραωνίτιδας δαιμονίων δυνάμεις ἐπόντωσεν, αἳ δικαίως ἂν καὶ ἅρματα λέγοιντο διὰ τὴν ἔπαρσιν καὶ οἴησιν ὑφ᾽ ἧς κατεβλήθησαν, οὐ γὰρ δήπου διὰ τὴν ἁρμονίαν, ἐπεὶ μηδὲν παρὰ ταῖς ἀποϛατικαῖς δυνάμεσιν ἥρμοϛαι. ἄῤῥυθμα δὲ πάντα ταύταις ἐϛὶ καὶ ἀνάρμοϛα. εἰκότως δὲ καὶ τριϛάται καλοῖντο, ὡς ἐκ τριῶν τῶν κε-

mare diviſit, ut Iſraëli tranſeunti pateret: Alteram verò, nempe ſecundam virgæ extenſionem, ex obliquo vibrans & inferens, aquæ partes denuò conjunxit; efformans ad ſenſum contra Pharaonis currus ſecundùm maris latitudinem, Chriſtianorum invictam armaturam Crucem, per duas lineas; alteram rectam, *Jota* inſtar; alteram verò transverſam & obliquam.

Porrò miraculum illud in mari rubro
C figuram fuiſſe divinæ Crucis, nemo ignorat Nam per propriam virgam, Crucem videlicet, novus Moyſes Salvator, cujus *virga directionis virga regni ejus*, ùt eſt in Pſalmo, rubedinem peccati diſſecuit. Rubrum enim omnino peccatum; quia in ſacris literis ſanguini aſſimilatur. Hinc illud: *Viri ſanguinum & doloſi.* Et illud: *Exquirens ſanguinem eorum recordatus eſt.* Et apud alium Prophetam: *Manus eorum ſanguine plenæ.* Iſaias quoque diſertè his verbis peccati rubedinem indicat. *Si fuerint peccata veſtra inſtar punicei coloris, quaſi nivem dealbabo. Si verò fuerint ùt coccinum, quaſi lana alba erunt.* Salvator igitur noſter diſpertiens peccati rubedinem, nos Iſraëlitas in ſolitudinem ab omni paſſione liberam
D traduxit, & Pharaoniticas Dæmonum poteſtates undis obruit; quas meritò *currus* appellaveris, ob elationem, vanámque exiſtimationem, à qua proſtrati ſunt. neque enim ἅρματα [currus] ab harmonia vocari queunt; cùm apud has deſertrices poteſtates nihil penitus ſit harmonicum & concinnum, ſed omnia modi & convenientiæ expertia. Jure etiam nominaveris *Triſtatas*, quippe quæ ex tribus magis capitalibus commotionibus humanæ naturæ ſeditiones & bella excitent, ex ira, in-

ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτε, τῷ γὰρ σταυρῷ, κατὰ τὸν πολὺν ἐν θεολογίᾳ γρηγόριον, συνεπαίρεται.

Τροπάριον.

Τὸν τύπον πάλαι μωσῆς τῦ ἀχράντυ πάθυς ἐν ἑαυτῷ ὑπέφηνε τῶν * ἱερῶν μεσέμενος, σταυρῷ δὲ σχηματισθεὶς τεταμέναις τρόπαιον παλάμαις ἤγειρε, τὸ κράτος διολέσας ἀμαλὴκ τοῦ πανώλους, διὸ χριστῷ ᾄσωμεν τῷ θεῷ ἡμῶν, ὅτι δεδόξασαι. C

* ἱερέων

Ἑρμηνεία.

Ακολέθως τῷ μεγάλῳ, παύλῳ καὶ ὁ θαυμαστὸς μελῳδὸς σκιὰν τῆς χάριτος τὸν νόμον εἰδὼς, μεταφέρει τὰς τῆς παλαιᾶς διαθήκης ἱστορίας εἰς τὴν τῆς νεωτέρας ἀλήθειαν. καὶ δι ἑνὸς προτυπώματος τῆς τοῦ ἐρυθραίυ κόλπυ λέγω τομῆς τὴν σταυρικὴν ἐμφήνας ἄῤῥητον δύναμιν, καὶ ἕτερον ἰδοὺ ἐπάγει σύμβολον αὐτῆς καὶ προχάραγμα, τὴν διὰ τῆς ἐκτάσεως τῶν μωσαϊκῶν χειρῶν τοῦ ἀμαλὴκ ἐξολόθρευσιν, καί φησιν ὅτι ἀρχῆθεν καὶ ἀνέκαθεν ἡμερῶν τὸ ἄχραντον τῦ σωτῆρος πάθος, καὶ τὸ κατὰ τὸν σταυρὸν μυστήριον ἐν ἑαυτῷ προέδειξεν ὁ μωϋσῆς. τὸ μὲν πάθος, ὅτι μέσον τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν ἵστατο τῦ ὢρ καὶ τῦ ἀαρὼν, καθάπερ ὁ ἐμὸς ἰησῦς μέσον τῶν δύο λῃστῶν ἐκρεμάννυτο. τὸν δὲ σταυρὸν, ὅτι τῇ χειρῶν ἐκτάσει τῷ σταυρῷ καὶ οὗτος σχηματισάμενος ἑαυτὸν ταῖς τεταμέναις παλάμαις τὴν κατὰ τοῦ ἀμαλὴκ τοῦ πανώλους, καὶ μυσαροῦ νίκην ἤρατο. καὶ πῶς γὰρ ὐκ ἂν ἤρατο τῷ νικητικῷ τοῦ σταυροῦ σημείῳ σχηματισθείς. D

Ανέθηκε μωϋσῆς ἐπὶ στήλης ἄκος, φθοροποιοῦ λυτήριον καὶ ἰοβόλυ δήγματος, καὶ ξύλῳ, τύπῳ σταυροῦ, τὸν πρὸς γὴν συρόμενον ὄφιν προσέδησεν ἐγκάρσιον, ἐν τύτῳ θριαμβεύσας τὸ πῆμα,

simul in altum evehitur.

Troparium.

Immaculatæ paſſionis typum olim medius inter ſacerdotes in ſeipſo effinxit Moyſes, & in Crucis ſpeciem conformatus expanſis manibus trophæum erexit, deviĉta exciſáque exitioſi Amalec potentia, propterea Chriſto Deo noſtro canimus, quia glorificatus eſt.

Explicatio.

Conſentaneè magno Paulo non ignarus admirabilis melodus antiquam legem umbram gratiæ eſſe, transfert veteris teſtamenti hiſtorias ad veritatem novi: cúmque Crucis ineffabilem vim & potentiam declaráſſet unius figuræ allato exemplo, rubri maris diviſionem intelligo, jam alium quendam ejuſdem Crucis typum & præformationem producit, nimirum illam Amalecitarum internecionem, quæ Moyſe manus expandente conſecuta eſt: ait, Moyſen jam antiquis temporibus, illibatam Redemptoris noſtri paſſionem & Crucis myſterium in ſeipſo prædeſignâſſe; Paſſionem quidem; quia medius inter ſacerdotes Hur & Aaronem ſtabat; ſicut JEſus meus medius inter duos latrones ſuſpenſus eſt. Crucem verò, quia manuum extenſione hic etiam crucis formam in ſe expreſſit, palmíſque expanſis ab exitioſo & deteſtando Amalec victoriam reportavit. Et quomodo non reportâſſet in ſpeciem victorioſi Crucis ſigni compoſitus?

Statuit Moyſes in columna remedium adverſus venenatum, & interitus effectorem morſum: inque ligno, Crucis typo, ſerpentem ad terram detractum alligavit transverſum, in hoc de clade triumphans: pro-

Digitized by Google

... δηλαδὴ τὸν σαυρὸν τὸν ἐπὶ τῷ σήθει καὶ κοιλίᾳ πορεύεσθαι καταραχθέντα ὄφιν προσέδησε τὸν σατανᾶν δηλονότι, προσέδησε δὲ οὐκ ὄρθιον, ἀλλ' ἐγκάρσιον, ἵν' ἐντεῦθεν καὶ τοῦ ὄφεως ἐμφῆναι σχῆμα τοῦ αἰσθητοῦ τε, καὶ νοητοῦ μηδέποτε ὀρθιάζοντες, καὶ ἡμᾶς πρὸς τὴν ὁμοίαν τοῦ πλαγιασμοῦ ῥοπὴν κατασύροντος, ὃν τοῦ σαυρικοῦ σημείῳ ξύλου νεκρὸν προσδήσας ὁ μωϋσῆς ἐθριάμβευσεν ἐν τούτῳ τῆς ὀφεοδηξίας τὴν νόσον καὶ ἐσηλίτευσε, καὶ ἀνίσχυρον ἐποίησε. τοῦ λοιποῦ μηδεὶς οἰέσθω τὸν χάλκεον ὄφιν τύπον εἶναι τοῦ Χριστοῦ, ἐκ τοῦ πλέπνοτας πρὸς αὐτὸν τοὺς ὀφεοδήκτες ἰᾶσθαι ἀλλὰ μᾶλλον τῆς ἀντικειμένης δυνάμεως τύπον εἶναι. ———

... ligno, quod Crucis typum gerebat, ſerpentem, cui ex veteri maledictione ſuper pectus & ventrem gradiendum eſt, alligâſſe (ſatanam ſcilicet) & alligâſſe non rectum, ſed obliquum, ut & hinc appareat tam ſenſilis, quàm intellectilis ſerpentis ſpecies, quæ nunquam recta; qui & nos ad ſimiles flexus & obliquitates inducere tentat; quem Moyſes in ligno Crucis mortuum ſuſpendens, triumphavit in hoc de ſerpentini morſus morbo, eúmque quaſi palam, C traduxit, & invalidum effecit. De cætero nemo exiſtimet ſerpentem æreum eſſe typum Chriſti, eò quòd læſi à ſerpentibus aſpectu ejus curabantur, ſed magis cenſere debemus figuram adverſariæ poteſtatis præ ſe ferre ————————

Ab hoc loco aliquot Pagellæ deſunt in expoſitione Prodromi. Nam in Codice Manuſcripto, quo uſi ſumus, nihil amplius apparet uſque ad illum Canonis locum, ubi Coſmas agit de Patriarcha Jacob cancellatis manibus nepotibus ſuis benedicente. Interea ſic pergit Coſmas in Canone ſuo.

Ὑπέδειξεν οὐρανὸς τοῦ σαυροῦ τὸ τρόπαιον τῷ εὐσεβείας *κράτορι, καὶ βασιλεῖ θεόφρονι. ἐχθρῶν ἐν ᾧ δυσμενῶν κατεβλήθη φρύαγμα, ἀπάτη ἀνετράπη δὲ καὶ πίστις ἐφηπλώθη γῆς τοῖς πέρασι θεία. διὸ χριστῷ ᾄσωμεν τῷ θεῷ ἡμῶν, ὅτι δεδόξα.

*Menolog. κράτει.

Oſtendit cœlum Crucis trophæum pietatis ſtudioſiſſimo & Dei pleno Regi, quo hoſtium faſtus dejectus eſt, error everſus, & divina fides per fines terræ diffuſa, propterea Chriſto Deo noſtro canamus, quia glorificatus eſt.

ᾠδὴ γ. ὁ εἱρμός.

Ῥάβδος εἰς τύπον τοῦ μυστηρίου παραλαμβάνεται, τῷ βλαστῷ γὰρ προκρίνει τὸν ἱερέα, τῇ στειρευούσῃ δὲ πρώην ἐκκλησίᾳ νῦν ἐξήνθησε ξύλον σαυροῦ εἰς κράτος καὶ στερέωμα.

Oda III. Hirmus.

In figuram hujus myſterii virga aſſumitur, germine enim ſuo ſacerdotem deſig- D nat. Eccleſiæ autem priùs ſterili nunc effloruit Crucis lignum ad robur & firmamentum.

Ὡς ἐπαφῆκε ῥαπιζομένη ὕδωρ ἀκρότομος ἀπειθοῦντι λαῷ, καὶ σκληροκαρδίῳ, τῆς θεοκλήτου ἐδήλου ἐκκλησίας τὸ μυστήριον, ἧς ὁ σαυρὸς τὸ κράτος, καὶ στερέωμα.

Cùm petra percuſſa aquam miſit immorigero & duræ cervicis populo; nil aliud ſignificatum eſt, quàm à Deo electæ Eccleſiæ myſterium, cujus potentia & firmamentum Crux eſt.

Πλευρᾶς ἀχράντου λόγχῃ τρωθήσης, ὕδωρ σὺν αἵματι ἐξεβλήθη ἐγκαινίζον διαθή-

Intacto latere lancea vulnerato effluxit aqua cum ſanguine dedicans novum teſta-

ϛήριον. κατενόησα τὰ ἔργα σου, καὶ ἐδόξασά σε τὴν θεότητα.

Πικρογόνους μετέβαλε ξύλῳ Μωϋσῆς πηγὰς ἐν ἐρήμῳ πάλαι τῷ σταυρῷ πρὸς τὴν εὐσέβειαν τῶν ἐθνῶν προφαίνων τὴν μετάθεσιν.

Ὁ βυθῷ κολπωσάμενος τέμνουσαν ἀνέδωκεν Ἰορδάνης. ξύλῳ τῷ σταυρῷ καὶ τῷ βαπτίσματι τὴν τομὴν τῆς πλάνης τεκμαιρόμενος.

Ἱερῶς προσοιβάζεται ὁ τετραμερὴς λαὸς προηγούμενος τῆς ἐν τύπῳ μαρτυρίου σκηνῆς σταυροτύποις τάξεσι κλεϊζόμενος.

Θαυμαστῶς ἐφαπλούμενος τὰς ἡλιακὰς αὐγὰς ἐξηκόντισεν ὁ σταυρὸς, καὶ διηγήσαντο οὐρανοὶ τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ ἡμῶν.

ᾠδὴ ε. ὁ εἱρμός.

Ὦ τρισμακάριστον ξύλον, ἐν ᾧ ἐτάθη Χριστὸς ὁ βασιλεὺς καὶ κύριος, δι' οὗ πέπτωκεν ὁ ξύλῳ ἀπατήσας τῷ ἐν σοὶ δελεασθεὶς Θεῷ τῷ προσπαγέντι σαρκὶ, τῷ παρέχοντι τὴν εἰρήνην ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν.

Σὲ τὸ ἀοίδιμον ξύλον, ἐν ᾧ ἔπαθη Χριστὸς, ἡ τὴν Ἐδὲμ φυλάττουσα στρεφομένη ῥομφαία σταυροῦ ἠδέσθη, τὸ φρικτὸν δὲ χερουβὶμ εἶξε τῷ ἐν σοὶ παγέντι Χριστῷ τῷ παρέχοντι τὴν εἰρήνην ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν.

Ὑποχθονίων δυνάμεις ἀντίπαλοι τοῦ σταυροῦ φρίττουσι χαραττόμενον τὸ σημεῖον ἐν ἀέρι, ᾧ πολοῦσιν, οὐρανίων, γηγενῶν γένος δὲ γόνυ κάμπτει Χριστῷ, τῷ παρέχοντι τὴν εἰρήνην ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν.

Μαρμαρυγαῖς ἀκηράτοις φανεὶς ὁ θεῖος σταυρὸς ἐσκοτισμένοις ἔθνεσι, τοῖς ἐν πλάνῃ ἀπάτης, τὸ θεῖον φέγγος ἀπαστράψας οἰ-

[illegible] cavi divinitatem tuam.

Amaros fontes mutavit olim Moyſes Cruce in eremo, præſignificans gentium ad pietatis ſtudium translationem.

Securim in profundum delapſam reddidit Jordanis, jam tum indicans errorem Cruce & baptiſmate diſſectum iri.

C

Ritè diſponitur & inſtruitur quadripertitus populus, quando procedit, ſeu caſtra movet, quippe turmis Crucis ſpeciem referentibus in typo tabernaculi teſtimonii illuſtratus.

ſecundùm quatuor mundi plagas caſtra poſuiſſe & moviſſe dicuntur Iſraëlitæ, præcedente eos Arca fœderis, conficiunt autem quatuor plagæ mundi Crucis ſpeciem. Alii lib. 1. de S. Cruce cap. 11.

Crux mirandum in modum expanſa ſplendorem ſolis inſtar ejaculata eſt, & cæli enarrârunt gloriam Dei noſtri.

Oda V. Hirmus.

O ter beatum lignum, in quo extenſus Chriſtus Rex & Dominus; quo corruit ille, qui per lignum deceperat, ineſcatus eo, qui in te ſecundùm carnem affixus fuerat, Deo, qui animabus noſtris pacem præbet.

D

Te ô celeberrimum lignum, in quo Chriſtus paſſus eſt, verſatilis illa rhomphæa, quæ Edem cuſtodit, reverita eſt, & terrificus ille Cherubinus ceſſit Chriſto in te affixo, qui pacem animabus noſtris largitur.

Adverſariæ ſubterraneorum copiæ horrent formatum Crucis ſignum in aëre, in quo oberrant; cœleſtium verò & terreſtrium genus genua flectit Chriſto, qui pacem animabus noſtris concedit.

Crux divina gentibus caligine immerſis & erroris deceptione detentis apparens, divinúmque fulgorem emittens, eaſdem conciliat

Digitized by Google

πὶ ταῖς αὐτῶν, ὡς ἔφαμεν, κεφαλαῖς, ἐῤῥασώτησε μὲν αὐτίκα τῆς νόσου καὶ ἀνεῤῥώσθη, ἀπεξύσατο δὲ καὶ τοῦ γήρως οἱονεὶ παλαιότητα, καὶ ἀνήκμησε, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ ποιητὴς διὰ τῆς λέξεως σαφέστατα παριστᾷ. Φησὶ γὰρ, ὅτι τῷ πολυχρονίῳ ἅμα γήρᾳ καμφθεὶς, καὶ τῇ νόσῳ ταλαιπωρηθεὶς ἰακὼβ, καὶ ὑπὸ δύο τούτων δεινῶν καταπεπονημένος τὸ σῶμα, τοῦ γήρως φημὶ καὶ τῆς ἀσθενείας, ἀμείψας τὰς χεῖρας ἐπὶ τῇ εὐ- C λογίᾳ τῶν παίδων ἀνωρθοῦτο εὐθὺς τήν τε νόσον ἀποβαλλόμενος ἅμα καὶ τὸ γῆρας ἀποξυόμενος. ἀνωρθοῦτο δὲ τοῦ ζωοφόρου σταυροῦ ἀναδεικνὺς ἐνέργειαν τὴν τῇ ἐναλλαγῇ τῶν χειρῶν αὐτοῦ προτυπουμένην. ὁ γὰρ ἐν τῷ σταυρῷ παγεὶς σαρκὶ χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν ἐνεύργησε μὲν διὰ τοῦ αὐτοῦ σταυροῦ τὴν παλαιότητα τοῦ νομικοῦ γράμματος, καθάπερ τότε τῷ ἰακὼβ γῆρας ἀκμῆσαι πεποίηκεν. ἀπήλασε δὲ καὶ τὴν ψυχόλεθρον τῆς πλάνης νόσον. καθάπερ καὶ τότε τὴν ἀῤῥωστίαν ἰακὼβ ἀπεδίωξεν.

——— permutans manus capitibus eorum, ùt diximus, impoſitas, ex morbo ſtatim recreatus eſt, & revaluit: quin & ſenectutis quaſi vetuſtatem abſterſit & reviguit; ùt ipſemet Poëta clariſſimè demonſtrat. Ait enim. Patriarcham Jacob longæva ſenectute incurvatum ſimul & morbo afflictum, & ab his duobus malis, ſenio nimirum & morbo malè habitum, mutatis manibus in benedictione nepotum, confeſtim erectum eſſe, depulſo morbo ſimul & abſterſa infirma valetudine. Erigebatur verò & confirmabatur; vim & potentiam Crucis innuens; cujus permutatio illa manuum figura erat, & præformatio. Chriſtus enim Deus noſter carne Cruci ſuffixus renovavit per Crucem ſuam legalis ſcripturæ vetuſtatem, quemadmodum tunc Patriarchæ Jacob ſenium reflorere fecit: depulitque exitioſum erroris morbum, ſicut & tunc imbecillitatem Jacob effugavit.

* Vox τροπάριον non eſt in Menologio.

* Meno. λέγ. οὕτως ἐξηπατῆσαι.

*Τροπάριον.

Νεανιζούσαις θεὶς παλάμας ὁ θεῖος ἰσραὴλ D σταυροειδῶς κάραις, ἐδήλου ὡς πρεσβύτερον κλέος ὁ νομολάτρης λαὸς ὑποπτευθεὶς ὅθεν * οὗτος ἐξηπάτησαι οὐκ ἠλλοίωσε τὸν ζωηφόρον τύπον, ὑπερέξει λαὸς γὰρ χριστοῦ τοῦ θεοῦ νεοπαγὴς, ἀνεβόα σταυρῷ τειχιζόμενος.

Troparium.

Divinus Iſraël poſitis manibus Crucis in ſpeciem ſuper juvenilia capita, ſignificabat, populum illum legis cultorem antiquiorem gloriam obtinere, cùm verò in ſuſpicionem veniſſet, quaſi deceptus fuiſſet; non mutavit crucem vivificam; clamabat enim. Prævalebit populus Chriſti Dei noviter fundatus, & cruce munitus.

Ἑρμηνεία.

Πολλῶν νοημάτων ——— ἐν τῇ κατὰ τὴν εὐλογίαν ἰακὼβ ἱστορίᾳ ——— μένων, καὶ

Explicatio.

Cùm in benedictione Patriarchæ Jacob plura myſteria contineantur, quàm ut uno

Digitized by Google

τῇ εὐλογίᾳ τούτου παριςαμένων, καταπλαγέντων ἐπὶ τῇ ἐν ἀλλαγῇ καὶ οἰηθέντων ὑπότε τοῦ γήρως καὶ τῆς νόσου ἐξηπατῆσθαι ἤδη αὐτὸν, καὶ ὡς ἐκ παραφροσύνης τινὸς ἀγνοεῖν, τίς μὲν αὐτῶν ὁ πρωτότοκος, τίς δὲ ὁ ὑςερότοκος εἴη, καὶ ἀξιούντων ἀνθυπαλλάξαι τὰς χεῖρας, καὶ τὴν δεξιὰν τῷ μανασσῇ ἐπιθεῖναι, ὁ δὲ τούτους ἐάσας ληρεῖν ἐπὶ σχήματος ταύτας ἐτήρησε, καὶ τὸν ζωηφόρον οὐκ ἠλλοίωσε τύπον, μονονεχὶ τοῦτο λέγων. ὅτι ὦ ἄνθρωποι ἐάσατέ μου τὰς χεῖρας οὕτω χιαςικῶς ἐσχηματισμένας εἶναι, καθάπερ ἄρα ταύτας καὶ ἐσχημάτικα. διὰ γὰρ τούτου τοῦ σχήματος τὸν ςαυρὸν ζωγραφοῦντος ὁ νέος καὶ ἐξ ἐθνῶν καὶ ἀληθὴς χριςοῦ θεοῦ λαὸς. δώσω σοι γάρ, φησιν ἔθνη τὴν κλυρονομίαν σου δαβὶδ, ὑπερέξει τοῦ τῶν ἰουδαίων ἐκείνου καὶ πρεσβυτέρου, τῷ ςαυρῷ τε σχιζόμενος. τόδε, ὑπερέξει λαὸς, ἐκ τῆς γενέσεως εἴληπται. λέγει γὰρ ἐκεῖ ὁ χρηματίζων τῇ ῥεββέκκα, λαὸς λαοῦ ὑπερέξει καὶ ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάττονι.

Κοντάκιον.

Ὁ ὑψωθεὶς ἐν τῷ ςαυρῷ ἑκουσίως τῇ ἐπωνύμῳ σου καινῇ πολιτείᾳ τοὺς οἰκτιρμούς σου δώρησαι χριςὲ ὁ θεὸς, εὔφρανον ἐν τῇ δυνάμει σου τοὺς πιςοὺς βασιλεῖς ἡμῶν. νίκας χορηγῶν αὐτοῖς κατὰ τῶν πολεμίων τὴν συμμαχίαν ἔχοιεν τὴν σὴν ὅπλον εἰρήνης ἀήττητον τρόπαιον.

Ὁ μετὰ τρίτον οὐρανὸν, ἀρθεὶς ἐν παραδείσῳ, καὶ ῥήματα ἀκούσας τὰ ἄῤῥητα καὶ θεῖα, ἃ οὐκ ἐξὸν γλώσσαις λαλεῖν, τί γαλάταις γράφει, ὡς ἐραςαὶ τῶν γραφῶν ἀνέγνωτε, καὶ ἔγνωτε. ἐμοί, φησι καυχᾶσθαι μὴ γένοιτο, πλὴν εἰ μὴ ἐν μόνῳ τῷ ςαυρῷ τοῦ κυρίου. ἐν ᾧ παθὼν ἔκτεινε τὰ πάθη. αὐ-

quam mentis non ſatis compotem ignorare, quis illorum primò, quis ſecundò genitus eſſet, rogantibúſque, ut manibus denuò mutatis dextram Manaſſe imponeret, ille hos nihil moratus: manus, ea, qua cœperat, ſpecie conformatas retinuit, vivificúmque typum non variavit, tantùm non palàm clamans; ſinite, quæſo, manus ſic cancellatas eſſe, quemadmodum ego illas efformavi. Per hanc enim ſpeciem Crucis repræſentatricem, junior & ex gentibus collatus & verus Chriſti populus (ait enim David: *Dabo tibi gentes hereditatem tuam*) ſuperabit antiquiorem Judæorum populum, & quidem Cruce munitus. illud *ſuperabit populus*, deſumptum eſt ex Geneſi, ubi
C Deus conſultus hoc reſponſum Rebeccæ dedit: *populus populum ſuperabit, & major ſerviet minori.*

Poſt ſextam Odam interjiciuntur in Menæo ſequentia.

Qui volens libénſque in Cruce exaltatus es, cœtui, qui à te nomen ducit, miſericordiam tuam impende Chriſte Deus, lætifica virtute tua fideles Imperatores noſtros,
D concede illis victoriam adversùs hoſtes, ſubſidiúmque tuum habeant, armaturam nimirum pacis, invictúmque Crucis trophæum.

Qui in tertium cælum, in paradiſum raptus eſt, quique ineffabilia & divina verba audivit, quæ nemini fas eloqui, quid ad Galatas ſcribat, tanquam ſcripturarum amatores legite & intelligite. *Mihi*, inquit, *abſit gloriari niſi in Cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti*, in qua paſſus, paſſiones occidit. Hanc igitur Domini Crucem nos quoque firmiter

Digitized by Google

δὲ τὴν τῶν ἐναντίων πληθὺν ὑπὲρ τὸν οἰκεῖον οὖσαν στρατὸν ἀπορίᾳ καὶ φόβῳ συνείχετο. οὕτως οὖν ἔχοντι τύπος αὐτῷ σταυρικὸς μεσούσης ἡμέρας ἐφάνη κατ᾽ οὐρανὸν δι᾽ ἀστέρων, καὶ γραφὴ περὶ τὸν σταυρὸν ῥωμαϊκοῖς στοιχείοις. καὶ αὐτοῖς δι᾽ ἀστέρων τυπουμένοις καὶ φράζουσιν, ἐν τούτῳ νίκα.

B tra Scythas. Animadvertens autem hoſtiles copias exercitui ſuo multitudine multùm præſtare, conſilii inopia & formidine valdè angebatur. In his igitur anguſtiis verſanti media die apparuit in cœlo Crucis ſignum ex ſtellis formatum, addita hac ſcriptura Romanis literis, & his etiam ex ſtellarum poſitu effictis: *In hoc vince.*

Ἐκ χρυσοῦ τοίνυν σχεδιάσας αὐτίκα σταυρὸν κατὰ τὸν φανέντα τύπον αὐτῷ, καὶ τοῦτον κελεύσας τῆς στρατιᾶς αὐτοῦ προπορεύεσθαι, τοῖς ἐναντίοις συῤῥήγνυται καὶ ὑπερτερεῖ, ὡς τοὺς πλείους ἐκείνων ἀναιρεθῆναι, τοὺς δὲ λοιποὺς εἰς φυγὴν ἀπιδεῖν. ἐντεῦθεν τὴν τοῦ ἐν αὐτῷ σταυρωθέντος δύναμιν ἐννοήσας, καὶ τοῦτον μόνον ἀληθῆ πιστεύσας, καὶ τῷ εἰς αὐτὸν βαπτίσματι τειχισθεὶς μετὰ τῆς οἰκείας μητρὸς, εἰς Ἱεροσόλυμα ταύτην ἐκπέμπει εὑρεῖν τὸν σταυρὸν τοῦ χριστοῦ. ἥτις καὶ εὗρεν αὐτὸν κεκρυμμένον, καὶ τοὺς ἑτέρους δύο σταυροὺς, εἰς οὓς οἱ λῃσταὶ ἐσταυρώθησαν. ἀλλὰ δὴ καὶ τοὺς ἥλους.

Confeſtim igitur raptímque Crucem conficit ad ſimilitudinem ejus, quæ apparuerat; quam cùm mandâſſet exercitui præferri, cum hoſtibus congreditur, & victoriam obtinet, ita, ut plures illorum trucidârit, reliquos fugârit. Exinde intellecta ejus, qui in Cruce crucifixus fuerat virtute, eum ſolum verum Deum credidit C baptiſmúmque ſimul cum matre ſuſcepit; quam Hieroſolymam ablegat Crucis Chriſti quærendæ cauſa; quæ & abſconditam reperit, ſicut & alias duas Cruces, in quibus latrones Crucifixi fuerant. Imò clavos etiam invenit.

Διαπορούσης δὲ τῆς βασιλίσσης τίς ἂν εἴη ὁ κυρίου σταυρὸς διὰ τῆς εἰς θανοῦσαν γυναῖκα χήραν θαυματουργίας δείκνυται, ἣ καὶ ἀνέστη τῇ τούτου προσψαύσει, τῶν δὲ λοιπῶν δύο σταυρῶν τῶν λῃστῶν μηδὲν εἰς τοῦτ᾽ ἐνδειξαμένων εἰς θαυματοποιίας ὑπόδειγμα, ὃν δὴ τίμιον σταυρὸν προσεκύνησεν ἡ βασίλισσα καὶ ἠσπάσατο μετὰ τῆς συγκλήτου ἁπάσης. ζητῶν δὲ καὶ ὁ κοινὸς λαὸς προσκυνῆσαι, οὐκ ἠδύνατο, καὶ ᾐτήσατο κἂν ἰδεῖν αὐτόν. τότε ἀνῆλθεν ὁ μακάριος πατριάρχης Ἱεροσολύμων, καὶ ὕψωσεν ἐπὶ τοῦ ἄμβωνος τὸν τίμιον σταυρόν. καὶ ἰδόντες ἤρξατο ὁ λαὸς κράζειν, τὸ, κύριε ἐλέησον. καὶ ἔκτοτε ἐπεκράτησεν ἡ τιμία ἑορτὴ τῆς ὑψώσεως.

Hæſitante autem Regina, quænam Crux Domini eſſet; patefacta ea eſt per miraculum patratum in mortua muliere, quæ tactu Crucis reſurrexit: reliquis duabus Crucibus nihil hujus generis ſupra naturæ vires efficientibus. Porrò venerandam Crucem adoravit Regina & oſculata eſt, cum toto D ſenatu. Cùm autem vulgus quoque crucem adorare diſcuperet, non potuit, petiitque, ut ſolùm videndi copia fieret. Tunc Macarius, Hieroſolymorum Patriarcha conſcenſo ſuggeſtu venerandam Crucem exaltavit; qua conſpecta: exclamavit populus, *Domine miſerere.* Et ex illo tempore introductum eſt, uſúque receptum venerabile exaltationis feſtum.

Oda

Digitized by Google

ειν τοὺς χυδαιοτέρους τε καὶ ἀνανδρωτέρους. εἴωθε γὰρ ἡ γραφὴ τὸν συρφετώδη καὶ ἀσθενέστερον λαὸν ὀνομάζειν, ὡς ὅταν λέγομεν ὁ πολὺς λαὸς τὸ δέ τι ἔπαθεν ἢ ἐποίησεν, ἀντὶ τοῦ οἱ χυδαῖοι καὶ τῆς κάτω τύχης, καὶ τῆς ἰδιωτείας, τοὺς μὲν οὖν λαοὺς, ὡς εἴρηται, τὸ τυραννικὸν ἐκεῖνο δόγμα ἐκλόνησε καὶ κατέσεισε. καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἂν ἐκλόνησε πνέον μὲν ἀπειλῆς τοσαύτης τοὺς παρηκόους ὠθούσης εὐθὺς εἰς τὴν ἑπταπλάσιον. πνέον δὲ καὶ δυσφημίας θεοστυγεῖς τῆς τὸν κατάπτυστον ἐκεῖνον ὕθλον ἐρευγομένης, καὶ τίς ἐστιν ὁ θεὸς ὃς ἐξελεῖται ὑμᾶς ἐκ τῶν χειρῶν μου; τοὺς δὲ τρεῖς ὅμως παῖδας καὶ τῆς ἀνωτάτω τριάδος ὑμνητὰς καὶ θεολόγους οὐκ ἐδειμάτωσεν οὐδὲ ὁ θηριώδης τοῦ τυράννου θυμὸς λεόντειον μὲν βρύχοντος, ἰὸν δὲ ἀσπίδων ὑπὸ τὴν γλῶσσαν ἐγκαθήμενον ἔχοντος. οὐδὲ πολὺ πρὸ τούτου τὸ ἠχητικὸν ἐκεῖνο τῆς καμίνου πῦρ καὶ μέγα * βρομαῖων, ἦγεν ἠχεῖν, καὶ κτυπεῖν κατέπληξεν, ἀλλὰ τῷ πυρὶ ἀπαθεῖς ξυνόντες καὶ καταθίξιν ὁμιλοῦντες τὸν ὑπερύμνητον θεὸν εὐλόγουν τῶν πατέρων αὐτῶν τοῦ ἀβραὰμ ἰσαὰκ καὶ ἰακὼβ πρὸς διπλῆν τὴν ἐπικειμένην ἀνάγκην, τό, τε καυσικόν φημι, καὶ τὸ ἠχητικὸν τοῦ πυρὸς, διπλῆν καὶ παρὰ τοῦ πνεύματος κομιζόμενοι βοήθειαν, τήν τε δροσιστικὴν, καὶ τὴν διασυριστικήν.

* βρομέων

Εποίησε γάρ φησι τὸ μέσον τῆς καμίνου ὡς πνεῦμα δρόσου διασυρίζων, ὅτε μὲν γὰρ ἤχει τούτοις τὸ πῦρ τὴν φοβερὰν ἠχὴν, καὶ τὴν ἀπειλητικὴν, ἀντήχει τὸ πνεῦμα ἦχον ἀντίῤῥοπον θυμωτερπῆ καὶ χαρίεντα, καὶ οἷος ὁ τῆς σύριγγος τῶν νομέων ἡδὺ καὶ ἀνακηλητικὸν ᾀδούσης, καὶ τῷ θελκτηρίῳ ἀναστρεφούσης τὸ ποίμνιον. ὅταν δ' ἐκεῖνο τὴν καυστικὴν ἰσχὺν παρῆγεν αὐτοῖς, τὸ πνεῦμα

natos; ſolet enim ſcriptura imperitam multitudinem & imbecilliorem, appellare *populum*, ùt cùm dicimus: *multitudo populi hoc vel illud pertulit vel fecit*, vice hujus: *plebei & inferioris ſortis, & ex vulgo homines hoc paſſi ſunt aut operati.* Populos igitur, ùt diximus, Tyrannicum illud decretum concitavit, & quomodo non concitâſſet, cùm tantas minas ſpiraret, quibus dicto non audientes ſtatim amandabantur in fornacem ſepties magis quàm conſueverat, ſuccenſam? cúmque præterea ſpiraret deteC ſtandas blaſphemias in Deum & maximè execrandum illud dictum comprehenderet; *Quis eſt Deus, qui eripiet vos de manibus meis?* Dan. 3. Nihilominus tres pueros, ſupremæ Trinitatis præcones & Theologos, non terruit belluinus tyranni & leonum inſtar rugientis animus, venenúmque aſpidum ſub labiis inſitum habentis; neque etiam accenſæ fornacis ſonitus & violentia eos pavefecit; ſed ſine nocumento in igne, ita ut à flammis non attingerentur, verſantes, Deum patrum ſuorum Abraham, Iſaac & Jacob laudibus celebrabant adversùs duplicem neceſſitatem, vim ſcilicet urendi; igniſque ſonorum fremitum, duplici à vento ſubſidio inſtructi, altero roris, altero D auræ leniter ſpirantis & ſibilantis.

Fecit enim, teſte ſcriptura, *medium fornacis quaſi ventum roris flantem.* Quando enim ignis terrificum illum & plenum formidine ſonitum edebat; tum ventus è contrario ſonum gratum, animóque jucundum emittebat, cujuſmodi ſonum dat paſtoritia fiſtula ſuave quiddam & demulcere aptum canens, gregémque dulcedine concentûs, quò lubet, agens. Porrò quando flamma vim urendi tribus pueris admovere tentabat

παρίου ὁ ἱερὸς κινεῖ μυσουργὸς τῆς ἀδαμιαίας ὑπομιμνήσκων παρακοῆς καὶ τῆς, τοῦ ξύλου γεύσεως εἰς ἔννοιαν ἄγων, δι᾽ ἧς ὁ πρωτόπλαςος τοῦ τῆς χαρᾶς καὶ τῆς ἀφθαρσίας χωρίου ἀποκλεισθεὶς τῇ φθορᾷ καὶ κλαυθμῶνι παρῴκησεν. ἀτιμοτάτως γὰρ ἀποῤῥιφῆναι κατακριθεὶς τῆς αἰωνίου ζωῆς. οὐ γὰρ ἐξῆλθε τῆς ἐδὲμ, ἀλλ᾽ ἐξεβλήθη ἐπὶ τράχηλον ὥσπερ ὠθούμενος, ὅπερ ἐσχάτης ἐςὶν ἀνοίας, καὶ θνητὸς ἀντὶ τοῦ τέως ἀθανάτου γενόμενος, οὐχ ἑαυτοῦ μέχρι, καὶ μόνου τὴν ἀρὰν ἔςησε, καὶ τὸ τῆς ἁμαρτίας ἔκγονον ἐπιτίμιον, τὰς τριβόλους λέγω, καὶ τὰς ἀκάνθας, καὶ τὴν ἱδρῶσι πεφυρμένην βρῶσιν τοῦ ἄρτου, καὶ τελευταῖον τὸν θάνατον, ἀλλ᾽ ὥσπερ τὰ λοιμώδη τῶν νοσημάτων, ἐπειδὰν πρώτως ἐπιδράξηταί τινος σώματος, καὶ τὸ ἰὸν ἐκείνῳ γειτονοῦσι μεταδίδωσι τοῦ κακοῦ, οὕτω κἀκεῖνος ὅλῳ τῷ ἀνθρωπίνῳ γένει μετέδωκε τῆς θνητότητος. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τῷ ξύλῳ τοῦ ςαυροῦ οἱ γηγενεῖς ἀνεπλάσθημεν, τῷ ἀναπλάσαντι τὸν εὐχαριςήριον ὕμνον ὡς οἱ ἐν βαβυλῶνι παῖδες χαρμονικῶς ἀνακράξωμεν τὸν ὑπερύμνητον εὐλογοῦντες τῶν πατέρων θεόν. τὴν μέν τοι λέξιν ταύτην, ῥίψιν γὰρ ζωῆς ἀτιμοτάτην κατακριθεὶς, ἀπὸ τῶν ἐπῶν ἰςέον ληφθῆναι τοῦ θεολόγου, λέγει γὰρ ἐκεῖνος ἐν τοῖς ἑαυτοῦ ἡρωελεγείοις, ἀπαριθμούμενος τὰ ἔκγονα τῆς παραβάσεως δεινὰ ὅτι, ἢ ἐκ δὲ φυτοῦ ζωῆς ῥίψιν ἀτιμοτάτην, &c.

Lacrymas mihi excutit hoc tropario ſacer vates, revocans in memoriam Adami prævaricationem guſtúmque ligni vetiti, quo Protoplaſtus ex regione gaudii & immortalitatis excluſus, in loco corruptionis & lamentorum habitare cœpit. Decreto enim Dei turpiſſimè ex immortali vita expulſus eſt. Nam ex Edem non exivit, ſed ejectus eſt; & quaſi in collum protruſus; quod extremæ amentiæ argumentum reputatur: mortaliſque pro immortali evaſit. Nec in ipſo conquievit ſtetítve maledictio; & pœna peccati, tribuli, inquam, & ſpi-
C næ & panis eſus ſudore permixtus, & ad extremum mors, ſed ut peſtiferi morbi, poſtquam corpus aliquod occupârunt, venenum ſuum transfundunt ad eos, qui propiùs accedunt; ita & ille ad totum genus humanum mortalitatem tranſmiſit. At poſtquam nos terrigenæ ligno Crucis reparati ſumus, reparatori noſtro hymnum *gratiarum actorium*, ut pueri in Babylone, lætis mentibus concinamus; benedicentes *ſuperlaudabilem* Patrum noſtrorum Deum. Sciendum autem, illud ῥίψιν γὰρ ζωῆς ἀτιμοτάτην κατακριθεὶς deſumptum eſſe ex Gregorio Nazianzeno; Hac enim loquendi forma utitur in ſuis Elegiis enumerans mala ex
D tranſgreſſione nata.

Τροπάριον.

Ἔλυσε πρόςαγμα θεοῦ παρακοὴ, καὶ ξύλον ἤνεγκε θάνατον βροτοῖς τὸ μὴ εὐκαίρως παραληφθέν. ἐν ἀσφαλείᾳ τῆς ἐριτίμου ἐντεῦθεν ζωῆς τὸ ξύλον εἴργεται, ὃ νυκτιλό-

Troparium.

Præceptum Dei ſolvit inobedientia, lignúmque intempeſtivè ſumptum mortem hominibus attulit. Exinde vitæ admodum venerandæ lignum ſecurè cuſtoditur, quod nobis

Digitized by Google

τὸ πρόςαγμα τε̃ θεε̃ ἡ ἀσύμφορος παρακοή, καὶ τὸ τῆς γνώσεως ξύλον ἐκ εὐκαίρως μεταληφθὲν, κατὰ τὸν πολὺν ἐν θεολογίᾳ γρηγόριον θάνατον ἤνεγκε τοῖς βροτοῖς, καὶ λοιπὸν ἐντεῦθεν τί γίνεται; τάττεται χερεβεὶμ παρὰ τε̃ θεε̃ καὶ φλογίνη ῥομφαία φυλάσσειν τὴν εἴσοδον τε̃ ξύλε τῆς ἐριτίμου ζωῆς δι' ὧν ἐν μεγάλῃ ἀσφαλείᾳ φρερεῖται τε̃το, καὶ εἴργεται, ὥςε μηδένα ψαύειν αὐτε̃, ἀλλὰ τε̃το τὸ ξύλον τὸ ἕτω πεφυλαγμένον, καὶ ὑπὸ ταύτης τῆς φρερᾶς συντηρέμενον μόνη ἀνέωξεν εὐγνωμοσύνη λῃςε̃, ὃν ὁ ποιητὴς, νυκτιλόχον ἔφη καὶ δυσθανῆ, νυκτιλόχον, ὅτι ἐν ταῖς νυξὶν ἐνεδρεύων. ἐλήςευε. δυσθανῆ δὲ, ὅτι τὸν διὰ ςαυρε̃ καὶ ἐπονείδισον ἐπήνεγκε θάνατον. C

[illegible] Et quid fit de cætero? Conſtituitur à Deo Cherubinus & flammea rhomphæa, ut cuſtodiant ingreſſum ad lignum honoratiſſimæ illius vitæ, à quibus diligentiſſimè cuſtoditur, omni aditu intercluſo; ut à nemine contingi queat. Sed hoc lignum tam attentè, & à talibus excubiis cuſtoditum & aſſervatum ſola latronis æquitas reſeravit, quem poëta vocat νυκτιλόχον, & miſerè mortuum: illud quidem, quia, noctu poſitis inſidiis prædabatur; hoc autem, quia infami Crucis ſupplicio enectus.

Τροπάριον.

Ῥάβδε προσπτύσσεται τὸ ἄκρον ἰωσὴφ ὁ γενησόμενα βλέπων ἰσραὴλ, τῆς βασιλείας τὸ κραταιὸν ὅπως συνέξει ὁ ὑπερένδοξος ςαυρὸς προδηλῶν. ἕτος γὰρ τοῖς βασιλεῦσι τροπαιε̃χον καύχημα, καὶ φῶς τοῖς πίςει *μέλπεσιν, ὁ ὑπερύμνητος τῶν πατέρων, καὶ ἡμῶν θεὸς εὐλογητὸς εἶ.

*Menolog. κράζουσι.

Troparium.

Faſtigium virgæ Joſephi oſculatur, qui futura cernebat Iſraël, præſignificans quomodo glorioſa Crux potentiam Imperii comprehenſura eſſet; hæc enim Imperatoribus victorioſa gloriatio eſt, lumènque cum fide canentibus: Benedictus es ſuperlaudabilis patrum & noſter Deus.

Ἑρμηνεία.

Ἔτι καὶ ταύτην παλαιὰν ἱςορίαν τοῖς ςαυρικοῖς μεγαλείοις ὁ μέγας κοσμᾶς ξυναρτᾷ τὴν κατὰ τὸν ἐν πατριάρχαις διορακώτατον ἰακὼβ, ὁπηνίκα ἐξελθόντος ἐξ αἰγύπτε τοῦ ἰωσὴφ μετὰ τῆς βασιλικῆς ῥάβδου πρὸς τὴν ἐκείνε συνάντησιν, ὁ ἰακὼβ τὸ ἄκρον τῆς υἱικῆς ἐκείνης καὶ βασιλικῆς τεριχυθεὶς ἐφίλησε ῥάβδον, καὶ σύμβολον ταύτην τὴν ἱςορίαν τιθέμενος τοῦ ςαυροῦ, ὁ τὰ γενησόμενα βλέπων φησὶ καὶ διορατικώτατος ἰσραὴλ, τὸ ἄκρον ἀσπάζεται τῆς ῥάβδε τοῦ ἰωσὴφ τῆς βασιλικῆς, προδηλῶν διὰ D

Explicatio.

Et hanc quoque veterem hiſtoriam à perſpieaciſſimo patriarcha Jacob deſumptam, Crucis præconiis magnus Coſmas accommodat, quando egreſſo ex Ægypto Joſepho eum virga regia in occurſum ejus, Jacob ſummitati virgæ filii ſui oſculum tulit, fecitque, ut ſymbolum Crucis fieret. Ait ergo; Futura cernens perſpicaciſſimus Iſraël, oſculatur faſtigium regalis virgæ Joſephi oſtendens hoc facto, fore, ut Crux per illam virgam præfigurata contineat & complectatur Chriſtiani Imperii robur ac potentiam: non enim currus & equi, non tot, & tot equitum myriades, ſed ſola viſi-

Digitized by Google

Τὴν ὀγδόην ᾠδὴν προτρεπτικῶς πᾶσαν ἐσχηματισμένην εἰδὼς ὁ θαυμάσιος μελῳδός. πᾶσαν γὰρ τὴν κτίσιν ἐν ταύτῃ οἱ θεῖοι προσκαλέμενοι παῖδες, εἰς ὕμνον προτρέπονται τοῦ δημιουργοῦ τὸ εὐλογεῖτε λέγοντες, τὸ, ὑμνεῖτε, καὶ τὸ, ὑπερυψοῦτε τὸν κύριον, ἀκολούθως καὶ αὐτὸς τὸν παρόντα ἑαυτοῦ εἱρμὸν, καὶ τὰ κατὰ τοῦτον πάντα τροπάρια τῷ αὐτῷ προτρεπτικῷ σχηματίζεται σχήματι. καὶ πρῶτον αὐτοὺς ἐκείνους τοὺς παῖδας εἰς ὕμνον τῆς τριάδος παρακαλεῖ. C καὶ τὰ ἐκείνων δανεισάμενος ῥήματα, τὸ, εὐλογεῖτε καὶ ὑμνεῖτε καὶ ὑπερυψοῦτε, καὶ διελὼν, ὃν ἐκεῖνοι ἑνικῶς ἔλεγον, κύριον. διὰ τὸ τῆς οὐσίας καὶ τὸ τῆς θεότητος ἓν καὶ τὴν μοναρχίαν, εἰς τὴν κατὰ πρόσωπα τριάδα, τὸν πατέρα λέγω, καὶ τὸν υἱὸν καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὕτω φησί. ναὶ καὶ ὑμεῖς θεσπέσιοι παῖδες, καὶ τῆς ὑφ' ὑμῶν εὐλογημένης τριάδος, ἰσάριθμοι, οἱ τὴν κτίσιν πᾶσαν εὐλογεῖν τὸν κύριον παρακελευόμενοι, εὐλογεῖτε καὶ αὐτοὶ τὸν δημιουργὸν καὶ παραγωγέα πάντων τοῦ μονογενοῦς πατέρα θεόν. ὑμνεῖτε αὐτὸν τὸν μονογενεῖ λόγον τὸν συγκαταβάντα ὑμῖν εἰς τὴν κάμινον, καὶ τὸ πῦρ εἰς δρόσον μεταποιήσαντα. καὶ D ὑπερυψοῦτε τὸ ζωοπάροχον πνεῦμα.

Μήτις δὲ οἰέσθω ὅτι ἀφωρισμένως καὶ ἰδικῶς τῷ μὲν θεῷ καὶ πατρὶ, τὸ εὐλογεῖσθαι, ἀπονενέμηται, τὸ ὑμνεῖσθαι δὲ, τῷ υἱῷ, τὸ δὲ ὑπερυψοῦσθε, τῷ παναγίῳ πνεύματι: ἄπαγε ταύτης τῆς λυρῳδίας. κοινὰ γὰρ ταῦτα πάντα καὶ τῶν τριῶν ἡ εὐλογία, ὁ ὕμνος, ἡ ὑπερύψωσις. τέως μέντοι φιμούσθωσαν οἱ ἄγγελον ἁπλῶς τὸν συγκαταβάντα τοῖς παισὶν ἐκείνοις εἶναι οἰόμενοι, ἀλλὰ μὴ αὐτὸν τὸν μονογενῆ, ἵνα

Totam hanc octavam Odam cohortationis ſpecie compoſuit admirandus Melicus. Accerſiti enim divini pueri univerſam creaturam laudes creatoris concinendas exhortantur: benedicite, inquiunt, laudate & ſuperexaltate Dominum. Ad hoc exemplum præſens hirmus, cúmque eo connexa Troparia cohortationis forma concepta & inſtituta ſunt; ac primum illos ipſos pueros ad hymnum Trinitati concinendum advocat: corúmque mutuò acceptis verbis, *benedicite*, inquit, *& laudate*, *& ſuperexaltate;* & diſpartiens, (quem ipſi in ſingulari nominabant Dominum, propter ſubſtantiæ & divinitatis unitatem eandémque Monarchiam) in perſonarum Trinitatem, patrem, inquam, & filium, & ſpiritum ſanctum, ſic loquitur. Et vos, ô divini pueri, qui numero divinitatem à vobis celebratam adæquatis, qui univerſam creaturam ad benedicendum Dominum invitatis, benedicite & vos opificem & procreatorem omnium, patrem unigeniti filii Deum. Laudate etiam ipſum unigenitum filium, qui vobiſcum in fornacem deſcendit, ignémque in rorem commutavit. Et ſuperexaltate vivificum ſpiritum.

Nullus verò exiſtimet, ſignatè & propriè Deo Patri tantum tribui, ut benedicatur; filio, ut laudetur; ſpiritui ſancto, ut ſuperexaltetur; apagè hæc deliramenta. Omnia enim hæc, *benedictio*, *laudatio*, & *ſuperexaltatio* communia ſunt tribus perſonis. Obmuteſcant & illi, qui volunt, eum, qui cum pueris in fornacem deſcendit, fuiſſe Angelum aliquem, non ipſum unigenitum Dei filium; ut præſignificaret & adum-

Digitized by Google

γελοι κύριον, καὶ μετὰ ταῦτα τὸ, εὐλογεῖτε υἱοὶ τῶν ἀνθρώπων. Φησὶ γάρ, ὑψουμένου τοῦ ἀχράντου σταυρικοῦ ξύλου τοῦ ῥαντισθέντος τῷ αἵματι τοῦ σαρκωθέντος λόγου θεοῦ, ὑμνεῖτε μὲν αἱ ἀγγελικαὶ δυνάμεις καὶ ὑπερκόσμιοι τῶν ἀνθρώπων πανηγυρίζουσαι τὴν ἀνάκλησιν, ὡς Φιλάδελφοι. διὰ τοῦτο γὰρ ἐπὶ τῇ τῆς δραχμῆς εὑρέσει τῆς βασιλικῆς καλεῖ *ἡμᾶς ὁ σωτὴρ καὶ κοινωνοὺς ποιεῖται τῆς εὐφροσύνης. καὶ ἀλλαχοῦ δὲ μεγάλη, Φησὶν, ἐν οὐρανῷ γίνεται χαρὰ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι.

*ὑμᾶς

Προσκυνεῖτε δὲ καὶ ὑμεῖς οἱ γηγενεῖς λαοὶ τὸν τοῦ κυρίου σταυρὸν, δι' οὗ ἀνεπλάσθητε. C ἄτοπον γὰρ εἴη τῶν ἀγγέλων ὑμνούντων τὸν κύριον διὰ τὴν ὑμετέραν ἀνάπλασιν, ἡμᾶς αὐτοὺς τοὺς ἀναπλασθέντας μὴ οὐχὶ τοῦτο ποιεῖν, καὶ ὅμοιον ὥσπερ εἴ τινος ἀπὸ θανατηφόρου νόσου ῥυσθέντος, χαίρουσι μὲν οἱ φίλοι, καὶ τῷ ἰασαμένῳ εὐχαριστοῦσιν. αὐτὸς δὲ ὁ ὑγιασθεὶς μηδ' ἐπαισθανόμενος οἷον τῆς ἑαυτοῦ ὑγείας καὶ σωτηρίας καὶ τὴν χάριν παραιτοῖτο, καὶ τὴν εὐχαριστίαν τὴν εἰς τὸν ἰασάμενον.

Τροπάριον,

Γηγενεῖς παλάμαις *οἰκονόμοι τῆς χάριτος σταυρὸν, οὗ ἔστη χριστὸς ὁ θεὸς, ὑψοῦτε, ἱεροπρεπῶς, καὶ λόγχην θεοῦ λόγου σῶμα ἀντιτορήσασαν ἰδέτωσαν ἔθνη πάντα τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ, δοξάσαντα εἰς τοὺς αἰῶνας. D

*Menolog. οἰκονόμοις.

Ἑρμηνεία.

Οὐδὲ πάλιν τῆς τῶν παίδων ᾠδῆς ὁ θεῖος ἀφίσαται μελῳδὸς, ἀλλὰ κατ' ἐκείνην, εὐλογεῖτε λέγουσαν ἱερεῖς κυρίου δοῦλοι κυρίου τὸν κύριον, καὶ αὐτὸς τοὺς ἱερεῖς καὶ ἀρχιερεῖς εἰς τὴν πανήγυριν προσκαλεῖται. οἱ γηγενεῖς μὲν κατὰ φύσιν λέγων τῆς δὲ κατὰ χριστὸν χάριτος οἰκονόμοι γενέσθαι ἀξιωθέν-

Exaltato illibato Crucis ligno, ſanguine incarnati verbi delibuto, hymnum cantate vos Angelicæ & ſupra hunc mundum evectæ virtutes; quæ, ut fraterno amore abundantes, hominum reparationem ſolenni feſto obitis. Propterea enim ad inventam drachmam regiam vocat nos Salvator, & gaudii conſortes reddit. Et alibi: *Magnum*, inquit, *gaudium eſt in cœlo ſuper uno peccatore pænitentiam agente.*

Vos quoque terrigenæ adorate Domini Crucem, per quam reparati eſtis. Abſurdum enim fuerit; Angelis Dominum ob veſtram redemptionem collaudantibus, vos à laude divina ceſſare, quod perinde foret, ac ſi erepto quopiam ex lethali morbo amici gauderent, medicóque magnas gratias agerent, is verò, qui ſanitatem recepiſſet, acceptum ſalutis beneficium ne ſentiret quidem, neque ulla gratiarum actione medicum dignaretur.

Troparium.

Terrigenæ, qui diſpenſatores eſtis gratiæ, Crucem, ubi ſtetit Chriſtus Deus noſter, manibus decenter exaltate, & lanceam, quæ diviniverbi latus perforavit. Videant omnes gentes ſalutare Dei glorificantes eundem in ſæcula.

Explicatio.

Necdum à cantico trium puerorum abſcedit divinus Poëta; ſed exemplo ejus monentis; *Benedicite ſacerdotes Domini, ſervi Domini, Dominum;* vocat & ipſe ſacerdotes & Antiſtites ad hanc panegyrin. Terrigenæ, inquit, naturâ quidem, ſed per gratiam gratiæ divinæ diſpenſatores effecti, nimi-

Digitized by Google

σαντα.

Τροπάριον.

Οἱ τῇ θείᾳ ψήφῳ προκριθέντες ἀγάλλεσθε χριστιανῶν πιστοὶ βασιλεῖς, καυχᾶσθε *τὸ τροπαιοφόρον ὅπλον λαχόντες θεόθεν τὸν σταυρὸν τὸν τίμιον, ἐν τούτῳ γὰρ φῦλα πολέμων θράσος ἐπιζητοῦντα σκεδάννυνται εἰς τοὺς αἰῶνας.

*Menolog. τῷ τροπαιοφόρῳ ὅπλῳ.

Ἑρμηνεία.

Τὴν τῶν παίδων πρῶτον τρίτην εἰς ὑμνῳδίαν θεοῦ καλέσας ὁ μελῳδός, εἶτα τοὺς ἀγγέλους, καὶ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τρίτους τοὺς ἱερέας ἢ καὶ ἀρχιερέας, καὶ νῦν ἐπ᾿ αὐτοὺς τοὺς αὐτοκράτορας μετάγει τὴν κλῆσιν. οἱ πιστοὶ λέγων χριστιανῶν βασιλεῖς οἱ τῇ θείᾳ ψήφῳ προκριθέντες εἰς τὴν βασιλείαν, ἀγάλλεσθε καὶ μὴ ἀγάλλεσθε μόνον, ἀλλὰ καὶ καυχᾶσθε, καὶ κατεπαίρεσθε τῶν ἐχθρῶν, οὐκ ἐν τοῖς ἅρμασιν ὑμῶν, οὐδὲ ἐν τοῖς ἵπποις ἀλλ᾿ ὡς τροπαιοφόρον ὅπλον λαχόντες παρὰ θεοῦ τὸν σταυρὸν δηλονότι τὸν τίμιον—— αὐτοὶ μὲν γὰρ συμποδίζονται, καὶ πίπτουσιν. ἐν τούτῳ δὲ τῷ σταυρῷ τὰ βαρβαρικὰ φῦλα καὶ θράσος πολέμων ἐπιζητοῦντα ῥᾳδίως διασκεδάζεται.

ᾨδὴ θ. ὁ εἱρμός.

Μυστικὸς εἶ θεοτόκε παράδεισος, ἀγεωργήτως βλαστήσασα χριστόν, ὑφ᾿ οὗ τὸ τοῦ σταυροῦ ζωηφόρον ἐν γῇ πεφυτούργηται δένδρον, δι᾿ οὗ νῦν ὑψουμένου προσκυνοῦντες αὐτόν, σε μεγαλύνομεν.

Ἑρμηνεία.

Πρὸς τὴν ἀειπάρθενον θεομήτορα τὴν τῆς ἐνάτης ᾠδῆς ἀρχηγὸν οἰκειότατα ἐνταῦθα τὸν λόγον ὁ μελῳδὸς ἀποτείνεται. μυστικὸς λέγων καὶ νοητὸς ὑπάρχεις παρά-

Troparium.

Chriſtianorum fideles Imperatores, qui divino ſuffragio ad hanc dignitatem delecti eſtis, exultate & gloriamini nacti divinitus victorioſam armaturam, venerandam Crucem. Hujus enim ope hoſtes, qui bella quærunt, diſſipantur in ſæcula.

Explicatio.

Cùm Melicus tres pueros primùm ad laudes divinas celebrandas advocâſſet, poſtea Angelos & homines, tertiò ſacerdotes & Epiſcopos, nunc ipſos Imperatores accerſit. Fideles, inquit, Imperatores, qui divino ſuffragio ad Imperium electi eſtis, exultate; neque tantùm exultate, ſed & gloriamini; & confidite non in curribus veſtris, neque in equis, ſed in victorioſa Cruce, quam à Deo adepti eſtis—— In hujus enim virtute nationes Barbaricæ belli cupidæ nullo labore diſſipantur.

Oda IX. Hirmus.

Myſticus es, ô Deipara paradiſus, ſine ſemine Chriſtum germinans, à quo vitalis Crucis arbor in terra plantata eſt, qua nunc exaltata, illum adoramus, téque magnificamus.

Explicatio.

Ad Deiparam ſemper virginem aptiſſimè nonæ hujus Odæ principium accommodat Melodus. Myſticus, inquit, & intellectilis paradiſus es, ô Deipara, quæ ſine ſemi-

ξύλῳ, δι᾽ ὃ νῦν ὑψϐμένϐ προσκυνϐ̃ντες αὐτόν, σε μεγαλύνομεν.

Ἑρμηνεία.

Ἀπὸ τῆς δαυιδικῆς κιθάρας ἐτωσί πως ψαλλέσης, τότε ἀγαλλιάσεται πάντα τὰ ξύλα τϐ̃ δρυμοῦ τὴν χρῆσιν ὁ μελῳδὸς δανεισάμενος, ἀγαλλέσθω καὶ αὐτός, φησι, τὰ δρύμϐ ξύλα σύμπαντα, καὶ τὴν ἀτίαν προσίθησι τῆς ἀγαλλιάσεως λέγων, τῆς αὐτῶν φύσεως ἁγιασθείσης ὑπὸ τϐ̃ ἐξ ἀρ- C χῆς φυτεύσαντος αὐτὰ καὶ παραγαγόντος θεϐ̃ νῦν ἐν ξύλῳ τανυομένϐ. ὥσπερ γὰρ ἑνὸς τϐ̃ ἰορδάνϐ ἁγιασθέντος τῇ εἰς ἐκεῖνον δύσει τοῦ χρισϐ̃, διαδόσιμος γέγογεν ὁ ἁγιασμὸς καὶ πᾶσι τοῖς ὕδασι, ἕτω καὶ δι᾽ ἑνὸς τϐ̃ σαυρικϐ̃ ξύλου, ἐν ᾧ ἐτάθη χρισὸς, πᾶσα ἡ τῶν ξύλων φύσις συναγιάζεται.

Τροπάριον.

Ἱερὸν ἠγέρθη κέρας θεόφροσι τῆς κεφαλῆς τῶν ἁπάντων ὁ σαυρὸς, ἐν ᾧ ἁμαρτωλῶν νοεμένων συνθλῶνται τὰ κέρατα πάντα, δι᾽ ὃ νῦν ὑψϐμένϐ προσκυνϐ̃ντες αὐτόν, σε μεγαλύνομεν.

Ἑρμηνεία.

Τὸ κέρας ὅπλον δυνάμεως τοῖς κερασφόροις ζώοις παρὰ τῆς φύσεως δημιϐργηθὲν εἰδὼς ὁ δαυὶδ μυριαχϐ̃ τῷ ὀνόματι τϐ́τῳ τϐ̃ κέρατος χρῆται ἀντὶ τϐ̃ ὀνόματος τῆς δυνάμεως ὡς ἀλλαχϐ̃τε ἀπειραχϐ̃, καὶ ἐν τῷ D ἑβδομηκοσῷ τετάρτῳ ψαλμῷ, ὅπϐ λέγει, τὰ κέρατα τῶν ἁμαρτωλῶν συνθλάσω, καὶ ὑψωθήσεται τὸ κέρας τϐ̃ δικαίϐ. ταύτας γὰρ τὰς χρήσεις ἐκεῖθεν ὁ πολὺς κοσμᾶς εἴληφεν, ἔτι καὶ ἀπὸ τῶν τῆς ἐννάτης ῥημάτων τὸ, καὶ ἤγειρε κέρας σωτηρίας ἡμῶν ἐν τῷ οἴκῳ δαυὶδ τϐ̃ παιδὸς αὐτϐ̃ ἀποτεμόμενος τϐτὶ συναρτίζει νῦν τὸ τροπάριον. κέρας ἱερὸν ἠγέρθη λέγων, τοῖς εὐσε-

laudibus extollimus.

Explicatio.

Ab illo Davidis: *tunc exultabunt omnia ligna ſylvarum*, verba mutuatus Melodus ipſe itidem dicit: Exultent omnia ligna ſylvæ, additque exultationis cauſam, eò quòd nunc eorum natura ſanctificata ſit ab illo, qui initiò omnia ligna condidit ac produxit, poſtquam in ligno fixus eſt. quemadmodum enim uno Jordane per Chriſti ingreſſum ſanctificato, ſanctificatio ad omnes aquas manavit, ſic & per unum Crucis lignum, in quo Chriſtus expanſus, univerſa lignorum natura ſanctificatur.

Troparium.

Erectum eſt Deum colentibus cornu capitis omnium Crux, in qua confringuntur omnia cornua peccatorum, qui ſub intelligentiam cadunt; exaltata qua nunc Chriſtum adorantes te magnificamus.

Explicatio.

Non ignarus David cornu cornigeris animalibus pro armis à natura datum, ſæpe *cornu* nomine utitur loco potentiæ & roboris, ùt in ſeptuageſimo quarto Pſalmo. *Cornua peccatorum confringam.* Et, *Exaltabitur cornu juſti.* Has enim ſententias hinc accepit inſignis Coſmas. Ut & illud ex cantico Zachariæ: *Et erexit cornu ſalutis nobis in domo David pueri ſui*; quo Troparium perficit. Cornu, inquiens, piis excitatum eſt, hoc eſt, vis & potentia invicta; ipſa nimirum Crux Domini, qui omnium fidelium caput, nam caput noſtrum Salvator eſt; Et nos, tanquam membra mutuò & cum ipſo copulamur; qua Cruce omnia cornua peccatorum, qui ſub intelligen-

Ζητεῖται, διὰ τί τῶν ἄλλων ᾠδῶν μονοείρμων καὶ ἁπλῶς τῷ μελῳδῷ ληφθεισῶν, ἡ ἐννάτη αὕτη δεδίπλωται, καί φαμεν ὅτι τῆς ἀκροστιχίδος αὐτοῦ πάσης μέχρι τοῦδε ἀναλωθείσης τε καὶ ἐξαντληθείσης, ἐπεὶ πολλὰς, καὶ ἔτι χρήσεις, καὶ ὑποθέσεις ἐχούσας, καὶ αὐτὰς εἰς τὸν σταυρὸν ἀναφορὰν ἀγράφους αὐτῷ περιλελειμμένας ἑώρα, μὴ ἀνεχόμενος μηδὲ ταύτας ζημιωθῆναι, ἠναγκάσθη τὴν ἐννάτην διπλῶσαι ᾠδὴν, μετὰ τῶν κατ᾽ αὐτὴν τῆς ἀκροστιχίδος στοιχείων, μᾶλλον δέ τι πλέον λαβεῖν. τὸ γὰρ ἐν τῷ τελευταίῳ τῆς C ὀγδόης τροπαρίῳ ἀκροστιχιζόμενον στοιχεῖον τῆς ἐννάτης ᾠδῆς τρισὶ συμμίξας κεφαλὴν τῆς δευτέρας ἐννάτης, καὶ εἱρμὸν ἐκεῖνο πεποίηται, ἵν᾽ ἅμα μὲν καὶ τὴν θεομήτορα μέλψῃ διπλαῖς ταῖς μολπαῖς, ἅμα δὲ καὶ τοῖς σταυρικοῖς ἐμπλατυνθῇ διηγήμασιν. ἐκεῖ καί φησιν, ὅτι ὁ διὰ ξύλου τοῦ τῆς γνώσεως, καὶ γυναικὸς τῆς προμήτορος τῇ ἀνθρωπίνῃ ὅλῃ φύσει παρεισφθαρεὶς θάνατος, καὶ ἡ διὰ ξύλου ἐν ἐκείνῃ κατάρα, διὰ ξύλου πάλιν τοῦ σταυρικοῦ καὶ γυναικὸς τῆς ἀειπαρθένου καὶ ἀγεωργήτως ἡμῖν βλαστησάσης τὸν κύριον, καταλέλυται, ὃν πᾶσαι αἱ δυνάμεις οὐρανῶν μεγαλύνουσιν. D

Τροπάριον.

Μὴ τὴν πικρίαν τὴν τοῦ ξύλου ἐάσας ἀναιρέσιμον, κύριε διὰ σταυροῦ τελείως ἐξήλειψας, ὅθεν καὶ ξύλον ἔλυσε ποτὲ πικρίαν ὑδάτων μεῤῥᾶς, προτυπῶν τοῦ σταυροῦ τὴν ἐνέργειαν ἣν πᾶσαι αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν μεγαλύνουσιν.

Ἑρμηνεία.

Τὴν διὰ παρακοῆς, φησι, καὶ γεύσεως

Quæritur, quare cùm omnes aliæ odæ unico hirmo conſtent, atque adeò ſimplices ſint, hæc nona oda duplicata fuerit. Reſpondemus: cùm videret poëta Acroſtichin Canonis jam eſſe abſolutam, omnibúſque numeris perfectam; Et tamen adhuc ſupereſſe multas ſententias & argumenta, quæ ipſa etiam ad Crucem pertinerent, nolens ea prætermittere, coactus eſt, licèt conſumptis jam Aſtroſtichidis elementis nonam Odam geminare, pluribus quàm Acroſtichis ferret, adjectis. Conjunctâ enim ultimi troparii octavæ Odæ literâ ad Acroſtichin ſpectante, cum tribus literis Odæ nonæ; initium alterius nonæ Hirmum eſſe voluit, ut duplici cantico Deiparam decantaret, & ſimul etiam Crucis laudibus amplificandis immoraretur. Ait igitur, Mors per lignum ſcientiæ primáque parentem univerſæ humanæ naturæ invecta & maledictio per lignum in illa ipſa muliere inflicta, jam ſoluta eſt per lignum Crucis, pérque mulierem ſemper virginem, quæ nobis Dominum protulit ſine ſemine, quam omnes cælorum virtutes laudibus concelebrant.

Troparium.

Ne amaritudo mortifera ex ligno nata intacta relinqueretur, perfectè eam Domine per Crucem aboleviſti. Hinc etiam lignum olim expulit amaritiem aquarum Maræ, præformans Crucis potentiam, quam omnes cœlorum virtutes laudibus evehunt.

Explicatio.

Amaritudinem mortis, inquit, quæ hu-

Digitized by Google

σήμερον. ὡς γὰρ τῇ πλάνῃ ἄγαν ἀκράτως ἡ Φύσις προκατηνέχθη παγκλήρως ἡμᾶς ἀνώρθωσε τὸ Φῶς τοῦ σταυροῦ σου, ὃν οἱ πιστοὶ μεγαλύνομεν.

Ἑρμηνεία.

Δείκνυσιν, ἐνταῦθα ὁ σοφώτατος ὑμνογράφος ὅτι δύο διὰ τῆς παρακοῆς κακὰ προσλαβόμενοι, τόντε σκότον, καὶ τὴν εἰς τὰ μυχαίτατα τοῦ ᾅδου κατάπτωσιν, δύο τῶν ἐναντίων αὐτοῖς ἀγαθῶν διὰ τοῦ σταυροῦ ἐπετύχομεν τοῦ Φωτὸς, καὶ τῆς ἀνυψώσεως, καί Φησιν, ὅτι ἀδιαλείπτως βαπτομένους ἡμᾶς καὶ καταποντουμένους εἰς τὸν προπατορικὸν τῆς παραβάσεως ζόφον διὰ τοῦ σταυροῦ σου ἀνύψωσας κύριε, οὐ τόνδε καὶ τόνδε τῶν ἀνθρώπων, οὐδὲ δέκα, ἢ πέντε καὶ δέκα, οὐδὲ τοσάσδε ἢ τοσάσδε χιλιάδας ἢ μυριάδας, ἀλλ᾽ ὅλην ἁπλῶς τὴν Φύσιν, καὶ ἅπαν τὸ ἀνθρώπινον γένος ὥσπερ γὰρ ὑπὸ τῆς πλάνης ὅλη παγγενῶς ἡ Φύσις προκατηνέχθη καὶ προκατέπεσεν, οὕτω καὶ τὸ τοῦ σταυροῦ Φῶς, ὅλην αὐτὴν παγκλήρως πάλιν, καὶ παγγενῶς ἀνωρθώσατο.

Καίτοι ἀνακόλουθον εἶναί πως δόξει τὸ ἀνορθωθῆναι τὸ γένος ἡμῶν ὑπὸ τοῦ Φωτὸς δηλονότι τοῦ σταυρικοῦ, τοῦ γὰρ Φωτὸς οὐκ ἔστι τὸ ἀνορθοῦν, ἀλλὰ τὸ Φωτίζειν, καὶ καταυγάζειν. τὸ δὲ ἀνορθούμενον ῥάβδῳ τυχὸν ἢ βοηθῷ χειρὶ ἀνορθοῦται, ἀλλ᾽ ἐπὶ προφθάσας ζόφον ὠνόμασε τὴν παρακοὴν, εἰς ἣν ἐμπεπτώκαμεν, δικαίως καὶ τὸν σταυρὸν ὠνόμασε Φῶς, καὶ τὴν ἐπικουρίαν τούτου ἀνόρθωσιν, ἀκολούθως πρὸς τὸν ζόφον λέγων τὸ Φῶς, καὶ πρὸς τὴν πτῶσιν τὴν ἐπανόρθωσιν.

Τροπάριον.

Ἵνα τὸν τύπον ὑποδείξῃς τῷ κόσμῳ προσκυνούμενον κύριε τὸν τοῦ σταυροῦ ἐν πᾶσιν ὡς

natura admodum immoderatè per deceptionem ruit, ita nos univerſim reſtituit ac reparavit lux Crucis tuæ, quam nos fideles debitis laudibus efferimus.

Explicatio.

Oſtendit hoc loco ſapientiſſimus Hymnographus, nos duobus per prævaricationem acceptis malis, caligine nimirum mentis, & in imos inferos ruinâ; viciſſim Crucis beneficio duo itidem bona adeptos eſſe, lucem videlicet & elevationem ſeu exaltationem: ait enim: Nos perpetuò circumdatos & demerſos tenebris ob primi parentis tranſgreſſionem, per Crucem tuam exaltâ-
C ſti Domine, non hunc aut illum tantùm; neque decem aut quindecim, neque tot vel tot chiliadas aut myriadas; ſed ſimpliciter totam naturam, & univerſum genus humanum; quemadmodum tota natura decepta corruit; ita eandem univerſam nemine excepto lux Crucis elevavit & reſtituit.

Abſurdum porrò videtur dicere, genus humanum à luce Crucis *elevatum eſſe*; nam lucis non eſt elevare, ſed illuminare & illuſtrare: id verò quod elevatur & erigitur, baculo vel manu auxiliari elevatur & erigi-
D tur. Verùm cùm antea prævaricationem vocâſſet caliginem, in quam incideramus, non injuria crucem nominavit *lucem*, opémque Crucis *erectionem* ſeu *elevationem*; convenienter caligini opponens *lumen*; & caſui, *erectionem*,

Troparium.

Ut mundo oſtenderes typum Crucis tuæ, Domine, adorandum & in omnibus glorio-

Digitized by Google

μα ἐκεῖνο, καὶ τὸν βυθὸν ἐπιπλέουσιν ἔκδηλον ἦν καὶ προσκυνητὸν τὸ σημεῖον. ἐν τῷ ὑπὲρ γῆν ἡμισφαιρίῳ τοῦ οὐρανοῦ τὸν τύπον τοῦτον διὰ τῶν ἀστέρων καταγραψάμενος, τί ἄλλο ἢ τὴν ὑφ᾽ ἁπάσης τῆς κτίσεως αὐτῷ προσκύνησιν διανομήσω;

Ὥσπερ γὰρ λάμποντος ἡλίου ἐν οὐρανῷ, οὐκ ἔστιν ὃς οὐ θεᾶται τὸν δίσκον αὐτοῦ εἰ μὴ C πάνυ λημιάῃ τοὺς ὀφθαλμοὺς, διὰ τὸν ἄνετον ἐκκεῖσθαι πᾶσι πρὸς τὸ ὕψος ἀναβλέψιν καὶ ὑπ᾽ οὐδενὸς κωλυομένην ἐπιπροσθήματος, οὕτω καὶ σὺ παμβασιλεῦ καὶ θεὲ καὶ ἥλιε τῆς δικαιοσύνης χριστὲ, τὸν ἅγιόν σου σταυρὸν ἐν οὐρανοῖς ἐζωγράφησας, ἵνα ἅμα μὲν καὶ οὗτος ὑφ᾽ ἁπάντων ὁρῷτο καὶ προσκυνοῖτο δικαίως ὡς ἔνδοξος, ἅμα δὲ καὶ ὁ εὐσεβὴς βασιλεὺς πανοπλίαν ἔχοι τοῦτον κατὰ βαρβάρων ἀήττητον. ὥσπερ γὰρ τὰ βέλη καὶ αἱ χερμάδες ἀπὸ μὲν τῶν κάτω εἰς τὰ ἄνω τεινόμενα οὐ τοσοῦτον δύνανται, οὐδὲ οὕτω σφοδρὰν ἐργάζονται τὴν βολήν. ἐπειδὰν δὲ ἀ- D πὸ τῶν ἄνω κάτω ταθῶσι, τότε κραταιότερον βάλλουσιν, οὕτω καὶ ὁ θεῖος σταυρὸς ἀπὸ τῶν οὐρανίων νώτων οἷός τις οἰστὸς ἀνυπόστατος ἢ χερμὰς ἀμαχωτάτη κατὰ τῶν ἀπίστων ἐθνῶν καὶ ἐχθρῶν τοῖς εὐσεβέσι καταῤῥηγνύμενος, ἐκείνοις τε τοῖς ἔθνεσι θανατηφόρον ἐπάγοι ἂν αὐτὴν πληγὴν, καὶ τοῖς αὐτοκράτορσι πανοπλία χρηματίζει ἀήττητος. αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τῷ ἐν αὐτῷ παγέντι καὶ δοξασθέντι χριστῷ σὺν τῷ ἀνάρχῳ αὐτοῦ πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων ἀμήν.

Τέλος τοῦ κανόνος.

cis ſignum per ſtellas efformaveris, quid aliud indicare voluiſti; quàm ab omni creatura ſuppliciter adorandum eſſe?

Quemadmodum enim ſole in cælo lu- C cente, nemo eſt, qui orbem ejus non conſpiciat, niſi valdè cæcutiat, eò quòd ſurſum aſpicere omnibus ſit proclive; nullo impedimento interpoſito; ſic & tu omnium Rex, Deus, & ſol juſtitiæ Chriſte, ſanctam tuam Crucem in cælis expreſſiſti; tum ut ab omnibus cerneretur, piéque tanquam glorioſa, adoraretur, tum ut pius Imperator Crucem invictæ armaturæ loco haberet adversùs barbaros. Sicut enim tela & molares ab infero loco ad ſuperum, tantum non efficiunt; nec adeò vehementem dant impetum; deorſum verò miſſi longè validiùs percutiunt: ita & divina Crux, è ſuperiore loco, tanquam telum quoddam D per omnia penetrabile, vel ut molaris omnia perrumpere ſolitus, adversùs infideles nationes & hoſtes ab imperatoribus vibrata, gentibus quidem lethalem infligit plagam, Imperatoribus verò munimentum inexpugnabile ſubminiſtrat· ipſi ſit gloria, & Chriſto, qui in ea fixus & glorificatus, cum principii experte Patre, ſanctóque & vivifico Spiritu in ſæcula ſæculorum, Amen.

EK.

Digitized by Google

[illegible] τῆς τῶν δεσποτικῶν [illegible] σαφεστέρας ἐξηγήσεως. κἀπειδὴ τὸν πρῶτον μῆνα τῆς ἐνιαυσιαίας περιφορᾶς, ἡ τῆς σταυρικῆς ὑψώσεως καθαγιάζει πανήγυρις, τὰ ἐπὶ ταύτῃ μελεργηθέντα τῇ τοῦ θεσπεσίου λύρᾳ κοσμᾶ προεξηγώμεθα κρέματα. πολλὴν μὲν γὰρ καὶ τὴν ἱστορίαν ὁ θεῖος οὗτος τῷ μεγάλῳ κανόνι εἴπερ τις ἄλλος, προσέβλη- B ται. πολλὴν δὲ καὶ τῷ ποιητικῷ τῆς λέξεως ἐνυποκαθημένην ἔχει δεινότητα, καὶ οὐκ ἄν τις δύναιτο ῥᾳδίως αὐτῷ παρακολουθεῖν, μὴ οὐχὶ πάνυ τρόφιμος ὢν ἁπάσης ἱερᾶς ἱστορίας τῆς πρεσβυτέρας ἅμα καὶ νεωτέρας. ἐντεῦθεν οὖν ἀρκτέον τοῦ ἐγχειρήματος, καὶ τὰ ὑποδυσκόλως πῶς ῥηθέντα ἐν αὐτῷ διασαφητέον. καὶ ἄλλως γὰρ ἔθιμόν ἐστι τοῖς εὐσεβέσιν ἡμῖν, καὶ νόμος οἷον ἀπαραχάρακτος ἐκ πατέρων ἄχρι καὶ εἰς ἡμᾶς διαβὰς καὶ κατ᾽ ἀρχὴν παντὸς γράμματος τὸ σταυ- C ρικὸν ποιεῖσθαι σημεῖον, ὡς ἂν ἐκεῖθεν βοηθουμένου τοῦ γράφοντος εὐπετῶς ὅτι μάλα καὶ ἀπροσκόπτως ἡ γραφὴ διαρρέοιτο.

nis eorum Hymnorum, qui in feſtis Chriſti Domini decantari conſueverunt. Et quia primum anniverſarii circuitus menſem ſolennitas *Exaltatæ Crucis* ſanctificat, agedum, exponamus ea, quæ divini Coſmæ Lyra in hujus feſti honorem modulata eſt; qui divinus vir magno huic Canoni multum hi- B ſtoriarum intexuit, præter poëticæ dictionis majeſtatem & grandiloquentiam; neque quiſquam facilè dicta & ſenſa ejus capiet, niſi valdè in veteris & novæ legis monumentis tritus ac verſatus. Hinc igitur exordiendum eſt, & quæ obſcuriùs dicta, declaranda erunt; cùm aliàs etiam mos & lex quaſi inviolabilis à patribus ad nos uſque tranſmiſſa apud pios vigeat, ut omni inſcriptioni ſuæ ſignum Crucis præfigant, quaſi ſcriptor inde opem accipiat, ſcriptúraque facilè & inoffensè hoc præmiſſo ſig- C no decurrat.

Ἐξαποστειλάριον.

Σταυρὸς ὁ φύλαξ πάσης τῆς οἰκουμένης, σταυρὸς ἡ ὡραιότης τῆς ἐκκλησίας, σταυρὸς βασιλέων τὸ κραταίωμα σταυρὸς πιστῶν στήριγμα. σταυρὸς ἀγγέλων ἡ δόξα, καὶ τῶν δαιμόνων τὸ τραῦμα.

Exapoſtilarium.

Crux cuſtos totius orbis; Crux venuſtas Eccleſiæ, Crux Regum potentia. Crux fidelium fulcrum. Crux Angelorum gloria, & dæmonum vulnus.

Ἕτερον ἐξαποστειλάριον.

Ὁ σταυρὸς ὑψοῦται σήμερον, καὶ κόσμος ἁγιάζεται. ὁ γὰρ πατρὶ συνεδρεύων, καὶ D πνεύματι τῷ ἁγίῳ, ἐν τούτῳ χεῖρας ἁπλώσας, τὸν κόσμον ὅλον εἵλκυσας πρὸς σὴν χριστὲ ἐπίγνωσιν. τοὺς οὖν εἰς σὲ πεποιθότας θείας ἀξίωσον δόξης.

Aliud Exapoſtilarium.

Crux exaltatur hodie, & mundus ſancti- D ficatur: Nam qui cum Patre & Spiritu ſancto in eodem ſolio conſides, expanſis in hac manibus totum mundum ad tuam agnitionem attraxiſti Chriſte. Eos igitur, qui in te fiduciam poſuerunt, divina dignare gloria.

Στιχηρὰ προσόμοια.

Ὢ τοῦ παραδόξου θαύματος τὸ ζωηφόρον φυτὸν ὁ σταυρὸς ὁ πανάγιος εἰς ὕψος αἰρόμενος, ἐμφανίζεται σήμερον. δοξολογοῦσι πάν-

Stichera proſomœa.

O inopinatum miraculum, vitalis planta, Crux ſanctiſſima, in altum elata, manifeſtatur hodie. Gloriam decantant omnes

Digitized by Google

... ἐν τούτῳ σκῆπτρα ἀνάκτων ἥδρασαι, ὦ θείας κλίμακος, δι' ἧς ἀνατρέχομεν εἰς οὐρανοὺς, ὑψοῦντες ἐν ᾄσμασι χριστὸν τὸν κύριον.

Σήμερον προέρχεται ὁ σταυρὸς τοῦ κυρίου, καὶ πιστοὶ εἰσδέχονται αὐτὸν ἐκ πόθου, καὶ λαμβάνουσιν ἰάματα ψυχῆς τε καὶ σώματος, καὶ πάσης μαλακίας. αὐτὸν ἀσπασώμεθα τῇ χαρᾷ καὶ τῷ φόβῳ. φόβῳ διὰ τὴν ἁμαρτίαν ὡς ἀνάξιοι ὄντες. χαρᾷ δὲ διὰ τὴν σωτηρίαν, ἣν παρέχει τῷ κόσμῳ ὁ ἐν αὐτῷ προσπαγεὶς χριστὸς ὁ κύριος, ὁ ἔχων τὸ μέγα ἔλεος. C

Εἴδησις ἐν τῇ ὑψώσει τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ τοῦ χριστοῦ.

Ψαλλομένης τῆς μεγάλης δοξολογίας. ἀλλάσσει ὁ ἱερεὺς πᾶσαν τὴν ἱερατικὴν στολὴν, καὶ εἰσέρχεται μετὰ τοῦ θυμιατοῦ ἐν τῇ ἁγίᾳ τραπέζῃ, καὶ θυμιῶν τὸν τίμιον σταυρὸν σταυροειδῶς, αἴρει αὐτὸν μετὰ δίσκου ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ προπορευομένων δύο λαμπάδων φέρει αὐτὸν μέχρι τῶν βασιλικῶν πυλῶν τοῦ ναοῦ κἀκεῖσε ἵσταται.

Καὶ πληρουμένης τῆς δοξολογίας, καὶ τοῦ τρισαγίου, λέγει ὁ ἱερεὺς μεγαλοφώνως· σοφία ὀρθή. καὶ ἀρχόμεθα τοῦ τροπαρίου, σῶσον κύριε τὸν λαόν σου, καὶ οὕτως εἰσοδεύει μετὰ τοῦ τιμίου σταυροῦ, καὶ ὄντος ηὐτρεπισμένου τετραποδίου τίθεται ὁ τίμιος σταυρὸς ἐπάνω, καὶ θυμιᾷ σταυροειδῶς ὁ ἱερεὺς, εἶθ' οὕτως βαλὼν μετανοίας τρεῖς, κἂν ὁποία καὶ ἐστιν ἡμέρα, καὶ λαβὼν ἐπὶ χεῖρας τὸν τίμιον σταυρὸν γυμνὸν μετὰ βασιλικῶν κλάδων, ἵσταται ἔμπροσθεν τοῦ τετραποδίου βλέπων κατὰ ἀνατολὰς, καὶ λέγει εἰς ἐπήκοον πάντων, ἐλέησον ἡμᾶς ὁ θεὸς κατὰ

... devicta ſunt. Hac ſceptra Regum fundata. O divinam ſcalam, per quam in cœlos aſcendimus, Chriſtum Dominum canticis efferentes.

Hodie procedit Crux Domini, & fideles illam cum deſiderio ſuſcipiunt, capiúntque remedia animæ & corporis, & omnis ægritudinis. Eam amplectamur cum gaudio & timore; hoc quidem, tanquam indigni propter peccatum; illud verò, propter ſalutem, quam mundo largitur, qui in ea affixus Chriſtus infinita miſericordia præditus.

Forma & modus exaltandi venerandam & vivificam crucem Chriſti.

Dum magna doxologia canitur, mutat ſacerdos omnem ſacerdotalem ornatum, ingreditúrque cum thuribulo ad ſacram menſam, & venerandam Crucem Crucis in ſpeciem ſuffitu ſeu incenſo honorans, attollit illam ſimul cum diſco in caput & præeuntibus binis lampadibus, defert uſque ad Baſilicas templi portas, ibidémque ſubſiſtit.

Finita doxologia, & hymno triſagio abſoluto; elata voce dicit ſacerdos: *ſapientia recta*, inchoamúſque Troparium; *Salvum fac Domine populum tuum:* & ſic cum veneranda Cruce ingreditur; quæ in præparata huic uſui menſa reponitur, & Crucis in modum à ſacerdote rurſus ſuffitu ſeu incenſo honoratur, térque habita reverentia venerandam Crucem eámque nudam manibus tenens cum virga regali, ſtat ante menſam, reſpiciens ad orientem, omnibúſque exaudientibus dicit: *Miſerere noſtri Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam. Oramus te, exaudi nos, & miſerere noſtri:* auſpicamúrque primam Centuriam dicendi

Digitized by Google

ρίας αὐτῶν, καὶ τοῦ κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν ἐπὶ πλέον συνεργῆσαι, κατευοδῶσαι αὐτοὺς ἐν πᾶσι, καὶ ὑποτάξαι ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτῶν πάντα ἐχθρὸν καὶ πολέμιον. καὶ ἀρχόμεθα τῆς δευτέρας ἑκατοντάδος, καὶ ποιεῖ ὁ ἱερεὺς τὴν δευτέραν ὕψωσιν ὡς προγέγραπται.

Εἶθ' οὕτως ςραφεὶς ἐπὶ δυσμὰς λέγει. ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν τοῦ δούλου τοῦ Θεοῦ, ὁ δεῖνα, ἤγουν τοῦ προεςῶτος, καὶ πάσης τῆς ἐν χριςῷ ἡμῶν ἀδελφότητος. καὶ ἀρχόμεθα τῆς τρίτης ἑκατοντάδος. πληρουμένης δὲ αὐτῆς ςρέφεται ὁ ἱερεὺς ἐπὶ τὸ βόριον μέρος, καὶ λέγει. ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ πάσης ψυχῆς χριςιανῶν, ὑγείας, καὶ σωτηρίας, καὶ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν.

Καὶ γίνεται ἡ τετάρτη ὕψωσις, καὶ αὖθις ςρέφεται κατὰ ἀνατολάς, καὶ λέγει. ἔτι δεόμεθα ὑπὲρ πάντων τῶν διακονούντων, καὶ διακονησάντων ἐν τῇ ἁγίᾳ μονῇ ταύτῃ, ὑγείας, σωτηρίας, καὶ ἀφέσεως τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν, εἴπωμεν, καὶ ἀρχόμεθα τῆς πέμπτης ἑκατοντάδος. μετὰ δὲ τὴν πέμπτην ὕψωσιν ψάλλομεν τὸ κοντάκιον, ὁ ὑψωθεὶς ἐν τῷ ςαυρῷ. εἶθ' οὕτως. τὸν ςαυρόν σου προσκυνοῦμεν δέσποτα, τρίς. ψαλλόντων δὲ τῶν ἀδελφῶν, ἀποτίθησιν ὁ ἱερεὺς τὸ τίμιον ξύλον ἐν τετραποδίῳ, καὶ ἄρχονται προσκυνεῖν ὅ, τε ἱερεὺς καὶ ὁ προεςὼς βάλλοντες μετανοίας γ. κατενώπιον τοῦ τιμίου ςαυροῦ, εἶτα ἀσπάζονται αὐτόν, καὶ μετὰ τὸ ἀσπάζεσθαι, βάλλουσι μίαν μετάνοιαν. εἶθ' οὕτως εἰς τοὺς χοροὺς δεξιᾷ καὶ ἀριςερᾷ. εἶτα εἰσέρχονται ἀδελφοὶ δύο, δύο κατὰ τάξιν καὶ προσκυνοῦσι καὶ ἀσπάζονται ὁμοίως, καὶ ψάλλομεν δὲ ςιχηρὰ ἰδιόμελα, ἕως οὗ προσκυνήσουσιν οἱ ἀδελφοί.

eis ope ſua ſemper adſit; eos in omnibus dirigat, ſubque pedes eorum omnem hoſtem & inimicum ſubjiciat; inchoamúſque ſecundam centuriam; & ſacerdos Crucem ſecundò elevat.

Deinde ad occaſum converſus inquit. Oramus præterea pro remiſſione peccatorum ſervi Dei NN. Antiſtitis nimirum, totiúſque fraternitatis noſtræ: auſpicamúrque tertiam centuriam. Qua finita vertit ſe ſacerdos ad ſeptentrionem; & ait. Oramus C præterea pro omnium Chriſtianorum ſoſpitate, ſalute & remiſſione peccatorum, quibus diſtinentur.

Et fit quarta exaltatio; rurſúmque convertit ſe ſacerdos ad ortum, & ait: Oramus præterea, pro omnibus, qui miniſtrant & miniſtrârunt in ſancto hoc monaſterio, ut Deus illis incolumitatem, ſalutem & remiſſionem peccatorum concedat: Et incipimus quintam centuriam *(ubi verò quarta?)* porrò poſt quintam exaltationem canimus *Contacium* illud; *Qui exaltatus es in Cruce, &c.* Deinde in hunc modum ter. *Crucem tuam adoramus Domine.* Cantantibus autem D fratribus, reponit Sacerdos Crucem in menſa, & adorare incipiunt ſacerdos & Antiſtes, térque reverentiam in conſpectu Crucis faciunt; deinde oſculantur eam, & poſt oſculum, ſemel reverentiam exhibent: poſtea pari modo chorus dexter & ſiniſter agit. Tandem ingrediuntur fratres bini & bini, ordine, adorántque & oſculantur ſimiliter, & interea dum fratres Crucem adorant, pſallimus ſequentia idiomela.

So-

Digitized by Google

... τὸ παράδοξον θαῦμα καθορῶντες, τοῦ σταυροῦ τὴν δύναμιν προσκυνήσωμεν. ὅτι ξύλον ἐν παραδείσῳ θάνατον ἐβλάστησε, τὸ δὲ τὴν ζωὴν ἐξήνθησεν, ἀναμάρτητον ἔχων προσηλωμένον τὸν κύριον. ἐξ οὗ πάντα τὰ ἔθνη ἀφθαρσίαν τρυγῶντες κραυγάζομεν, ὁ διὰ σταυροῦ θάνατον καταργήσας, καὶ ἡμᾶς ἐλευθερώσας δόξα σοι.

C Η Φωνὴ τοῦ προφήτου σου Μωϋσέως, ὁ θεὸς, πεπλήρωται ἡ λέγουσα. ὄψεσθε τὴν ζωὴν ὑμῶν κρεμαμένην ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν ἡμῶν. σήμερον σταυρὸς ὑψοῦται, καὶ κόσμος ἐκ πλάνης ἐλευθεροῦται. σήμερον τοῦ χριστοῦ ἡ ἀνάστασις ἐγκαινίζεται, καὶ τὰ πέρατα τῆς γῆς ἀγάλλονται, ἐν κυμβάλοις δαβιτικοῖς ὕμνον σοι προσφέροντα καὶ λέγοντα. εἰργάσω σωτηρίαν ἐν μέσῳ τῆς γῆς ὁ θεὸς, σταυρὸν καὶ τὴν ἀνάστασιν, δἰ ὧν ἡμᾶς ἔσωσας, ἀγαθὲ καὶ φιλάνθρωπε.

Ἡ Φωνὴ τῶν προφητῶν σου, ἠσαίου καὶ δαβὶδ ἐπληρώθη ὁ θεὸς ἡ λέγουσα ἥξουσι πάντα τὰ ἔθνη, κύριε, καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου ἰδοὺ γὰρ ὁ λαὸς ὃς τῆς σῆς ἀγαθὲ χάριτος πεπλήρωται ἐν ταῖς αὐλαῖς σου ἱερουσαλὴμ, ὁ σταυρὸν ὑπομείνας ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ τῇ ἀναστάσει σου ζωοποιῶν φύλαξον, καὶ σῶσον ἡμᾶς. D

Σήμερον τὸ φυτὸν τῆς ζωῆς ἐκ τῶν τῆς γῆς ἀδύτων ἀνιστάμενον, τοῦ ἐν αὐτῷ παγέντος χριστοῦ πιστοῦται τὴν ἀνάστασιν, καὶ ἀνυψούμενον χερσὶν ἱεραῖς, τὴν αὐτοῦ πρὸς οὐρανὸν καταγγέλλει ἀνύψωσιν, δἰ ἧς τὸ ἡμέτερον φύραμα ἐκ τῆς εἰς γῆν καταπτώσεως εἰς οὐρανοὺς πολιτεύεται, διὰ εὐχαρίστως

Adeſte populi, inopinum miraculum ſpectantes, Crucis virtutem adoremus. Lignum in paradiſo mortem generavit; at hoc, vitam protulit, Chriſtum peccati expertem affixum gerens, ex quo omnes gentes incorruptionem capientes clamamus: Tibi, qui per Crucem evacuâſti mortem, & nos liberâſti, ſit gloria.

Vox Prophetæ tui Moyſis impleta eſt, quæ dicit. Videbitis vitam veſtram pendentem ante oculos veſtros. Hodie Crux exaltatur, & mundus ab errore liberatur. Hodie Reſurrectio Chriſti dedicatur, & fines terræ exultant, in cymbalis Davidicis hymnum tibi afferentes & dicentes: operatus es ſalutem in medio terræ Deus, crucem & reſurrectionem, per quæ nos ſervâſti bone & benigne, omnipotens Domine, gloria tibi.

Vox Prophetarum tuorum Iſaiæ & Davidis impleta eſt, dicens: *Venient omnes gentes Domine & adorabunt in conſpectu tuo.* Ecce enim adeſt populus, qui tua gratia, benigne, repletus eſt in atriis tuis Hieruſalem. Qui Crucem ſubiiſti pro nobis, & Reſurrectione tua omnia vivificas, cuſtodi & ſalva nos.

Hodie planta vitæ ex terræ adytis progreſſa, Chriſti in ea fixi reſurrectionem confirmat, ſacriſque exaltata manibus ſuam ad cælum exaltationem prænunciat; per quam maſſa noſtra ex caſu in terram in cœleſtem civitatem erigitur: propterea cum gratiarum actione clamemus, Domine, qui in Cruce exaltatus es, & nos ſimul exaltâſti,

Καὶ μετὰ τὸ προσκυνῆσαι πάντας λέγει ὁ ἱερεὺς, σοφία καὶ ἀπόλυσις.

Τῇ ιέ σεπτεμβρίου.

Χαίροις τὸ τῶν πιστῶν φυλακτήριον, θεῖον ἀπροσμάχητον τεῖχος σταυρὸς ὁ τοῦ κυρίου, δι᾽ οὗ ἀπὸ γῆς ἠρθήμεν· δεῦτε χαρμονικῶς ἀσπασώμεθα πάντες τὸ σωτήριον ξύλον, ἐν ᾧ ἐξετανύσθη χριστὸς ἡ ἀπολύτρωσις.

Ὤφθη ἡ τοῦ ξύλου πονηρὰ γεῦσις ἐν ἐδὲμ C τοῖς γενάρχαις συμβᾶσα πάλαι δεινῶς, θάνατον εἰσάξασα παντὶ τῷ γένει βροτῶν, ἀλλὰ νῦν πρὸς ἀκήρατον ζωὴν, καὶ ἀμείνω λῆξιν ἀνεκλήθημεν διὰ τοῦ θείου σταυροῦ, ὅνπερ ἀνυψοῦντες ὑμνοῦμεν τὸν ἀνυψωθέντα ἐν τούτῳ κύριον, καὶ κόσμον συνυψώσαντα.

Ἦρας τὸ πλανώμενον σῶτερ πρόβατον ἐπ᾽ ὤμων, καὶ τοῦτο τῷ σῷ προσῆξας πατρὶ διὰ τοῦ τιμίου σου, καὶ ζωηφόρου σταυροῦ, καὶ ἀγγέλοις ἠρίθμησας ἐν πνεύματι θείῳ. ξύλον γὰρ ἀντέθηκας ἀντὶ τοῦ ξύλου χριστὲ ὃ νῦν ἀνυψοῦντες ἐν πίστει σε τὸν ἐν αὐτῷ ὑψωθέντα καὶ ἡμᾶς ὑψώσαντα, δοξάζομεν.

Στῶμεν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ πράξεσι κομῶντες ἐνθέοις καὶ τὸν κρανίου πιστοὶ χῶρον D ἐποπτεύσωμεν καθαρωτάτῳ νοῒ, καὶ ὑψούμενον βλέψομεν βροτοὶ σὺν ἀγγέλοις ξύλον τὸ πανάγιον, ἐν ᾧ χριστὸς ὁ θεὸς χεῖρας ἑκουσίως ἁπλώσας εἵλκυσεν, ἐζώγρησε πάντας, καὶ πρὸς οὐρανοὺς ἡμᾶς ἀνύψωσεν.

Τὸν σταυρὸν τοῦ σωτῆρος, ἐπὶ τῆς γῆς κεκρυμμένον ἀφείλετο ἡ σεμνὴ, χαρᾶς τε ἐμπίπλησιν οἰκουμένης τὰ πέρατα, καὶ τεμένη τε θεσπίζει ὑψοῦσθαι ἐν πνεύματι καὶ τὸ σκῆπτρον κομίζει ἐπὶ τὰ βασίλεια. ὅθεν ἡ

Et poſtquam omnes adorarunt, ait ſacerdos: *Sapientia, &c.* & ſic dimittitur cœtus.

XV. Septembris, & aliis diebus infrà octavam Exaltationis S. Crucis.

Salve fidelium divina cuſtodia, murus inexpugnabilis crux Domini, per quam à terra ſublati ſumus. Adeſte ſalutemus omnes cum gaudio ſalutiferum lignum, in quo Chriſtus Redemptio noſtra expanſus eſt.

Malus ille ligni guſtus admodum triſtis accidit primis parentibus morte univerſo hominum generi illata; ſed nunc ad immortalem vitam & meliorem ſortem revocati ſumus per divinam Crucem, quam elevantes decantamus Dominum, qui in ea elevatus, mundum unà ſecum elevavit.

Errabundam ovem Salvator in humeros ſublatam adduxiſti Patri tuo per venerandam & vivificam Crucem tuam, & Angelis in ſpiritu divino annumeràſti; Lignum enim ligno oppoſuiſti, Chriſte, quod nunc cum fide exaltantes, te, qui in illo exaltatus es, nóſque exaltâſti, glorificamus.

Stemus in domo Dei, divinis actionibus D florentes; & Calvariæ locum contemplemur mente puriſſima, videbimúſque lignum ſacratiſſimum cum Angelis, exaltatum, in quo Chriſtus manibus ſponte expanſis, omnes vitæ reddidit, & nos ad cælum ſuſtulit.

Crucem Salvatoris in terræ receſſibus abditam reperit veneranda Helena, & fines orbis gaudio implet, jubétque excitari templa in ſpiritu; & ad Regium Sceptrum defert. Unde Helena filio acclamabat: Extende Domine manus tuas & accipe robur tuum

Digitized by Google

...ικωος τȣτȣ, καὶ τὸν ςαυρὸν, καὶ τὴν ἀνάςασιν.

Στιχηρὰ προσόμοια.

Σήμερον ἐξέλαμψε φωτοειδῶς ὥσπερ ἥλιος ὁ ςαυρός σȣ ὁ τίμιος, χριςὲ, ςηριζόμενος ἐν κρανίῳ τόπῳ τῷ δεδοξασμένῳ, καὶ ἀνυψȣ́μενος ςωτὴρ ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ πανάγιον δηλῶν ἐμφαντικώτατα, ὡς δι' αὐτȣ̃ παντοδύναμε τὴν ὑμῶν φύσιν ὕψωσας ȣ̓ρανοῖς, ὡς φιλάνθρωπος.

Ἀνήγγειλαν σήμερον οἱ ȣ̓ρανοὶ, ἀκατάληπτε, τοῖς ἀνθρώποις τὴν δόξαν ςȣ. φαιδρῶς ἐξαςράψας γὰρ τοῦ ςαυρȣ̃ ὁ τύπος C φέγγει ἀπροσίτῳ τὴν μανιώδη, καὶ σκληρὰν τῶν θεοκτόνων γνώμην διήλεγξε. διό ςȣ τὴν φιλάνθρωπον οἰκονομίαν δοξάζομεν ἰησȣ̃ παντοδύναμε, ὁ ςωτὴρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

Σταυρὸς ὁ πανάγιος τὸ ἀκατάληπτον τρόπαιον ἀπὸ γῆς φανερȣ́μενον σήμερον προέρχεται, ὥσπερ κεκρυμμένος θυσαυρὸς πλȣτίζων τὴν οἰκȣμένην ταῖς αὐγαῖς τῆς παγκοσμίȣ αὐτȣ̃ χριςότητος. διὸ τὴν ὑπεράγαθον οἰκονομίαν δοξάζομεν ἰησȣ̃ παντοδύναμε, ὁ ςωτὴρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

Τῶν προφητῶν αἱ φωναὶ τὸ ξύλον τὸ πα- D νάγιον προκατήγγειλαν, δι' ȣ̔ τῆς ἀρχαίας ἠλευθερώθη κατάρας τῆς τȣ̃ θανάτȣ ὁ ἀδὰμ ἡ δὲ κτίσις σήμερον ὑψȣμένȣ τȣ́τȣ συνυψοῖ τὴν φωνὴν τὸ ἐκ θεȣ̃ αἰτȣμένη πλȣ́σιον ἔλεος. ἀλλ' ὁ μόνος ἐν ἐλέει ἀμέτρητος δέσποτα ἱλασμὸς γενȣ̃ ἡμῖν, καὶ σῶσον τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

Λύσιν τῶν δυσχερῶν, καὶ κτῆσιν ἀρίςων ὑψȣ́μενος βραβεύει τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ςαυρὸς χριςοῦ ὁ ἅγιος.

& Crucem, & Reſurrectionem.

Stichera Proſomœa.

Hodie luciflui ſolis inſtar reſplenduit veneranda tua Crux, Chriſte, fixa in Calvariæ glorificato loco, & in monte illo ſanctiſſimo exaltatus, quo manifeſtiſſimè ſignificatum eſt, à te, ô omnipotens, per Crucem naturam noſtram ad cœlos evectam eſſe.

Annunciârunt hodie cœli, ô incomprehenſe, hominibus gloriam tuam. Crucis enim ſpecies lumine inacceſſo coruſcans, furioſam & duram eorum, qui Chriſtum occiderunt, mentem coarguit. Propterea tuam, JESU potentiſſime, Salvator animarum noſtrarum, benigna œconomiam debitis laudibus extollimus.

Crux ſacratiſſima incomprehenſibile trophæum hodie ex receſſibus terræ prodit, tanquam theſaurus abſconditus locupletans orbem ſplendoribus bonitatis ſuæ ad omnes ſe diffundere ſolitæ: Qua de cauſa diſpenſationem tuam omni bonitate redundantem, decantamus, JESU potentiſſime, Salvator animarum noſtrarum.

Prophetarum oracula ſacratiſſimum lignum annunciârunt; per quod à veteri mortis maledicto exſolutus eſt Adam. At creatura hodie, hoc ligno exaltato, ſimul exaltat vocem uberem à Deo miſericordiam expoſcens. Verùm tu Domine, cujus miſericordia finem non habet, propitius eſto nobis, & ſalva animas noſtras.

Sancta Chriſti Crux exaltata conciliat humano generi ſolutionem à malis; & præſtantia dona affert.

Digitized by Google

στοὺς προσκαλεῖται ἐν ᾄσμασιν ἑορτάζοντας μετ' ἤχου τοῦ προσκυνεῖν προπόδιον τὸ θεῖον αὐτοῦ.

cum canticis & jubilo agentes, ut adorent divinum ſcabellum pedum Chriſti.

Τῶν ἐγκαινίων τὴν μνήμην τῆς ἀναστάσεως, δι' ἧς τοῖς ἐν τῷ σκότει φῶς ἐπέλαμψε μέγα ζωῆς, καὶ ἀφθαρσίας. δεῦτε πιστοὶ ἐκτελοῦντες, ὑψώσωμεν τὸ ζωοπάροχον ξύλον, τὸ τοῦ σταυροῦ προσκυνοῦντες τὸν σωτῆρα χριστόν.

Memoriam Encæniorum Reſurrectionis, per quam ſedentibus in tenebris lux magna vitæ & incorruptionis illuxit, recolentes; agite fideles, exaltemus vivificum Crucis lignum, adorantes Salvatorem Chriſtum.

Μωσῆς ὁ μέγας ὁ πάλαι ἐπὶ τοῦ ὄρους σινᾶ σταυροειδῶς τὰς χεῖρας ἐκπετάσας εἰς ὕψος, ἐτύπου τὸν σταυρόν σου χριστὲ ὁ θεός, τὸν ὑψούμενον σήμερον καὶ ἁγιάζοντα πάντας τοὺς ἐπὶ γῆς ἐν αὐτῷ σε προσκυνοῦντας πιστῶς. C

Magnus Moyſes, qui olim in monte Sina in ſpeciem Crucis manus expandit, prædelineavit Crucem tuam, Chriſte Deus, hodie exaltatam, & ſanctificantem omnes terræ incolas, qui in ipſa te adorant.

Ὄφιν ἀνεστήλωσε χαλκοῦν πάλαι Μωϋσῆς πρὸς τὴν ἀναίρεσιν τῶν δακνόντων ὄφεων. αὐτὸς δὲ ὅλον σαυτὸν ἐπὶ ξύλου ἀνυψώσας σωτήρ μου, ἐζώωσας πάντας ἐν τῷ θείῳ σου καὶ ζωηφόρῳ σταυρῷ, ὃς νῦν ἀνυψούμενος φλέγει φάλαγγας δαιμόνων, καὶ τρέπει, καὶ βαρβάρων φῦλα καὶ φρυάγματα.

Æneum ſerpentem erexit quondam Moyſes interficiendis ſerpentibus, qui morſu populum infeſtabant. Tu verò, Salvator, te ipſum totum in lignum evexiſti, omnéſque divina tua & vivifica Cruce vitæ reſtituiſti, quæ nunc exaltata urit catervas Dæmonum & diſſipat Barbarorum nationes & inſolentiam.

Σύ μου τὸ φθαρτόν τε καὶ θνητόν, σῶτερ, ἐκ παρθένου φορέσας, καὶ θεομήτορος ἄφθαρτον ἀπέδειξας, καὶ πρὸς ζωήν, καὶ τρυφὴν ἀτελεύτητον εἵλκυσας, πρὸς ἣν ἐπανάγεις πάντας τοὺς ὑμνοῦντάς σε, λόγε χριστὲ ὁ θεός. ὅπλον κραταιὸν ἐν πολέμοις δέσποτα, τὸ θεῖον σταυρόν σου τῷ πιστῷ σου ἄνακτι δωρούμενος. D

Tu Salvator corruptibile & mortale meum ex virgine aſſumens & Deiparæ incorruptionem demonſtrâſti, & ad vitam & delicias nunquam finiendas deduxiſti; ad quas deducis omnes, qui tuas laudes, Chriſte, decantant. Fideli tuo Regi concede divinam Crucem, ut ſit ei in bellis armatura invicta.

Λάμψον φῶς ἀπρόσιτον ἡμῖν. ἔργον γὰρ ἐσμὲν τῶν χειρῶν σου πάντες. χριστὲ ὁ θεός. ὅπλῳ δὲ στεφάνωσον τοὺς εὐσεβεῖς βασιλεῖς, νίκας τούτοις δωρούμενος κατὰ πολεμίων, τεῖχος καὶ ὀχύρωμα, ἰσχὺν καὶ ἄσυλον ὅλ-

Lumen inacceſſum illumina ſuper nos. Omnes enim, Chriſte Deus, opus manuum tuarum ſumus: Circumda armatura pios Imperatores, largiens illis victoriam adversùs hoſtes, Habeant pro muro & propugnaculo, pro robore & theſauro amitti neſcio-

ſcio-

Τῷ ςαϐϐάτῳ ἑσπέρας τῆς ςαυροπροσκυνήσεως ἐν τῷ μικρῷ ἑστερινῷ ςιχηρὰ προσόμοια εἰσδʹ, ἦχος πλ βʹ.

Νῦν ἀγγελικαὶ ςρατιαὶ δορυφορȣ̃σι ξύλον τὸ ςεπτὸν εὐλαϐῶς περικυκλȣ̃σαι, καὶ πάντας συγκαλȣ̃σαι τȣ̀ς πιςȣ̀ς εἰς προσκύνησιν. δεῦτε ȣ̃ν νηςείᾳ φαιδρυνθέντες, προσπέσωμεν αὐτῷ χαρᾷ καὶ φόϐῳ πιςῶς κράζοντες χαίροις ὁ τίμιος ςαυρὸς, τοῦ κόσμȣ ἀσφάλεια.

Ἵνα τȣ̃ ἀδὰμ ἀφανίσῃς τὴν κατάραν, σάρκα τὴν ἡμῶν προσλαμϐάνεις δίχα ῥύπȣ, ςαυρȣ̃σαί τε καὶ θνήσκεις ἰησȣ̃ ὑπεράγαθε, ὅθεν τὸν ςαυρόν σȣ, καὶ τὴν λόγχην, σπόγγοντε καὶ κάλαμον, καὶ τȣ̀ς ἥλȣς πιςῶς σέϐομεν, καὶ τὴν ἀνάςασιν τὴν σὴν ἰδεῖν ἐξαιτȣ́μεθα.

Κλείει τὴν ἐδὲμ διὰ ξύλȣ πάλαι ὄφις, ξύλον δὲ ςαυρȣ̃ ὑπανοίγει ταύτην πᾶσι τοῖς θέλȣσι νηςείᾳ καθαρθῆναι, καὶ δάκρυσι. δεῦτε ȣ̃ν προκείμενον ὁρῶντες αὐτῷ προσπέσωμεν ἐν φόϐῳ πιςοὶ κράζοντες, ἄνοιξον πύλας ȣ̓ρανῶν ςαυρὲ τοῖς ποθȣ̃σί σε.

Ὅτε τῷ ςαυρῷ προσηλȣ́μενον ἑώρα, λόγε τοῦ θεȣ̃, ἡ ἀσπόρως σε τεκȣ̃σα, ἠλάλαζε βοῶσα, οἴμοι τέκνον γλυκύτατον, τίς σȣ ἡ ταπείνωσις θεέ μȣ; πῶς ὁ ἀπαθὴς τὸ πάθος φέρεις ἀδίκῳ κρίματι; ὑμνολογῶ σȣ τὴν φρικτὴν ἄκραν συγκατάϐασιν.

Στιχηρὰ προσόμοια.

Λυθέντες τῶν δεσμῶν τῆς πάλαι καταδίκης πιςοὶ ςαυρȣ̃ τῷ ξύλῳ, τὸν ἐν αὐτῷ παγέντα χριςὸν δοξολογήσωμεν.

Ἄγε νῦν, σὺν ἡμῖν δαϐὶδ τὴν λύραν κίνει, χριςὸν ὑψȣ̃τε ψάλλων, πιςοὶ, καὶ προσκυνεῖτε αὐτȣ̃ τȣ̃ ὑποπόδιον.

Ex Triodio.

Pridie adorationis Crucis in minoribus veſperis canuntur ςιχηρὰ προσόμοια, quatuor. Tonus plagius ſecundus.

Nunc Angelici exercitus comitantur venerabile lignum, reverentur illud ſtipantes, omnéſque fideles ad adorationem convocantes. Adeſte igitur jejunio conſpicui, procumbamus ad Crucem cum gaudio & timore clamantes: Salve Crux venerabilis, ſecuritas mundi.

Ut Adami maledictionem aboleres, carnem noſtram induis, abſque tamen macula; Crucifigeris & moreris JEſu benigniſſime. Unde Crucem tuam, & lanceam ſpongiam & calamum, & clavos fideliter colimus, & reſurrectionem tuam videre concupiſcimus. C

Per lignum clauſit olim ſerpens paradiſum; At lignum Crucis eum aperit omnibus, qui jejunio & lachrymis expurgari volunt. Adeſte igitur, propoſitam Crucem contemplantes, ad eam cum metu accidamus, clamantes, O Crux aperi cœlorum portas deſiderantibus te.

Quando intemerata mater tua te Cruci affixum vidit, clamabat dicens. Heu mihi dulciſſime fili, quæ hæc humiliatio & abjectio Deus meus? Quomodo impaſſibilis paſſionem ſubis injuſto judicio; Laudo & celebro tremendam ſummámque tuam condeſcenſionem. D

Stichera proſomœa.

Soluti à nexibus antiquæ condemnationis per lignum Crucis, Chriſtum in eo fixum fideles celebremus.

Agè nunc, nobiſcum David lyram tuam move, Chriſtúmque exalta pſallens, vóſque fideles adorate ſcabellum ejus.

In

Digitized by Google

Στιχηρὰ προσόμοια.

Λάμψον ὁ τοῦ κυρίου σταυρὸς τὰς φεγγοβόλους ἀστραπὰς σου τῆς χάριτος εἰς καρδίας τῆς σε τιμώντων, καὶ θεολήπτῳ στοργῇ περιπτυσσομένων, ὁ κοσμοπόθητε, δι᾽ οὗ τῶν δακρύων ἐξηφανίσθη κατήφεια, καὶ τοῦ θανάτου τῶν παγίδων ἐῤῥύσθημεν, καὶ πρὸς ἄληκτον εὐφροσύνην μετήλθομεν, δεῖξον τῆς ὡραιότητος τῆς σῆς εὐπρέπειαν, τὰς ἀντιδόσεις παρέχων τῆς ἐγκρατείας τῆς δούλοις σου πιστῶς αἰτουμένοις, τὴν πλουσίαν προστασίαν καὶ μέγα ἔλεος.

Χαίροις ὁ ζωηφόρος σταυρὸς τῆς ἐκκλησίας ὁ ὡραῖος παράδεισος, τὸ ξύλον τῆς ἀφθαρσίας τὸ ἐξανθῆσαν ἡμῖν αἰωνίου δόξης τὴν ἀπόλαυσιν, δι᾽ οὗ τῶν δαιμόνων ὑπεκδιώκονται φάλαγγες, τῶν ἀγγέλων συνευφραίνονται τάγματα καὶ συστήματα τῶν πιστῶν ἑορτάζουσιν. ὅπλον ἀκαταγώνιστον, κραταίωμα ἀῤῥηκτον, τῶν βασιλέων τὸ νῖκος, τῶν ἱερέων τὸ καύχημα, Χριστοῦ νῦν τὰ πάθη, καὶ ἡμῖν δίδου προφθάσαι, τὴν ἀνάστασιν. C

Χαίροις ὁ ζωηφόρος σταυρὸς τῆς εὐσεβείας τὸ ἀήττητον τρόπαιον, ἡ θύρα τοῦ παραδείσου, ὁ τῶν πιστῶν στηριγμὸς, τὸ τῆς ἐκκλησίας περιτείχισμα, δι᾽ οὗ ἐξηφάνισται ἡ ἀρὰ, καὶ κατήργηται, καὶ κατεπόθη τοῦ θανάτου ἡ δύναμις, καὶ ὑψώθημεν ἀπὸ γῆς πρὸς οὐράνια, ὅπλον ἀκαταμάχητον, δαιμόνων ἀντίπαλε, δόξα μαρτύρων, ὁσίων, ὡς ἀληθῶς, ἐγκαλλώπισμα, λιμὴν σωτηρίας, ὁ δωρούμενος τῷ κόσμῳ τὸ μέγα ἔλεος. D

Δεῦρο τῶν προτοπλάστων δυὰς ἡ τῆς χορείας ἐκπεσοῦσα τῆς ἄνωθεν τῷ φθόνῳ τοῦ βροτοκτόνου διὰ πικρᾶς ἡδονῆς τῆς τοῦ ξύλου πάλαι ἀπογεύσεως. ἰδοὺ τὸ πανσέβαστον ὄντως ξύλον προέρχεται, ᾧ προσδραμόντες ἐν χαρᾷ περιπτύξατε, καὶ βοήσατε πρὸς αὐ-

adorationem.

Stichera proſomœa.

Crux Domini mitte luciſluas coruſcationes gratiæ tuæ in corda eorum, qui te honorant, divinóque amore incenſi oſculantur, ô Crux toti mundo deſiderabilis; per quam lachrymarum nubila diſjecta ſunt, nóſque à laqueis peccati erepti, & ad interminatam lætitiam translati. Oſtende pulchritudinis tuæ decorem remunerandæ continentiæ concede ſervis tuis, hoc ardenter poſtulantibus, copioſam tutelam tuam, magnámque miſericordiam.

Salve vitalis Crux Eccleſiæ, quæ ſpecioſus paradiſus es, lignum incorruptionis, quod nobis æternæ gloriæ fructum protulit, quo dæmonum copiæ fugantur, Angelorum ordines lætificantur, fideliúmque cætus diem feſtum agitant. Eſt quippe Crux armatura, quæ ſuperari nequit: robur invictum, Regum Victoria, Sacerdotum gloriatio: da ut & nos paſſionem Chriſti, ejúſque Reſurrectionem præveniamus.

Salve vivifica Crux, pietatis invictum trophæum, paradiſi janua, fidelium fulcimentum, Eccleſiæ propugnaculum, qua abolita eſt maledictio, evacuata & abſorpta mortis potentia, qua à terra ad cœleſtia ſubvecti ſumus: Eſt enim armatura inexpugnabilis, Dæmonum adverſatrix, gloria Martyrum, Sanctorum verum ornamentum, portus ſalutis, quæ mundo magnam miſericordiam donat.

Adeſte duo protoplaſti, qui cæleſtibus choreis excidiſtis invidiâ homicidæ per amaram voluptatem guſtati ligni vetiti. Ecce omni veneratione digniſſimum lignum progreditur; ad quod cum gaudio accurrentes, oſculamini; & cum fide acclamate: Tu

ται νῦν, αὐτὸν ἀσπασώμεθα ψυχικῶς ἀγαλλόμενοι.

Ἐπιφάνηθι ὁ μέγας τοῦ κυρίου σταυρός. δεῖξόν μοι ὄψιν θείαν τῆς ὡραιότητός σου νῦν, * ἄξιον προσκυνητὴν αἰνέσεώς σου. καὶ γὰρ ὡς ἐμψύχῳ σοι, καὶ φωνῶ, καὶ προσπτύσσομαι.

* ἀξίωσον

Αἰνεσάτωσαν συμφώνως οὐρανὸς, καὶ ἡ γῆ, ὅτι πρόκειται πᾶσιν ὁ παμμακάριστος σταυρὸς, ᾧ παγεὶς σωματικῶς ἐτύθη χριστὸς, αὐτὸν ἀσπασώμεθα ψυχικῶς ἀγαλλόμενοι.

C

Τριαδικόν.

Ὢ τριὰς τοῖς χαρακτῆρσιν, ὢ μονὰς τῇ μορφῇ, πάτερ, υἱὲ καὶ πνεῦμα, ἡ ὁμοδύναμος ἑνὰς ἐν βουλῇ, καὶ θελήσει, καὶ κράτει ἀρχῇ, τὸν κόσμον σου φύλαττε, τὴν εἰρήνην βραβεύουσα.

Θεοτόκιον.

Πεῖραν ὅλως ἡ παρθένος μὴ εἰδυῖα ἀνδρὸς, ἄσπορον τίκτεις βρέφος, ἄχραντον φέρεις τοκετὸν, τὸν τῶν ὅλων ποιητὴν χριστὸν τὸν θεὸν, αὐτὸν ἐκδυσώπησον εἰρηνεῦσαι τὰ σύμπαντα.

Καταβασία.

D

Ὁ θειότατος προετύπωσε πάλαι μωσῆς ἐν ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ διαβιβάσας ἰσραὴλ τὸν σταυρόν σου, τὴν ὑγρὰν τῇ ῥάβδῳ τεμὼν, ᾠδήν σοι ἐξόδιον ἀναμέλπων χριστὲ ὁ θεός.

ᾠδὴ γʹ.

Δεῦτε ᾆσμα ᾄσωμεν καινὸν τὴν κατάλυσιν ᾅδου πανηγυρίζοντες. ἐκ γὰρ τοῦ τάφου χριστὸς ἀνέστη, τὸν θάνατον ἑλὼν καὶ σώσας τὰ σύμπαντα.

Δεῦτε ἀρυσώμεθα πιστοὶ οὐκ ἐκ κρήνης βρυούσης ὕδωρ φθειρόμενον, ἀλλὰ πηγὴν φω-

ſtat; eam proinde ſpiritali gaudio pleni amplectamur & exoſculemur.

Appareto, ô immenſa Domini Crux, oſtende mihi nunc divinam faciem venuſtatis tuæ. Dignare adoratorem, ut præconia tua decantet. Nam ùt cum re animata tecum loquor, téque amplector.

Laudes conſona voce decantent cælum & terra, quia omnibus Crux beatiſſima propoſita eſt, in qua Chriſtus ſuo corpore fixus immolatus eſt, ipſam lætis mentibus oſculemur.

Triadicum.

O Trinitas perſonis, ô unitas naturâ, Pater, Fili, & Spiritus ſancte. Unitas ejusdem & æqualis potentiæ conſilio, voluntate, poteſtate, imperio mundum tuum cuſtodi, pacémque concede.

Theotocium.

Omninò expers viri, ſine ſemine paris infantem, partúmque geris immaculatum, omnium Conditorem Chriſtum Deum, ipſum exora, ut cunctis pacem largiatur.

Catabaſia.

Olim divinus Moyſes præfiguravit Crucem tuam, traducens populum Iſraëliticum per mare rubrum, virgâ aquis diviſis; canticum exitus celebrandi gratia tibi, Chriſte Deus, decantans.

Oda tertia.

Adeſte novum canticum cantemus deſtructionem inferni celebrantes. Nam Chriſtus ex ſepulchro exiit, devicta morte, omnibúsque ſalvatis.

Adeſte fideles, hauriamus ex fonte ſcaturiente non aquam corruptibilem, ſed fon-

Θεοτόκιον.

Ἐν βάτῳ μωσῆς σȣ τυπικῶς τὸ μυϛήριον πάλαι, ϛεμνὴ, ἑώρακεν. ὡς γὰρ ἐκείνην ἡ Φλὸξ, τὸ πῦρ θεότητος τὴν σὺν νηδὺν ȣ̓ κατέφλεξεν.

Καταβασία.

Στερέωσον δέσποτα κύριε τῷ ϛαυρῷ σȣ ἐν πέτρᾳ με τῇ τῆς πίϛεως, μὴ ϛαλευθῆναι τὸν νȣ̃ν ἐχθρȣ̃ προσβολαῖς τȣ̃ δυσμενȣ̃ς. μόνος γὰρ εἶ ἅγιος.

ᾠδὴ δ′.

Ἰδȣ̀ ἀνέϛη ὁ χ[ρ]ιϛὸς ταῖς μυροφόροις γυναιξὶν ἄγγελός φησι. μὴ θρηνεῖτε, πορευθεῖτε εἴπατε, τοῖς ἀποϛόλοις, χαίρετε,
C
σήμερον σωτηρία τῷ κόσμῳ, ἡ τυραννὶς τȣ̃ ἐχθρȣ̃ θανάτȣ λέλυται.

Τȣ̃ ζωηφόρȣ σȣ ϛαυρȣ̃ τὴν προσκυνήσιμον χαρὰν ϛήμερον. χριϛὲ, ὑπαντῶντες προπομπὴν ποιȣ́μεθα τȣ̃ παναγίȣ πάθȣς σȣ, ὅπερ εἰς σωτηρίαν τȣ̃ κόσμου ἐναπειργάσω ϛωτὴρ, ὡς παντοδύναμος.

Σήμερον γίνεται χαρὰ ἐν ȣ̓ρανῷ, καὶ ἐπὶ γῆς, ὅτι τȣ̃ ϛαυρȣ̃ τὸ ϛημεῖον κόσμῳ ἐμφανίζεται. ϛαυρὸς ὁ τρισμακάριϛος, ȣ̃τος προτεθεὶς ἀναβλύζει χάριν ἀέναον.

Τί σοι προσάξωμεν χριϛὲ, ὅτι τὸν τίμιον ϛαυρὸν δέδωκας ἡμῖν προσκυνῆσαι, ἐν ᾧ τὸ
D
πανάγιον κατεκενώθη αἷμά σȣ, ᾧ καὶ ἡ σὰρξ σȣ ἥλοις ἐπάγη; ὃν ἀσπαζόμενοι νῦν εὐχαριϛȣ̃μέν σοι.

Τριαδικόν.

Μιᾶς θεότητος ὑμῶν τρεῖς ὑποϛάσεις ἀμερῶς φύσεως ἁπλῆς δογματίζω, τὸν πατέρα ἄναρχον, υἱὸν, καὶ πνεῦμα ἅγιον, σύνθρονον, κυριότητα μίαν, ὁμοβασίλειον ἐν κράτος ἀΐδιον.

Θεοτόκιον.

Μόνη ἐφάνης γυναικῶν χρῆμα πανθαύμαϛον ἁγνὴ πρᾶγμα φοβερόν. τὴν γὰρ φύ-

Theotocium.

In rubo olim Moyſes myſterium tuum typicè vidit, ô veneranda. Ut enim illum flamma, ſic uterum tuum ignis Divinitatis non aduſſit.

Catabaſia.

Confirma me Domine Cruce tua in petra fidei, ne mens mea impreſſione inimici concutiatur. Solus enim ſanctus es.

Oda quarta.

Ecce ſurrexit Chriſtus, ait Angelus ad
C
mulieres, quæ unguenta afferebant; Ne ploretis. Euntes dicite Apoſtolis: Gaudete, hodie Salus mundo accidit: & tyrannis inimici, per mortem diſſoluta eſt.

Vivificæ Crucis tuæ hodierna die celebritatem obeuntes, proluſionem quandam inſtituimus ſanctiſſimæ paſſionis tuæ, quam ùt omnipotens, in ſalutem mundi operatus es.

Hodie gaudium exiſtit in cœlo & terra, quia Crucis ſignum mundo illuceſcit, Crux ter beata; quæ propoſita gratiam perennem ſtillat.

Quid tibi Chriſte retribuemus, quòd copiam nobis feciſti venerandam Crucem tu-
D
am adorandi, in qua ſanctiſſimus tuus Sanguis effuſus eſt, cui etiam caro tua clavis eſt affixa? quam oſculantes gratias tibi perſolvimus.

Triadicum.

Unius Deitatis tres hypoſtaſes indiviſibiliter ſimplicis naturæ prædico & agnoſco, Patrem principij expertem, Filium, & Spiritum ſanctum, ejusdem ſolij dominationem unam, æqualis poteſtatis unam potentiam ſempiternam.

Theotocium.

Sola tu caſtiſſima inter mulieres miraculum es admirabile, & tremendum. Naturam

Digitized by Google

Χορεύουσιν ἐν εὐφροσύνῃ ἀγγέλων τάξεις σήμερον σταυροῦ σου τῇ προσκυνήσει. ἐν αὐτῷ γὰρ τέθραυκας τὰς τῶν δαιμόνων φάλαγγας, σώσας χριστὲ τὸ ἀνθρώπινον.

Παράδεισος ἄλλος ἐγνώσθη ἡ ἐκκλησία, ὡς πρὶν ξύλον ἔχουσα ζωηφόρον τὸν σταυρόν σου κύριε. ἐξ οὗ διὰ προσψαύσεως, ἀθανασίας μετέχομεν.

Τριαδικόν.

Συνάναρχα τρία δοξάζω μιᾶς οὐσίας, θεὸν τὸν πατέρα, υἱὸν καὶ πνεῦμα, φῶς ἓν τριλαμπέστατον ὁμοκρατὲς, βασίλειον, ἐν ἀσυγχύτῳ ταυτότητι.

Θεοτόκιον.

Ἐκύησας φύσεως νόμῳ, ἀλλ' ὑπὲρ νόμον. σοῦ γὰρ μόνης ἄσπορος ἡ λοχεία φρικτὸς καὶ νοούμενος ὁ τρόπος καὶ λεγόμενος, τοῦ τοκετοῦ σου πανάμωμε.

Καταβασία.

Ὀρθρίζοντές σε ἀνυμνοῦμεν σωτὴρ τοῦ κόσμου, εἰρήνην εὑράμενοι τῷ σταυρῷ σου. δι' οὗ ἀνεκαίνισας, τὸ γένος τὸ ἀνθρώπινον, φῶς πρὸς ἀνέσπερον ἄγων ἡμᾶς.

ᾠδὴ ζ'.

Ἀνέστης τὸν θάνατον θραύσας χριστὲ, ὥσπερ μέγας βασιλεὺς, ἐκ τῶν ᾅδου ταμείων ἀνακαλέσας ἡμᾶς εἰς ἀπόλαυσιν βασιλείας οὐρανῶν, εἰς γῆν ἀθανασίας.

Κροτοῦντες ἐν ᾄσμασι θείοις πιστοὶ ἀλαλάξωμεν θεῷ, τὸν σταυρὸν τοῦ κυρίου κατασπαζόμενοι. ἁγιότητος ἀναβλύζει γὰρ πηγὴν πᾶσι τοῖς ἐν τῷ κόσμῳ.

Πληροῦται ἡ ᾀσματογράφος φωνή. προσκυνοῦμεν γὰρ ἰδοὺ τῶν ἀχράντων ποδῶν σου τὸ ὑποπόδιον,. παντοδύναμε τὸν σταυρόν σου τὸν σεπτὸν, τὸ τριπόθητον ξύλον.

cors.

Hodie choreas cum lætitia ducunt Angelorum ordines ob Crucis tuæ adorationem; in illa enim Dæmonum catervas vulneraſti, Chriſte, humano genere ſervato.

Alter paradiſus effecta eſt Eccleſia, quæ ùt prius, vivificum lignum poſſidet, nimirum, Crucem tuam Domine. Ex cujus contactu immortalitatis participes efficimur.

Triadicum.

Tres perſonas initii expertes, unius eſſentiæ glorifico, Deum Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, lumen unum fulgentiſſimum ejuſdem potentiæ & regni inconfuC ſa unitate ſeu identitate.

Theotocium.

Uterum geſtâſti naturæ lege, ſed ſupra legem: Tuus enim ſolummodo partus eſt abſque ſemine. Tremendus & cogitatu & dictu eſt partus tuus, ô immaculata.

Catabaſia.

Diluculò celebramus te Salvator mundi, pace per Crucem tuam inventa; qua genus humanum reparâſti, nóſque ad lumen omnis occaſus expers adduxiſti.

Oda Sexta.

Reſurrexiſti Chriſte, vulnerata morte, D tanquam potens Rex, nobis, ex Orci receſſibus ad voluptates regni cœlorum, terrámque immortalitatis revocatis.

Plaudentes in canticis fideles jubilemus Deo, Crucem Domini oſculantes. Omnibus enim mundi incolis fluenta ſanctitatis ſcaturit.

Impletur Pſalmiſtæ oraculum. Ecce enim adoramus immaculatorum pedum tuorum ſcabellum, crucem tuam venerandam, deſideratiſſimum illud lignum.

Digitized by Google

Θαυμάτων τὸ μέγιστον θαῦμα ἐν σοὶ ὤφθη ἄσπιλε ἀμνάς. τὸν γὰρ αἴροντα κόσμȣ τὴν ἁμαρτίαν ἀμνὸν ἀπεκύησας. ὃν δυσώπει ἐκτενῶς ὑπὲρ τῶν σε ὑμνούντων.

Καταβασία.

Τὸν τύπον τȣ͂ θείȣ ςαυρȣ͂ ἰωνᾶς, ἐν κοιλίᾳ τȣ͂ κήτȣς, τεταμέναις παλάμαις, προδιεχάραξε, καὶ ἀνέθορε σεσωσμένος τȣ͂ θηρὸς τῇ δυνάμει σȣ λόγε.

Κοντάκιον ἰδιόμελον.

Οὐκέτι φλογίνη ῥομφαία φυλάττει τὴν πύλην τῆς ἐδὲμ, αὐτῇ γὰρ ἐπῆλθε παράδοξος δέσις, τὸ ξύλον τοῦ ςαυροῦ. θανάτȣ τὸ κέντρον, καὶ ᾅδȣ τὸ νῖκος ἐλήλαται. ἐπέςης δὲ σωτήρ μου βοῶν τοῖς ἐν ᾅδῃ, εἰσάγεσθε πάλιν εἰς τὸν παράδεισον.

Ὁ οἶκος.

Τρεῖς ςαυρὲς ἐπήξατο, ἐν γολγοθᾶ ὁ πιλάτος δύο τοῖς λῃςεύσασι, καὶ ἕνα τȣ͂ ζωοδότȣ, ὃν εἶδεν ὁ ᾅδης, καὶ εἶπε τοῖς κάτω. ὦ λειτȣργοί μȣ, καὶ δυνάμεις μȣ. τίς ὁ ἐμπήξας ἧλον τῇ καρδίᾳ μȣ, ξυλίνῃ με λόγχῃ ἐκέντησεν ἄφνω, καὶ διαῤῥήσσομαι. τὰ ἔνδον μȣ πονῶ, τὴν κοιλίαν μȣ ἀλγῶ. τὰ αἰσθητήριά μȣ, μαιμάσσει τὸ πνεῦμά μȣ καὶ ἀναγκάζομαι ἐξερεύξασθαι τὸν ἀδὰμ, καὶ τὲς ἐξ ἀδὰμ ξύλῳ δοθέντας μοι. ξύλον γὰρ τȣ́τȣς πάλιν εἰσάγει εἰς τὸν παράδεισον.

ᾠδὴ ζ.

Ἀνέςης ἐκ τȣ͂ τάφȣ τριήμερος, ὡς ὁ ὑπνῶν κύριε ᾅδȣ πυλωρὲς πατάξας θείᾳ δυνάμει, καὶ τὲς πάλαι ἐγείρας προπάτορας, ὁ μόνος εὐλογητὸς, τῶν πατέρων θεὸς, καὶ ὑπερένδοξος.

Τῇ λύρᾳ τῶν ᾀσμάτων χορεύοντες, ἀγαλλιασώμεθα σήμερον λαοὶ, τῇ τȣ͂ ςαυ-

Miraculorum omnium maximum miraculum in te apparuit, intacta Virgo. Agnum enim, qui tollit peccata mundi, tu in utero geſtâſti: quem indeſinenter pro nobis, qui laudes tuas concinimus, deprecare.

Catabaſia.

Typum divinæ Crucis præfiguravit Jonas in ventre cæti, expanſis manibus, exiluítque incolumis ex bellua, virtute tua Verbum.

Idiomelum.

Flammea rhomphæa non cuſtodit amC pliùs portam paradiſi; & enim inopinatum ſupervenit vinculum, crucis videlicet lignum. mortis ſtimulus, & mortis victoria depulſa eſt. Adſtitiſti autem, Servator, illis, qui apud Inferos erant, clamans: Intrate iterum in paradiſum.

Oecus.

Tres Cruces fixit Pilatus in Golgotha. Duas latronibus, & unam vitæ largitori, quam ut vidit Orcus, dixit inferni incolis. Sodales mei & adjutores. Quis eſt, qui clavum in pectus meum adigit? Derepentè vulneravit me lancea, & diſrumpor. Interiora doleo, ventrem meum doleo. Senſus meus & ſpiritus turbantur. Cogórque D ejicere denuo Adamum & Adami poſteros mihi per lignum datos; nam lignum iſtos iterum in paradiſum inducit.

Oda ſeptima.

Reſurrexiſti Domine ex ſepulchro tertia die, tanquam dormiens, percuſſis divina virtute inferni cuſtodibus. Excitatiſque rurſus, à te primis parentibus, qui ſolus es benedictus & glorioſus patrum Deus.

In canticis tripudiantes exultemus hodie populi, Crucis adoratione illum, qui in ea

Digitized by Google

Φῶς τὸ πνεῦμα, τῷ φωτὸς ἀμερὲς διαμένοντος ἑνότητι φυσικῇ, καὶ ἀκτῖσι τρισὶ προσώπων λάμποντος.

Θεοτόκιον.

Τὸ πάντων προφητῶν πολυώνυμον σὺ ὑπάρχεις κήρυγμα. πύλη γὰρ θεοῦ, στάμνος χρυσῆ, γῆ ἁγία ἀνεδείχθης, παρθένε θεόνυμφε. κυήσασα ἐν σαρκὶ ἰησοῦν τὸν χριστὸν, τὸν τῶν πατέρων θεὸν, καὶ ὑπερένδοξον.

Καταβασία.

Φλογώσεως ὁ παῖδας ῥυσάμενος, σάρκα προσλαβόμενος, ἦλθεν ἐπὶ γῆς, καὶ σταυρῷ προσηλωθεὶς, σωτηρίαν ἡμῖν ἐδωρήσατο, ὁ μόνος εὐλογητὸς τῶν πατέρων θεὸς, καὶ ὑπερένδοξος.

ᾠδὴ η'.

Μύρα ἐν χερσὶ τί κατέχετε ὅλως; τίνα δὲ ἐκζητεῖτε; νῦν ὁ φανεὶς νεανίαις ἐν τῷ τάφῳ βοῶν, ἐξανέστη ὁ χριστὸς καὶ θεὸς ἡμῶν, ἀναστήσας φύσιν βροτῶν ᾅδε κευθμώνων.

Χαίροις τὸ τρισόλβιον ξύλον, καὶ θεῖον, σταυρὲ φῶς τοῖς ἐν σκότει, ὁ τετραπεράτῳ κόσμῳ τῇ ἐλλάμψει τῇ σῇ ἐγέρσεως χριστοῦ προδεικνὺς τὰς αὐγάς. ἀξίωσον πάντας πιστοὺς φθάσαι τὸ πάσχα.

Ταύτῃ τῇ ἡμέρα μυρίζει τὰ μύρα, τῆς θείας μυροθήκης, τὸ ζωομύριστον ξύλον ὁ σταυρὸς τοῦ χριστοῦ. ὀσφρανθῶμεν τῆς αὐτοῦ θεοπνεύστου ὀδμῆς, αὐτὸν προσκυνοῦντες πιστῶς εἰς τοὺς αἰῶνας.

Δεῦρο ἐλισσαῖε προφῆτα, εἰπὲ ἐμφανῶς, τί τὸ ξύλον ἐκεῖνο, ὃ εἰς τὸ ὕδωρ καθῆκες; ὁ σταυρὸς τοῦ χριστοῦ, δι' οὗ βάθους τῆς φθορᾶς ἀνειλκύσθημεν. αὐτὸν προσκυνοῦντες πιστῶς εἰς τοὺς αἰῶνας.

lux ſpiritus; quæ lux indiviſibilis permanens in una natura tribúſque perſonarum quaſi radiis ſplendet.

Theotocium.

Omnium Prophetarum tu decantatiſſimum es præconium. Porta enim Dei es, urna aurea; terra ſancta, ô virgo Dei ſponſa; quæ concepiſti in carne Jeſum Chriſtum, qui eſt glorioſus Patrum Deus.

Catabaſia.

C Qui tres pueros de camino ignis liberavit, ille aſſumpta carne advenit, & Cruci clavis affixus ſalutem nobis reddit, qui ſolus eſt benedictus & glorioſus Patrum Deus.

Oda octava.

Cur unguenta fertis in manu? Quem quæritis? Qui tribus pueris apparuit, clamabat in ſepulchro Angelus, is reſurrexit Chriſtus Deus noſter, ſimúlque mortalium naturam ex inferni antris eripuit.

Salve ô ter beatum lignum, & divinum, Crux, lumen his, qui in tenebris degunt, quæ mundo quatuor finibus conſtanti illuſtratione tua radios reſurrectionis Chriſti præmonſtrâſti. dignare, ut omnes fideD les ad Paſcha pertingant.

Hac die odorem halant unguenta ex divinis myrotheciis, Crux nimirum vitali unguento delibuta. Odoremur cœleſtem, quam halat, auram; eámque cum fide adoremus in ſæcula.

Adeſto Heliſæe, dic palàm, quidnam lignum illud, quod in aquam demiſiſti? Crux Chriſti, qua ex profundo interitus extracti ſumus: eam adoramus fideliter in ſæcula.

Digitized by Google

φυλάξασα. σε μακαρίσμεν πιϛοὶ εἰς τȣ̀ς αἰῶνας.

Καταβασία.

Χεῖρας ἐν τῷ λάκκῳ βληθεὶς τῶν λεόντων ποτὲ, ὁ μέγας ἐν προφήταις ϛαυροειδῶς ἐκπετάσας δανιὴλ ἀβλαβὴς, ἐκ τῆς τȣ́των καταβρώσεως σέσωσαι εὐλογῶν χριϛὸν, τὸν θεὸν εἰς τȣ̀ς αἰῶνας.

ᾠδὴ θ'.

Ἐν τάφῳ κατῆλθες ὁ ζωοδότης, καὶ θεὸς, καὶ συνέτριψας πάντα, κλεῖθρα τε, καὶ τȣ̀ς μοχλȣ̀ς, καὶ τȣ̀ς νεκρȣ̀ς ἐξανέϛησας, δόξα τῇ σῇ ἐγέρσει βοῶντας, χριϛὲ σωτὴρ παντοδύναμε.

Ὁ τάφος ζωήν μοι χριϛὲ, ἀνέβλυσεν ὁ σός. ὁ κρατῶν τῆς ζωῆς γὰρ, ἐπιϛὰς ἐβόησας τοῖς κατοικȣ̃σιν ἐν μνήμασιν. οἱ ἐν δεσμοῖς λύθητε. ἐγὼ γὰρ τȣ̃ κόσμȣ λύτρον ἐλήλυθα.

Ἐν ὕμνοις σκιρτάτω πάντα τὰ ξύλα τȣ̃ δρυμȣ̃, τὸ ὁμώνυμον ξύλον τȣ̃ ϛαυρȣ̃ θεώμενα κατασπαζόμενον σήμερον. ȣ̂ ὁ χριϛὸς ὕψωσε τὴν κάραν, ὡς προφητεύει ὁ θεῖος δαβίδ.

Ἐν ξύλῳ τεθνήξας ξύλον σε εὕρηκα ζωῆς χριϛοφόρε ϛαυρέ μȣ. φυλακτήρ μȣ ἄῤῥηκτε, κατὰ δαιμόνων ἰσχὺς κραταιὰ, σε προσκυνῶν σήμερον κραυγάζω ἁγίασόν με τῇ δόξῃ σου.

Εὐφραίνȣ, ἀγάλλȣ ἡ ἐκκλησία τȣ̃ θεȣ̃, τὸ τρισόλβιον ξύλον προσκυνȣ̃σα σήμερον τȣ̃ παναγίου ϛαυρȣ̃ τȣ̃ χριϛȣ̃, ᾧ ὡς λειτȣργοὶ, τάγματα ἀγγέλων καὶ μετὰ φόβȣ παρίϛανται.

Τριαδικόν.

Τριάδα προσώποις, μονάδα φύσει προσκυνῶ σε θεότης ἁγία, τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν σὺν τῷ ἁγίῳ τε πνεύματι, μίαν ἀρχὴν, μίαν βασιλείαν τὴν τῶν ἁπάντων δεσπόζȣσαν.

dicabimus.

Catabaſia.

Magnus propheta Daniel miſſus quondam in lacum leonum, manibus Crucis in ſpeciem expanſis incolumis ex faucibus beſtiarum evaſit, benedicens Chriſtum Deum in ſæcula.

Oda nona.

Tu qui vitæ largitor es & Deus, in ſepulchrum deſcendiſti, & omnia clauſtra vectéſque confregiſti, & mortui reſurrexe-
C runt, gloria Reſurrectioni tuæ ChriſteSalvator omnipotens.

Sepulchrum tuum, Chriſte, vitam mihi produxit. Dominus enim vitæ, habitantibus in ſepulchris magna voce acclamâſti. Solvimini, qui in vinculis eſtis. Ego enim, qui mundi ſum ſolutio, jam adveni.

In hymnis exultent omnia ligna ſylvæ intuentia hodierno die ejuſdem nominis lignum Crucis oſculis & amplexibus honorari. cujus Chriſtus caput exaltavit, ut vaticinatur divinus David.

Qui in ligno mortuus fueram, lignum vitæ te, crux Chriſtum ferens, reperi. cuſtodia mea inſuperabilis, valida adversùs
D Dæmones virtus, te hodie adorans, clamo; ſanctifica me gloriâ tuâ.

Lætare, exulta Eccleſia Dei, quæ ter beatum ſanctiſſimæ crucis lignum hodie adoras, cui tanquam miniſtri, Angelorum ordines, etiam cum timore aſſiſtunt.

Triadicum.

Adoro te ſancta Deitas, Trinitatem in perſonis, & unitatem in natura, Patrem, & Filium, cum ſancto Spiritu, unum imperium, unum regnum, cui poteſtas in omnia.

Tu-

Digitized by Google

[illegible]
B θέντα ἰδόντες προσκυνήσωμεν, καὶ πιστῶς εὐφρανθῶμεν κατασπαζόμενοι πόθῳ τὸν ἐν τούτῳ θελήσει σταυρωθέντα, αἰτούμενοι κύριον, ἀξιῶσαι πάντας ἡμᾶς, καὶ τὸν σταυρὸν τὸν τίμιον προσκυνῆσαι, καὶ φθάσαι τὴν ἀνάστασιν πάντας ἀκατακρίτως.

Θεοτόκιον ὅμοιον.

Τὸ ξύλον, ἐν ᾧ, πάνσεμνε, τὰς ἀχράντους παλάμας ὑπὲρ ἡμῶν ἐξέτεινε προσπαγεὶς ὁ υἱός σου, νῦν εὐσεβῶς προσκυνοῦσι δὸς ἡμῖν εἰρήνην, καὶ τὰ κοσμοσωτήρια φθάσαι πάνσεπτα πάθη, καὶ τὴν λαμπρὰν, καὶ κοσμοχαρμόσυνον προσκυνῆσαι τοῦ πάσχα, κυριώνυμον, καὶ φωσφόρον ἡμέραν,

C

Εἴδησις τῆς σταυροπροσκυνήσεως.

Ὅταν ψάλλωμεν τὴν δοξολογίαν, ἀλλάσσει ὁ ἱερεὺς τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ λαβὼν θυμιατὸν, θυμιᾷ τὴν ἁγίαν τράπεζαν, καὶ τὸν σταυρόν. εἶθ᾽ οὕτως λαμβάνει αὐτὸν μετὰ δίσκου ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ σὺν τῇ θήκῃ, καὶ ἐξέρχεται ἐκ τοῦ ἀριστεροῦ βήματος, προπορευομένων αὐτοῦ λαμπάδων δύο, καὶ θυμιατοῦ, καὶ ἀπέρχεται εἰς τὰς βασιλικὰς πύλας. τελεσθείσης δὲ τῆς δοξολογίας, καὶ τοῦ τρισαγίου, λέγει ὁ ἱερεὺς, σοφία ὀρθή. καὶ λέγομεν τὸ τροπάριον, σῶσον κύριε τὸν λαόν σου, ἐκ τρίτου. καὶ εἰσοδεύει ὁ κύριος φέρων τὸν τίμιον σταυρὸν ἔμπροσθεν τῶν ἁγίων θυρῶν, κἀκεῖσε προευτρεπισθέντος τετραπόδου τίθεται ἐπάνω αὐτοῦ ὁ τίμιος σταυρὸς. καὶ εὐθὺς ἀρχόμεθα ψάλλοντες τροπάριον. τὸν σταυρόν σου προσκυνοῦμεν δέσποτα, καὶ τὴν ἁγίαν σου ἀνάστασιν δοξάζομεν.

D

Καὶ ἀνοίξας τὴν θήκην, ἄρχεται προσκυνῶν ὁ προεστὼς, καὶ ἱερεὺς, βάλλοντες μετανοίας γ΄. κατ᾽ ἐνώπιον τοῦ τιμίου σταυροῦ.

Venerandam Chriſti crucem hodie propoſitam cernentes adoremus, & fideliter lætemur, & cum deſiderio exoſculemur, Chriſtum ſponte in ea crucifixum deprecantes, ut dignos efficiat, qui Crucem adoremus, & ut ad reſurrectionem omnes absque condemnationis ſententia perveniamus.

Theotocium.

Lignum, in quo, ô veneranda, immaculatas manus pro nobis expandit filius tuus, nunc piè adorantibus pacem concede, & præſta, ut ad mundi ſervatricem paſſionem perveniamus, & ſplendidam omnibúsque jucundiſſimam Paſchæ ſolennitatem veneremur.

Modus adorandi Crucem.

Quando Doxologia canitur, mutat ſacerdos amictum; & accepto thuribulo ſacram menſam & Crucem *incenſo* honorat. Deinde eam cum diſco & operculo, in quo continetur, capiti imponit & egreditur ex parte ſiniſtra tabernaculi, præeuntibus duabus lampadibus & thuribulo, & abit ad portam regalem. Finita Doxologia, & triſagio, dicit ſacerdos: *Sapientia recta.* Et dicimus Troparium illud ter. Salvum fac Domine populum tuum. Et procedens ſacerdos cum precioſa Cruce conſiſtit ante ſacras fores, & ibi reponitur Crux in menſa ad hoc præparata: Et ſtatim canimus Troparium: Crucem tuam adoramus Domine, & ſanctam reſurrectionem tuam glorificamus.

Et aperta theca adorationem inchoat Antiſtes, & Sacerdos ter coram Cruce reverentiâ exhibita. Et poſtquam Crucem deo-

Digitized by Google

ται, ὀνειδισμὲς, καὶ κολαφισμὲς, καὶ πάντα ὑπομένει δι' ἐμὲ τὸν κατάκριτον ὁ λυτρωτής μϐ καὶ Θεὸς, ἵνα σώζῃ κόσμον ἐκ πλάνης ὡς εὔσπλαγχνος.

Σήμερον ὁ ἀπρόσιτος τῇ ἐσίᾳ, πρόσιτός μοι γίνεται, καὶ πάσχει πάθη ἐλευθερῶν με τῶν παθῶν, ὁ Φῶς παρέχων τυφλοῖς ὑπὸ ἀνόμων χειλέων ἐμπτύεται, καὶ δίδωσι τὸν νῶτον ὑπὲρ αἰχμαλώτων εἰς μάστιγας, C
τῦτον ἡ ἁγνὴ, καὶ μήτηρ ἐπὶ ςαυρεῦ θεωρϐσα, ὠδυνηρῶς ἐφθέγγετο, οἴμοι τέκνον ἐμὸν, τί τϐτο πεποίηκας; ὁ ὡραῖος κάλλει παρὰ πάντας βροτὲς, ἄπνες, ἄμορφος φαίνει, ἐκ ἔχων εἶδος, ἐδὲ κάλλος. οἴμοι τὸ ἐμὸν Φῶς, ἐ δύναμαι ὑπνϐντα καθορᾷν σε, τὰ σπλάγχνα τιτρώσκομαι. καὶ δεινή μοι ῥομφαία τὴν καρδίαν διέρχεται. ἀνυμνῶ σου τὰ πάθη, προσκυνῶ σε τὸ εὔσπλαγχνον, μακρόθυμε κύριε δόξα σοι.

Προσόμοια γ'.

Κύριε, ὁ ἐπὶ ςαυρϐ ἑκεσίως ὑπαπλώσας τὰς παλάμας σϐ, τϐτον κατανύξει καρ- D
δίας προσκυνεῖν ἡμᾶς ἀξίωσον λελαμπρυσμένες σαφῶς νηςείαις, καὶ δεήσεσι, καὶ ἐγκρατείᾳ, καὶ εὐποιΐᾳ, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.

Κύριε τῶν ἁμαρτιῶν μϐ τὰ πλήθη κατὰ τὸ πλῆθος ἐξάλειψον τῶν σῶν οἰκτειρμῶν, πανοικτίρμον, καὶ τὸν ςαυρόν σϐ ἀξίωσον ἐν καθαρᾷ τῇ ψυχῇ, καὶ βλέπειν, καὶ προσπτύσσεσθαι ἐν τῇ παρϐσῃ τῆς ἐγκρατείας ἑβδομάδι ὡς φιλάνθρωπος.

Μέγιςον θαῦμα, τὸ ξύλον, ὁρᾶτε, ἐν ᾧ χριςὸς σαρκὶ ἐςαυρώθη, προσκυνεῖ ὁ κόσμος, καὶ φωτιζόμενος ἀνακράζει, ὦ τϐ ςαυρϐ. τῇ δυνάμει καὶ θεωρϐμενος δαίμονας καίει, καὶ ἐκτυπϐμενος τέτϐς φλέγων δείκνυται. μακαρίζω σε τὸ ἄχραντον ξύ-

ſericors.

Hodie ad eum, qui inacceſſus eſt, aditus mihi patet, ſubitque cruciatus, qui à cruciatibus me liberat; qui cœcis lumen præbet, ab iniquis labiis conſpuitur, & pro C captivis dorſum ad flagella porrigit, quem caſtiſſima Mater in Cruce intuens, flebiliter dicebat: Hei mihi, fili mi, quid hoc feciſti? qui præ cunctis mortalibus ſpecioſus eſt, ſine ſpiritu & forma conſpicitur, non habens ſpeciem, nec decorem. Heu mihi lux mea, nequeo dormientem intueri te. Membris meis ſaucior, ſævúſque gladius cor meum penetrat. Cruciatus tuos laudibus effero, adoro miſericordiam tuam; gloria tibi Domine.

Proſomœa tria.

Domine, qui in Cruce manus tuas ſpon- D
te expandiſti, concede, ut hanc Crucem cordis contritione, jejuniis, precibus, continentia & beneficentia conſpicui adoremus, quia bonus & benignus es.

Domine multitudinem peccatorum meorum dele ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum, & largire, ut Crucem tuam pura mente, & videamus, & amplectamur in hac continenti hebdomade.

Aſpicite ingens miraculum, lignum, in quo Chriſtus ſecundùm carnem crucifixus eſt, adorat mundus, illuſtratúſque exclamat: O admirabilem Crucem; virtute ſua, etiam duntaxat viſa Dæmones urit; & efformata eosdem torquet. Beatum te prædico,

Digitized by Google

βοήσωμεν φωνὴν εὐχαριστήριον. σὺ τὸ αἷμά σου, λόγε, ὑπὲρ ἡμῶν πάντων δέδωκας, σὺ καὶ τῷ σταυρῷ ἁγιάζεις ἡμᾶς.

Συμποδισθεὶς ταῖς προσβολαῖς τοῦ ὄφεως πτῶμα ἐξαίσιον διαπαντὸς κεῖμαι σῶτερ, ὁ τὴν ἔκπτωσιν τῶν πρωτοπλάστων πάθει σου τοῦ σταυροῦ ἀνορθώσας, ἀνόρθωσον, καὶ ὁδήγησόν σου πρὸς θελημάτων ἐκπλήρωσιν.

Εἱρμὸς ἄλλος, ἦχος γʹ.

Ἑβδομὰς ἁγία καὶ φωσφόρος αὕτη τὸν σταυρὸν τίμιον προτιθεμένη κόσμῳ. δεῦτε ἀσπασώμεθα φόβῳ τε, καὶ πόθῳ τὰς ψυχὰς φωτιζόμενοι, τὸν ἐν αὐτῷ παγέντα χριστὸν ἐν ᾄσμασι δοξάζοντες.

Τὸν σταυρόν σου πάντες προσκυνοῦμεν χριστὲ, προπομπὴν ποιούμενοι τῆς ἀναστάσεώς σου, ὑμνοῦμεν τοὺς ἥλους σου, τιμῶμεν καὶ τὴν λόγχην σου, τὰ χείλη, καὶ τὰ ὄμματα ψυχῆς τε, καὶ τοῦ σώματος ἐν τούτοις ἁγνιζόμενοι.

ᾠδὴ ηʹ.

Τὸν ἰοβόλοις πάθεσι καὶ ψυχὴν, καὶ διάνοιαν τετραυματισμένην κεκτημένον κύριε ἐλέησον, οἴκτειρον. τῷ σῷ σταυρῷ θωράκισον, καὶ ταῖς ἐκ πλευρᾶς σου κενωθείσαις ῥανίσι, προθύμως ἵνα μέλπω. ἱερεῖς εὐλογεῖτε, λαοὶ ὑπερυψοῦτε εἰς τοὺς αἰῶνας. D

Ἐπὶ τοῦ ὄρους πάλαι σε Μωϋσῆς προετύπωσε χεῖρας ἀνυψῶν, καὶ ἀμαλὴκ τροπούμενος, σταυρὲ πανσεβάσμιε, ὃν προσκυνοῦντες σήμερον τρέπομεν τῶν δαιμόνων τὰ ἀλλόφυλα στίφη, καὶ πίστει μελῳδοῦμεν, ἱερεῖς εὐλογεῖτε, &c.

Ὑπὸ παθῶν κλονούμενον, ὑπ' ἐχθρῶν σκελιζόμενον, ὑπὸ συνηθείας πονηρᾶς ἑλκόμενον οἰκτείρησον εὔσπλαγχνε, τῷ σῷ σταυρῷ θωράκισον, ὅπως μελῳδῶ ἐν ἀκλονήτῳ καρδίᾳ, οἱ παῖδες εὐλογεῖτε, ἱερεῖς ἀνυμνεῖτε.

mus, clamantes: Tu, Verbum, ſanguinem tuum pro nobis omnibus dediſti, tu & Cruce nos ſanctificas.

Illaqueatus incurſu ſerpentis jaceo immenſa ruina proſtratus, Salvator: qui caſum parentum primorum paſſione Crucis tuæ erexiſti, erige & dirige me, ut voluntatem tuam impleam.

Hirmus alius. Sonus tertius.

Sancta hæc ſeptimana lucíſque ferax, quæ precioſam crucem mundo proponit. Adeſte cum timore & deſiderio, eam oſculemur, mentibus illuſtrati, & qui in ea fixus eſt, Chriſtum glorificantes. C

Crucem tuam omnes adoramus Chriſte & reſurrectionem tuam anticipantes, celebramus clavos tuos; honoramus & lanceam, quibus labia & oculi tam animæ quàm corporis purificantur.

Oda octava.

Eum, cujus & mens & cogitatio veneniferis paſſionibus vulnerata eſt, miſericordia dignare Domine, cruce tua, & quæ ex latere tuo fluxerunt, guttis, communi, ut alacriter canam: ſacerdotes benedicite, populi ſuperexaltate in ſæcula.

In morte olim Moyſes te præfiguravit, crux veneranda, manibus ſublatis, fugatóque Amalec, quem hodie adorantes, in fugam vertimus alienigenas Dæmonum catervas, & cum fide canimus: Sacerdotes benedicite, &c.

A paſſionibus agitatum, ab hoſtibus enervatum, à mala conſuetudine abreptum miſericordia dignare miſericors, Cruce tua communi, ut corde perturbationis experte canam: pueri benedicite; ſacerdotes collaudate, &c.

Digitized by Google

τῶν πάντων λυτρωτήν σε δοξάζȣσιν.

Νηϛείας ὕδατι πιϛοὶ καθαρθέντες καὶ ψυχὴν καὶ διάνοιαν τὸ ζωοδώρητον, καὶ θεῖον ξύλον περιπτυξώμεθα, πρόκειται πᾶσιν ἐμφανῶς βρύον θείαν ἄφεσιν, καὶ φῶς ȣράνιον, καὶ ζωὴν, καὶ ἀληθῆ ἀγαλλίασιν.

Εἱρμὸς ἄλλος.

Εἰς τὸν τόπον οἱ πόδες ȣ̓ ἔϛησαν τοῦ δεσπότου, καὶ θεοῦ προσκυνήσωμεν ἅπαντες
C ϛήμερον, τὸν ϛεπτότατον ϛαυρὸν, ὡς δαβὶδ ἀνακράζει ὁ θεοφωνότατος. καὶ γὰρ ὁ ἅπαντα περιέχων δρακὶ, ἐν τȣ́τῳ βέβηκεν.

Οἱ τὴν γῆν κατοικȣ̃ντες προσέλθετε τῇ νηϛείᾳ καθαροὶ, καὶ προκείμενον βλέποντες σήμερον τὸν πανσέβαϛον ϛαυρὸν προσκυνήσατε φόβῳ, καὶ πίϛει. εὐφραίνεσθε, καὶ ϛηναγάλλεσθε τὸν ἁγιασμὸν ταῖς ψυχαῖς αἰρυόμενοι

Χαριϛήριον αἶνον προσάξωμεν τῷ θεῷ πᾶς ὁ λαός. ὅτι βλέποντες νῦν ἀσπαζόμεθα τὸν πανάγιον ϛαυρόν. γνῶτε ȣ̓̃ν, καὶ ἡττᾶσθε ἐν τȣ́τῳ οἱ δαίμονες. ἔθνη τὰ βάρβαρα γνῶτε, καὶ ἡττᾶσθε, δι' ȣ̃ μεθ' ἡμῶν ὁ θεός.

Μέσον δȣ̈πτεύοντες ϛήμερον ἡμῶν τῆς ἐγκρατείας τῇ δυνάμει τοῦ ϛαυροῦ, τὸν ἐν τούτῳ ὑψωθέντα μέσον γῆς, ὡς κραταιὸν ϛω-
D τῆρα, καὶ θεὸν δοξολογήσωμεν βοῶντες, θεωρȣ̀ς ἡμᾶς ἀνάδειξον τῶν παθημάτων σου δέσποτα, καὶ τῆς ϛεπτῆς ἀναϛάσεως δωρέμενος ἱλασμὸν ἡμῖν, καὶ μέγα ἔλεος.

Πάθη ταπεινώσωμεν ϛώματος, καὶ βρωμάτων ἀποχῇ, καὶ ἡδονῶν ἀποϛροφῇ, καὶ τὸ ξύλον τȣ̃ ϛαυροῦ περιπτυξώμεθα πιϛῶς. ὁρᾶτε ἐμφανῶς γὰρ προσκυνȣ́μενος, καὶ πάντας ἁγιάζει θείᾳ χάριτι, καὶ κυρίῳ βοήσωμεν, εὐχαριϛȣ̃μέν σοι εὔσπλαγχνε, τῷ σώζοντι διὰ τούτȣ τὰς ψυχὰς ἡμῶν.

verſorum liberatorem concelebramus, gratiam ſanctimoniæ largitricem.

Iejunii aqua & animo & mente expurgati, divinum & vivificum lignum amplectamur. Palàm omnibus propoſitum eſt ſcaturiens divinam indulgentiam, cœleſtem lucem & vitam, verámque exultationem.

Hirmus alius.

Adoremus hodie in loco ubi ſteterunt pedes Domini & Dei noſtri, adoremus, inquam, Crucem, quàm maximè venerandam, ùt Deo plenus David nos admonet. In hanc enim aſcendit, qui omnia pugillo continet.

Accedite terrarum indigenæ, iejuniis puri, venerandámque crucem hodie propoſitam intuentes, cum timore & fide adorate. Lætamini & exultate, veſtrísque animabus ſanctificationem haurite.

Deo grates perſolvamus, laudésque concinamus; quia ſanctiſſimam crucem oſculandi occaſio nunc datur. Cognoſcite igitur, & hoc ſigno ſuperamini Dæmones. Nationes barbaræ cognoſcite, & ſuperamini, per quod nobiſcum Deus.

Peracto hodie, crucis virtute, iejuniorum medio, Chriſtum in medio terræ in crucem ſubvectum, tanquam præpotentem Salvatorem & Deum noſtrum, debitis laudibus afficiamus, clamantes: Fac nos ſpectatores paſſionis tuæ Domine, & venerandæ reſurrectionis conceſſa nobis clementia, immenſáque tua miſericordia.

Comprimamus paſſiones corporis abſtinentiâ à cibis, & fugâ voluptatum, lignum crucis fideliter complectamur. Palàm enim nunc adoratur, omnésque ſanctificat divinâ gratiâ, clamemúsque ad Dominum: Gratias agimus tibi, miſericors, qui per crucem animas noſtras ſervas.

Nunc

Digitized by Google

σων, των δαιμόνων ἀντίπαλε. χαῖρε ξύλον μακάριον.

Ὥσπερ ζωὴν τῆς κτίσεως τὸν σὸν σταυρὸν προκείμενον ἡ οἰκουμένη ἀσπάζεται κύριε, καὶ προσκυνοῦσα κράζει σοι, τῇ αὐτοῦ ἐνεργείᾳ ἐν εἰρήνῃ βαθείᾳ τοὺς ἀνυμνοῦντάς σε, τοὺς εὐλογοῦντάς σε διὰ τῆς ἐγκρατείας συντήρησον πολυέλεε.

Τριώδια ᾠδὴ β'.

Ἴδετε, ἴδετε, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς ὁ πάλαι τὸν ἰσραὴλ ἐν ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ διαγαγὼν, καὶ σώσας, καὶ θρέψας, καὶ ἐκ δουλείας πικρᾶς ἐλευθερώσας Φαραώ.

Μέσον τῆς κτίσεως, ὃν καθυπέμεινας σταυρὸν, μεσσία λόγου θεοῦ, τῷ τῆς νηστείας σήμερον μεσασμῷ πιστῶς προσκυνοῦμεν, αἰτούμενοι κατιδεῖν καὶ τὴν ἀνάστασιν τὴν σήν.

Ῥάβδῳ δυνάμεως προτυπωθείσῃ τῷ μωσῇ τὴν θάλασσαν τῶν παθῶν διατεμόντες φθάσομεν πρὸς γῆν ἐπαγγελίας, καὶ μάννα τοῦ νοητοῦ ἐμφορηθῶμεν δαψιλῶς.

Τίς μὴ θρηνήσει σε; τίς μὴ πενθήσει σε ψυχὴ; ποιοῦσαν τὰ πονηρὰ, οὐκ ἐκζητοῦσαν πόθῳ τὰ ἀγαθὰ, δικαίου κριτοῦ καταφρονοῦσαν ἀεὶ μακροθυμοῦντος ἐπὶ σοί.

Σάρκα γενόμενον ἀναλλειώτως τὸν χριστὸν παρθένε κυοφορεῖς, ὃν ἐκτενῶς ἱκέτευε σαρκικῶν παθῶν ἀπαλλάξαι τοὺς προσκυνοῦντας σταυρὸν, ὃν καθυπέμεινε σαρκί.

Εἱρμὸς ἄλλος.

Ἴδετε, ἴδετε, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ θεὸς, ὁ τῇ οἰκουμένῃ τὸν σταυρόν μου παρασχὼν, ὅπλον σωτηρίας εἰς τὸ νῦν προσκυνεῖσθαι αὐτὸν, ὅπως οἱ ἀσπαζόμενοι, καταργῶσι τοῦ ἐχθροῦ τὰ μηχανήματα.

expultrix. Ave lignum beatum.

Crucem tuam, Domine, propoſitam adorat mundus tanquam creaturæ vitam, adoránſque clamat: ejus virtute conſerva in pace durabili miſericors, eos, qui te celebrant, & qui te per continentiam laudibus evehunt.

Triodia. Oda ſecunda.

Videte, videte, quia ego ſum Deus, qui olim Iſraëlem per rubrum mare traduxi, C ſervavi, nutrivi, & ex dura Pharaonis ſervitute eripui.

Crucem, quam in medio univerſi ſuſtinuiſti, Chriſte; hodie jejunij medio cum fide adoramus precantes, ut & Reſurrectionem tuam videre mereamur.

Virgâ virtutis à Moyſe præfigurata mare pravarum affectionum ſecantes ad terram promiſſionis provehimur, & intelligibili manna largiter ſatiamur.

Quis te, ô anima, non deflebit? quis non lamentabitur? quæ mala perpetras, boni & æqui negligens; quæque juſtum judicem ſemper patienter tecum agentem D aſpernaris.

Chriſtum abſque mutatione carnem factum, in utero geſtas Virgo; eum aſſiduè precare, ut à cupiditatibus carnis liberet adoratores Crucis, quam carne ſua ſubiit.

Alius Hirmus.

Videte, videte, quia ego ſum Deus, qui mundo crucem meam dedi, ſalutis armaturam, adorandi gratia: ut qui eam oſculantur, inimici machinas debilitent.

Digitized by Google

ὅπλον τοῦ ϛαυροῦ σοῦ, ὅνπερ προσκυνοῦντες σε ὑπερυψοῦμεν εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Ἀναϛράπτον θεώμενοι ὑπὲρ ἡλίου αὐγὰς τοῦ ϛαυροῦ τὸ ξύλον, δεῦτε νηϛείᾳ ἀϛραπτόμενοι νῦν ἀσπασώμεθα ἀρυόμενοι χάριν φωτοφόρον, σκότος ἐκμειοῦσαν τῶν ὑπερυψούντων χριϛὸν εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ὕδωρ ζῶν τὸ ἀλλόμενον εἰς αἰωνίαν ζωὴν σὺ ὑπάρχων λόγε, αἷμα καὶ ὕδωρ ἐκ πλευρᾶς ἐν ϛαυρῷ ἐξέλυσας δέσποτα, ἁμαρτίας χειμάῤῥους ἀναϛέλλων. ὅθεν δυσωπῶ σε ξήρανον παθῶν μου τὰς πονηρὰς ἐκβλύσεις.

Νοητὸν ὡς ἁγίασμα, τὸν ἐν ἁγίοις θεὸν ἀναπεπαυμένον τίκτεις ἁγία θεομῆτορ ἁγνὴ πάντα τὰ πέρατα ἁγιάζοντα θείᾳ προσκυνοῦσει σήμερον, παρθένε, ξύλου παναγίου, ἐν ᾧ σαρκὶ ἐπάγη. C

Εἱρμὸς ἄλλος.

Δεῦτε, ἴδωμεν λαοὶ τὸ ζωηφόρον ξύλον νῦν προκείμενον, ἐν ᾧ χριϛὸς ἐπάγη ὁ θεὸς ἡμῶν, καὶ σὺν φόβῳ ὑμνοῦντες τοῦτον προσκυνοῦμεν εἰς πάντας αἰῶνας.

ᾠδὴ θʹ.

Εὐλογητὸς κύριος ὁ θεὸς τοῦ ἰσραὴλ, ὁ ϛαυρῷ σου λύσας τὴν ἀρχαίαν ἄραν, καὶ τοῦτον ἡμῖν δωρησάμενος κραταίωμα, καὶ καταφυγὴν καὶ ἀσφαλῆ κρηπῖδα, δι᾽ οὗ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν νῦν κερατιοῦμεν. D

Ὅτι σειραῖς συσφίγγομαι ἀμετρήτων μου κακῶν, καὶ τὰς τρίβους σου τὰς σωτηρίους χριϛὲ ἑκὼν ἐπιγνῶναι οὐ βούλομαι, τῷ σῷ με ἐπίϛρεψον ϛαυρῷ, τὴν πώρωσίν μου λύων, δι᾽ ἄφατον ἔλεος τῆς σῆς εὐσπλαγχνίας.

Εἱρμός.

Εὐλογητὸς κύριος ὁ θεὸς τοῦ ἰσραὴλ, ὁ ϛαυροῦ σου λύσας τὴν ἀρχαίαν ἀρὰν, καὶ τοῦτον τιθεὶς ἡμῖν εἰς προσκύνησιν αὐτὸν

mus in ſæcula.

Crucis lignum plusquam ſolis radios coruſcare videntes, jejunio nunc micantes oſculemur, haurientes inde gratiam lucis datricem, & tenebrarum profligatricem ex cordibus eorum, qui Chriſtum exultant in ſæcula.

Cùm tu, Verbum, ſis aqua ſaliens in vitam æternam, ſanguinem & aquam ex latere in Cruce emiſiſti, torrentes peccati ſiſtens. Quocirca precor te, exſicca pravarum mearum cupiditatum malas ſcaturigines.

Tanquam ſanctificationem, intellectilem Deum, qui in ſanctis requieſcit, paris caſtiſſima Deipara, qui, ô Virgo, hodie fines terræ ſanctificat adoratione ligni, in quo affixus fuit.

Alius Hirmus.

Adeſte, intueamur nunc vivificam Crucem propoſitam, in qua Chriſtus Deus noſter affixus eſt, & cum timore celebrantes eam adoremus in ſæcula.

Oda nona.

Benedictus Dominus Deus Iſraël, qui veterem maledictionem diſſolviſti tua Cruce, eámque nobis robur, perfugium, ſolidúmque fundamentum eſſe voluiſti; in qua nunc inimicos noſtros ventilabimus.

Innumerabilium malorum meorum catenis' conſtringor, & ſalutares tuas, Chriſte, ſemitas volens intermitto cognoſcere. Cruce tua me reducito, & duritiem meam diſſolve ob ineffabilem miſericordiam tuam.

Hirmus.

Benedictus Dominus Deus Iſraël, qui antiquam maledictionem diſſolviſti tua Cruce, eámque nobis ad adorandum propoſitam

Νεκρὸς ἐχρημάτισας ἐπὶ σταυροῦ ἡπλωμένος, καὶ λόγχη νυττόμενος, καὶ χολὴν μακρόθυμε ποτιζόμενος, ὁ μερρᾶς ὕδατα ἐν χειρὶ, δέσποτα, Μωϋσέως εἰς γλυκύτητα μεταβαλλόμενος. ὅθεν δυσωπῶ σε καὶ δέομαι τὰ πάθη τὰ πικρότατα ἐκ τῆς διανοίας μου ἔκτιλον, καὶ τῆς μετανοίας τῷ μέλιτι γλυκάνας μου τὸν νοῦν, προσκυνητήν με ἀνάδειξον τοῦ τιμίου πάθους σου.

Ὃν πάλαι Μωϋσῆς προτυπώσας ἐν ταῖς παλάμαις αὐτοῦ κατετροποῦτο τὸν ἀμαλὴκ μέγαν σταυρὸν, σήμερον ἐπ᾽ ὄψει ἡμῶν βλέποντες λαοὶ προτεθέντα, Φρικτῶς ψαύσωμεν ἐν ἀγνότητι, νοῦ τε καὶ χειλέων, ἐν αὐτῷ γὰρ χριστὸς ὑψώθη ἀπονεκρώσας τὸν θάνατον. καὶ τῆς τοιαύτης χάριτος ἅπαντες καταξιούμενοι ἐν ᾠδαῖς θεοπνεύστοις τοῦ παντὸς τὸν σωτῆρα ὑμνολογοῦντες προσευξώμεθα προφθάσαι καὶ αὐτὴν τὴν σωτήριον ἀνάστασιν.

Δεῦτε, προσκυνήσωμεν τὸ τῆς ζωῆς ἡμῶν πρόξενον πεφηνὸς ξύλον σήμερον χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν τὸν σταυρὸν, δι᾽ οὗπερ θάνατος ἐτρώθη, καὶ ἡ ἀνάστασις ἡμῖν τοῖς ἐπταικόσιν ἐκαινουργήθη, σαφῶς τῷ ῥυσαμένῳ κράζοντες, ὁ δι᾽ ἡμᾶς ἑκουσίως παθὼν, ἵνα σώσῃς τὰ σύμπαντα, ὁ θεὸς ἡμῶν δόξα σοι.

Κράτος ἀπροσμάχητον χριστιανοῖς ἡμῶν δέδοται ὁ σταυρός σου, σωτὴρ ἡμῶν, δι᾽ οὗ τὰ ἀλλόφυλα τῶν ἐθνῶν τροποῦνται πλήθη, καὶ εἰρήνην τῇ ἐκκλησίᾳ σου χρηστὲ ἐπισκιάζει ὀρθοδοξούσῃ καλῶς, ὅνπερ νῦν ἀσπαζόμενοί σοι θερμῶς ἀνακράζομεν, τῆς μερίδος ἀξίωσον καὶ ἡμᾶς τῶν ἁγίων σου.

Mortuus appellatus es, extenſus in Cruce, & lancea vulneratus, & felle potatus, qui Maræ aquas miniſterio Moyſis in dulcedinem vertiſti. Quapropter oro te, amariſſimas paſſiones ex animo meo evelle, & pœnitentiæ melle mentem meam in dulcedinem verſa, effice me adoratorem venerandæ paſſionis tuæ.

C Crucem, quam olim manibus ſuis præfigurabat Moyſes, devicto Amalec, hodie propoſitam intuentes cum reverentia attingamus in caſtitate mentis & labiorum, in illa enim Chriſtus eſt exaltatus, mortem interficiens. Hujusmodi gratia digni effecti in canticis ſpiritualibus univerſorum Salvatorem celebrantes obſecremus, ut ad ſalutarem ejus paſſionem pertingamus.

Adeſte, adoremus Crucem, lignum vitam largiens, quod hodie apparuit, quo mors vulnerata, & reſurrectio nobis, qui corrueramus, reparata: Liberarori noſtro D publicè acclamemus: Tibi, Deus noſter, qui voluntariè paſſus es, ut omnia ſervares, ſit laus & gloria.

Crux tua, Salvator, nobis Chriſtianis invictum robur ſuppeditat, qua alienigenæ nationes ſuperantur: & pax orthodoxæ Eccleſiæ tuæ conciliatur, quam nunc oſculantes ferventer ad te clamamus: partis Sanctorum tuorum nos quoque fac participes.

Φιλάνθρωπε, δόξα τῇ εὐσπλαγχνίᾳ σου.

Λαμπροφοροῦντες ταῖς ἀρεταῖς προσέλθωμεν τῆς ἐγκρατείας τὸ καθαρὸν κτησάμενοι, καὶ τὸν σταυρὸν τὸν τίμιον βοῶντες προσκυνήσωμεν, ἁγίασον ἡμᾶς σὺν ταῖς ψυχαῖς καὶ τὰ σώματα, ἀξίωσον ἡμᾶς, καὶ τοῦ ἀχράντου πάθους σου, ὁ μόνος θεὸς ἁπάντων, χαριζόμενος ἡμῖν καὶ τὰ ἐλέη σου.

Ὁ ΚΑΝΩΝ ΤΟΥ ΣΤΑΥΡΟΥ, ΟΥ ἡ ἀκροστιχὶς, τὸ πανσέβαστον προσκυνήσωμεν ξύλον.

C

ᾠδὴ ά.

Τὸ ξύλον τὸ ἅγιον, ἐν ᾧ χριστὸς ἐξεπέτασε παλάμας, τροπούμενος τὰς ἐναντίας ἀρχὰς, προσκυνήσωμεν νηστείᾳ φαιδρυνθέντες εἰς δόξαν καὶ αἴνεσιν τοῦ παντοκράτορος.

Ὁρᾶται προκείμενος ἁγιασμὸν παρεχόμενος σταυρὸς ὁ σωτήριος. τούτῳ προσέλθωμεν καθαγνίσαντες καὶ σῶμα καὶ καρδίαν.

Πυρί με καθάρισον τῶν ἐντολῶν σου Φιλάνθρωπε, καὶ σοῦ τὰ σωτήρια δίδου παθήματα νῦν θεάσασθαι, καὶ πόθῳ προσκυνῆσαι σταυρῷ τειχιζόμενον καὶ συντηρούμενον.

Ανάρτησιν βλέπουσα τὴν ἐν σταυρῷ σου, Φιλάνθρωπε, ὠλόλυζε κράζουσα ἡ σὲ κυή- D σασα. πῶς κατάκριτος ὁ μέλλων πάντας κρῖναι ὁρᾶται κρεμάμενος δόξης ὁ κύριος.

ᾠδὴ γ΄.

Νηστείας ἐν ὕδατι καρδίαι νιφθέντες τὸ ξύλον τοῦ σταυροῦ πιστῶς περιπτυξώμεθα, ἐν ᾧ χριστὸς σταυρούμενος ὕδωρ ἡμῖν ἐπήγασεν ἀθανασίας σταυρὸν αὐτοῦ.

Σταυροῦ τῷ ἱστίῳ πτερωθέντες τὸν πλοῦν τὸν σωτήριον ἰδοὺ νηστείαν ἐκμεσάντες, μεσία ἰησοῦ ὁ θεὸς, δι' οὗ ἡμᾶς τοῦ πάθους σου πρὸς τοὺς λιμένας ἐγκαθόρμησον.

mus: Salvator noſter benigniſſime, gloria ſit miſericordiæ tuæ.

Virtutibus conſpicui, & continentiæ munditiem adepti accedamus, & Crucem precioſam adoremus, clamantes: ſanctifica & animas noſtras & corpora noſtra. Dignos effice nos immaculata paſſione tua, qui ſolus Deus omnium es, largiens nobis miſerationes tuas.

CANON CRUCIS, CUJUS Acroſtichis: venerabile adoremus Lignum.

Oda prima.

SAnctiſſimum Lignum, in quo Chriſtus manibus extenſis adverſarias poteſtates devicit, adoremus jejunio nitidi ad gloriam & laudem Omnipotentis.

Crux ſalutifera ſanctificationem ſuppeditans, propoſita cernitur. Accedamus, cor & corpus emundantes.

Igne mandatorum tuorum munda me, benigne, & da, ut ſalutiferam paſſionem tuam intuear, & cum deſiderio adorem Cruce vallatus & conſervatus.

Cùm Te Genitrix tua in Crucem ſublatum videret, flebiliter clamabat: Quomodo, qui omnes judicaturus eſt, gloriæ Dominus, condemnatus & in ligno ſuſpenſus conſpicitur?

Oda tertia.

Aquis jejunij pectora purgati, lignum crucis fideliter amplectamur, in quo CHRISTUS crucifixus aquam immortalitatis nobis emiſit.

Crucis velut velo alati ſalutarem jejunij navigationem jam mediam emenſi ſumus JESU Salvator, per quam deduc nos ad paſſionis tuæ portum.

Præ-

Digitized by Google

πιςοὶ αὐγασθῶμεν, καὶ τȣ̃τον εὐλαϐῶς προκείμενον σήμερον ὁρῶντες χείλεσιν ἁγνοῖς, καὶ σόμασι καὶ καρδίᾳ προσκυνήσωμεν.

Τόπον, ȣ̔ ἔςησαν οἱ πόδες χρισοῦ προσκυνήσωμεν ςαυρὸν τὸν θεῖον, πέτρᾳ θεοῦ ἐντολῶν ςηριχθῆναι τȣ̀ς πόδας αἰτοῦντες ψυχῆς ἡμῶν, κατευθυνθῆναι ταύτης διαϐήματα ὁδὸν εἰς εἰρήνης θείᾳ χάριτι.

Κόρης ἐξ ἀνάνδρȣ χρισὲ προῆλθες προσλαϐόμενος ἐκ ταύτης σάρκα ἔννȣν καὶ ἔμψυχον καὶ ςαυρῷ σȣ ἐχθρὸν ἀφανίσας, C
φθαρεῖσαν τῶν βροτῶν τὴν ȣ̓σίαν πάλιν ἀνεκαίνισας. διὸ δοξάζει τὴν εὐσπλαγχνίαν σου.

Εἱρμὸς ἄλλος.

Κροτήσατε ἅπαντα ὕμνοις τὰ πέρατα, καθορῶντα, προσκυνȣ́μενον, τὸ ξύλον, ἐν ᾧ χρισὸς ἀπεκρεμάσθη καὶ διάϐολος ἐτραυματίσθη.

Προτίθεται σήμερον ὁ ζωηφόρος. χαρᾷ δεῦτε, προσκυνήσωμεν σὺν φόϐῳ τὸν τȣ̃ κυρίȣ ςαυρὸν, ἵνα λάϐωμεν ἅγιον πνεῦμα.

Ερχόμενος ἅψασθαί σȣ ζωηφόρε ςαυρὲ φρίττω γλῶσσαν, καὶ διάνοιαν, προϐλέπων ὅτι ἐν σοὶ κατεκενώθη τȣ̃ κυρίου μȣ τὸ θεῖον αἷμα, D

Στερέωσον κύριε τὴν ἐκκλησίαν σȣ, ἣν ἐκτήσω τῇ δυνάμει τȣ̃ ςαυρȣ̃ σȣ, ἐν αὐτῷ γὰρ τὸν ἐχθρὸν ἐθριάμϐευσας, καὶ ἐφώτισας τὴν οἰκȣμένην.

ᾠδὴ δ'. τȣ̃ κανόνος.

Αἰνιττόμενος τὸν τύπον τȣ̃ ςαυρȣ̃ χεῖρας ἔτεινεν ἐναλλὰξ ἐγγόνοις πάλαι ἰακὼϐ ὁ ἀοίδιμος ἐπευλογῶν, καὶ σημαίνων τὴν σωτήριον εὐλογίαν πάντας ἐφ' ἡμᾶς διαϐαίνȣσαν.

mur, cámque hodie propoſitam reverenter conſpicientes, caſtis labiis, ore & corde adoremus.

Locum, ubi ſteterunt pedes Domini adoremus, Crucem videlicet divinam; obſecrantes, ut animæ noſtræ pedes in petrâ divinorum mandatorum firmentur, & ut greſſus ejus divinâ gratiâ, in viam pacis dirigantur.

Ex Virgine viri experte proceſſiſti Chriſte, carnem mentis & vitæ participem ex ea aſſumens, & Cruce tua hoſte exterminato, corruptam mortalium naturam renovâſti: propterea miſericordiam tuam prædicat.

Hirmus alius.

Plaudite omnes fines terræ in hymnis, quando adorari videtis lignum, in quo Chriſtus ſuſpenſus, & Diabolus vulneratus eſt.

Vivifica Crux hodie proponitur: Cum gaudio igitur & timore adoremus Domini Crucem, ut Spiritum ſanctum accipiamus.

Accedens, ut te tangam vivifica Crux, cohorreſco & lingua & mente, cernens in te divinum Domini mei ſanguinem effuſum eſſe.

Confirma Domine Eccleſiam tuam, quam acquiſiviſti virtute Crucis tuæ, in illa enim inimicum triumphâſti, totúmque mundum illuminâſti.

Oda quarta Canonis.

Crucis ſpeciem inſinuans, manus permutato ordine, olim expandit decantatiſſimus Jacob benedictionem nepotibus impartiens; ſimúlque ſalutiferam benedictionem, quæ ad nos omnes pertingit, indicans. Sig-

Digitized by Google

Νεκρὸς ἐχρημάτισας ἐπὶ σταυροῦ ἡλώμενος πάντων ἡ ζωὴ καὶ σωτηρία, τοῦτον οὖν δίδου κεκαθαρμένῃ ψυχῇ σῶτερ, περιπτύξασθαι, καὶ σοῦ πάθη τὰ σωτήρια κατιδεῖν ἀγαλλόμενοι.

Παρίστανται τάξεις σοι τῶν ἀσωμάτων τρέμουσαι ξύλον ζωοδώρητον. ἐν σοὶ γὰρ τίμιον αἷμα χριστὸς ἐξέχεε λύτρον ἀναστέλλων, ἐναγὲς δαίμοσι φερόμενον ἐπ᾽ ὀλέθρῳ τοῦ πλάσματος.

Ῥομφαίᾳ πληγέντα με τοῦ δυσμενοῦς ἰάτρευσον αἵματί σου λόγε, καὶ τῇ λόγχῃ ἁμαρτιῶν μου τάχος διάῤῥηξον σῶτερ τὸ χειρόγραφον βοῶ, βίβλῳ καταγράφων με σωζομένων ὡς εὔσπλαγχνος.

Ὁ βότρυς ὁ πέπειρος πῶς ἐπὶ ξύλου κρέμασαι; ἥλιε τῆς δόξης πῶς ἐπήρθης φέγγος ἡλίου σκοτίζων πάθει σου σῶτερ; ἡ τεκοῦσά σε ἀμνὰς πάλαι ἀνεβόα σοι μητρικῶς ἀλαλάζουσα.

ᾠδὴ ζʹ.

Συνέσεισας τὸ τοῦ ᾅδου πηγνύμενος οἴκημα, τοῖς πιστοῖς δὲ ἀδιάσειστον ἔρεισμα γέγονας, καὶ βεβαία σκέπη τοῦ κυρίου σταυρὲ πανσεβάσμιε.

Κατάκαρποι ἀρεταῖς γεγονότες τρυγήσωμεν θείου ξύλου ζωηφόρους καρποὺς, οὓς ἐβλάστησεν ἁπλωθεὶς ἐν τούτῳ ἰησοῦς ἡ κατάκαρπος ἄμπελος.

Ὑμνοῦμέν σου ἰησοῦ τὴν πολλὴν ἀγαθότητα προσκυνοῦντες τὸν σταυρόν σου, τὴν λόγχην, τὸν κάλαμον, δι᾽ αὐτὸν γὰρ εἷλες τὸ τῆς ἔχθρας οἰκτίρμον, μεσότειχον.

Ναμάτων σε ποταμὸν ζωῤῥύτων ἐκύησεν ἡ πάναγνος ὡς πηγὴ, τῆς ἡμῶν ἀναπλάσεως τὸν σταυρωθέντα, καὶ κρούνους σωτηρίας πηγήσαντα.

Mortuus fuiſti in cruce, clavis affixus, qui omnium vita es & ſalus. Hanc igitur concede Redemptor, ut puro animo exoſculemur, útque ſalutarem paſſionem tuam cum exultatione videamus.

Aſſiſtunt incorporearum virtutum ordines trementes coram ligno vitam præbente. In te enim Chriſtus ſanguinem effudit, precium redemptionis repræſentans, Dæmonibus piaculare & capitale, ob perniciem hominibus illatam.

Percuſſum me hoſtis gladio ſana ſanguine tuo, Verbum, & lanceâ celeriter C peccatorum meorum chirographum diſrumpe, & in librum vitæ inſcribe.

Quomodo in Cruce pendens mature botre? Quomodo ſol gloriæ in altum ſublatus es, qui lumen paſſione tua obſcuras? clamabat mater tua maternis queſtibus uſa.

Oda ſexta.

Inferni habitaculum concuſſiſti, ubi in terra defixa es: fidelibus autem fulcrum inconcuſſum & ſtabilis protectio effecta es, ô veneranda Crux.

D Feraces virtutum effecti decerpamus divini ligni vivificos fructus, quos protulit nobis in hoc extenſus JEſus vitis illa fructifera.

Laudamus, JEſu, immenſam bonitatem tuam adorantes, Crucem, lanceam, & arundinem, per quam ſuſtuliſti miſericors, inimicitiarum medium parietem.

Caſtiſſima mater, tanquam fons reparationis noſtræ, produxit te vitalium fluentorum fluvium, crucifixum, & ſalutis noſtræ ſcatebras producentem.

Oda

Digitized by Google

ᾠδὴ ή.

Εξέτεινας χεῖρας ἐπὶ ξύλȣ χειρὸς ἀκρατοῦς λύων ἁμάρτημα, λόγχῃ ἐκεντήθης δὲ ταύτῃ τὸν πολέμιον κατατιτρώσκων κύριε. χολῆς ἐγεύσω, καὶ ἐνήδονον κα- C κίαν ἐξαίρων, ὄξος ἐποτίσθης ἡ πάντων εὐφροσύνη.

Νοῒ καθαρῷ καὶ ϛυνειδότι λαμπρῶς προσελθόντες προσκυνήσωμεν. πρόκειται τὸ τίμιον ξύλον, καὶ σεβάσμιον, δι' ȣ̓ Χριϛὸς τὸν ἄτιμον ὑπέϛη θάνατον, τιμὴν ὑπερτιθεὶς ἀνωτάτην τοῖς τῇ παραβάσει δεινῶς ἀτιμασθεῖσιν.

Ξύλῳ 'ἁμαρτίας ἐνεκρώθην, καὶ γεύσει τῇ ἐνηδόνῳ τεθανάτωμαι. ζώωσόν με κύριε. ἔγειρόν με κείμενον, προσκυνητὴν ἀνάδειξον τῶν παθημάτων σȣ, καὶ μέτοχον ἐγέρσεως θείας, καὶ ϛυγκληρονόμον τῶν σε ἠγαπηκότων.

Εἱρμὸς ἄλλος.

Μέσης ἡμέρας ϛαυρȣμένȣ σȣ, μέσον τῆς D γῆς βȣλήσει κόσμȣ τὰ πέρατα μέσον φάρυγγος τȣ̃ δράκοντος ἐξέσπασας οἰκτίρμον, διὸ ἐν μέσῃ θείων ἑβδομάδι νηϛειῶν προσκυνȣ̃ντες δοξάζομεν τὸν τίμιον ϛαυρόν σȣ. τὸν κύριον ὑμνεῖτε βοῶντες, καὶ ὑπερυψȣ̃τε εἰς αἰῶνας.

Καρᾶς ϛημεῖον, ὅπλον ἄῤῥηκτον, τῆς ἐκκλησίας τεῖχος, μαρτύρων καύχημα, ἀποϛόλων ἐγκαλλώπισμα ἀρχιερέων σθένος, ἐνδυναμώσας τὴν ἐξασθενȣ̃σάν μȣ ψυχὴν, προσκυνεῖν σε ἀξίωσον καὶ μέλπειν σοι βοῶντα, τὸν κύριον ὑμνεῖτε τὰ ἔργα, καὶ ὑπερυψȣ̃τε εἰς τȣ̀ς αἰῶνας.

Oda octava.

Extendiſti manus tuas in ligno, incontinentis manus peccatum diſſolvens, lanceâ vulneratus es, eadémque inimicum ſauciâſti. Fel guſtâſti, & malè blandam malitiam exemiſti, aceto potatus es, qui omnium lætitia es.

Mente purâ & bene ſibi conſciâ accedentes adoremus. Proſtat venerandum & precioſum lignum, in quâ Chriſtus ignominioſam mortem ſubiit, maximam gloriam concilians illis, qui transgreſſione graviter dehoneſtati fuerant.

Ligno peccati interemptus ſum, guſtúque voluptuoſo morti traditus. Vivifica me Domine. Excita jacentem; fac me cruciatuum tuorum adoratorem, & participem divinæ reſurrectionis, & cohæredem eorum, qui te diligunt.

Alius Hirmus.

Mediâ die ſponte Crucifixus in medio terræ, mundi fines ex mediis faucibus Draconis extraxiſti, miſericors; idcirco in mediâ hebdomade divinorum jejuniorum adorantes celebramus precioſam Crucem tuam. Dominum laudate & ſuperexaltate in ſæcula.

Gaudij ſignum, armatura invicta, Apoſtolorum decus, Pontificum robur, vires ſuffice languenti animæ meæ, & dignare me, ut te adorem, laudéſque tibi decantem, clamans: omnia opera laudate Dominum, & ſuperexaltate in ſæcula.

Digitized by Google

Λόγχῃ σου πλευρὰν ἐνύγης ἀφέσεως ἀναστομῶν τὰς πηγάς. ξύλῳ προσηλώθης δὲ, τὴν διὰ ξύλου ἰσῶν κατάκρισιν μέσον τῆς γῆς φιλάνθρωπε, ὅπερ ἡμεῖς μεσασμῷ τῆς νηστείας νῦν περιπτυσσόμεθα, ἀνυμνοῦντες τὴν σὴν ἀγαθότητα.

Ὄρη γλυκασμὸν, βουνοὶ ἀγαλλίασιν πόθῳ σταλάξατε. ξύλα τοῦ πεδίου τε, λιβάνου κέδροι περιχορεύσατε τῇ προσκυνήσει σήμερον τοῦ ζωηφόρου σταυροῦ. ἡ προφῆται, μάρτυρες, ἀπόστολοι, καὶ δικαίων σκιρτήσατε πνεύματα. C

Νεῦσον εἰς λαὸν καὶ κλῆρόν σου κύριε φόβῳ ὑμνοῦντά σε, θάνατον ἐκούσιον δι' οὗ ὑπέστης, μὴ νικησάτω σου τὴν εὐσπλαγχνίαν ἄμετρος πληθὺς κακῶν ἡμῶν. ἀλλὰ σῶσον πάντας ὑπεράγαθε τῷ σταυρῷ σου ἡμᾶς, ὡς φιλάνθρωπος.

Νεύματι τῷ σῷ κλονεῖς τὸν ὁρώμενον κόσμον σταυρούμενος, μένεις δὲ κρεμάμενος ἡ θεοτόκος κλαίουσα ἔλεγε. τὰ ἐνπαθῆ νοήματα τοῦ προτοπλάστου χριστὲ ἐξηλῶσαι θέλων καὶ ἰάσασθαι τὴν αὐτοῦ συντριβὴν ἀγαθότητι.

Εἱρμὸς ἄλλος.

Ὁ ἐλισσαῖος πάλαι ποταμοῦ τὴν ἀξίνην ἀνέλκων ξύλῳ σε τὸ ζωοδώρητον ἐτύπου σταυρὲ, ξύλον, δι' οὗ ἐκ βυθοῦ ἀνείλκυσε χριστὸς τὰ ἔθνη εἰδωλικῆς μανίας ἐν σοὶ προσηλωθείς. ὅθεν σε προσκυνοῦντες τὸ κράτος αὐτοῦ δοξάζομεν. D

Εἱρμὸς ἄλλος.

Πρόερχου, φαιδρύνου πᾶς ὁ λαὸς ὁ τοῦ θεοῦ, καὶ τὸ ξύλον προβλέπων τοῦ σταυροῦ προσκείμενον ἄσπασαι φόβῳ, καὶ λάβε χαρὰν τὸν ἐν αὐτῷ κύριον τῆς δόξης ἀναρτηθέντα δοξάζων ἀεί.

Lanceâ vulneratus es in latere, indulgentiæ fontes aperiens. Ligno affixus es, ut repelleres in medio terræ illatam nobis per lignum condemnationem, quod nos nunc in medio jejuniorum veneramur, tuam bonitatem concinentes.

Montes dulcedinem, & colles exultationem ſtillate. Ligna campi, Cedri Libani choreas ducite ob hodiernam vivificæ Crucis adorationem. Prophetæ, Martyres, Apoſtoli & ſpiritus juſtorum exilite.

Reſpice in populum & clerum tuum, Domine, qui cum deſiderio laudes tuas canit, cujus gratia mortem ſubiiſti: Ne vincat miſericordiam tuam infinita multitudo malorum noſtrorum, ſed ſalva omnes, ô benigniſſime, per Crucem tuam.

Nutu tuo univerſum orbem concutis, ſuſpenſus verò manes, dicebat Deipara plorans, ut evellas, Chriſte, turbidas primi parentis cogitationes, & ut bonitate tuâ contritionem ejus ſanes.

Alius Hirmus.

Heliſæus olim reductâ per lignum ex fluvio ſecuri, te, ô vivificum Crucis lignum, præformabat, quo ex profundo idololatricæ inſaniæ retraxit gentes Chriſtus in te affixus. Unde te adorantes, potentiam ejus glorificamus.

Alius Hirmus.

Progredere; hilaris alacríſque efficere univerſa Dei plebs: lignúmque Crucis propoſitum cernens cum timore oſculare, & accipe lætitiam, Dominúmque gloriæ in illud ſublatum ſemper glorifica.

Di-

ϛων ισαακ, ευδοκησον καὶ ἡμᾶς πίϛει ῥυσθέντας τȣ̃ ἐχθρȣ̃, καὶ δείπνȣ μετασχεῖν τȣ̃ μυϛικȣ̃ ἐν εἰρήνῃ κράζοντας, ὁ Φωτισμὸς, καὶ ὁ σωτὴρ ἡμῶν δόξα σοι.

Νηϛείας ἐν ὕδατι ψυχὰς πάντες ἀπονίψωμεν, καὶ προσελθόντες τὸν τίμιον καὶ πανσεβάσμιον ϛαυρὸν τȣ̃ κυρίȣ πιϛῶς προσκυνήσωμεν, τὸν θεῖον Φωτισμὸν ἀρυόμενοι, C καὶ τὴν αἰώνιον ϛωτηρίαν νῦν καρπούμενοι, καὶ εἰρήνην, καὶ τὸ μέγα ἔλεος.

Αποϛόλων καύχημα ϛαυρὲ, ὅνπερ περιέπȣσιν ἀρχαὶ, δυνάμεις, ἀρχάγγελοι, τȣ̀ς προσκυνȣ̃ντάς σε πάσης βλάβης σῶζε, καὶ τὸ θεῖον ϛάδιον ἡμᾶς τῆς ἐγκρατείας ἀξίωσον καλῶς ἀνύσαντας τὴν ἡμέραν τὴν ϛωτήριον ἐπιΦθάσαι, δι' ἧς καὶ ϛωζόμεθα.

ΤΗ ΠΕΜΠΤΗ ΤΗΣ ΤΩΝ
ἁγίων νηϛειῶν μέσης ἑβδομάδος.

Τριώδια.

Α Γιασμοῦ παρεκτικὴν χάριν δωρέμενος ἡμῖν ἅγιε ϛαυρὲ ἀποϛόλων, ϛήριγμα D καὶ καύχημα, πρόκεισαι εἰς προσκύνησιν σήμερον πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ τὸν τῆς νηϛείας καιρὸν ἐξευμαρίζων ἡμῖν.

ΣκιογραΦοῦσας τὸν ϛαυρὸν χεῖρας ἐκτείνας, ἀμαλὴκ ἔτρεψε μωσῆς, ὃν τυποῦντες χεῖρας ἐκπετάσωμεν νηϛείαις καὶ δεήσεσι, ϛῖΦος ὅπως τρέψωμεν δαιμόνων ἐκπολεμούντων ἡμᾶς διαπαντὸς Φθονερῶς.

Θείῳ ἀρότρῳ τȣ̃ ϛαυρȣ̃ κατενεώσατε τὴν γῆν, θεῖοι μαθηταὶ καρποΦόρον ταύτην

ſepulchro de monte regreſſus, filium Iſaac vivum recepit. Placeat tibi, ut & nos fide ab hoſtibus liberati cœnæ myſticæ participes reddamur, clamantes; illuminatio & ſalus mea, gloria tibi.

Aquis jejunij animas cuncti abluamus, & accedentes precioſam omníque honore digniſſimam Crucem Domini fideliter adoremus, divinam illuminationem inde haurientes, perpetuámque ſalutem & pacem, magnámque miſericordiam percipientes.

Crux Apoſtolorum gloriatio, quam comitantur principatus, virtutes, Archangeli, eos, qui te adorant, ab omni malo cuſtodi, & fac, ut decurſo jejunij ſtadio, perveniamus ad ſalutiferam diem illam, per quam ſalvati ſumus.

FERIA QUINTA MEDIÆ
Septimanæ Sanctorum jejuniorum.

Triodia.

SAnctiſſima Crux, Apoſtolorum fulcrum, & gloriatio, quæ gratiam ſanctificationis ſubminiſtratricem nobis ſuppeditas, hodie omnibus adorandi cauſa propoſita es, jejunij tempus nobis mitigans.

Moyſes expanſis manibus Crucem adumbrantibus devicit Amalec, quam efformantes manus cum jejuniis & precibus extendamus, ut fugemus catervas Dæmonum, qui nos perpetim ex invidia oppugnant.

Divino Crucis aratro renovâſtis terram, diſcipuli divini, eámque frugiferam effeciſtis,

Digitized by Google

εἰς τοὺς αἰῶνας.

Σθένος τὸν σταυρὸν κραταιὸν κεκτημένοι, τοὺς δεινῇ δυναστείᾳ τοῦ πονηροῦ δουλωθέντας, ἠλευθέρωσαν οἱ λόγου μαθηταὶ ἀναμέλποντές, σε ὑπερυψοῦμεν εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Τὴν σταυροφόρον σου ἑβδομάδα τιμῶμεν, ὡς προσκυνήσιμον, ἐν σοὶ γὰρ τὸ ξύλον τὸ ἄχραντον προσκυνοῦντες βοῶμεν, ὑμνεῖτε ἱερεῖς, λαοὶ ὑπερυψοῦτε χριστὸν εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

Βαβαὶ τοῦ θαύματος, βασιλεῦ τῶν αἰώνων. ὅτι τὸ ξύλον, ἐν ᾧπερ ἐσταυρώθης ἠξίωσας ἡμᾶς τοὺς σοὺς οἰκέτας ἰδεῖν, καὶ προσκυνεῖν, διό σε μετὰ φόβου ὑμνοῦμεν εἰς αἰῶνας.

Φαιδρύνου φωτίζου ἡ ἐκκλησία τοῦ θεοῦ τοῦ C σταυροῦ ταῖς ἀκτῖσιν, ὃν φέρεις προκείμενον πάντων πιστῶν εἰς προσκύνησιν. σὺ δὲ πληθὺς πᾶσα, τῶν δαιμόνων σκότους πληθεῖσα ἀπόδραθι.

Κράτος ἐγκρατείας ὁ θεῖος πέφυκε σταυρὸς, συνεργὸς ἀγρυπνούντων, νηστευτῶν ἐπίσχυσις, πολεμουμένων ὑπέρμαχος. τοῦτον πιστοὶ πόθῳ συνελθόντες περιχαρῶς προσκυνήσωμεν.

Ἐντυπούμενος μεῤῥᾶς τὰ ῥεῖθρα πάλαι γλυκαίνεις πάνσεπτον ξύλον, σύ μου γλυκανον καὶ ἐγκράτειαν ὁ σταυρὸς τοῦ χριστοῦ D σήμερον καταπροσκυνούμενος.

Σὲ τὸ ἄμαχον τῆς βασιλείας ὅπλον, τοῦ στρατοπέδου τὸ σθένος, τῆς συγκλήτου τὸ κραταίωμα, τὸν σταυρὸν τοῦ χριστοῦ ὕμνοις μεγαλύνομεν.

Τὸν ἀειμακάριστον, ἀξιωθέντες ἀσπάσασθαι οἱ πιστοὶ σταυρὸν κύριε, δι᾽ οὗ ἡμᾶς ἔσωσας, ἀνυμνολογοῦμεν τὴν εὐσπλαγχνίαν καὶ δυσωποῦμεν ἐκτενῶς, πᾶσι παράσχου τὴν ἀγαλλίασιν σωτὴρ τοῦ σωτηρίου σου, ἐν μετανοίᾳ διδοὺς ἡμῖν κατιδεῖν σου τὴν ἔγερσιν, καὶ τὰ πάθη τὰ τίμια.

Crucem Chriſti, ut invictum robur na- B ctì, eos, qui gravi Dæmonis dominatione premebantur, in libertatem diſcipuli Chriſti vindicârunt, cantantes: Te ſuperexaltamus in ſæcula.

Cruciferam tuam hebdomadem honoramus, tanquam adoratione dignam; In te enim intactum lignum adorantes, clamamus: Laudate ſacerdotes, populi ſuperexaltate Chriſtum in ſæcula.

O miraculum, Rex ſæculorum. Lignum, in quo mortem tuliſti, dignatus es nos famulos tuos oculis uſurpare & adorare. Idcirco te cum timore laudamus in ſæcula.

Exhilarare, illuminare Eccleſia Dei radiis crucis, quæ nunc cunctis fidelibus ad adorationem propoſita eſt. At tu Dæmonum turba caliginis plena, ocyus abito.

Divina Crux eſt robur continentiæ, adiutrix vigilantium, jejunantium confirmatio, bellantium propugnatrix. Hanc fideles lætis mentibus in unum congregati adoremus.

Olim in figura præſignatum, venerabile lignum, dulces effeciſti aquas Maræ. Tu etiam crux Chriſti, cui adorandæ hic dies D dicatus eſt, effice mihi etiam dulcem continentiæ laborem.

Te Crucem Chriſti invictam Imperij armaturam, exercitus fortitudinem, ſenatus firmamentum, debitis laudibus extollimus.

Digni effecti, Domine, qui beatiſſimam Crucem tuam, per quam ſalvâſti nos exoſculemur; miſericordiam tuam benedicimus, & indeſinenter oramus, ut omnibus concedas lætitiam ſalutaris tui, largiariſque, ut cum pœnitentia videamus tuam reſurrectionem & precioſam paſſionem.

Sa-

φιλάνθρωπε τῇ αὐτοῦ συμμαχίᾳ δίδου διελθεῖν ἡμᾶς τὸ λοιπὸν τῆς νηστείας ἐν κατανύξει, καὶ τὰ ζωηρὰ βλέψαι σου πάθη, δι' ὧν ἐλυτρώθημεν.

Ξύλῳ τοῦ σταυροῦ τὴν φλόγα ἐμάρανας τῆς ἁμαρτίας χριστὲ, χεῖρας πεπαρμένος δὲ χειρὸς ἐῤῥύσω τοῦ πολεμήτορος τὸν ἀκρατεῖς ἐκτείναντα χεῖρας πρὸς βρῶσιν καρποῦ, οὗπερ μόνου φεύγειν τὴν μετάληψιν ἀπεφήνω χριστὲ πολυέλεε.

Πάθος σου χριστὲ, τὸ πᾶσιν ἀπάθειαν βροτοῖς πηγάσαν, σεπτῶς βλέψαι καταξίωσον ἐν ἀπαθείᾳ τοὺς προσκυνήσαντάς σου τὸν σταυρὸν τὸν τίμιον, τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν παραπλέπων, καὶ τῆς ἀναστάσεως ἀληθεῖς υἱοὺς ἐργαζόμενος.

Τὸν σταυρὸν τὸν τίμιον, οὗπερ περιέπουσιν ἀγγέλων στρατεύματα, καὶ ἡμεῖς προσκυνοῦντες μεγαλύνομεν.

Τὸ ξύλον τὸ ἄχραντον, δι' οὗ μετελάβομεν ζωῆς, οἱ πρὶν θανόντες, τὸν σταυρὸν τοῦ σωτῆρος μεγαλύνομεν.

Ξύλῳ πάλαι θάνατον εὑρομὲν νῦν δὲ πάλιν τὴν ζωὴν, διὰ τοῦ ξύλου τοῦ σταυροῦ. τῶν παθῶν οὖν τὰς ὁρμὰς ἀπονεκρώσωμεν πιστοί. καὶ φθᾶσαι τὴν σωτήριον ἀνάστασιν τὸν πάντων εὐεργέτην δυσωπήσωμεν πράξεσι θείαις λαμπόμενοι, καὶ ἀρεταῖς καλλυνόμενοι, δοξάζοντες τὸν σωτῆρα τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

Τὸν ζωηφόρον σταυρὸν αἰνοῦμέν σου κύριε, καὶ τὰ καθ' ἡμᾶς ἱερὰ τὰ σαρκός σου παθήματα, τὴν λόγχην τε, τὴν σφαγὴν, τοὺς γέλωτας, τοὺς ἐμπτυσμοὺς, ῥαπίσματα, καὶ τὰ κολαφίσματα, σὺν τῇ πορφύρᾳ, καὶ τὸ στέφος τὸ ἀκανθόπλεκτον, ἐν οἷς ἐκ

B ejus ope id, quod de jejunio reſtat, percurramus in cordis contritione, útque vitalem paſſionem tuam, qua redempti ſumus, intueamur.

Crucis ligno peccati flammam extinxiſti, Chriſte, manus verò confixus liberâſti de manu hoſtis, qui manus ſuas intemperanter extendit ad eſum fructus, de de quo tu ſolus particeps non fuiſti, Chriſte miſericors.

Paſſionem tuam, Chriſte, quæ omnibus mortalibus impaſſibilitatem peperit, reverenter nos fac intueri in impaſſibilitate, qui venerandam tuam crucem adoramus, peccata noſtra diſſimulans, & Reſurrectionis
C veros filios nos efficiens.

Venerandam Crucem, quam ſtipant Angelorum exercitus, nos quoque adorantes extollimus.

Illibatum lignum, quo participes vitæ effecti ſumus, qui priùs mortui fueramus, Crucem Domini meritis laudibus extollimus.

Olim ligno in mortem incidimus. Nunc per lignum Crucis vitam invenimus. Paſſionum igitur impetus comprimamus fideles, & obſecremus, ut ad ſalutiferam Reſurrectionem, omnium benefactricem perve-
D niamus, honeſtis actionibus conſpicui, & virtutibus exornati, Salvatorem animarum noſtrarum glorificantes.

Vivificam Crucem tuam laudamus, Domine, & ſacros carnis tuæ Cruciatus pro nobis ſubitos, lanceam, interfectionem, irriſiones, ſputa, colaphos, purpuram & coronam ex ſpinis plexam, quibus ex maledictione omnes liberans ſalvâſti nos. Propterea

Digitized by Google

Τυπικὸν τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν τοῦ σαβᾶ. εἰς τὴν πρώτην αὐγούστου ἡ πρόοδος τῶν τιμίων ξύλων τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ.

Ἐκ τοῦ μηνολογίου. μετακομίζεται τὸ τίμιον ξύλον ἀπὸ τοῦ σκευοφυλακείου καθὼς ἐν τῇ ιδ τοῦ σεπτεμβρίου μηνός. ἐν δὲ τῷ ἑσπερινῷ ψάλλομεν στιχηρὰ προσόμοια τοῦ τιμίου σταυροῦ γ.

Στιχηρὰ προσόμοια τοῦ τιμίου σταυροῦ. ἐκ τοῦ μηνολογίου καὶ ἀνθολογίου.

Ὡς κοινὸν φυλακτήριον, ὡς πηγὴν ἁγιάσματος τὸν σταυρὸν τὸν τίμιον ἀσπασώμεθα. καὶ γὰρ κοιμίζει παθήματα, καὶ παύει νοσήματα, καὶ παντοίων ἀλγεινῶν ἀπαλλάττει τοὺς κάμνοντας, ὑπὲρ ἄβυσσον πελαγίζων τὰ ῥεῖθρα τῶν θαυμάτων τοῖς πιστοῖς αὐτοῦ τὸν τύπον καὶ προσκυνοῦσι καὶ σέβουσι.

Οἱ τοῦ βίου τοῖς κύμασι θαλαττεύοντες ἄνθρωποι, παθημάτων ζάλῃ τε κυμαινόμενοι. ὡς εἰς ὁλκάδα σωτήριον τὸ ξύλον, τὸ τίμιον καταφύγωμεν πιστῶς. καὶ σιγήσει τὰ κύματα, καὶ τὰ πνεύματα. καὶ ῥαγίσει τὰ πάθη, καὶ πρὸς ὅρμον ἀκύμαντον σωτηρίας χαρμονικῶς καταντήσωμεν.

Ὑπὲρ ἥλιον ἔλαμψεν ὁ σταυρὸς ὁ πανάγιος, ὡς ἀκτῖνας, θαύματα προβαλλόμενος. καὶ ὡς βολίδας, ἰάματα. προσέλθωμεν ἄνθρωποι οἱ τῷ σκότει τῶν δεινῶν συνεχόμενοι πάντοτε, καὶ ληψόμεθα φωτοπάροχον χάριν ἰαμάτων. τὸν ἐν τούτῳ προσπαγέντα σαρκὶ θεὸν μεγαλύνοντες.

ΚΑΝΩΝ ΤΟΥ ΤΙΜΙΟΥ ΣΤΑΥΡΟΥ

οὗ ἡ ἀκρόστιχις, τὸ προσκύνητον πάντες ὑμνοῦμεν ξύλον.

ᾠδὴ α΄.

Τὸν τοῦ κυρίου ζωηφόρον σήμερον σταυρὸν νοῒ καθαρῷ καὶ εὐσεβεῖ γνώμῃ πάντες προ-

B

Typicum S. Sabæ. *Primo die Augusti progreſſio precioſorum lignorum venerandæ & vivificæ Crucis.*

Ex Menologio. Effertur Crux ex Scevophylacio, ſicut die 14. Septembris. In veſperis verò canimus tria venerandæ Crucis στιχηρὰ προσόμοια.

Στιχηρὰ προσόμοια *in venerandam Crucem. Ex Menologio & Anthologio.*

Tanquam communem cuſtodiam, ceu ſanctificationis fontem venerandam Crucem exoſculemur. Etenim pravas cupiditates tranquillat, & morbos ſedat, & ab omnigenis malè habentes doloribus liberat, plusquam abyſſus fundens miraculorum fluenta his, qui ſignum ejus fideliter adorant & colunt. C

Qui in vitæ hujus fluctibus navigamus, paſſionúmque æſtu agitamur, confugiamus ad venerandum lignum, tanquam ad tutam navim, & fluctus, ventíque conquieſcent, paſſiones frangentur, & ad ſalutis portum procellarum expertem cum gaudio properemus.

Super ſolem ſanctiſſima Crux fulſit, miracula, tanquam radios emittens; & tanquàm jacula, curationes. Accedamus, qui perpetim caligine gravium incommodorum tenemur, & accipiemus gratiam lumen curationum ſuppeditantem. Laudibus efferentes Deum, qui carne Cruci ſuffixus eſt. D

CANON VENERANDÆ

Crucis, cujus Acroſtichis eſt. Adorandum omnes decantamus lignum.

Oda prima.

Vivificam Domini Crucem, animo puro & mente pia omnes hodie adoremus.

Digitized by Google

μεν. καὶ θείας γαλήνης πληρούμεθα.

Θεοτόκιον.

Ὅτε σε τέκνον, ἀποῤῥήτως ἔτεκον, ὠδῖνας ἔφυγον, καὶ πῶς νυνὶ ὅλη ὀδυνῶν πεπλήρωμαι; ὁρῶ γάρ σε κρεμάμενον, ὡς κακοῦργον ἐν ξύλῳ. τὴν γῆν ἀσχέτως κρεμάσαντα, ἔλεγεν ἡ πάναγνος κλαίουσα.

ᾠδὴ γ'.

Σταυρὸς ὁ πάντων τῶν καλῶν παρεκτικὸς καθορᾶται προσκυνούμενος, καὶ πᾶσα C ἡ κτίσις ἑορτάζει ἐν χαρᾷ, φωτιζομένη χάριτι τοῦ ἐν αὐτοῦ βουλήσει ἀνυψωθέντος θεοῦ ἡμῶν.

Καταυγαζόμενοι φωτὶ, τῶν τοῦ σταυροῦ λαμπηδόνων, ὁλικῶς οἱ ἐν αὐτῷ πεποιθότες, σκοτασμὸν ἁμαρτιῶν ἐκφύγωμεν, καὶ κράζωμεν, ὁ φωτισμὸς τῶν εὔσπλαγχνε κύριε, δόξα σοι.

Ὑμνολογοῦμέν σε σταυρὲ, καὶ προσπτυσσώμεθα, πίστει ἐξαιτούμενοι τὴν σὴν δυναστείαν ἐξελοῦ ἡμᾶς ἐχθροῦ παγίδων, καὶ κυβέρνησον, πρὸς ὅρμον ἡμᾶς πάντας τῆς σωτηρίας ὑμνοῦντάς σε.

Θεοτόκιον. D

Νενεκρωμένην τὴν ζωὴν, ἐπὶ σταυροῦ θεωροῦσα, καὶ μὴ φέρουσα τῶν σπλάγχνων τὸν πόνον, ἐδονεῖτο παρθένος ἀνακράζουσα. οἴμοι υἱέ μου τί σοὶ δῆμος ἀνόμων πεποίηκεν;

Κάθισμα ἦχος πλ' β'.

Ὁ σταυρός σου κύριε, ἡγίασαι· ἐν αὐτῷ γὰρ γίνονται ἰάματα τοῖς ἀσθενοῦσιν ἐν ἁμαρτίαις. δι' αὐτοῦ σοι προσπίπτομεν, ἐλέησον ἡμᾶς.

ᾠδὴ δ'.

Ἡ κραταιὰ σκέπητε, καὶ ἐπανόρθωσις τῶν ἀνθρώπων τὸ ἀκαταμάχητον ὅπλον τῆς

cati fluenta evitamus, & divina tranquillitate plenè potimur.

Theotocium.

Quando te, ô fili, ineffabiliter peperi, omni dolore carui. Et quomodo nunc tota doloribus repleta ſum? Video enim te, qui terram contines, in ligno ſuſpenſum, dicebat caſtiſſima plorans.

Oda tertia.

Crux omnium bonorum ſuppeditatrix adoratur; omníſque creatura diem feſtum agit cum gaudio gratiæ donis illuſtrata, ejus beneficio, qui volens in Cruce exaltatus eſt.

Lumine radiorum Crucis illuſtrati, nos, qui ſpem totam in ea collocamus, caliginem peccati effugiamus, clamemúſque gloria tibi ſit miſericors Domine, qui univerſorum es illuminatio.

Laudibus te Crux evehimus, & cum fide amplectimur, tuam potentiam obſecrantes, ut nos ex inimici laqueis eximas: dirigáſque nos omnes, qui te celebramus, ad ſalutis portum.

Theotocium.

Cùm videret vitam in Cruce mortuam eſſe, nec magnitudinem doloris ferret, exclamabat virgo; Heu mihi fili, quid ſceleratus populus in te auſus eſt?

Cathiſma. Soni Plagij II.

Crux tua Domine ſanctificata eſt, quæ languentibus in peccato remedia affert. Per illam coram te procidimus, orantes, ut miſerearis noſtri.

Oda quarta.

En valida hominum tutela & invicta fidei armatura, Crux ſalutifera proſtat, & om-

Digitized by Google

Νοεραὶ στρατιαί σε πᾶσαι περιέπουσι σταυρὲ πανάγιε, καὶ βροτοὶ πηλίνοις σου προσψαύοντες χείλεσι σήμερον, ἀπαντλοῦμεν πόθῳ ἁγιασμὸν καὶ εὐλογίαν τὸν ἐν σοὶ προσπαγέντα δοξάζοντες.

Τῆς ψυχῆς μου τὰ πάθη ἴασαι τὰ χρόνια, εὔσπλαγχνε κύριε, καὶ ὡς λατρευτήν με τοῦ τιμίου σταυροῦ σου περίσωζε οὗ τῇ δυναστείᾳ πᾶν ἐμποδὼν ἀποσοβεῖται, καὶ κακῶν ἀπαθεῖς διαμένομεν.

ᾠδὴ ϛ.

C Σταυροῦ παγέντος ἐν γῇ δαιμόνων πτῶσις ἐγένετο. ὃν νῦν ὁρῶντες ἡμεῖς ἐνδόξως προκείμενον, καὶ κατασπαζόμενοι τῆς τῶν συμπτωμάτων ἁμαρτίας ἀνιστάμεθα.

Ὑμνοῦντές σε τὸν Θεὸν, καὶ βασιλέα, καὶ κύριον, ὃν ἐδωρήσω ἡμῖν σταυρὸν τεῖχος ἄῤῥηκτον νῦν περιπτυσσόμεθα ἐν ἀγαλλιάσει, καὶ δεινῶν ἀπαλλαττόμεθα.

Μεγάλα πᾶσιν ἡμῖν δωρήματα παρεχόμενος ὁ τοῦ κυρίου σταυρὸς ὁρᾶται προκείμενος, προσέλθωμεν ἄνθρωποι, φωτισμὸν καρδίας, καὶ ψυχῆς ἀπαῤῥυόμενοι.

ᾠδὴ ζ.

D Ὁ χρόνων ἐπέκεινα ἐν χρόνῳ σάρκα φορέσας δείκνυται, καὶ τὰ χρόνια πάθη ἡμῶν ἰᾶται δι' ἀγαθότητα σαρκός ὁμοῦ τε καὶ πνεύματος, ἤδη δὲ τῷ θείῳ τούτου σταυρῷ, καὶ ἁγιάζει ἡμᾶς.

Ὑμνοῦμεν, δοξάζομεν, καὶ προσκυνοῦμεν, καὶ μεγαλύνομεν τὸ σὸν, κύριε, κράτος, ὅτι παρέσχου ἡμῖν τοῖς δούλοις σου, σταυρὸν τὸν θεῖον, τρυφὴν ἀδαπάνητον, καὶ φύλακα τῶν ψυχῶν, καὶ τῶν σωμάτων ἡμῶν.

Μὴ δείξῃς με κύριε, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς διαγνώσεως κατεγνωσμένον κακοῖς, μὴ ἀ-

bonis omnibus cumulati ſumus.

Omnes cœleſtes copiæ, quæ ſub intelligentiam cadunt, te, ſanctiſſima Crux, circumſtant & ſtipant, & mortales, qui luteis labiis te hodie tangunt, haurimus inde ſanctificationem & benedictionem, laudibus efferentes illum, qui in te ſuffixus eſt.

Animi mei inveteratos morbos ſana miſericors Domine, méque, tanquam venerandæ Crucis tuæ cultorem, ſerva, cujus virtute omnia obſtacula removentur immunéſque à malo perſiſtimus.

Oda ſexta.

Cruce in terris fixâ, ceciderunt Dæmones, quam nunc glorioſè propoſitam cernentes, & amplectentes, à peccati ruina reſurgimus.

Crucem, quam nobis pro muro inexpugnabili donâſti, nunc lætitia perfuſi exoſculamur, & à malis liberamur, laudibus debitis te Deum, Regem & Dominum noſtrum concinentes.

Crux Domini, quæ ingentia munera donat, propoſita conſpicitur, accedamus, & illuſtrationem cordis & animæ inde petamus.

Oda ſeptima.

Qui tempore prior eſt, carnem in tempore induit, morbóſque inolitos carnis ſimul & ſpiritus noſtri, qua eſt benignitate, jam per divinam Crucem ſanat, & nos ſanctificat.

Laudamus, glorificamus, adoramus, & extollimus potentiam tuam, Domine; quia dediſti nobis ſervis tuis divinam crucem, delicias abſumi neſcias, cuſtodémque animarum & corporum noſtrorum.

In die judicij ne me inter damnatos conjice; neque confuſum à facie tua abjice, ſed

Digitized by Google

πιϛει προσκυνειν σε εις πάντας τὸς αἰῶνας.

Ὑποσημαίνει πόῤῥωθέν σε ϛαυρὲ πανσεβάσμιε ἐν ταῖς ἐυλογίαις ἰακὼβ τρανώτατα ἡμεῖς δὲ ἐν χάριτι ἀξιωθέντες βλέπειν σε, πίϛει ἀδιϛάκτῳ προσερχόμεθα πάντες, καὶ ψάλλομεν πλησίως, ἐυλογίαν τρυγῶντες, καὶ φῶς, καὶ ϛωτηρίαν, καὶ τῶν πταισμάτων λύσιν.

Λευχειμονοῦντες πράξεσιν ἐναρέτοις προσέλθωμεν ἐν ἀγαλλιάσει τῷ χριϛῷ κραυγάζοντες, πανάγαθε δέσποτα, τῷ σῷ ὑψίϛῳ θείῳ ϛαυρῷ, ὕψωσον ἡμῶν τȣ̃ χριϛωνύμȣ λαȣ̃ ϛȣ τὸ κέρας, ἵνα πίϛει, καὶ εἰ- C ρήνῃ βαθείᾳ ὑμνῆταί ϛȣ τὸ κράτος εἰς πάντας τὸς αἰῶνας.

ᾠδὴ θʹ.

Ἰάσω ὑπεράγαθε τὴν ἐμὴν συντριβὴν ἐν ϛαυρῷ προσπηγνύμενος ἥλοις ποτὲ πόδας τε καὶ χεῖρας, παμβασιλεῦ, καὶ τὴν πλευρὰν νυττόμενος, ὄξος ποτιζόμενος καὶ χολὴν, ἡ πάντων ἐυφροσύνη, ὁ γλυκασμος, ἡ δόξα, ἡ αἰωνία ἀπολύτρωσις.

Ὡραῖος ὑπὲρ σάπφειρον, καὶ χρυσὸν φωταυγὴς, ὥσπερ ἥλιος, πέφυκας, θεῖε ϛαυρὲ, κείμενος μὲν τόπῳ περιγραπτὸς, καὶ νοεραῖς δυνάμεσι πάντοτε κυκλȣ́μενος D φανερῶς, ἀκτῖσι δὲ τῆς θείας δυνάμεως φωτίζων τῆς οἰκȣμένης πληρώματα.

Σταυρὸς χειμαζομένων ἐϛὶ λιμὴν, ὁ δηγὸς πλανωμένων καὶ ϛήριγμα, δόξα χριϛȣ̃, σθένος, ἀποϛόλων καὶ προφητῶν, τῶν ἀθλητῶν, κραταίωμα, πάντων τῶν αἰώνων καταφυγὴ αὐτὸν ἐν μέσῳ πάντων προκείμενον ὁρῶντες, μετ' ἐυλαβείας ἀσπαζόμεθα.

Ἡνίκα μέλλεις ἔρχεσθαι ἐπὶ γῆς, κρῖναι κόσμον, ὃν ἔπλασας, κύριε, ἀγγελι-

deamus, téque cum fide in ſæcula adoremus.

Te veneranda Crux, obſcurè ſubindicat Jacob in benedictione nepotum. Nos verò, quibus te clariſſimè intueri conceſſum eſt, fide indubitata accedimus, lætiſque vocibus canimus, & benedictionem, lumen, ſalutem, & erratorum veniam accipimus.

Actionibus virtutum exornati accedamus cum exultatione ad Chriſtum, clamemúſque: benigniſſime Domine; altiſſima & divina Cruce tua exalta cornu populi tui, ut in fide & pace immota potentiam tuam in cuncta ſecula decantet.

Oda nona.

Contritionem meam ſanâſti benigniſſime Domine, cruci clavis manibus pedibúſque affixus: latere ſauciatus, felle & aceto potatus tu qui omnium es lætitia, dulcedo, gloria & æterna redemptio.

Specioſa es plusquam ſapphirus & aurum, ſplendida ſolis inſtar, ô divina Crux; loco quidem circumſcriberis ſed ſemper palàm à cæleſtium virtutum militia ſtipa- ris, & radiis potentiæ tuæ orbis terrarum fines illuſtras.

Crux eorum, qui tempeſtatibus jactantur, portus, dux errantium & firmamentum, gloria Chriſti, robur Apoſtolorum & Prophetarum, fortitudo athletarum, ſæculorum omnium refugium; quam in medio propoſitam intuentes cum reverentia oſculamur.

Quando in terram deſcenſurus es, Domine, judicate mundum, quem condidi-

νάματα τοῦ ςαυρȣ̃ τῆς χάριτος προερχόμενα. ἰδὲ προκείμενον βλέποντες τὸ ξύλον τὸ ἅγιον, χαρισμάτων τὴν πηγὴν, ἀρδομένην τῷ αἵματι, καὶ τῷ ὕδατι τȣ̃ δεσπότου τῶν ὅλων, τȣ̃ ἐν τȣ́τῳ ἑκȣσίως ὑψωθέντος, καὶ τȣ̀ς βροτȣ̀ς ἀνυψώσαντος.

Ἐκκλησίας ἑδραίωμα, μοναζόντων ἀγλάϊσμα, ἱερέων καύχημα, καὶ διάσωσμα σὺ εἶ, ςαυρὲ πανσεβάσμιε. διὸ προσκυνȣ̃μέν σε, καὶ καρδίας, καὶ ψυχὰς φωτιζόμεθα σήμερον θείᾳ χάριτι τȣ̃ ἐν σοὶ προσπαγέντος, καὶ τὸ κράτος τȣ̃ δολίȣ καθελόντος, καὶ τὴν ἀρὰν ἀφανίσαντα. C

Στιχηρὸν ἰδιόμελον.

Δεῦτε πιςοὶ, τὸ ζωοποιὸν ξύλον προσκυνήσωμεν, ἐν ᾧ χριςὸς βασιλεὺς τῆς δόξης ἑκȣσίως χεῖρας ἐκτείνας ὕψωσεν ἡμᾶς εἰς τὴν ἀρχαίαν μακαριότητα, ȣ̀ς πρὶν ὁ ἐχθρὸς δι᾽ ἡδονῆς συλήσας ἐξορίςȣς θεȣ̃ πεποίηκε.

Δεῦτε πιςοὶ, ξύλον προσκυνήσωμεν, δι᾽ ȣ̃ ἠξιώθημεν τῶν ἀοράτων ἐχθρῶν συντρίβειν τὰς κάρας. δεῦτε πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν, τὸν ςαυρὸν τȣ̃ κυρίȣ ὕμνοις τιμήσωμεν. χαίροις ςαυρὲ τȣ̃ πεσόντος ἀδὰμ ἡ τελεία λύτρωσις, ἐν σοὶ οἱ πιςότατοι βασιλεῖς ἡμῶν καυχῶνται, ὡς τῇ σῇ δυνάμει ἰσμαηλίτην λαὸν κραταιῶς ὑποτάττοντες. σὲ νῦν μετὰ φόβȣ χριςιανοὶ ἀσπαζόμενοι, τὸν ἐν σοὶ προσπαγέντα θεὸν, δοξάζομεν λέγοντες, κύριε ὁ ἐν αὐτῷ προσπαγεὶς ἐλέησον ἡμᾶς, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος.

tiæ ex Cruce profluentia. Ecce propoſitum intuemur lignum illud ſacratum, chariſmatum fontem, irrigatum ſanguine & aqua Domini univerſorum, qui in eo voluntariè exaltatus eſt, & pariter mortales exaltavit.

Eccleſiæ firmamentum, monachorum decus, ſacerdotum gloriatio & conſervatio, tu Crux ſacratiſſima, appellaris. Propterea adoramus te, & corde & animo hodie illuſtramur divinâ gratiâ ejus, qui in te affixus eſt, potentiámque doloſi hoſtis ſuſtulit, & maledictionem abolevit.

Sticheron idiomelum.

Adeſte fideles, vivificum lignum adoremus, in quo Chriſtus Rex gloriæ manus voluntariè expandens nos in veterem beatitudinem reſtituit, quos antea hoſtis per voluptatis illecebras ſpoliatos, procul averterat.

Adeſte fideles, adoremus lignum, quo inviſibilium hoſtium capita contrivimus. Adeſte omnes patriæ gentium, Crucem Domini hymnis celebremus. Salve Crux Adami lapſi perfecta redemptio, in te fideD
liſſimi Imperatores noſtri gloriantur, quippe qui vi tua Iſmaëlitas potenter ſibi ſubjugent. Te nunc cum tremore Chriſtiani oſculantes, Deum in te affixum glorificamus dicentes. Domine benigne, & miſericors, qui in Crucem ſubvectus es, miſerere noſtri.

NICE-

Digitized by Google

Ἐκ τοῦ ξύλου τρυγῶ σε τὴν ζωὴν λόγε.
B Καὶ Εὔα τρυγᾷ τὴν φθορὰν ἀπὸ ξύλου,
Καὶ προσκυνοῦσα σῶν παθῶν τὴν εἰκόνα,
Εἰς ἀπαθῶν αἰτῶ σε λιμένα φθάσαι
Σὺν συζύγῳ τε καὶ τέκνοις τηρουμένη,
Ἐξ εὐδοκίας ταῦτα πορφύρας κλάδου.

Εἰς τὸ καλὸν ξύλον τὸ κοσμηθὲν ὑπὸ τῆς δεσποίνης.

Οὐ ταῦτα δρυμὸς, οὐδὲ κρανίου τόπος,
Ἐν οἷς ἐπάγη τοῦτο τὸ ξύλον πάλαι.
Ἀλλ' ἔστι λιθόστρωτος ἢ χρυσοῦς τόπος.
C Ἀνθεῖ δὲ λευκὸν ἄνθος ἐκ τῶν μαργάρων.
Τούτοις φυτεύει σε, ξύλον ζωηφόρον.
Δοκῶν ὁ λαμπτὴρ ἡ βασιλὶς Εἰρήνη
Καρπὸν γλυκὺν τρυγῶσα τὴν σωτηρίαν.

Εἰς τὸν χριστὸν κρεμάμενον ἐπὶ ξύλου καὶ τεθνηκότα.

Ζητοῦσα τὴν σὴν ὄψιν, ἁγιὲ νυμφίε,
Καὶ ψηλαφῶσα ποῦ νέμεις καὶ ποῦ μένεις,
Καὶ ποῦ καθυπνοῖς ἐν μέσῃ μεσημβρίᾳ,
Ἔγνων ἐφυπνώττοντα τῇ τριδενδρίᾳ.
Πεύκη, τὰ δένδρα κυπάρισσος καὶ κέδρος.
D Αἲ αἲ γλυκὺν τὸν ὕπνον ὑπνοῖς ἀλλ' ὅμως
Φθάσας πρὸς ἀντίληψιν ἀνάστηθί μοι.

Ex ligno decerpo te vitam, Verbum,
B Et Eva ex ligno decerpit corruptionem,
Et adorans paſſionis tuæ imaginem
peto, ut in paſſionis expertem portum pervenias
Cum conjuge & liberis conſervata,
Et hoc ex amore purpuræ rami, hoc eſt, Porphyrogenitæ.

In inſigne lignum (Crucis) ad ornatum à Deſpoena ſeu Imperatrice.

Hæc neque lucus ſunt, neque Calvariæ locus,
In quibus olim hoc lignum ſtetit. (aureus locus.
C Sed eſt Lithoſtrotus, (lapidibus ſtratus) vel
Effloreſcit autem flos candidus ex margaritis.
His te, ô ſalutare lignum plantat,
Splendidum illud jubar Imperatrix Irene,
Carpens inde ſalutis fructum dulcem.

In Chriſtum pendentem è ligno & mortuum.

Quærens faciem tuam, ô caſte ſponſe,
Et perſcrutans ubi paſcaris, & ubi maneas,
Et ubi dormias in medio meridie,
Ubi dormientem in triplici arbore,
Arbores hæ ſunt, pinus, cupreſſus & cedrus.
D Heu heu dulcem ſomnum dormis, ſed tamen
In adjutorium exſurge meum.

NOTÆ IN PRÆDICTA EPIGRAMMATA.

PRIMO epigrammate inducitur Anna Cæſariſſa, Porphyrogenita; filia Alexii Comneni crucis imaginem à ſe adornatam alloquens, & matri ſuæ Irenæ, uxori Alexij, bene precans. Vocat ſe κλάδον πορφύρας, *ramum porphyræ ſeu purpuræ;* quòd Porphyrogenita eſſet, hoc eſt, nata in Palatio, cui nomen Porphyra; de quo hæc Luitprandus Ticinenſis, qui Conſtantinopoli aliquando vixit, lib. 1. Hiſt. c. 2. Ubi de Conſtantino Porphyrogenito Leonis Imperatoris filio. *Porphyrogenitum non in purpura; ſed in domo, quæ Porphyra dicitur, natum appello, &c. Conſtantinus Imperator Auguſtus, ex cujus nomine Conſtantinopolis eſt ſortita vocabulum civitas, domum iſtam ædificari juſſit, cui Porphyra nomen impoſuit, vo-*

Digitized by Google

lib. 1. cap. 3. titulus ille Imperatoris *δεσποτεία σου ἁγία*, *Dominatio tua ſancta.*

In tertio epigrammate eleganter appellatur Crux *τριδενδρία*, quaſi dicas, *Triarbor.* Eſt enim communis Græcorum perſuaſio Crucem fuiſſe confectam, ex pinu, cupreſſo & cedro. Vide lib. 1. de S. Cruce cap. 5. Hinc illud in Triodio. *ἐν πεύκῃ καὶ κέδρῳ, καὶ κυπαρίσσῳ ὁ σαυρωθεὶς υἱὲ θεοῦ, ἁγίασον πάντας ἡμᾶς. καὶ τὸ ζωηφόρον σου καταξίωσιν πάθος ἰδεῖν.* *Fili Dei, qui in pinu, & cedro, & cupreſſu crucifixus es, ſanctifica nos omnes, & dignare, ut vivificam paſſionem tuam videamus;* Hinc ab iisdem Græcis dicitur, *σαυρὸς τρισμερὴς*, *tripertita*, & *τρισύνθετος*, quaſi *tricompoſita.*

C

THEODORI PRODROMI
EPIGRAMMATA
In Sanctam Crucem.

Ex Tetraſtichis in Geneſin.

Εἰς τὴν τοῦ ὄφεως ἀπάτην.

In ſerpentis deceptionem.

D

Δαίμων, φθόνος, γύναιον, ἡδονῆς ξύλον
Απεκδύουσι, ἐξ ἐδὲμ πέμπουσί με.
Θεὸς, πόθος, γύναιον, ἔντιμον ξύλον
Επενδύουσιν, εἰς ἐδὲμ πέμπουσί με.

Dæmon, invidia, mulier, voluptatis lignum,
Exuunt & ex Edem emittunt me.
Deus, deſiderium, mulier, venerabile lignum
Induunt, & in Edem mittunt me.

Ex tetraſtichis Exodi, ubi de ligno Merrhæ, ſeu Marrhæ injecto ait, lignum illud, quod ex amaris aquis effecit dulces, fuiſſe figuram S. Crucis.

------ἀλλὰ τόδε σαυροῦ ξύλον ἔπλετο τύπος,
Ὅς γλυκαίνει κακίης μεροπείας νάματα πικρά.

------*Lignum hoc fuit typus Crucis,*
Quæ dulceſcere facit malitiæ humanæ fluenta amara.

[illegible]
Φύγγανον ἐκ κακότητος. ξωὸν δ' ὄφιν ὤλλυε νεκρός.

Obliquus extenſus eſt ſerpens in ligno erecto
Æreus, oppoſita figura viventium & nocentium ſerpentûm.
Quem aſpicientes Hebræi à ſerpentibus ictî
A pernicie liberabantur. Vivum autem ſerpentem perdidit ſerpens vitæ expers.

Pulchrè de hac ænei ſerpentis crucifixione S. Maximus Homil. 1. de Paſſione & Cruce Domini. *Si affixus ſerpens ligno filiis Iſraël contulit ſanitatem, quantò magis ſalutem præſtat populis Dominus in patibulo crucifixus? Et ſi figura tantum profuit, quantum prodeſſe credimus veritatem? Serpens igitur primus crucifigitur. Rectè planè, ut quia primus apud Deum peccaverat diabolus, primus Crucis ſententia feriretur. In ligno enim crucifigitur, rationabiliter factum, ut quia homo in paradiſo per arborem concupiſcentiæ deceptus fuerat, nunc idem per ligni arborem ſalvaretur: atque eadem materia, quæ cauſa mortis fuerat, eſſet remedium ſanitatis.* G

Deinde poſt ſerpentem in Salvatore homo ipſe crucifigitur, ſcilicet ut poſt autorem puniatur & facinus. Per primam enim Crucem vindicatum eſt in ſerpentem; per ſecundam in venena ſerpentis: hoc eſt, primùm autor ipſe punitur, deinde ejus malignitas condemnatur. Virus enim, quod perſuaſione ſua in hominem transtulerat, nunc rejicitur, nunc curatur. Habentes igitur Dominum JEſum, qui nos paſſione ſua liberavit, in ipſum aſpiciamus ſemper; & ipſius ſigno ſperemus noſtris vulneribus medicinam, hoc eſt, ſi fortè nobis venenum avaritiæ ſe diffundit, ipſum conſideremus, & ſanat: ſi ſcorpionis nos libido compungit, ipſum rogemus & curat: ſi terrenarum cogitationum nos morſus lacerant, eundem precemur & vivimus. Hi enim ſunt ſpirituales ſerpentes animarum noſtrarum, propter quos conculcandos Dominus crucifixus eſt, de quibus ipſe ait: Super ſerpentes & ſcorpiones ambulabitis & nihil vobis nocebunt: H

Sed

Digitized by Google

Terrifica es bellua. Et quid enim? ſi bellua leo
Jubam quaſſans intolerabiliter rugit?
At tantus non eſt (Leo) ut viſa Crucis imagine
Illæſus ſpeciem illam tranſeat.

Per τὴν ἰδέαν. intelligit εἰκόνα, imaginem Crucis. vide Tom. 1. de ſancta Cruce lib. 2. cap. 63. C

Nunc audi pietate plenam inſtitutionem ſancti Maximi. Homil. de Paſſione & Cruce Domini, quomodo Chriſtianus ad Crucem Redemptoris ſui ſe alligare debeat.

Seculi ferunt fabulæ, Ulyſſem illum, qui decenio marinis jactatus erroribus ad patriam pervenire non poterat; cùm in locum quendam curſus illum navigii detuliſſet, in quo Sirenarum dulci cantus crudelis varietate reſonabat, & advenientes ſic blanda modulatione mulcebat, ut non tam ſpectaculum voluptatis caperent, quàm naufragium ſalutis incurrerent. Talis enim erat illis oblectatio cantilenæ, ut quiſquis audiſſet vocis ſonitum, quaſi quadam captus illecebra, non jam tenderet ad eum, quem volebat portum; ſed pergeret ad exitium, quod nolebat. Igitur cùm Ulyſſes incidiſſet hoc dulce naufragium, & ſuavitatis illius vellet declinare periculum, dicitur inſerta cera auribus ſociorum ſeipſum ad arborem navigii religâſſe, quò & illi carerent pernicioſa auditus illecebra, & ſe de periculo navigii curſus auferret. D

Si ergo de Ulyſſe illo refert fabula, quòd eum arboris religatio de periculo liberârit, quantò magis prædicandum eſt, quod verè factum eſt, hoc eſt, quòd hodie omne genus hominum de mortis periculo Crucis arbor eripuit. Ex quo enim Chriſtus Dominus religatus in Cruce eſt, ex eo nos mundi illecebroſa diſcrimina velut clauſa aure tranſimus; nec pernicioſo enim ſæculi detinemur auditu, nec curſum melioris vitæ deſle-

ſragio mutarit.

Joannis Metropolitæ Civitatis Euchaitarum.

Εἰς θήκην τοῦ τιμίου ξύλου τοῦ βασιλέως χριστοῦ.

Σταυροῦ πάλιν φῶς, καὶ πάλιν κωνσταν- G
τῖνος.
Ὁ πρῶτος εἶδε τὸν τύπον δι' ἀέρος.
Ὁ δεύτερος δὲ τοῦτον αὐτὸν καὶ βλέπει.
Καὶ χερσὶ πιστῶς προσκυνούμενον φέρει.
Ἄμφω παρ' αὐτοῦ τὸ κράτος δεδεγμένοι,
Ἄμφω σέβουσιν αὐτὸν ὡς εὐεργέτην.

Crucis iterum lux; & iterum Conſtantinus
Primus vidit formam ejus per aërem.
Secundus illam eandem videt;
Et adoratam fert manu fideli,
Cùmque ambo à Cruce robur & potentiam acceperint,
Ambo eam ut benefactricem colunt.

Maximi Planudis. H

Εἰς τὸν ἅγιον Κωνσταντῖνον.

Σὺ μὲν βασιλεῦ σταυρὸν εἶδες ἐν πόλῳ.
Ἐν ὑπογείοις δ' εὗρεν ἡ τεκοῦσα σε.
Ἄμφω δ' ὑπὲρ γῆν τοῦτον ἐστηρίξατε.
Ἐγὼ δὲ τοὺς τρεῖς ὧδε σὺν πόθῳ γράφω.

In S. Conſtantinum.

Tu quidem Imperator Crucem vidiſti in cœlo.
Eandem ſub terra reperit mater tua;
Ambo autem ſuper terram hanc ſtatuiſtis.
Ego verò tres iſtos hunc in modum cum deſiderio ſcribo.

De Cruce Trajectenſi.

Trajecti ad Moſam in templo D. Virginis, aſſervatur & colitur magna religione crux, & quidem geminata ex auro gemmíſque eleganter, & artificioſè confecta, in qua

Digitized by Google

num, quia illis carebat typus Crucis ad nos miſſus.

C. *imago Matris Dei.* Inſcriptio integra eſt, μητὴρ θεȣ̃.

D. *Imago Michaëlis Archangeli*, cujus nomen duæ illæ literæ μ χ deſignant.

E Imago Gabrielis Archangeli, cujus nomen Γ & B exprimunt.

F. (*A*) *incluſo* A. ἅγιον, *ſanctum*, *denotat.* Et quidem S. Demetrium celeberrimum Theſſalonicæ, & in tota Græcia Marty-
C rem. *Penultimam* ΔΗΜΗΤΡΗΟΣ *obtinet* H, *vitio*, *opinor*, *ſculptoris.*

Explicatio partis averſæ.

ABCDEFGH. deſignant omnem locum S. Crucis, eſt autem hæc ad numeros ſuos mathematicè, & ad amuſſim dimenſa, & tanta planè eſt, quanta hic viſitur.

I. ſignificat marginem hunc eſſe, qui ea latitudine totam crucem ambit, habétque flores in auro ſculptos.

L. uncinuli, qui S. Crucem, hinc inde continent, ne caſu aliquo aut frequenti tracta-
D *tione ullo pacto luxetur.*

M. tota S. Crux, quanta quanta, balſamo delibuta eſt ita denſo, ut tot annorum ſpatiis, licèt frequentiſſimis oſculis, vix ipſum balſamum tritum quibuſdam locis nudam Crucem oſtentet: eſt autem tota Crux ex puro auro Arabico.

N. Adamus hic auro incluſus ſpectandæ magnitudinis.

O. Item alter adamas, ùt mihi perſuadeo.

R. S. duo lapilli, duobus P. Q. ex altero latere magnitudine ſimiles, colore diſſimiles, quia candidi ſunt. P. Ruber quidam lapillus, è quo genere, ambigimus. Q. candidus lapillus.

T. lapis precioſus, candidus, pellucidus, maximus, pollicis inſtar.


Prædictum epigrama ad verbum ſic exprimi poteſt.

Lignum quod aſpectu pulchrum apparuit,
Guſtu necat me, qui ſum ſecundùm imaginem Dei,
At qui pulchritudine divina ſubſtantia pulcher eſt,
Chriſtus, hic me vivificat, carne in ligno mortuus.
Cujus hanc thecam Romanus terræ Dominus
Pulchritudine virtutum coronatus.
Gratia ſeu venuſtate, precioſorum lapidum inſignivit.
Vincens per ipſum (lignum) *Dæmones & barbaros.* G

Loquitur in hoc epigrammate homo per lignum olim perditus, & poſtea beneficio Chriſti per lignum reparatus. Lignum, inquit, illud *bonum ad veſcendum*, *& pulchrum* oculis & aſpectu delectabile, quod primis parentibus in paradiſo objectum eſt; guſtu ſuo necat me, qui ſum ſecundùm ſimilitudinem & imaginem Dei formatus. At verò Chriſtus, qui pulchritudine divinæ naturæ ſeu eſſentiæ ſpecioſus eſt; vivificat me (eſt enim ζ ῆ, præſens Indicati-
vi modi, à poëtico ζώω) mortuus car- H
ne in ligno Crucis, cujus ligni hanc thecam ſeu capſellam Romanus terræ Dominus, hoc eſt, Imperator, omni virtutum genere decoratus precioſis unionibus & gemmis exornandam & illuſtrandam curavit; quippe qui per lignum hoc ſanctæ Crucis, quod in Cruce iſta ex auro & unionibus confecta includitur tanquam in theca quapiam; & Dæmones, & barbaros ſuperare conſueverit.


Eoſdem verſus edidit non ita pridem editor *Antiquarum Inſcriptionum Totius Orbis Romani* pagin. M. XLVIII. Ex Apiano. Sed non ſine erroribus. Primus eſt in his verbis. *Hieroſolymis Epigraphe Crucis.* Imò non Hieroſolymis, ſed Trajecti ad Mo-
ſam

Digitized by Google


M
D
X
ΖΩ ΟΙΜΕ ΧΡΙϹΤΟ
ΛΩ. Ѷ ΤΗΝ ΔΕ Θ

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

rit; *Hieroſolymis Epigraphe Crucis, juſſu Demetrii Imp. Conſtantinopolitani.*

De S. Demetrio Martyrologium Romanum VIII. Octobris. *Theſſalonicæ S. Demetrii Proconſulis, qui cùm plurimos ad Chriſti fidem perduceret, Maximiani Imperatoris juſſu lanceis confoſſus, Martyrium conſummavit.* Ejus cùm alii Græci paſſim, tum Nicetas Choniates meminit lib. 1. de Imperio Andronici Comneni, ubi de capta à Siculis Theſſalonica. τοῦ μυροβλύτου μάρτυρος εἰσεδύνεων. Ubi perperam interpres. *Theodori Martyris, è cujus ſepulchro unguentum ebullit, templum ingreditur;* imò Demetrii; de quo, & de oleo ex ſacris ejus lipſanis largiter fluente, plura paulò pòſt in eodem libro Nicetas.

C

Quartus error, quòd in quinto verſu legit ῥωμαϊκῆς pro ῥωμανὸς; hanc enim genuinam eſſe lectionem teſtatur is, qui inſpexit & exſcripſit Bauhuſius.

Quintus error, verſu ſecundo ubi τοῦ pro τόν.

Sextus error, verſu penult. ubi ὡραίϛε pro ὡραίσε; hoc enim Crux habet, non illud alterum.

D

Septimus error in interpretatione primorum carminum; quæ ſic Calvinianus editor expreſſit.

Lignum decorum & intuendo amabile
Sapore mortis me afficit viſo Deo.

Quid ſibi vult illud, *viſo Deo*, ubi hoc in Græco? vel ſi in Græco eſſet; quis ſenſus eſſet? An illud τὸν Θεοῦ κατ' εἰκόνα, idem eſt, quod *viſo Deo?*

Octavus error, cùm ait, Jambos iſtos neque antiquos neque bonos eſſe. De bonitate non contendam, ſufficit eſſe pios, & pietatis teſtes. De antiquitate nego verum, quod iſte affirmat: nam aut ad pri-

Communis perſuaſio habet, Crucem, de qua loquimur, Trajectum miſſam fuiſſe à Philippo Imperatore Conſtantinopolitano, Anno Domini 1204. Anno Imperij ejus quarto. Sed error vulgaris eſt; & à vulgo exortus. Nullus enim tunc ejus nominis Conſtantinopoli Imperator; quæ à Latinis anno Domini 1205. demum capta eſt; creato Imperatore Balduino Flandrorum Comite, cui ſucceſſit Henricus frater; ùt ex Niceta, & aliis liquet. Illud tamen certum exiſtimo, hanc Crucem Trajectum veniſſe ex direptione Conſtantinopolitana à Venetis & Flandris, aliarúmque nationum cruceſignatis facta poſt occupatam urbem, de qua libro ſecundo hujus tertij tomi copioſè; & quidem beneficentiâ Philippi Imperatoris Occidentalis, qui Iſaaci Comneni filiam, ſororem Alexij, quem Latini reſtitutum ibant, in matrimonio habuit; ad quem etiam Reliquiarum, quæ tunc Conſtantinopoli aliò paſſim translatæ ſunt, portio non modica pervenit; munificentiâ præſertim Martini Abbatis Pariſienſis, ſeu Periſienſis, qui interfuit, quando Conſtantinopolis in Latinorum poteſtatem redacta eſt; quique, dum omnia prædæ bellicæ expoſita eſſent, ipſe piæ prædæ intentus, nil niſi ſacra Chriſti & Sanctorum lipſana expetebat; ùt fusè refert Guntherus in Hiſtoria Conſtantinopolitana, qui ubi percenſuiſſet omnes Reliquias, quas Martinus in expugnatione Conſtantinopoleos adeptus fuerat, hæc tandem ſubjungit. *De his autem ipſis cæleſtis gratiæ donis, quæ Dominus jam ſæpiſſimè Dominico famulo ſuo Abbati Martino, & per ipſum Eccleſiæ Pariſienſi contulerat, eadem Eccleſia ad honorem Dei, & totius Romani Imperij Domino Philippo ſereniſſimo Imperatori laudabilem valdè contulit portionem. Tabulam videlicet quandam inæſtimabilis ferè precij auro & gemmis precioſiſſimè exornatam, & plu-*

G H

Digitized by Google

quam, Germaniæ Imperatore, cujus rogatu Veneti, Flandri, & alij Crucesignati Conſtantinopolim potiſſimùm expugnàrant, primùm quidem reſtituendi Alexij cauſâ; cujus ſoror Philippo nupta erat; deinde vindicandæ perfidiæ gratia.

Nec prætcribo, quod ſuſpicari in mentem venit, tabellam, quam Guntherus ait Philippo donatam à Martino Abbate, eſſe illam ipſam Cruciculam precioſiſſimam, quæ in eadem Trajectenſi Eccleſia aſſervatur, & certis temporibus populo oſtenditur; cujus ectypon videre eſt in charta; in
C qua ante aliquot annos Reliquiæ pretioſiores Eccleſiæ Trajectenſis effigiatæ ſunt; non ſine Belgica & Gallica explicatione ſingulis adjecta, ut cujus ſortis eſſent, lector cognoſceret: Et Cruci quidem hæc ſeu adſcripta, ſeu ſubſcripta leguntur. *Crucicula, quam Conſtantinus Imperator ex collo ſuſpenſam ferre ſolebat, quando cum paganis prælio decernebat.* Additur hoc epigramma Latinum.

Ecquid Erythræa gemma & ſpectabilis auro,
Et longa annorum ſerie complexa tabella eſt?
Quam cernis Magni eſt Crux parvula Conſtantini,
Parva quidem, at nunquam magnis effata triumphis.
Idque triumphatus fert Heſperus, fert & Eous,
Iſque ſuos vincens animos, ùt cætera vicit.

Dicitur *Crux parvula*, reſpectu grandio-
D ris illius; alioquin abſolutè ſatis magna eſt, quantum ex Ectypo colligere licet. Hanc ergo Crucem probabile eſt, eſſe eam, quam Guntherus vocat tabellam; religione à Conſtantino Magno accepta, & ad poſteros tranſmiſſa, diebus ſolennioribus geſtari ſolitam, tum ob memoriam Conſtantini Magni, tum ob Reliquias Cruci ſeu tabellæ illi incluſas; tum ob ipſam Crucis ſpeciem.

μα, *abjecta de collo cruce*, *veteri cuſtodia & munimento*, ùt ſcribit Nicetas.

HYMNI ET CANTICA LATINORUM
in ſanctam Crucem.

GRæcis Hymnis & Canticis in ſanctam Crucem ſubjungere placuit, quæ Latini in ejuſdem Crucis honorem modulati ſunt; licèt tam diffuſi & copioſi non ſint in encomiis ſacratiſſimi hujus trophæi, quàm Græci. Brevitatem tamen inſigni gravitate compenſant: paucíſque eundem honorem Cruci impendunt, quem illi pluribus verbis exornatum deferunt: hócque G
vel maximè collatione Græcorum & Latinorum lector intelliget; utrique Eccleſiæ, Crucem ſemper in ſummo pretio ac veneratione fuiſſe; meritóque omnibus piis hodiernos Stauroclaſtas exoſos eſſe.

VENANTII FORTUNATI epigrammata in ſanctam Crucem.

I.

CRux benedicta nitet Dominus qua carne pependit,
Atque cruore ſuo vulnera noſtra lavat.
Mitis amore pio pro nobis victima factus, H
Traxit ab ore lupi qua ſacer agnus oves.
Transfixis palmis ubi mundum à clade redemit,
Atque ſuo clauſit funere Mortis iter.
Hic manus illa fuit clavis confixa cruentis,
Quæ eripuit Paulum crimine, morte Petrum.
Fertilitate potens, ô dulce & nobile lignum,
Quando tuis ramis tam nova poma geris.
Cujus odore novo defuncta cadavera ſurgunt,
Et redeunt vitæ qui caruêre die,
Nullum uret æſtus ſub frondibus arboris hujus:
Luna nec in noctem, ſol neque meridie.

Tu

Et manus, pedéſque, crura ſtricta cingit faſcia.
Luſtra ſex qui jam peracta, tempus implens corporis; (* al. luſtris ſex qui jam peractis.)
Se volente natus, ad hoc paſſioni deditus,
*Agnus in * Crucis levatur immolandus ſtipite.* (* al. Cruce.)
Hic acetum, fel, arundo, ſputa, clavi, lancea,
Mite corpus perforatur, ſanguis unde profluit,
C *Terra, pontus, aſtra, mundus quo lavantur flumine,*
Crux fidelis inter omnes arbor una nobilis:
Nulla talem ſylva profert fronde, flore, germine:
Dulce lignum, dulces clavos dulce pondus ſuſtinet.
Flecte ramos arbor alta, tenſa laxa viſcera:
Et rigor lenteſcat ille, quem dedit nativitas:
*Ut ſuperni membra Regis * miti tendas ſtipite.* (* Mite. Et ita lege.)
Sola digna Tu fuiſti, ferre ſecli precium,
Atque portum præparare nauta mundo naufrage,
Quem ſacer cruor perunxit fuſus Agni corpore.

Romanum Breviarium ſubdit ſequentem clauſulam.

Gloria & honor Deo uſquequo Altiſſimo.
Una Patri Filióque inclyto Paracito.
Cui laus eſt & poteſtas per immenſa ſæcula.

Quidam hanc.

D *Sit Patri dulcique nato, ſitque ſacro flamini,*
Laus, honor, virtus, poteſtas, atq; ſumma gloria.
Et decus perenne cunctis ſeculorum ſæculis.

Alij hanc.

Sit Patri Natóque ſummo, gratia cum Spiritu,
Sempiternæ Trinitati laus, ſalus & gloria,
Quæ creavit, quæ redemit, quæq; nos illuminat.

III.

In honorem ſanctæ Crucis & oratorij domus Eccleſiæ apud Turonos.

Virtus celſa Crucis totum recte occupat orbem,
Hæc quoniam Mundi perdita cuncta refert.
Atque dicata cruci condita vela placent.
Unde ſalutifero ſigno tibi, clare ſacerdos,
Hoc cui complacuit reddere magna valet.

NOTÆ IN PRÆCEDENS EPIGRAMMA.

OBſcurum eſt hoc epigramma & verbis & ſenſu. R. P. Chriſtophorus Brovverus Societatis noſtræ, in Notis ad Venantium, putat accipiendum de ſacra palla, qua olim Crux Domini Hieroſolymis fuerit obvoluta & quæ peregrini cujuſdam dono ad Gregorium Turonenſem pervenerat, multorum miraculorum effectrix; de qua diximus ex Gregorio Turonenſi lib. 1. de S. Cruce, cap. 88. Sed adſcribamus ipſa P. Brovveri verba. *Encomio Crucis obiter dicto, tranſit ad Gregorij Turonenſis opus, ſcilicet Oratorium, Crucis memoriæ ab eo poſitum, illatámque pallam Crucis Dominicæ attactu inſignem juxtà ac venerandam, ob miracula, quæ per illam edebantur. Hanc verò altricem miraculorum pallam ſeu blatteam, & holoſericam veſtem, aliis pannorum ſeu velaminum precioſis involucris teliſque ſericis intexta cruce varia ornavit, & ad cultum expoſuit, id quod Poëta verſibus iis manifeſtè docet, quibus pallarum & blatteæ meminit.* Hæc ille. G H

IV.

Vexilla Regis prodeunt,
Fulget Crucis myſterium,
Quo carne carnis conditor
Suſpenſus eſt patibulo.
Confixa clavis viſcera,
Tendens manus veſtigia,
Redemptionis gratia,
Hic immolata eſt hoſtia.
Quo vulneratus inſuper

Aroma fundis cortice.
Salve ara, ſalve victima,
De paſſionis gloria.
Qua vita mortem pertulit,
Et morte vitam reddidit.

Eccleſia ſequentes verſiculos addidit.

O Crux ave ſpes unica
Hoc paſſionis tempore:
Auge piis juſtitiam,
Reiſque dona veniam.
Te ſumma Deus Trinitas,
C *Collaudet omnis ſpiritus.*
Quos per Crucis myſterium,
Salvas, rege per ſæcula.

ANNOTATIO.

Extant apud Venantium tres Acroſtichides in honorem ſanctæ Crucis, quarum ſingulæ multiplicis præconii & venerationis argumentum habent adversùs inimicos Crucis Chriſti; inquit Brovverus: in cujus Venantio harum trium Acroſtichidum ſchemata reperies. Mihi præ cæteris placet analyſis tertio ſchemati ſubjecta; qua Fortunatus (& nos cum illo) exponit, quo ſit in ſacroſanctam Domini Crucem ſtudio.

D *CRUX mihi certa ſalus, Crux eſt, quam ſemper adoro.*
Crux Domini mecum, Crux mihi refugium.

Fortè imitatus eſt Fortunatus in hoc carminis genere conficiendo Publilium Optatianum Porphyrium, qui Conſtantino Magno ſimilia obtulit; quæ non ita pridem Auguſta Vindelicorum typis mandavit. Et ſi hujus exemplum ſibi defuiſſe Fortunatus alibi teſtetur, inquit Brovverus. Eodem laborioſiſſimi genere poëmatis decantavit Crucis Encomia Rhabanus Maurus; ope-

*Eſt locus ex omni, * medium quem * credimus, orbe,* * al. medius. * cernimus.
Golgotha Judæi patrio cognomine dicunt:
*Hic ego, de ſterili * ſucciſo robore lignum* * Quidam ſucciſum.
Plantatum, memini fructus genuiſſe ſalubres;
*Non tamen * hos illis, qui ſe poſuère * colonos* * al. hoc vel hic. * al. colonis
Præbuit; externi fructus habuère beatos.
Arboris hæc ſpecies uno de ſtipite ſurgit,
Et mox in geminos extendit brachia ramos;
Sicut plena graves antennæ carbaſa tendunt,
Vel cum disjunctis juga ſtant ad aratra juvencis.
Quod tulit hoc primò, maturo ſemine lapſum
Concepit tellus: Mox hinc, mirabile dictu,
Tertia lux iterum terræ ſuperiſque tremendum
Extulerat ramum vitali fruge beatum, G
Sed bis vicenis conformiter ille diebus* * al. confirmato ille. al. firmatus & ille.
Crevit in immenſum, cælúmque cacumine ſummo
Contigit, & tandem ſanctum caput extulit alto.* * al. altè.
Dum tamen ingenti biſſenos pondere ramos
Edidit, & totum ſpargens porrexit in orbem;
Gentibus ut cunctis victum, vitámque perennem
Præberent, mortémque mori, qui poſſe docerent.
** Explicitis etiam mox quinquaginta diebus,* * Expletis.
Vertice de ſummo divini nectaris hauſtum
*Detulit in ramos cæleſtis ſpiritus * aura:* * aura.
Dulci rore graves manabant undique frondes.
Ecce ſub ingenti ramorum tegminis umbra * ſereno al. ſerenus.
*Fons erat: Hic nullo caſu turbante * ſerenum*
*Perſpicuis illimis aquis, * & gramina lætos* * & gramina circum fundebant lætos.
Fundebant circum vario de flore colores.
Hunc circum innumeræ gentes, populique coibant; H
Quàm varii generis, ſexus, ætatis, honoris,
Innuptæ nuptæq; ſimul, viduæque nurúſque,
Infantes, puerique, viri, juvenéſque ſenéſque,
Hic ubi multigenis flexos incumbere pomis
Cernebant ramos, avidis attingere dextris
Gaudebant madidos cæleſti nectare fructus.
*Nec prius hos poterant * cupidis decerpere palmis,* * avidis.
Quàm lutulenta viæ veſtigia fœda prioris * al. Detergerent.
** Detererent, corpúſque pio de fonte lavarent.*
Ergo

Digitized by Google

Ergò quique ſacros poſſunt accedere fontes,
• Septima lux reparans optatas ſiſtit ad undas, • *al. Et quos ſeptima lux vel. Septima lux illos.*
Tingunt in liquidis jejunos fontibus artus.
Sic demum illuviem mentis, vitæq; prioris
Deponunt labem, puráſque à morte recudunt
*Illuſtres animas, cœlique ad * lumen ituras.* • *al. limen.*
Hinc iter & ramos, & dulcia poma ſalutis:
Inde iter ad cœlum per ramos arboris altæ.
Hoc lignum vitæ cunctis credentibus Amen.

ANNOTATIO.

Hoc poëma edidit quoque Lutheranus C Fabricius in ſuo Theſauro, & in Indice rerum & verborum hæc annotavit. *Per Crucem veteres non lignum, ſed Dominum ipſum intellexiſſe, arguit Cypriani lignum vitæ.* Sed Hæreticus iſte quid affirmaret, neſciſſe videtur An non enim ipſemet in eodem Indicis loco hæc habet verba. *Crux, noſtra ſalus. 138. A. 15. Omnia complectitur 559. B. 17. Res vetuſtiſſima & non nova.* 139. a. 4. At primo loco ſunt hi verſus Prudentii; quibus Ethnicus ad Chriſtianum Martyrem. *Hic nempe veſter Chriſtus haud olim fuit; quem tu fateris ipſe ſuffixum Cruci.* Reſpondet Chriſtianus: *Hæc illa Crux eſt omnium noſtrûm ſalus. Hominis hæc redemptio eſt.* Ubi manifeſtum; per Crucem nihil aliud intelligi, quàm Crucis lignum; de illa enim Cruce reſpondet Chriſtianus; cui Chriſtum ſuffixum fuiſſe Ethnicus objecerat. Qua ergo fronte ait iſte; veteres per Crucem non intellexiſſe lignum Crucis, ſed Crucifixum? An non veterum unus Prudentius? Secundo loco leguntur iſti verſus Sedulii.

Hym. X. Prudent. Periſtephan.

D

Protinus in patuli ſuſpenſus culmine ligni,
Religione pia mutans diſcriminis iram
Pax Crucis ipſe fuit, violentáque robora membris.

canit Prudentius. *Crux iſta Chriſti, quam novellam dicitis, naſcente mundo factus, ut primùm eſt homo, expreſſa ſignis expedita eſt litteris, &c.* Ubi vel cæco clarum, Prudentium de ligno Crucis loqui; non de Crucifixo; atque adeò ſectarium iſtum mendaciter aſſerere, veteres per Crucem non intellexiſſe lignum, cui Chriſtus ſuffixus, ſed ipſum Crucifixum.

Omitto innumerabilia teſtimonia, ex quibus vanitas hæc luculenter redargui poſſet. Tantùm ea proferre placuit, quæ mihi ipſe Hæreticus contra ſeipſum ſubminiſtravit: qui in dicto Indice hæc etiam notat. G *Crucis dominicæ laus.* 695. B. 21. 696. &c. At notatis paginis continentur Hymni Venantij Fortunati in S. Crucem, quos ſuprà exſcripſimus; in quibus, nomine *Crucis* ipſum Crucis lignum, in quo Chriſtus obiit; intelligi, qui inficiatur, is magnæ cujuſdam inſipientiæ non obſcurum documentum edit. Nec ſilendum, quòd Fabricius tertium Fortunati Epigramma fide & manu mala truncavit. Crucis prodigia & cultum reformidans is, inquit Brovverus noſter, qui Poëtas Chriſtianos in unum corpus male coëgit, exorſus hoc poëma maturè abſcidit, diſtichis ſeptem ſilentio maligno preſſis, in quibus illud eminebat, quod doceri poterat, Crucis cultu ac divino honore, quo non ſine prototypi reſpectu H Chriſtianus in exemplar fertur, cæleſtes quoque virtutes ac miracula promereri.

Verùm ut ad lignum vitæ, ſive Cypriani; ſive alterius revertamur, an non ex eodem liquidum; Crucem etiam pro ligno, in quo Redemptor noſter pependit, uſurpari apud veteres? Quæſo in lignúmne Crucis, an in Crucifixum convenit iſta deſcriptio?

Digitized by Google

de Chriſto, qui in ſublimem arborem excrevit, ad cujus ramos fructibus ſuaviſſimis & ſaluberrimis onuſtos, omnis generis & conditionis homines accurrere ait; ut fructus vitæ inde capiant. Hic ſenſus eſt poëmatis hujus; hæc ſententia; in quo & Cruci, tanquam primæ arbori, & Crucifixo, tanquam Crucis fructui, & poſtea arbori, ex Crucis fructu, hoc eſt, ex Crucifixo enatæ; gloriam ſuam intactam & illibatam relinquit; nec fraudulenter concerpit, ùt ſolent iſti Crucis hoſtes, qui omnia Crucis encomia iniquiſſimis auribus accipiunt.

EX CARMINE VENANTII

C Fortunati ad Juſtinum juniorem Imp. & Sophiam Augg.

GLoria ſumma tibi rerum ſator, atque Redemptor,
Qui das Juſtinum, juſtus, in orbe caput.
Cui meritis compar nubens felicibus annis
Obtinet Auguſtum celſa Sophia gradum.
Quæ loca ſancta pio fixo colit, ornat, amore,
Et facit hoc voto ſe propiare polo.
Cujus prima fides, Orientis ab axe coruſcans
Miſit ad occaſum fulgida dona Deo.
Regina poſcente ſibi Radegunde Toringa,
Præbuit optatæ munera ſacra Crucis.
Qua Chriſtus dignans aſſumpta in carne pependit,
D *Atque cruore ſuo vulnera noſtra lavit.*
Gloria ſumma tibi rerum ſator, atq. Redemptor,
Quòd tenet Auguſtum celſa Sophia gradum.
O pietas huc uſque rigans de fonte benigno
Cujus amor Chriſti fundit ubique fidem.
Ecce pari voto Auguſti certatis utrinque.
*Ipſa tuum ſexum * ſubrigis, ille ſuum,*
Vir Conſtantinum; Helenam pia fœmina reddis;
Sicut honor ſimilis, ſic amor ipſe Crucis.
Ille invenit opem, tu ſpargis ubique ſalutem,
Implet & occaſum, quod prior ortus erat.
Gloria ſumma tibi rerum ſator, atque Redemptor,
Et veſtro Imperio tempora longa rogat.
Atque rigans lachrymis conjuncta ſororibus, optat
Ut hic veſtra fides gaudia larga metat.
Felix Juſtino, maneas cum Principe conjunx,
Ordine patricio cincta Sophia ſacro.
Romula regna regens tribuat ſua jura ſenatus,
Téque ſibi Dominam plebs trabeata colat.
Vota ſuperna Deus votis felicibus addat,
Nec vobis pereat, quod Radegundis amat.
Aſſiduo cantu, quæ pulvere fuſa precatur,
Temporibus largis ut tibi conſtet apex.
Voto, animo, ſenſu, ſtudio bona ſemper agendo,
Sit tibi cura ſui, ſit memor illa tui.

* ſurrigit

ANTIPHONÆ ET RESPONS.

LATINORUM IN FESTIS EXALTATÆ ET inventæ Crucis, quæ ſenſu & pietate cum Græcis canticis planè conveniunt. G

O CRUX, *ſplendidior cunctis aſtris, mundo celebris, hominibus multùm amabilis, ſanctior univerſis; quæ ſola fuiſti digna portare talentum mundi: dulce lignum, dulces clavos, dulcia ferens pondera: ſalva præſentem catervam in tuis hodie laudibus congregatam.*

Nobile lignum exaltatur, Chriſti fides rutilat, dum CRUX *ab omnibus veneratur.*

Sancta Crux extollitur à cunctis regibus, Virga regia erigitur, in qua Salvator triumphavit.

O Crux venerabilis, quæ ſalutem attuliſti miſeris, quibus te efferam præconiis, quoniam vitam nobis cælitem præparâſti? H

Glorioſum diem ſacra veneratur Eccleſia, dum triumphale exaltatur lignum: In quo Redemptor noſter mortis vincula rumpens, callidum aſpidem ſuperavit.

Crux fidelis, inter omnes, arbor una nobilis: nulla ſylva talem profert fronde, flore, germine. Dulce lignum, dulces clavos, dulce pondus ſuſtinuit. Super omnia ligna cedrorum tu ſola excelſior.

Hæc

Digitized by Google

noſtri JESU Chriſti, in quo eſt ſalus, vita, & reſurrectio noſtra: per quem ſalvati, & liberati ſumus. Tuam Crucem adoramus Domine, & recolimus tuam glorioſam paſſionem.

Dum ſacrum pignus cælitus exaltatur, Chriſti fides roboratur. Adſunt prodigia divina, in virga Moyſi primitus figurata. Ad Crucis contactum reſurgunt mortui & Dei magnalia reſerantur.

Hoc ſignum Crucis erit in cælo, cùm Dominus ad judicandum venerit. Tunc manifeſta erunt abſcondita cordis noſtri: Cùm ſederit filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, & cœperit judicare ſæculum per ignem.

Per lignum ſervi facti ſumus, & per
C ſanctam Crucem liberati ſumus; fructus arboris ſeduxit nos: filius Dei redemit nos, alleluja.

Salvator mundi ſalva nos; qui per Crucem, & ſanguinem tuum redemiſti nos, auxiliare nobis, te deprecamur Deus noſter.

O, magnum Pietatis opus, MORS
mortua tunc eſt:
In LIGNO quando mortua
VITA fuit.

Salva nos, Chriſte Salvator, per virtutem Crucis; qui ſalvâſti Petrum in mari, miſerere nobis.

Ecce Crucem Domini, fugite partes adverſæ: Vicit Leo de tribu Iuda, radix David: alleluja.

Nos autem gloriari oportet in Cruce Domini
D noſtri JESU Chriſti.

Super omnia ligna cedrorum tu ſola excelſior. In qua, vita mundi pependit: in qua Chriſtus triumphavit, & mors mortem ſuperavit in æternum.

O Crux benedicta, quæ ſola fuiſti digna portare Regem cælorum, & Dominum, alleluja.

Inventæ Crucis feſta recolimus, cujus præconium univerſum per orbem, micanti lumine fulget, alleluja.

Hoc contra ſignum nullum ſtet periculum.
Sit Deo Patri laus in Cruce Filij,
Sit coæqualis laus ſancto Spiritui,
Civibus ſummis gaudium ſit Angelis,
Honor in mundo ſit Crucis inventio.

Idem Hymnus metro compoſitus.

Crux ſancta ſalve, magna mundi gloria, Jacobi Meiteri.
Spes noſtra reddens vera nobis gaudia,
Signum ſalutis, in periculis ſalus,
Vitale germen omnium, vitam ferens.
Te glorioſam concelebramus Crucem,
Te dulce lignum fronde vernum nobili,
Laudamus omnes, ſemper omnes pſallimus,
Per te redempti, per quod olim perditi:
Adæ reatum, qui necâſti per Crucem, G
Deterge noſtras, Chriſte, culpas proprias,
Tuóque ſemper plaſmati clementior,
Totum per orbem parce lapſis omnibus.
Potens Creator, Chriſte, cunctos conſove.
Tuos redemptos per Crucis ſignaculum,
Morbos repelle ſpiritus, & corporis,
Hoc contra ſignum nulla ſtent pericula.
Sit ſumma Patri, Filióque gloria.
Et æqua ſemper laus ſit almo Flamini,
Cunctis ſupernis gaudiúmque civibus,
Crucis ſit Orbi laus & hæc inventio.

Alius hymnus de S. Cruce.

Lignum Crucis mirabile,
Olim per orbem prænitet,
In qua pependit innocens
Chriſtus redemptor omnium, H
Hæc arbor eſt ſublimior
Cedris, quas habet Libanus,
Quæ poma neſcit noxia,
Sed ferre vitæ præmia.
Tu Chriſte Rex piiſſime,
Hujus Crucis ſignaculo,
Horis, momentis omnibus,
Munire nos non abnuas.
Ut ore tibi conſono,

Digitized by Google

Tuum cum es in regno tuo,
Noſtri memento, quæſumus,
Et cum latrone perfrui
Da Paradiſi gaudiis.
Tecum patrem piiſſimum,
Simúlque ſanctum Spiritum,
Inferna, terræ, ſidera,
Tremunt, adorant, prædicant.

IN VOTIVIS DE S. CRUCE Miſſ. Roman.

Pſal. 95. *Dicite in gentibus, quia Dominus regnavit à ligno, Alleluja.*

Tuam Crucem adoramus Domine, tuam glorioſam recolimus paſſionem: miſerere
C *noſtri, qui paſſus es pro nobis. O Crux benedicta, quæ ſola fuiſti digna portare Regem cœlorum, & Dominum.*

Protege, Domine, plebem tuam per ſignum S. Crucis ab omnibus inſidiis inimicorum omnium: ut tibi gratam exhibeamus ſervitutem; & acceptabile tibi fiat ſacrificium noſtrum.

Qui ſalutem humani generis in ligno Crucis conſtituiſti: ut, unde mors oriebatur, inde vita reſurgeret. Et, qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur, per Chriſtum Dominum noſtrum.

Per ſignum Crucis de inimicis noſtris libera nos Deus noſter.

Ave Rex noſter: tu ſolus noſtros es miſeratus errores, Patri obediens, ductus es ad crucifi-
D *gendum: ùt agnus manſuetus ad occiſionem, Alleluja.*

Ex Miſſali Auguſtano.

Magnificent confeſſio, & pulchritudo.
Magni regis novam in Cruce victoriam:
In qua, triumphatus eſt mortis principatus:
Qua, evacuatum eſt peccati veteris chirographum:
Qua, paſchalis agni immolatur victima pro ovili:

abſolvis, ad ſumma erigis.

Chriſtus carnis templum, hac dierum ſumma conſtructum: qua tetragrammaton Adam Græcè colligit, in te diſſolvendum obtulit: ſed ut mundum ſalvet quadrifidum, reædificat poſt triduum.

Agne patris ſummi, Cruce tollens crimina mundi: da, ut in augmento charitatis, fidei, ſpei, Crucis ſacroſanctæ valeamus cum ſanctis omnibus dimenſiones comprehendere. Et, proximis condolentes; carnem macerantes: Crucis alma bajulos tua trahas poſt veſtigia.

Ut hic tuti, & indemnes, & ad tribunal, Judex, tuum ſimus, ſanctæ Crucis per ſignaculum.

Annuntiantes in gentibus, quia regnavit à ligno Deus. G

IN PARSCEVE, QUANDO Crux adoratur

Ecce *lignum Crucis, in quo ſalus mundi pependit, venite adoremus.* Ritus adorandi fusè deſcribitur in Miſſali Romano: Adoramus in cruce Domini noſtri JEſu Chriſti, opportunam, (ùt ait Paulus) gloriam: ſalutem acquiſitam, reducem vitam, ſalvationem perfectam, liberationem perpetuam. Adoramus Crucem fidei præſidium, ſpei firmamentum, charitatis ſolium, miſericordiæ titulum, pietatis argumentum, gratiæ vehiculum, pacis vexillum. Adoramus Crucem, quæ H ſuperbiam excidit, invidiam obtrivit, culpam correxit, pœnam deſtruxit. Crux Chriſti, janua cœli, clavis paradiſi, diaboli dejectio, hominis erectio, captivitatis noſtræ ſolatium, libertatis precium. Crux exſpectatio Patriarcharum, promiſſio Prophetarum, triumphus Regum, dignitas ſacerdotum, crux tyrannos increpat, potentes inclinat, afflictos ſublevat, pauperes honeſtat. Crux tenebrarum excidium, lucis

Verba Ruperti Tuit. lib. 6. de divinis off. c. 21.

Digitized by Google

FINIS TOMI TERTII.

IN-

Digitized by Google

Acroſtichis Canonis Crucis: Venerabile adoremus lignum 334. c. *alterius Canonis: Adorandum omnes decantamus lignum*. 342. d.

Apparitiones.

Apparitiones Crucis & aliorum inſtrumentorum Dominicæ paſſionis in corporibus hominum. 66. 67. *in veſtibus ſacris & profanis virorum & mulierum*. ibid. c. *ſolarum crucium*. 67. d. & 68. a. b. *in cœlo, circa ſolem*. e. *de cœlo cadentium*. ibid.

B.

Balduinus.

Balduinus Primus coronatus Rex Hieroſolymitanus. 93. e. *memorabilia, quæ virtute Crucis in regno Hieroſolymitano ſub eo geſta ſunt*. ibid. *in eum epigramma*. 197. h.

Balduinus Secundus Rex Hieroſolymitanus coronatus. 99. h. *trophæa Crucis ſub eo* ibid. *in eum epigramma*. 197. h. & ſeq.

Balduinus Tertius, 104. d. *trophæa crucis ſub eo* ibid. *in eum epigramma*. 198. b.

Bellarminus.

Bellarminus Cardinalis defenditur contra Hoſpinianum Zvvinglianum ſeu Calvinianum. 206. *de uſu imaginum S. Crucis tempore Tertulliani*. ibid. a. *de ſigno S. Crucis eodem tempore uſitato* 209. a. *de crucibus fieri cœptis, & in templis collocatis*. 210. c. *de iiſdem hæreticorum calumniæ refutantur*. 214. d.

Bellarmini doctrinam calumniatur Hoſpinianus, ſed refutatur. 219. h. *de adoratione Crucis*. ibid. *de crucibus in templorum turribus & altaribus poni ſolitis*. 221. b. *de benedictione crucis*. ibid.

Bellarminus quibus argumentis probet crucem, in qua Chriſtus obiit, eſſe colendam. 222. 239. g.

Bellarminus ſolvit argumenta hæreticorum contra cultum Crucis. 243. e. *quàm bene Hoſpinianus hæreticus ſymmyſtarum ſuorum argumenta contra cultum Crucis vindicet & defendat*. ibid. *quid ad argumenta Bellarmini reſpondeat Danæus*. 245. c.

Bellarminus quæ argumenta afferat pro imaginibus Crucis colendis. 248. d. *quid ad ea Danæus reſpondeat*. ibid. *ejus diſputationem de ſigno S. Crucis quomodo refellat Danæus*. 256. a. *quomodo ſolvat argumenta Calviniſtarum*. 257. b. *quomodo defendat Danæus argumenta Calviniſtarum jam ſoluta*.

C.

Callicles.

Calliclis verſus ſeu epigramma in crucem inſignem, factam à Domina Anna Porphyrogenita. 347. b. *aliud in inſigne lignum Crucis adornatum à Deſpœna, ſeu Imperatrice*. c. *aliud in Chriſtum pendentem è ligno, & mortuum*. d. *in ſingula notæ*, ibid. & ſeq.

Canon.

Canon in profeſtum Exaltationis *S. Crucis*. 286. b. *Odæ toni tertii & Hirmi*, ibid. *ejus finis*. 288. d.

Canon in Exaltationem venerandæ Crucis, Coſmæ Hieroſolymitani, cum expoſitione Theodori Prodromi 293. b. *Odæ ſoni plagii quarti, & Hirmi*. 294. a. *explicatio Theodori Prodromi*. ibid. *Troparia*. 296. c. *Cathiſma ex Menologio*. 298. a. *Stichi*. 301. a. *ejus Acroſtichis*. 293. b.

Canon S. Patris Theodori Studitæ in adorationem Crucis. 321. a. *Odæ cum adjunctis Triadicis, Theotociis & cathabaſiis*. ibid & ſeq. *Idiomelum*. 324. c. *Oecus*. ibid. *ejus finis*. 327. a.

Ca-

Digitized by Google

toni primi. 290. a. *Stichera in majoribus Veſperis.* b. *Idiomela* 291. a. *Cathiſma* 292. d.
Cantica in exaltationem venerandæ crucis ex Canone Coſmæ Hieroſolymitani 293. *Odæ ſoni plagii quarti, & Hirmi* 294. a. & ſeq. *Explicatio Theodori Prodromi* ibid. *Troparia cum explicatione ejusdem* 296. c. & ſeq. *Cathiſma ex Menologio.* 298. a. *Stichi.* 301. a.
Cantica ex proœmio Theodori Prodromi in Explicationem Hymnorum deſpoticorum. 312. a. *Exapoſtilaria* c. d. *Stichera proſomœa.* ibid. *Sonus Secundus.* 315. a. *Sonus Plagius primus.* b. *pro XV. Septembris, & aliis diebus infrà Octavam Exaltationis S. Crucis.* 316. b. *Stichera proſomœa.* 317. b. *alia.* 318. b.
Cantica in S. Crucem decantari ſolita apud Græcos Dominica tertia Quadrageſimæ 319. b. *ex Triodio.* ibid. *Stichera proſomœa.* d. *alia, cùm celebratur veneranda & vivificæ Crucis adoratio.* 320. b.
Cantica in adorationem Crucis ex Canone S. Patris Theodori Studitæ. 321. a. *Odæ ſingulæ cum ſuis Triadicis, Theotociis & catabaſiis.* ibid. & ſeq. *Idiomelum.* 324. c. *Oecus.* d. *Exapoſtilarium.* 327. b. *Theotocium.* ibid. *Proſomœa tria.* 328. d.
Cantica Triodia pro ſecunda feria quartæ ſeptimanæ in Quadrageſima. 329. a. *Oda prima, ſonus Plagius quartus.* ibid. *Hirmus alius, ſonus tertius.* c. *Oda octava & nona cum ſuis Hirmis.* d. & ſeq.
Cantica pro feria tertia quartæ ſeptimanæ Sanctorum jejuniorum. 331. b. *Triodia, oda ſecunda.* c. *alius Hirmus.* d. *Oda octava & nona cum ſuis Hirmis* 332. b. *pro feria tertia mediæ Septimanæ ad Veſperas.*

no. d. *In Paraſceve, quando Crux adoratur.* g.

Conradus.

Conradi Imperatoris Romani in Palæſtinam expeditio cruciata. 105. f. *quando iter inierit, quo ſucceſſu, quas inſidias à Græcorum Imp. Manuele perpeſſus, demùm quando Hieroſolymam venerit.* 107. g. *in eum epigramma.* 198. d.

Coſmas.

Coſmæ Hieroſolymitani canon in exaltationem venerandæ Crucis, cum expoſitione Theodori Prodromi. 293. *acroſtichis in canonem.* b. *Odæ ſoni plagii quarti, & Hirmi.* 294. a. *Troparia* 296 c. & ſeq. *Cathiſma ex Menologio.* 298. a. *Stichi* 301. a.

Crux, Crucigeri, Cruciatæ.

Crucigeri nummi 4. b. *varii.* g. *à quo primùm ſignati, & cur.* h. & 5. d.
Crucigeri nummi quinque Conſtantini Magni. 10. h. & ſeq. uſque ad 15. g. *duo Criſpi Cæſaris* 17. d. g. *unus Delmatii.* 18. b. *unus Conſtantis, Conſtantini Magni F.* g. *Conſtantii ſeptem.* 19. a. & ſeq. uſque ad 20. d. *Magnentii Tyranni unus.* 20. f. *Decentii Tyranni unus.* 21. b.
Crucigeri nummi Joviani ſeu Jovintani Imp. tres 21. g. 22. a. b. *Valentiniani ſenioris Imper. unus.* 22. d. e. *alii tres ejuſdem.* h. *alius ejuſdem.* 23. d. *Valentis Imp. quatuor.* 23. c. *alius ejuſdem.* g. *Gratiani Imp. duo.* 24. b. c. *Valentiniani Junioris quatuor.* ibid. d. e.
Crucigeri nummi Theodoſii Magni quinque. 26. c. 27. c. 28. d. e. f. *Æliæ Pellaclæ uxoris*

Crucigeri nummi Juſtini Senioris Imp. ſex. 36. b. c. d. & 37. c. Juſtiniani Imp. unus, cum globo crucigero. 37. d. alii ſex ejuſdem. 38. f. g. h. alii duo ejuſdem. 40. b. Mauritii Imp. unus ibid. d. Phocæ Imp. tres f. g. Heraclii Imper. quatuor. 41. a. b. c. d.

Crucigeri nummi Conſtantini cujusdam Imp. tres 45. b. ejusdem nummus major. ibid. e. f. g. Conſtantini & Baſilii filiorum Romani junioris Imp. duo. 52. d. h. alii tres ſimiles, ſed incertorum Imperatorum. 53. b. c. e.

Crucigeri nummi Theophili Imp. Iconoclaſtæ, quatuor. 54. d. c. Theodoræ uxoris ſuæ Catholicæ, unus. ibid. f. Baſilii Macedonis Imp. & duorum filiorum ſuorum. unus. 55. e. Caroli Magni Imp. unus 55. g. Ludovici Imp. unus. ibid. Arnulphi Regis, unus. ibid. Othonis Regis unus. 57. b.

Crucigeri nummi Regum Gothicorum & Hiſpanorum. 57. c. Egicæ. d. Ervigii e. Witizæ. ibid. Receeſuinthi. f. ſancti Martyris Ermenegildi ibid. Reccaredi. ibid. Witerici. g. & 58. c. Suinthilæ. ibid. Wambæ. 57. g. Anſi vel Aiſonſi. 58. b. Siſebuthi. c.

Crucigeræ inſcriptiones 58. h. Alexandræ matris & Probi filii ibid. Aproniæ. 59. a. Adjutoris b. Cutini ibid. Cerviæ. c. ædificii ſanctorum Martyrum Juſti & Paſtoris d. Jovinæ ibid. Lemberti. e. Pelagii. ibid. Puellæ Urbicæ. f. Joannis Mercurii ibid. Septimii, Eugenii, &c. g. Severi presbyteri. h. Munciæ Felicitatis. ibid. Victorinæ. ibid. Caſſii Præſulis 60. a. Valeriæ b. Oreſtis Oeconomi c. Litorii. f.

Crucigeræ inſcriptiones Coloſſi. 60. g. tabulæ cujusdam marmoreæ. 65. g.

Crucigera inſignia. 60. h. Wilhelmi Regis Siciliæ. 61. a. Conſtantini Daſnenſium. 62. a. legionis primæ Flaviæ Geminæ. 63. c.

Crucis apparitiones & aliorum inſtrumentorum Dominicæ paſſionis in corporibus hominum. 66. 67. in veſtibus ſacris & profanis virorum & mulierum. 67. d. & ſeq. ſolarum crucium. 68. c. in cælo circa ſolem. e. de cælo cadentium. ibid.

Crucifixi antiquæ imagines, cum quatuor clavis & duodecim columbis. 68. g. cum ſole & luna, & Chriſto exceptis brachiis veſtito 69. f. rubra tunica g.

Cruciatæ expeditiones 71.

Crucem prædicare quid ſit, & quæ ratio hujus locutionis 71. a. à quibus id factum, & adverſùs quos. ibid.

Crux aſſumpta quæ & qualis fuerit & quo ritu accepta. 72. g.

Cruciata quid. 72. g. de voto Hieroſolymitano. 75. f. de Indulgentiis concedi ſolitis omnibus illis, qui nomina ſua in ſacram militiam tradebant. 78. c. de præmiis & privilegiis temporalibus, quæ ſacra & cruciata militiæ à Pontificibus & Principibus conceſſa fuère. 80. f.

Crucis prædicatio prima. 82. c. admiranda, quæ virtute crucifixi & crucis primam crucis prædicationem ſubſecuta ſunt. 83. d. qua alacritate & ordine ſacer exercitus iter Hieroſolymitanum inierit. 85. f.

Cruceſignatus exercitus quàm præclara & heroica facinora patrârint. 86. h. Hieroſolyma capta, regnúmque Hieroſolymitanum inſtitutum & amplificatum. 90. f. hoſtes crucis virtute ſæpius profligati, civitatéſque imò provinciæ totæ ſubactæ. ibid. memorabilia, quæ virtute Crucis in regno Hieroſolymitano geſta poſt obitum Ducis Godefridi, uſque ad mortem Balduini Primi coronati Regis. 93. e.

Cruciata altera expeditio in terram ſanctam. 97. e. trophæa Crucis ſub Balduino Hieroſolymitano Secundo Rege coronato, & ſub Fulcone Rege Tertio. 99. h.

Cru-

Digitized by Google

Crucis prædicatio irrita, pro ſubſidio terræ ſanctæ, ſub Nicolao IV. Pontifice. 151. c. *aliæ Crucis prædicationes & aſſumptiones adverſùs hæreticos, Saracenos, idololatras turbulentos.* 154. c.

Cruciatas expeditiones, inſignes utilitates tam ſpirituales quàm temporales Chriſtianæ Reipublicæ attuliſſe. 187. c. *vix quidquam ex omni Chriſtianæ antiquitatis memoria eſſe, quod cum iis conferri poſſit.* 191. f. *nec injuria, Deo Auctore, ſuſceptas credi* ibid. *qui de iis ſcripſerunt Auctores percenſentur.* 196. g. & ſeq.

S. Crucis imago num tempore Tertulliani in uſu fuerit. 206. a. *ejusdem ſignum an eodem tempore uſitatum fuerit.* 209. a.

Cruces quando fieri cœptæ, & in templis collocatæ 210. c. *refutantur calumniæ de iis in templa receptis* 214. d. *de adoratione.* 219. h. *de iis in templorum turribus & altaribus poni ſolitis.* 221. b. *de benedictione earum.* ibid.

Crucem, in qua Chriſtus obiit, eſſe colendam, quibus argumentis probet Bellarminus, 222. f. *quid ad ea reſpondeat Hoſpinianus hæreticus.* ibid.

Crucis imaginem eſſe collendam quibus argumentis probet Bellarminus 230. c. *quid ad ea reſpondeat Hoſpinianus hæreticus.* ibid.

Crucis ſignum defenditur contra ineptias & calumnias Calviniſticas. 239. g.

Crucis cultus aſſeritur à Bellarmino & argumenta hæreticorum ſolvuntur. 243. e. *quàm benè Hoſpinianus hæreticus ſymmyſtarum ſuorum argumenta vindicet à ſolutionibus Bellarmini.* ibid.

Crucis imagines colendas quibus argumentis probet Bellarminus. 248. d. *quid ad ea reſpondeat Danæus hæreticus.* ibid.

Crucis Chriſti venerandæ & vivificæ exaltandi forma & modus 313. c. *Sonus ſecundus.* 315. a. *Sonus plagius primus.* b. XV. *Septembris, & aliis diebus infra octavam Exaltationis ejuſdem.* 316. b. *Stichera Proſomœa.* 317. b. *alia.* 318. b.

Crucis venerandæ & vivificæ adoratio celebratur Dominica tertia Sanctorum Jeiuniorum hoc eſt Quadrageſimæ. 320. b. *Hymni in eam decantari ſoliti apud Græcos eâdem Dominica.* 319. b. *Ex Triodio* Ibid. *Stichera proſomœa.* d. *alia.* 320. b. *in eam Canon S. Patris Theodori Studitæ.* 321. a. *eam adorandi modus.* 327. c.

Crux inſignis facta à Domina Anna Porphyrogenita. 347. b. *in eandem epigramma ſeu verſus Calliclis.* Ibid. *item in ejuſdem inſigne lignum à Deſpæna ſeu Imperatrice adornatum.* c. *item in Chriſtum ex eo pendentem & mortuum.* d.

Crux Trajectenſis. 349. h. *ejus iconiſmus, partis anticæ & poſticæ* 350. & 351. *Explicatio partis anterioris* 350. a. *Explicatio partis averſæ* c. *Epigramma, quod literis grandiuſculis priori parti inſcriptum eſt.* e.

S. Crucis encomia, & in eam Hymni & Cantica Latinorum. 352. f. *in eam epigrammata Venantii Fortunati, cum Notis.* h. & ſeq.

S. Crucis Oratorium à Gregorio Turonenſi conſtructum. 353. d. *de eo epigramma Venantii Fortunati cum Notis.* e. f.

Crux mihi certa ſalus, &c. analyſis acroſtichidis Venantii Fortunati. 354. d. *de ea Carmen S. Cypriani, vel ùt aliis placet, Victorini Pictavienſis Epiſcopi, variè inſcriptum.* f. *cum Annotationibus.* 355. c.

Digitized by Google

Danæus hæreticus Calviniſta 200. d. & 206. *Turcas defendit.* 200. d. *quid reſpondeat ad argumentum Bellarmini.* 245. c. *quid ad ea, quæ Bellarminus affert pro imaginibus Crucis colendis.* 248. d.

Danæus quomodo refellat diſputationem Bellarmini de ſigno S. Crucis 256. a. *quomodo defendat argumenta Calviniſtarum à ſolutionibus Bellarmini.* 257. b.

Dreſſerus.

Dreſſerus Sectarius cruciatarum expeditionum calumniator 160. *examinatur & refellitur prima cauſa, qua fabulatur inductum Urbanum II. Pont. ut bellum ſacrum indiceret.* 162. a. *expenditur & refellitur altera cauſa.* 164. g. *laudes figuratæ & diaſyrticæ, quibus ſacros milites afficit* 168. g.

Dreſſeri calumniæ refelluntur petitæ ab eventu expeditionum cruceſignatarum 180. d. *& quæ cauſæ infelicis ſucceſſus.* ibid. *in eum & Reineccium Epigramma.* 198. h. & ſeq.

E.

Epigrammata.

Epigrammata in Reges Hieroſolymitanos. 197. f. *in Godefridum I. Regem electum.* ibid. *in Balduinum I. Regem coronatum.* h. *in Balduinum II.* ibid. *in Fulconem.* 198. a. *in Balduinum III.* b. *in Amalricum & Balduinum IV.* ibid. *in Guidonem Regem, ſub quo amiſſa Hieroſolyma.* c.

Epigrammata in Conradum Imperatorem. 198. d. *in Fridericum Barbaroſſam Imp.* e. *in Dreſſerum & Reineccium calumniatores Cruciatarum expeditionum.* h. *aliud in Reineccium.* 199. b.

Epigramma Nicephori Xantopuli in Græcorum Eccleſiaſticos Hymnographos. 347. a.

352. h. *in honorem S. Crucis, & oratorii domus Eccleſiæ apud Turonos.* 353. d. e. *cum Notis* g.

F.

Fridericus.

Friderici Primi Imperatoris in Paleſtinam Cruciata expeditio. 119. b. *quando cum copiis ſuis iter Hieroſolymitanum inierit, & quo ſucceſſu.* 122. f. *de eo epigramma.* 198. e.

Friderici Secundi Rom. Imp. in terram ſanctam ſuſcepta expeditio cruciata. 143. g.

Fulco.

Fulco Rex Hieroſolymorum Tertius. 99. h. *trophæa crucis ſub eo.* ibid. *in eum epigramma.* 198. a.

G.

Godefridus.

Godefridus Dux Lotharingiæ, in prima expeditione cruceſignata. 193. f. *Primus Rex Hieroſolymitanus electus.* 197. f. *in eum epigramma.* ibid. *ejus obitus.* 93. e. *memorabilia, quæ virtute crucis in regno Hieroſolymitano geſta poſt ejus obitum.* ibid.

Græci.

Græcorum in S. Crucem hymni, cantica & encomia ex Ritualibus ipſorum libris 281. a. *in profeſtum Exaltationis S. Crucis* 286. b. *ipſum feſtum.* 288. d. & ſeq. *in exaltationem venerandæ Crucis.* 293.

Græcorum in profeſto Exaltationis S. Crucis Sticheron idiomelon. 285. a. *Cantica in Crucem toni Plagii ſeu obliqui primi.* ibid. *Odæ toni tertii & Hirmi* 286. b. *Canticum feſti proprium.* 288. d. *ex Typico S. Sabæ* 289. a. *ex menologio.* 285.

Græcorum Cantica Proſomœa toni quarti. 289. b. *Troparium toni primi.* 290. a. *Sti-*

chera

Digitized by Google

Græci venerandæ & vivificæ Crucis adorationem celebrant Dominica III. ſanctorum jejuniorum hoc eſt Quadrageſimæ. 320. b. *Hymni quos in S. Crucem ea Dominica decantare ſolent.* 319. b. *Ex Triodio.* ibid. *Stichera proſomœa.* d. *alia.* 320. b. *in eam Canon S. Patris Theodori Studitæ.* 321. a.
Græcorum Triadica, Theotocia & Catabaſiæ ſingulis odis ſubjuncta. 321. b. & ſeq. *Idiomelum* 324. c. *Oecus* ibid. *Exapoſtilarium.* 327. b. *Theotocium.* c. *modus adorandi Crucem.* ibid. *proſomœa tria.* 328. d.
Græcorum Triodia pro ſecunda feria quartæ ſeptimanæ in Quadrageſima. 329. a. *Oda prima, ſonus Plagius quartus.* ibid. *Hirmus alius, ſonus tertius.* c. *Oda octava & nona cum ſuis Hirmis.* d. & ſeq.
Græcorum Triodia pro feria tertia quartæ ſeptimanæ Sanctorum jejuniorum. 331. b. *Oda ſecunda.* c. *Alius Hirmus.* d. *oda octava & nona cum ſuis Hirmis* 332. b. & ſeq. *feria tertia media ſeptimanæ ad Veſperas.* 333. b. *feria quarta media ſeptimanæ Sanctorum jejuniorum* 334. b.
Græcorum Canon Crucis, cujus Acroſtichis: Venerabile adoremus lignum. 334. c. *Odæ Canonis, cum aliquot Hirmis.* ibid. & ſeq. *Triodium* 335. b. *Idiomelum.* 339. b.
Græcorum Triodia pro feria quinta media ſeptimanæ ſanctorum jejuniorum. 339. d. *feria ſexta mediæ hebdomadis.* 341. b. *Hymni in ſanctam Crucem cantari apud eos ſoliti die prima Auguſti.* 342. b. *ex Menologio & Anthologio.* ibid.
Græcorum Canon venerandæ Crucis, cujus Acroſtichis eſt, Adorandum omnes decantamus lignum. 342. d. *odæ novem* ibid. & ſeq. *duo Theotocia.* 343. c. d. *Cathiſma, Soni Plagii Secundi.* d. *Stichera ſimilia.* 346. b. *Sticheron idiomelum.* c.

tas, quod ad Cruciatas expeditiones attinet. 200. a. *maximè Balæi & Danæi.* ibid.
Hæretici Crucis hoſtes 206. *maximè Hoſpinianus & Danæus Calviniſtæ, & Marbachius Lutheranus.* ibid.

Hieroſolyma.

Hieroſolymitanum votum. 75. f. *qua alacritate & ordine ſacer exercitus iter illud inierit.* 85. f.
Hieroſolyma capta, regnúmque Hieroſolymitanum inſtitutum, & amplificatum. 90. f. *hoſtes crucis virtute ſæpius profligati; civitatéſque, imò provinciæ totæ ſubactæ.* ibid. *memorabilia, quæ virtute Crucis in eo regno geſta poſt obitum Ducis Godefridi, uſque ad mortem Balduini Primi coronati Regis* 93. e. *trophæa crucis ſub Balduino Secundo Rege coronato, & ſub Fulcone Rege Tertio.* 99. h. *ſub Balduino tertio.* 104. d.
Hieroſolymam quando iter inierit Conradus Imp. & quo ſucceſſu, & quando eò venerit. 107. g. *brevis ſumma eorum, quæ in Regno Hieroſolymitano geſta, uſque ad captam à Saladino Urbem.* 114. h. *quando Fridericus Imp. cum copiis ſuis eò pervenerit, & quo ſucceſſu* 122. f. *quando Rex Franciæ Philippus, & quomodo* 126. f. *quando Richardus Rex Angliæ, & quomodo.* 127. h.
Hieroſolymitanorum Regum catalogus. 199. *in ſingulos epigrammata.* 197. f. & ſeq. *in Godefridum I. Regem. electum.* ibid. *in Balduinum I. Regem coronatum* 197. h. *in Balduinum II.* ibid. *in Fulconem.* 198. a. *in Balduinum III.* b. *in Amalricum, & Balduinum IV.* ibid. *in Guidonem Regem, ſub quo amiſſa Hieroſolyma.* c.
Hieroſolymitanorum Regum ordo, nomina, Anni Domini, & Regni. 199.

Digitized by Google

ejuſdem ineptiæ & calumniæ Calviniſticæ contra ſignum S. Crucis. 239. g.
Hoſpinianus hæreticus quàm bene ſymmyſtarum ſuorum argumenta contra cultum crucis vindicet à ſolutionibus Bellarmini. 243. e.

Hymni.

Hymni Græcorum in S. Crucem, ex Ritualibus ipſorum libris 281. a. in profeſto ſeu Vigilia exaltationis S. Crucis 285. a. ex Menologio Græcorum. ibid. in ipſo feſto. 288. d. & ſeq. ex Typico S. Sabæ. 289. a. canon Coſmæ Hieroſolymitani cum expoſitione Theodori Prodromi. 293.
Hymnorum deſpoticorum, hoc eſt, qui feſtis Chriſti Domini decantari ſolent, expoſitionis proœmium ex Theodoro Prodromo. 312. a. Exapoſtilaria. d. Stichera proſomœa. ibid. forma & modus exaltandi venerandam & vivificam Crucem Chriſti. 313. c.
Hymnorum deſpoticorum Sonus ſecundus. 315. a. Sonus Plagius primus. b. pro XV. Septembris, & aliis diebus infra octavam Exaltationis S. Crucis. 316. b. Stichera proſomœa. 317. b. alia. 318. b.
Hymni in S. Crucem decantari ſoliti apud Græcos Dominica tertia Quadrageſimæ 319. b. Ex Triodio. ibid. Stichera proſomœa. d. alia, cùm celebratur adoratio venerandæ & vivificæ Crucis 320. b. Canon S. Patris Theodori Studitæ in eandem. 321. a.
Hymni ſeu cantica in adorationem S. Crucis 327. b. Exapoſtilarium ibid. Theotocium. ibid. proſomœa tria. 328. d. Triodia pro ſecunda feria Septimanæ quartæ in Quadrageſima. 329. b. Oda prima, ſonus Plagius quartus. Ibid. Hirmus alius, ſonus tertius c. odæ aliæ cum ſuis Hirmis. d. & ſeq.
Hymni ſeu Cantica pro feria tertia Septimanæ quartæ Sanctorum Ieiuniorum 331. b.
tij Fortunati: Pange lingua glorioſi prælium certaminis, &c. 353. a. ex Romano Breviario clauſula. 353. c. Vexilla Regis prodeunt. 353. h. O Crux ave ſpes unica. 354. c.
Hymnus de Inventione S. Crucis. 357. e. idem metro compoſitus. g. alius de S. Cruce. h. de eadem. 358. a.

I.

Imagines.

Imagines Sanctorum Conſtantini Magni tempore, & paulò pòſt, uſitatæ. 48. c. Chriſti & Sanctorum, à Conſtantino Magno in baſilicis à ſe erectis collocatæ. d. Apoſtolorum, & nominatim ſanctorum Petri & Pauli, ad latus Chriſti à S. Luca pictæ. Ibid. S. Crucis & S. Trinitatis 48. h. Sanctorum Martyrum. 49. e. hiſtoriarum novi & veteris Teſtamenti. g.
Imago paſtoris in calicibus, ovem perditam ad gregem humeris reportantis. 48. c. Salvatoris ab Hæmorrhoiſſa erecta. Ibid. alia, quam Chriſtus ipſe linteo faciei ſuæ admoto impreſſit. Ibid. Abrahæ filium Iſaac immolare parantis. d. Crucis coronatæ. g. S. Trinitatis. h. Agni Dei. 49. b. S. Paulini. 49. d. e. S. Martini. Ibid. Job, Tobiæ, Judith & Eſther. f. Helenæ, Conſtantini Magni Matris. 50. a. S. Petri crucifixi. 69. h.
Imago Salvatoris in nummis. 52. g. 53. a. c. e. Deiparæ & Sanctorum in iiſdem. 53. g. an ibi colenda & adoranda. h.
Imago Crucifixi antiqua cum quatuor clavis & duodecim columbis. 68. g. cum ſole & Luna, & Chriſto exceptis brachiis veſtito. 69. c. rubra tunica. g.
Imago S. Crucis num tempore Tertulliani in uſu fuerit. 206. a. quando cruces fieri cœptæ, & in templis collocatæ. 210. c. refutantur calum-

Digitized by Google

c. *Iovianus ſeu Iovinianus*, *Imp.* f.

Imperatores Valentinianus ſenior & Valens quo tempore imperium adepti vel mortui. 22. d. *Gratianus & Valentinianus junior.* 23. h. *Theodoſius magnus*, *ejúſque filii Ardius & Honorius.* 26. b. *Theodoſius junior.* 31. b. *Valentinianus tertius.* 31. h. *Marcianus Imp.* 33. f.

Imperatores Leo & Maiorianus quo tempore imperare cæperint vel deſièrint. 34. b. *Severus Tyrannus.* c. *Anthemius Imp.* f. *Julius Nepos.* h. *Leo Junior.* Ibid. *Zeno Imp.* 35. a. *Baſiliſcus Tyrannus.* c. *Anaſtaſius Imp.* f.

Imperatores Juſtinus Senior & Juſtinianus quamdiu Imperium adminiſtrârint. 36. a. *Juſtinus junior*, *& Tiberius Secundus.* 39. h. *Mauritius Imp.* 40. d. *Phocas Imp.* f. *Heraclius Imp.* h. *Conſtantinus Pogonatus*, 45. c. *Conſtantinus Heraclii filius.* Ibid.

Imperatores Conſtantinus & Baſilius Romani Junioris filii quando imperare cæperint 52. c. *Theophilus Imp. quo tempore Imperium adeptus* 53. h. & 54. a. *quando mortuus.* f. *Baſilius Macedo Imp. primò ſolus, deinde cum filiis.* 55. d. *Arnulphus Rex.* h.

Imperatorum nummi crucigeri 10. h. & ſeq. *Conſtantini Magni.* Ibid. *uſque ad* 15. g. *Criſpi & Delmatii Cæſarum* 17. d. g. & 18. b. *Conſtantini*, *Conſtantii & Conſtantis filiorum & ſucceſſorum Conſtantini Magni.* 18. g. & ſeq. uſque ad 20. d. *Magnentii & Decentii Tyrannorum.* 20. f. 21. b. *Ioviani ſeu Iroviniani Imp.* 21. g. 22. a. b.

Imperatoris Valentiniani ſenioris nummi crucigeri. 22. d. c. h. 23. d. *Valentis Imp.* 23. e. g. *Gratiani Imp.* 24. b. c. *Valentiniani junioris.* Ibid. d. e. *Theodoſii Magni.* 26. e. 27. e. 28. d. e. f. *Arcadii Imp.* 29. f. 30. a. *Honorii Imp.* 30. b. d. e. f. *Theodoſii junioris* 31. c.

Imperatricum nummi crucigeri 28. h. *Æliæ Placillæ Theodoſii Magni uxoris.* ibid. *Æliæ Eudociæ Theodoſii Junioris uxoris.* 31. c. g. *Liciniæ Eudoxiæ Valentiniani III. uxoris* 32. g. *Gallæ Placidiæ matris.* 33. a. b. *Honoriæ ſororis* c. *Æliæ Pulcheriæ uxoris Marciani Imp.* 33. h. *Theodoræ Theophili Imp. uxoris* 54. f.

Imperialia inſignia 27. h. 28. a. *corona radiata.* 27. h. *globus ſive pomum.* 28. a. *Crux globo impoſita* b. *Juſtinianeum tegumentum capitis* 37. c. *lancea Conſtantini Magni.* 38. c. *Crux à globo ſejuncta.* d.

Imperialia inſignia. 42. h. *gemmæ & lapides pretioſi in corona* ibid. & 43. a. *corona aurea.* b. *ſceptrum.* 44. b. *ſceptrum crucigerum.* d. *margaritæ & lapides pretioſi in frenis*, *& ſellis equeſtribus & in baltheis.* 47. a. *laurea in capite* 55. h.

Imperator Conradus quando iter Hieroſolymam inierit, *quo ſucceſſu*, *quas inſidias à Græcorum Imp. Manuele perpeſſus*, *demum quando Hieroſolymam venerit.* 107. g.

Imperatoris Friderici I. cum Regibus Franciæ & Angliæ in Palæſtinam cruciata expeditio. 119. b. *quando cum copiis ſuis iter Hieroſolymitanum inierit*, *& quo ſucceſſu.* 122. f. *Friderici II. Cruciata expeditio in terram ſanctam ſuſcepta*, *eáque octava publica & generalis.* 143. g.

Imperatorum Occidentis, *qui diverſis expeditionibus in Palæſtinam profecti ſunt*, *catalogus.* 193. b.

Inſcriptiones.

Inſcriptiones crucigeræ. 58. h. *Alexandræ matris & Probi filij.* Ibid. *Aproniæ.* 59. a. *Adjutoris.* b. *Catini.* ibid. *Cerviæ.* c. *ædificij ſanctorum Martyrum Juſti & Paſtoris.* d. *Jovinæ.* ibid. *Lemberti.* e. *Pelagii.* ibid. *Puellæ Urbicæ.* f. *Joannis Mercurij.* ibid. *Septimij*, *Eugenij*, *&c.* g. *Severi presbyteri.* h. *Sanctæ Felicitatis.* ibid. *Victorinæ* ibid.

Secundanorum, Geminianenſium, Comagi-nenſium, & Conſtantiacorum. Ibid.

Inſignia crucigera Pontificum Romanorum. 65.d. *Bonifacij IV. & Sixti III. Gelaſij I. Sergij II. & III. & Adeodati.* c. *Leonis IV. & IX. & Gregorij VII.* f. *Gregorij Magni.* Ibid.

L.

Labarum.

Labarum à Conſtantino Magno in Crucis ſpeciem converſum. 8.b. *ad ſimilitudinem Crucis cœlitus ſibi oſtenſæ.* ibid. *auro & gemmis exornatum.* ibid. *additis imaginibus Imperatoris & filiorum, infra velum in haſtili.* c. *coronatum quomodo.* h. 9. g. *additis primis duabus Græcis literis nominis Chriſti quomodo & ubi.* ibid. *vera illius forma quæ.* ibid.

Labarum ſemper exercitui præferebatur tutelæ, & ſubſidii gratia. 10. a. *idque Conſtantini Imp. juſſu,* ibid. *Cruce & Chriſti nomine conſpicuum* 10. h. *Draconi infixum.* ibid. *quid ſignificet.* 11. a. *in ejus ſupparo ſeu ſiparo tres pilæ ſeu globi quid ſignificent.* d.

Labari figura ſed non probata. 8. c. *alia figura vera.* 9. g. *alia ex parte probata.* 14. c. *non omnis cruce & nomine Chriſti inſignita.* 15. c.

Labarum nullum confici poteſt, niſi Crux interveniat. 15. f. *à Juliano Apoſtata ad Ethnicam ſpeciem reductum.* 21. f. *à Joviano Imp. reſtitutum.* 22. b. *an Conſtantino Magno antiquius.* 18. c. *ab Imperatore portatum.* 19. d. *in ejus vertice crux* 21. h. *gemmatum.* 24. f. *ab Attalo tyranno mutatum.* 30. g. *ab Honorio Imp. reſtitutum.* ibid.

Labarum virtus exercitûs. 31. c.

laſtinam expeditio cruciata. 105. f. *quo ſucceſſu iter fecerit, & de cauſis tam inauſpicatæ expeditionis.* 109. c.

S. Ludovici Francorum Regis ad terram ſanctam ſuſcepta Cruciata expeditio. 146. b. *item alia ab eodem, & Eduardo Regis Angliæ filio ſuſcepta.* 149. d. *in eundem epigramma.* 198. g.

M.

Marbachius.

Marbachius Hæreticus Lutheranus. 206. *quid cum reliquis Lutheranis de ſigno Crucis ſentiat.* 260. d. *utrum ſignum S. Crucis ſit inſigne & nota militis Chriſtiani.* 261. h. *quid de myſteriis & utilitatibus in ſigno S. Crucis comprehenſis.* 264. f.

Marbachius Prædicans Lutheranus quid reſpondeat ad teſtimonia Scripturæ & Patrum pro uſu & præſtantia ſigni S. Crucis. 276. c.

N.

Nummi.

Nummi & numiſmatis etymon. 1. a. *à Numa Rege Romanorum.* ibid. *à Nomo, id eſt lege.* c. *ejus figura ſive character.* 2. d. *quatuor in ſe comprehendit.* f.

Nummi imaginibus Imperatorum, Regum & Principum inſigniti. 2. g. *Angelorum & Sanctorum* 3. f. *Salvatoris* ibid. *cruciger*i 4. b. *varii.* g. *à quo primùm, & cur Cruce ſignati.* h. & 5. d.

Nummi ab Hæreticis cuſi quales. 7. e.

Nummus Conſtantini Magni, in quo Labarum Draconi infixum. 10. h. *tres alii ejuſdem.* 14. a. e. 15. a. *alius ejuſdem* 15. g. *duo Criſpi Cæſaris.* 17. d. g. *unus Delmatii.* 18. b. *unus Conſtantis Conſtantini Magni F.* g. *Conſtantii ſeptem.* 19. a. uſque ad. 20. d. *Ma-*

Digitized by Google

ibid. c.
Nummi crucigeri Marciani Imp. & Æliæ Pulcheriæ uxoris ejus. 33. f. h. *Leonis Imperatoris unus*, 34. b. *Mejoriani Imp. duo.* c. *Anthemii Imp. duo.* ibid. f. g. *Julii Nepotis Imp. unus.* h. *Leonis Junioris & Zenonis, unus.* 35. b. *Zenonis ſolius duo.* d. *Baſiliſci Imp. unus.* ibid. f. *Anaſtaſii Imp. tres.* g.
Nummi crucigeri Juſtini Senioris Imp. ſex. 36. b. c. d. & 37. c. *Juſtiniani Imp. unus, cum globo crucigero.* 37. d. *alii ſex ejuſdem.* 38. f. g. h. *alii duo ejuſdem.* 40. b. *Mauritii Imp. unus.* ibid. d. *Phocæ Imp. tres.* f. g. *Heraclii Imp. quatuor.* 41 a. b. c. d.
Nummi crucigeri Conſtantini cujusdam Imp. tres, 45. b. *ejusdem nummus major.* ibid. e. f. g. *Conſtantini & Baſilii filiorum Romani junioris Imp. duo.* 52. d. h. *alii tres ſimiles, ſed incertorum Imperatorum.* 53 b. c. e.
Nummi crucigeri Theophili Imp. Iconoclaſtæ, quatuor. 54. d. e. *Theodoræ uxoris ſuæ Catholicæ, unus.* ibid. f. *Baſilii Macedonis Imp. & duorum filiorum ſuorum, unus.* 55. e. *Caroli Magni Imp. unus.* 55 g. *Ludovici Imp. unus.* ibid. *Arnulphi Regis, unus* ibid. *Othonis Regis unus.* 57. b.

O.

Ordines.

Ordines crucigeri occaſione Expeditionum Cruciatarum & terræ ſanctæ defendendæ inſtituti, ac primò Templarii. 100. h. *Militum cruciferorum Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani.* 102. d. *Teutonicorum.* 103. c.

P.

Philippus.

Philippi Regis Franciæ in Palæſtinam cruciata expeditio. 119. b *quando ſe itineri Hieroſolymitano commiſerit, & quomodo.* 126. f. *de capta Accone, aliiſque urbibus, & de reditu in patriam.* 128. h.
Prædicare crucem quid ſit, & quæ ratio hujus locutionis. 71. a.
Prædicatio Crucis à quibus facta, & adversùs quos. 71. a. *de prima.* 82. c. *admiranda, quæ virtute crucifixi & crucis, eam ſubſecuta ſunt.* 83. d.
Prædicatio Crucis, tametſi irrita, pro ſubſidio terræ ſanctæ ſub Nicolao IV. Pontifice. 151. c. *aliæ adversùs hereticos, Saracenos, idololatras, & turbulentos.* 154. c.

Principes.

Principes quæ præmia & privilegia temporalia ſacræ & cruciatæ militiæ conceſſerint. 80. f. *quinam diverſis expeditionibus in Palæſtinam profecti ſint, enumerantur.* 193. f.

R.

Reges.

Regum Gothicorum & Hiſpanorum nummi crucigeri. 57. c. *Egicæ.* d. *Ervigii* e. *Witizæ.* ibid. *Receſvinthi.* f. *ſancti Martyris Ermenegildi* ibid. *Reccaredi.* ibid. *Witerici.* g. & 58. c. *Suintlilæ.* ibid. *Wambæ.* 57. g. *Anſi vel Alſonſi.* 58. b. *Siſebuthi.* c.
Regnum Hieroſolymitanum inſtitutum & amplificatum. 90. f. *memorabilia in eo geſta, virtute Crucis, poſt obitum Ducis Godefridi, usque, ad mortem Balduini Primi coronati Regis.* 93. c. *trophæa Crucis ſub Balduino Secundo Rege coronato, & ſub Fulcone Rege Tertio.* 99. h. *ſub Balduino tertio* 104. d.
Regis Franciæ Ludovici in Palæſtinam expeditio cruciata 105. f. *item Conradi Romanorum Regis.* Ibid. *quo ſucceſſu Rex Ludovicus iter fecerit, & de cauſis tam inauſpicatæ expeditionis* 109. c. *Philippi Franciæ, & Richardi Angliæ Regum in Palæſtinam cruciata expeditio.* 119. b. *quando Rex Philippus Hieroſolymam petierit, & quomodo.* 126. f. *quando & quomodo Rex Richardus.* 127. h. *de capta Accone aliiſque*

urbi-

peditionum calumniator. 160. *expenduntur & refelluntur cauſæ, quibus ait Urbanum Pont. impulſum, ut bellum tranſmarinum indiceret.* 164. g. *laudes figuratæ & diaſyrticæ, quibus ſacros milites afficit* 168. g.

Reineri Reineccii in bellum ſacrum calumniæ refelluntur 176. d. *item aliæ petitæ ab eventu expeditionum cruce ſignatarum.* 180. d. *& quæ cauſæ infelicis ſucceſſus.* ibid. *in eum, ejúſque in calumniando ſocium Dreſſerum epigramma.* 198. h. *aliud, in eum ſolum.* 199. b.

Richardus.

Richardi Regis Angliæ in Palæſtinam cruciata expeditio. 119. b. *quando Hieroſolymam petierit, & quomodo.* 127. h. *de capta Accone aliiſque urbibus, & de reditu in patriam.* 128. h. *in eum epigramma.* 198. f.

S.

Signum.

Signum S. Crucis utrum uſitatum fuerit tempore Tertulliani. 209. a. *refutantur ineptiæ & calumniæ Calviniſticæ contra illud.* 239. g. *de eo diſputationem Bellarmini quomodo refellat Danæus.* 256. a. *de eo quid Philippus Marbachius Lutheranus Præco, & Lutherani ſentiant.* 260. d.

Signum S. Crucis utrum ſit inſigne & nota militis Chriſtiani. 261. h. *de myſteriis & utilitatibus in eo comprehenſis.* 264. f. *de ejus uſu & præſtantia, teſtimonia Scripturæ & Patrum.* 276. c. *quid ad ea Marbachius Lutheranus Prædicans reſpondeat.* ibid.

T.

Theodorus Prodromus.

Theodori Prodromi expoſitio Canonis Coſmæ Hieroſolymitani in exaltationem venerandæ

ſtomum, qui Antiochenis infeſtum leonem fixa imagine crucis occidit b.

S. Theodorus Studita.

S. Theodori Studitæ Canon in adorationem Crucis. 321. a. *Odæ cum adjunctis Triadicis, Theotociis, & catabaſiis* ibid. & ſeq. *Idiomelum.* 324. c. *Oecus* ibid. *ejus finis.* 327. a.

Trajectenſis Crux.

Trajectenſis Crux. 349. h. *ejus Iconiſmus, partis anticæ & poſticæ.* 350. & 351. *Explicatio partis anterioris* 350. a. *Explicatio partis averſæ.* c. *Epigramma, quod literis grandiuſculis priori parti S. Crucis inſcriptum eſt.* c.

V.

Venantius Fortunatus.

Venantii Fortunati epigrammata in S. Crucem. 352. h. *in honorem S. Crucis, & oratorii domus Eccleſiæ apud Turones.* 353. d. e. *notæ in præcedens epigramma.* g. *analyſis cujuſdam acroſtichidis, in eandem S. Crucem.* 354. d.

Venantii Fortunati hymnus Eccleſiaſticus: Pange lingua glorioſi prælium certaminis, &c. cum variis clauſulis. 353. a. *alius ejuſdem: Vexilla Regis prodeunt, &c.* 353. h. *clauſula Eccleſiæ.* 354. b. *Annotatio.* c.

Venantii Fortunati carmen ſeu fragmentum, ad Juſtinum Juniorem Imp. & Sophiam Augg. 356. c.

Z.

Zonaras.

Zonaræ explicatio quorundam Eccleſiaſticorum vocabulorum, ex manuſcriptis commentariis in Anaſtaſimos Canones Joannis Damaſceni. 281. a. *quid ſit Canon, quid Oda, & cur ſint novem.* 282. c. *quid ſit Hirmus, & quid Troparium.* b. c.

FINIS INDICIS.

MANTISSA

Digitized by Google

Digitized by Google

MANTISSA
AD
TERTIUM TOMUM
DE
SANCTA CRUCE.

In qua

I. Liber Tertius Hiſtoriæ Orientalis *JACOBI DE VITRIACO* antea ineditus.

II. Ejusdem Epiſtola de capta à cruce ſignatis Damiata.

III. Hortus S. Crucis.

Digitized by Google

Digitized by Google

LIBER TERTIUS
HISTORIÆ ORIENTALIS,
QUI EST
DE CAPTA A CHRISTIANO EXERCITU
MUNITISSIMA URBE DAMIATA IN ÆGYPTO.
Nunc primùm
EX BIBLIOTHECA BAVARICA
IN LUCEM EDITUS.

EDiti ſunt, amice Lector, Duaci in Belgio, anno Redemptoris M.D.XCVII. Studio & opera D. FRANCISCI MOSCHI libri duo JACOBI DE VITRIACO primùm Acconenſis, deinde Tuſculani Epiſcopi, S.R.E. Cardinalis, ſedisque Apoſtolicæ in terra ſancta, in Imperio, in Francia olim legati; quorum prior orientalis ſive Hieroſolymitanæ; Alter occidentalis hiſtoriæ nomine inſcribitur. Sed Vitriacum tres hujus Hiſtoriæ libros confeciſſe, patet ex præfatione Vitriaci, quam reperit in exemplari quodam antiquo V.C.D. HENRICUS CANISIUS: nec reperit ſolùm, ſed & ad calcem ſexti Tomi Antiquæ lectionis publicavit. Eandem & nos poſtea in manu ſcripto Codice Bibliothecæ Bavariæ invenimus, unà cum tertio hiſtoriæ libro, quem ſtatim exſcribendum, & hoc loco evulgandum curavimus, tum ut aliquando ſive à FRANCISCO MOSCHO, ſive ab alio quopiam Vitriaci hiſtoria integra & omnibus partibus conſummata edi queat, nam & luce & lectione perquam digna eſt; tum ut illuſtraremus ea, quæ Tomo tertio de S. Cruce lib. 2. c. 29. de expeditione Cruciata adversùs Damiatam, munitiſſimum Ægypti propugnaculum, ſcripſimus. Accipe ergo, benevole Lector, hoc operis noſtri de ſancta Cruce additamentum, & in eo etiam vim & virtutem ſanctæ Crucis agnoſce, & agnitam religiosè venerare. Codex, quo uſus ſum, utcunque mendoſus fuit, Qui in emendatiorem inciderit, menda emendet ac eliminet.

Digitized by Google

illam videlicet Halapiam, cum omnibus confinibus ſuis, civitatibus, villis, caſtris & aliis munitionibus, quæ ſunt plures ducentis.

Saffadinus habuit filios quindecim, de quibus hæredavit ſeptem: videlicet Malealim, qui primus eſt & major natu omnibus, & tenet Alexandriam, Babyloniam & Kay-
C ron, Damiatam & totam terram Ægypti in meridie & ſeptentrione. Mortuo autem patre ſuo Saffadino, de generali conſtitutione patris & fratrum fuit, quòd ipſe eſſet Dominus omnium & totius terræ.

Secundus eſt filius nomine Coradinus, qui habet Damaſcum & ſanctam Hieruſalem, & totam terram, quæ fuit Chriſtianorum, quæ ſunt inter civitates, munitiones & caſtra, plures trecentis, præter villas, qui modò in menſe Januario fecit treugas, uſque ad magnum Paſſagium, cum Patriarcha, & aliis magiſtris de Hoſpitali & Templo.

Tertius filius eſt nomine Melchiphais, id eſt, grandis; qui tenet terram, quæ dicitur *Gemella*, cum tota illa provincia, in qua ſunt CCCC. inter civitates, caſtra, villas & munitiones.

D Quartus filius eſt nomine Melchiſenaphat, id eſt, *magnus Dominus*, qui tenet terram Aſiæ cum omni potentatu ſuo, in quo ſunt plures ſexcentis inter civitates, munitiones & caſtra.

Quintus filius eſt nomine Melchiſaphat, qui tenet regnum terræ de Sarco: ubi interfectus fuit Abel à Cain fratre ſuo. In quo regno ſunt octingentæ inter civitates & munitiones & caſtra plana.

Sextus filius eſt nomine Machomet, qui tenet regnum de Baudas, ubi eſt Papa Saracenorum, qui vocatur Kabatus ſive Caliphas, qui colitur, adoratur, & tenetur in lege eorum tanquam Romanus Epiſcopus apud nos, qui non poteſt videri niſi bis in menſe, quando hic cum ſuis vadit ad Ma-

& viſitat filios ſuos prædictos, incedit velato capite uno * ſamito rubeo, cui omnes * ſamet
filii inclinato capite ad terram exeunt ei obviam per ſeptem milliaria, & oſculantur pedes ipſius, & tunc ipſe ſuper equum recipit eos ad oſculum & ad manum, & cum unoquoque moratur per triduum ſemel in anno, & ſic à primo unumquemque uſque ad ſeptimum filium viſitat memoratos, & G
quilibet omni anno pro certo tributo ſolvit ei viginti mille * Sarracenos in fiſco patris, * Sarracenatos genus monetæ
& pater dat omni anno unicuique filiorum tantum auri, unde poſſit fieri unus annulus, in quo ſculpitur imago ipſius. Iſti volunt libenter reddere terram ſanctam in manus Domini Papæ ad opus Chriſtianorum, ita, ut certi ſint & ſecuri de tota alia, quam detinet à populo Chriſtiano, ſingulis annis ſub certo tributo Patriarchæ Hieroſolymitano perſolvendo, & dabunt cautelam Romanæ Eccleſiæ. Deinde non ampliùs impedient terram ſanctam, in qua Dominus noſter ſuis pedibus ambulavit.

Prædictus Saffadinus de more prædeceſſorum ſuorum faciem ſuam non oſtendit omnibus, niſi decies in anno, quia ſemper eſt H
velatus, cùm nuncios recipit Chriſtianorum, Veneticorum & aliorum Regum vel Principum totius orbis. Primo die recipit ipſos in prima ſcala de Cayron, ubi ſemper eſt ſtatus ejus. Tunc recipit literas, & non audit nuncios. In ſecundo die audiuntur in ſecunda ſcala, aſtantibus centum Turcis, ſervis ſuis benè armatis. Tertio die per Turquigentem, id eſt, Interpretem, dat reſponſum nunciis ſecundùm modum cauſæ, & poſt triduum poſſunt ad ipſum acceſſum habere. Saffadinus quindecim uxores habet in lege ſua, quæ omnes ſunt in uno palatio ſimul, & cum ſingulis dormit. Si verò aliqua illarum concipit & ex eo filium habet, ipſe vadit & dormit cum ea aliis videntibus. Illam, quæ non habet ex eo filium,

Digitized by Google

ta mille Sarracenati. Duo alii fratres minores, quotidiè ſunt ante Deum ſuum Machomet pro Caſtitate, & totum quod datur ad pedes, habent ipſi, & iſti redditus valent plus, quàm triginta mille Sarracenati.

Hieruſalem glorioſa metropolis Judeæ in medio mundi ſita eſt. Cui ab oriente adjacet Arabia; à Meridie, Ægyptus; à Septentrione, mare Cyprium; ab Occidente, mare magnum. Ab Hieruſalem uſque Acchon, ſunt tres diætæ, & ab Acchon uſque ad Damaſcum ſunt quatuor diætæ. Damaſcus eſt optima civitas in Idumea, duplici muro, & turribus plurimis decorata, viridariis & pomeriis exornata, ex omni latere habens irriguum intra & extra pro voluntate inhabitantium, & ſunt in ea plures Chriſtianorum Eccleſiæ.

C

Eadem Arnoldus Lubecenſis in ſuo Chronico & ex illo Card. Baronius Tom. X. Annal. Anno 870. licet recentiores quidam peregrini Hieroſolymitani hoc in dubium vocent.

A Damaſco ad quatuor milliaria eſt quidam locus in montibus ſitus, in quo eſt Eccleſia Beatæ Virginis Mariæ in rupe ædificata, in qua ſunt duodecim moniales & octo monachi. Hic locus Sardinia appellatur. In hac Eccleſia tabula eſt lapidea ad menſuram unius ulnæ longa, & lata ad modum dimidiæ ulnæ. In hac tabula eſt depicta imago Virginis Mariæ. Hæc imago ſuper lignum fuit incarnata, effundens oleum odoriferum ſuper odorem Libani; quo liniti diverſis languoribus curati ſunt, & oleum nunquam minuitur, quantumcunque inde accipitur. Oleum hoc à religioſo quodam Chriſtiano ſervatur, augmentatur pro quacunque infirmitate vel re ipſe voluerit: ſi cum devotione & fide ſincera ſumptum fuerit, pro honore Virginis perpetuæ cum miſſarum ſolennitatibus impetratur indubitanter. Ad hunc locum in Aſſumptione & nativitate Beatæ Virginis Mariæ omnes Saraceni illius Provinciæ cauſa orandi confluunt, & ſuas ceremonias & oblationes offerunt cum ma-

D

lata altis muris clauſa, ita quòd non niſi per parvum oſtium hominibus diligentiſſimè pateat introitus. In his palatiis filios ruſticorum ſuorum facit nutriri à primis cunabulis, & diverſis linguis inſtrui à magiſtris ſibi deputatis. A primæva ætate eis hoc prædicatur, & docetur, ut Domino illius terræ obediant, quod ſi fecerint, gaudia Paradiſi conferantur eis. Et nota, quòd ex quo in Palatiis includuntur, præter Doctores & Magiſtros ſuos, neminem vident, quouſque à principe ad aliquem interficiendum evocantur. Tunc in præſentia Principis Conſtituti interrogantur, ſi velint ei obedire, ut conferat eis paradiſum. Illi, qui ſunt inſtructi, dat unicuique cultellum unum acutum, & eos emittit ad interficiendum quemcunque velit.

G

Nota, quòd Damaſcum habitavit Edom. Unde Propheta: *Quis eſt iſte, qui venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra?* Hinc Abel interfectus eſt à Cain fratre ſuo.

Iſaia 63.

Prope Idumeam eſt quædam terra, quæ Phœnicia appellatur, id eſt, Baruch. In Phœnicia eſt Tyrus, Acchon, Sarepta, Berythus, Biblium & Agaby, mons Libani. In Berytho fuit quædam imago Domini, quæ non multum poſt paſſionem ejus ad ignominiam ipſius Domini noſtri JESU Chriſti à quibuſdam Judæis ridiculosè eſt crucifixa; ex cujus latere ſtatim exivit ſanguis & aqua. Unde & multi Judæorum in vero crucifixo crediderunt. Quicunque ſanguine illo liniebatur, infirmitate ſanus fiebat.

Lege cap. 98. lib. 1. de S. Cruce.

H

In Sydone nata eſt Dido. Tyrus nobiliſſima eſt Phœnicis Metropolis, quæ celat originem * tumultum. Hæc Chriſtum maritima perambulantem noluit recipere. Hæc ùt divina teſtatur * propagina multos martyres Deo reddidit. Apud Sareptam Helias filium viduæ ſuſcitavit. Libanus mons eſt Phœnicis, ad cujus radices Farfar & Albana *

** fortè tumulum.*

** fortè, pagina*

** Abana. 4. Reg. 5.*

fluvii

citur, & ſeptem uſque ad Caſtellum Filii Dei, quod priùs & nunc *diſtrictum* vocabatur. A diſtricto uſque ad Cæſaream ſunt ſeptem milliaria. A Cæſarea uſque Joppem eſt una diæta. A Ioppe uſque Aſcalonam ſunt ſepem milliaria.

Eſt autem alia civitas juxta mare ſita nomine Gaza, ubi Samſon confregit portas & ſecum detulit. Iſtæ tres civitates ſupra mare ſunt, nulli inhabitant eas, neque Chriſtiani, neque Pagani, niſi Cæſaream, ubi modò Chriſtiani de novo ædificaverunt optimum Caſtrum. Item, à Hieruſalem uſque ad montem Synai ſunt duodecim diætæ per deſertum. Eſt autem deſertum terra ſabuloſa & inculta, nil germinans, præter arbuſta hu-
C millima, & terra illa eſt diſtemperata, quia in hyeme eſt nimis frigida, & in æſtate nimis calida. Tranſitus ejus difficilis eſt & incognitus, & vix ab aliquo ſcitur niſi ab Idumæis, qui ſæpiùs illum locum frequentant. Nota, quòd deſertum illud nutrit Leones, ſtruthiones, porcos, boves ſilveſtres & lepores: aqua invenitur ibi rariſſima, niſi in quartum vel quintum diem. Item mare tangit deſertum in uno latere, & ex alio mare rubrum. Item in deſerto ſunt ſeptuaginta duæ palmæ, ubi Moyſes percuſſo ſilice eduxit aquas. Syna mons in Arabia, & terminat Ægyptum.

Ægyptus terra plana eſt & calidiſſima, ra-
D rò habens pluviam; ſed irrigatur à Gyon, qui & Nilus dicitur, ſeptem habens brachia per Ægyptum decurrentia. Eſt iſte fluvius major Rheno; in Paradiſo oritur, & abundat piſcibus non multùm valentibus. Hic fluvius feras nutrit indomitas ſub aqua latitantes. Attamen ſæpè egrediuntur ad Solem, & mordent & devorant omnia animalia, quæ incauta ſunt juxta mare. Alit enim Crocodilos infinitos. Hoc genus animalis ad modum lacertæ formatum eſt, habens quatuor pedes, crura curta, & groſſa, & caput quaſi croſe, magnos habet dentes. Ad ma. In qua erant ſeptuaginta Cameræ factæ ad arcum volutum, & in unaquaque earum erant tres archeriæ. A cujus turris pede maximæ cathenæ protenduntur ad muros civitatis, ne pateat aditus navigio intrantibus vel egredientibus Ægyptum, niſi de licentia Soldani. Hâc enim viâ exeunt naves oneratæ ab India venientes Syriam, Armeniam, Antiochiam, Græciam & Cyprum. Ab hoc tranſitu Rex Babyloniæ recipit infinitos redditus. Hæc civitas quaſi caput & clavis eſt totius Ægypti, præcellit enim in munitione Babyloniam, Alexandriam, Thanaſium, & cunctas civitates Ægypti.

Ab hac civitate ſunt octo diætæ usque ad G
montem Syna, ubi requieſcit corpus beatæ Catharinæ Virginis. In magna veneratione tenent Saraceni locum illum, & monachos ejusdem loci. Item à Damiata ſunt ſeptem milliaria uſque Thanaſium, & aliud brachium Nili intrat mare ante Thanaſium. Item à Damiata ad tres diætas eſt maxima civitas ſuper Nilum, quæ nova Babylonia dicitur. Et notandum eſt quòd ad tertiam partem milliarij ab hac civitate, fuit quondam egregia civitas & munitiſſimâ, quæ *Cayer* vocatur, in qua adhuc ſedes eſt regalis & palatia principum. Hæc & nova Babylonia ad mandatum Soldani uno muro clauſæ ſunt, & ſunt factæ una eadémque civitas. In hoc
loco Saraceni habitant, Judæi, Chriſtiani; H
& quælibet natio ſuam legem colit. Circa hanc civitatem ſunt optima pomeria & viridaria multa. Eſt etiam ab hac civitate ad unum milliarium hortus Balſami: habens in quantitate ferè dimidium manſum. Et eſt lignum Balſami, ut lignum vitis triennium, folium parvum ſicuti trifolium, tempore maturitatis circa finem Maji ſcinditur cortex ligni Balſami ſecundùm quod in vaſis vitreis colligitur, & per ſex menſes in ſtercore columbino reconditur & decoquitur, & deſiccatur, poſtea liquor à fece ſeparatur.

Hic

Digitized by Google

... Saraceni venerantur & honorant.

Et nota, quòd tres fuerint Babyloniæ. Prima fuit ſuper fluvium Cobar, ubi regnavit Nabuchodonoſor Rex Babyloniæ, in qua fuit turris Babel, & hæc deſerta dicitur, & diſtat à Babylonia per triginta diætas. Fuit & alia in Ægypto, ſita ſuper Nilum, in qua
C regnavit Pharao, diſtans à nova Babylonia per quinque miliaria, & hæc quoque deſtructa eſt, & eſt nova Babylonia, de qua ſuprà dictum eſt. Et nota, quòd à nova Babylonia uſque ad Alexandriam ſunt tres diætæ per terram & ſex per aquam. Nilus tamen non deſcendit in Alexandriam ſecus muros civitatis, ſed aliquantulum eſt remotus. Alexandria eſt egregia civitas, muris & ædificiis & univerſa hominum multitudine decorata, ſub Rege Babyloniæ conſtituta. In ejus porta turris altiſſima eſt erecta, ut navigantibus portum indicet; quia Ægyptus terra plana eſt, unde de nocte ignis in ea ponitur. Aquam dulcem hæc civitas non habet, niſi per conductum ſumptam. Nilus uno tempore anni in ciſternis ſuis colligitur. In hac Urbe ſunt plures Eccleſiæ Chriſtianorum: inter quas eſt Eccleſia ſancti
D Marci Evangeliſtæ extra muros novæ civitatis ſupra mare ſita. Antiquitus enim hæc Urbs uſque ad mare protendebatur, ſed modò non ſic eſt.

Eſt etiam ibi quædam Capella, in qua Marcus Evangeliſta Evangelium ſcripſit, & martyrium ſumpſit & locum ſepulturæ. Poſtea à Venetis ibidem eſt furatum corpus ejus. In hac Eccleſia Patriarcha eligitur & conſecratur.

Et nota, quòd per totam Ægyptum omne genus leguminum à feſto ſancti Martini uſque ad Martium recens colligitur. Similiter fructus hortorum & herbarum. Oves & capræ bis pariunt in anno, & ad minus geminum fructum proferunt, certum datur pro facere poteſt. Multi tamen Saraceni adeò religioſi ſunt, qui non niſi unam habent uxorem.

Lætetur mons Syon & exultent filiæ Judæ, propter Judicia tua Domine. Pſal. 47. *Confiteantur Domino* Iſaiæ. 12. *quoniam magnificè fecit*, ſcribentes & prædicantes mirabilia Domini; qui mandavit ſanctificatis ſuis, & vocavit ſervos ſuos in ira ſua, exultantes non in propriis viribus, non Tit. 3. in operibus Juſtitiæ, quæ fecerunt ipſi, ſed Rom. 1. in gloria Majeſtatis ejus, qui eſt in omnibus benedictus in ſæcula, Amen. G

Terra, de qua oriebatur panis, qui de cælo deſcendit, in loco Nativitatis ſuæ ferro ſucciſa eſt in munitionibus multis, quas inhabitant perfidi. Locus Saphiri lapides terræ, quia fuit poſſeſſio Patriarcharum, alumna Prophetarum, doctrinæ Apoſtolorum, mater fidei. Glebæ illius aurum in his, qui ſibi charitate adhæſerunt, & religionis cuſtodes nunquam in ea defuerunt. Quæ quondam de libera, poſt multos gemitus & longa ſuſpiria jam exultat in ſpe, & de bonitate liberatoris ſui confiſa, gaudens gaudebit remota virga peccatorum de ſorte juſtorum. Sanè quæ vidimus, & audivimus, & veraciter intelleximus, ſcribimus omnibus orthodoxis abſque falſitatis ammiſtione, ut H quicquid eſt uſque ad virtutis faſtigium aſſurgat in laudem Dei & in gratiarum actiones.

Anno gratiæ Milleſimo ducenteſimo decimo ſeptimo: Expirante treuga Chriſtianorum & Agarenorum in primo paſſagio generali poſt Concilium Lateranenſe: congregatus eſt exercitus Domini in Acchon copioſus cum tribus regibus, Hieruſalem, Hungariæ, Cypri. Qui myſtica munera ſecum non deferentes, parùm egerunt memoria dignum. Affuit Dux Auſtriæ vulgariter *Oſtriche*, & Dux Bavariæ cum multis comitibus & viris generoſis, ac militia magna regni Theutonici. Aderant etiam Epiſcopi Per-

Digitized by Google

tem dulce lignum poſt terram ſanctam perditam reſervatum fuit ad hæc tempora.

Imminente ſiquidem conflictu Saracenorum cum Chriſtianis, tempore Saladini, ſicut à ſenioribus accepimus: Crux ſecta fuit, pars ad prælium delata, & ibidem perdita, pars reſervata, quæ nunc exhibetur. Cum tali vexillo ordinatis aciebus proceſſimus per planum Fabæ ad fontem Trebaniæ, multum eodem die laborantes, & præmiſſis exploratoribus, videntes pulverem ab adverſariis concitari: incerti fuimus, an contra nos, an fugiendo properarent. Sequenti igitur die per montes Gelboë, quos habuimus ad
C dextram, & paludem ad ſiniſtram, profecti ſumus Bethaniam, ubi caſtra fixerat adverſarius. Sed metuens tam ordinatè procedentis & tam copioſi Dei viventis exercitus adventum, tentoria tollens & fugiens, terram vaſtandam militibus Chriſti reliquit. Inde tranſeuntes Jordanem in vigilia ſancti Martini corpora noſtra lavimus pacificè in eo, & quievimus per biduum ibidem copiam victualium & pabuli reperientes. Deinde ſuper littus maris Galilæi tres manſiones fecimus, peragrantes loca, in quibus Salvator noſter mirabilia dignatus operari corporali præſentia cum hominibus converſatus eſt. Aſpeximus Bethſaidam Civitatem Andreæ & Petri, tunc ad Caſale modicum redactam.
D Demonſtrata ſunt loca, ubi Chriſtus diſcipulos vocavit, & ubi ſupra mare ſiccis pedibus ambulavit, turbas pavit in deſerto, montem aſcendit orare, & locus, ubi cum diſcipulis ſuis poſt reſurrectionem manducavit, & tunc per Capharnaum infirmos noſtros pauperes in jumentis portantes, reverſi ſumus in Acchon.

In ſecundo equitatu adivimus pedem montis Thabor. Primò aquarum inopiam, poſtmodum per defoſſionem copiam invenientes, deſperabant Capitanei noſtri de montis aſcenſu, donec puero Saracenico* mitti ante caſtrum fore comprehenſibile, conſilium inierunt.

* fortè, miſſo

tem montis deliberaturi, quid facerent, ſeceſſerunt. Nobilis Dux Auſtriæ non interfuit huic deliberationi, quia ex altera parte montis incredulos impugnabat, & ad nos, qui in ſummitate montis eramus, aſcendere de facili non valebat, nec Magiſter Templi, qui remanſerat infirmus in Acchon. Cum verò Magiſtro Hoſpitalis fratre G. de monte acuto conſulenti, quæ pars exercitus ad cuſtodienda caſtra rediret, & quæ pars in monte caſtrum obſideret, ad quod libens & paratus erat, quia de facili videbatur comprehenſibile & reddibile brevi tempore cùm ſine offendiculo ad inſultum neceſſaria poſſent erigere : contradixerunt alii & maximè comes Tripolis; dicens eſſe in periculo G
exercitum diviſum. Qua verò fide hoc conſuluerit comes, & alii aſſenſerunt : Deus novit, & ſic impedita obſidione, ipſa Dominica Rex & Comes deſcendentes, & alios deſcendere facientes per indultum animadverterunt incredulos. Sed quo Dei judicio vel principum conſilio exercitus Dei deſcenderit & inglorius receſſerit, ignoramus : hoc tamen ſcientes quòd divinorum judiciorum abyſſum humanæ mentis oculus penetrare non poteſt. Multi autem Templarii & Hoſpitalarii, & quidam ſeculares in ſecundo montis aſcenſu, quando caſtrenſes vires receperunt, vulnerati ſunt, & H
pauci mortui. Credimus autem Chriſtum Dominum ſibi ſoli reſervâſſe hujus triumphum, qui cum paucis diſcipulis ipſum aſcendit, gloriam ſuæ reſurrectionis ibidem demonſtrando.

Porrò in primo & ſecundo equitatu maximam multitudinem virorum captivorum, & mulierum, & parvulorum ſecum adduxerunt. Epiſcopus autem Acchon parvulos, quos potuit obtinere prece, vel pretio baptizavit, & diſtribuens inter religioſas mulieres, literis applicare diſpoſuit.

In tertio equitatu, cui Patriarcha cum ſigno Crucis & ſacri Pontifices prædicti non interfuerunt, multa damna & incommoda tum

Digitized by Google

Auſtriæ cum Hoſpitali S. Joannis & Epiſcopis ſupradictis & quibusdam aliis caſtrum in Cæſarea Palæſtinæ brevi tempore viriliter & conſtanter firmaverunt, licèt hoſtis adventus frequenter nunciaretur, per hoc caſtrum, Deo dante, civitas ipſa recuperabitur. In Baſilica Principis Apoſtolorum feſtum Purificationis cum ſex Epiſcopis ſolenniter celebravit. Templarii verò cum Gualtero de Aveſnes & paucis auxiliatoribus peregrinis, & Hoſpitali de domo Theutonicorum, caſtrum peregrinorum, quod olim *deſtrictum* appellabatur, firmare cœperunt: quod ſitum eſt in diœceſi Cæſarienſi inter Cayphas
C & Cæſaream, promontorium amplum & latum mari imminet, munitum naturaliter ſcopulis.

Situs loci talis eſt. Ad Aquilonem, Occidentem & Auſtrum. Versùs orientem eſt turris firma & dudum à Templariis ædificata & poſſeſſa tam guerræ, quàm treugarum tempore. Turris autem ibidem poſita fuit olim propter latrunculos, qui in via ſtricta peregrinis aſcendentibus in Hieruſalem & deſcendentibus ab ea inſidiabantur. Hanc longè diſtantem à mari, quæ propter viam ſtrictam *diſtrictum* appellatur, toto ferè tempore, quo Cæſarienſe caſtrum firmatum eſt, & conſummatum. : Templarii ex adverſo promontorii fodientes & deportantes, laborantes per ſeptem hebdomadas, tandem ad fundamentum primum pervenerunt, ubi
D murus antiquus, longus & ſpiſſus apparuit. Inventa eſt pecunia in moneta modernis ignota, collata beneficio Dei filiis patris militibus ſuis, ad alleviandos ſumptus & labores, Deinde in anteriori parte arenam effodientes & deportantes, alius murus brevior inventus eſt, & inter commurorum planitiem fontes aquæ dulcis largiter ebullierant, lapidum etiam & cæmenti copiam Dominus miniſtravit. Duæ turres ædificantur ante frontem caſtri, lapidibus quadratis

Hujus autem prima eſt utilitas, quod conventus Templariorum eductus de peccatrice, & omni ſpurcitia plena civitate Acchon, in hujus caſtri præſidio reſidebit, uſque ad reparationem murorum Hieruſalem. Territorium munitionis hujus piſcariis, ſalinis, lignis, paſcuis, & herbis abundat, vineis plantatis, & plantandis, pomeriis, hortis habitatores delectat.

Inter Acchon & Hieruſalem nulla eſt munitio, quam teneant Agareni. Unde de hoc caſtro novo plurimum damnificantur Saraceni, & terrore divino ipſos fugante loca inclyta deſerere coguntur. Habet hæc ſtructura portum naturaliter bonum, cum artificio adjutus poterit eſſe melior. Sex mil- G
liaribus diſtat à monte Thabor. Unde hujus caſtri conſtructio præſumitur cauſa fuiſſe munitionis illius; quia in campo longo lato, qui interjacet montanis caſtri hujus montis Thabor, nec arare, nec ſeminare, nec metere ſecurè poterant, propter metum habitantium in eo. Monaſterienſis Epiſcopus apud Cæſaream obdormivit in Domino. Magiſter Thomas Theologus Doctor bonus & opinionis claræ, apud caſtrum Filii Dei diem clauſit ſupremum.

Poſthæc exercitus rediit in Acchon. Epiſcopi Alemanniæ & multi alii ſe * properabant ad transfretandum, brevi tempore in H
terra promiſſionis commorati· Exſpectabatur paſſagium ſecundum & novum, & maximè claſſis ab Aquilone veniens, quæ per anguſtum mare Carthaginis navigatura ſperabatur. A Principio prædicationis Crucis Chriſti provincia Colonienſis ſtudio magno in ſumptibus plurimis ferè trecentas naves præparavit. Quarum quædam remanſerunt, quædam vi tempeſtatis perierunt, ſed major pars venit Ulſibonæ civitatis Hiſpaniæ. Ibi orta eſt diſcordia, quibuſdam procedere volentibus, aliis hyemare cupientibus in obſidione caſtri fortiſſimi, quod Alcatia dicitur, & ſic claſſis diviſa eſt, pars apud Gaëtam & Cor-

* *forte* præparabant.

quàm poſterioribus, quia Vitriacus dicit, ſe tertiam Crucis apparitionem vidiſſe.

re. Una candida versùs Aquilonem. Alia versùs Meridiem ejuſdem coloris & ſchematis. Tertia medio colore colorata, habens crucis patibulum & figuram hominis ſuſpenſam, elevatis brachiis & extenſis, cum infixione clavorum in manibus & pedibus &
B capite inclinato: hæc media fuit inter alias duas, in quibus non erant effigies humani corporis.

Alia vice & alio loco in villa Friſiæ Sutehuyſem, tempore prædicationis Crucis, apparuit juxta ſolem crux cærulei coloris, hanc viderunt pluſquam priorem.

Tertia fuit apparitio in diœceſi Trajectenſi in villa quadam, ubi Bonifacius coronatus eſt martyrio; ubi in die ejuſdem martyris cùm magna militia conveniſſet ad indictum *ſtatioſè, apparuit Crux alba & magna, ac ſi trabs ex transverſo trabis artificialiter compoſita fuiſſet. Hoc ſignum vidimus.

** fortè ſtudioſè.*

C Movebatur autem paulatim ab Aquilone ad Meridiem. Credimus autem duas apparitiones fuiſſe demonſtratas, ut omnis ambiguitas primæ viſionis tolleretur, ſicut dicit Apoſtolus de Reſurrectione Chriſti: *Quòd viſus eſt Cephæ, poſtea undecim Apoſtolis, deinde plùs quàm quingentis fratribus*,

1. Cor. 15.

Anno igitur gratiæ M. CC. XVIII. menſe Majo, applicare cœperunt ad portum Acchon *Cogones* de Provincia Colonienſi cum aliis paucis de Bremenſi & Trevirenſi provinciis. Confirmatum fuit Conſilium in
D Concilio Lateranenſi cum Domino Papa Innocentio bonæ recordationis * Henricum Romæ de introducenda militia Chriſtiana in terra Ægypti. Menſe ergo Maio poſt Aſcenſionem Domini, præparatis Cogonibus, armatis, galeis & aliis navibus oneratis de acchon profecti ſunt: Joannes Rex de Hieruſalem, Patriarcha cum Epiſcopis Nicoſſienſi; Acchonenſi Gyrmideno, Duce Auſtriæ, * tribus domibus & copioſa multitudine Chriſtianorum.

** fortè Tertio vel deeſt aliquid.*

** Templariorum, Theutonicorum, & Hoſpitaliorum.*

Indicta fuit collectio navigantium apud caſtrum Filii Dei, quod Peregrinorum dicitur, ſed flante Borea, Rege, Duce, & Multi etiam & nondum præparati poſt primos navigantes, aut omninò remanſerunt vi ventorum repulſi, aut per mare quatuor vel pluribus hebdomadibus jactati, vix applicuerunt. Archiepiſcopus Rhemenſis, & Epiſcopus Lemovicenſis graves annis remanſerunt in Acchon. Lemovicenſis debita naturæ ibi ſolvit, Rhemenſis verò in paſſagio ſanctæ Crucis reverſus obiit in via. F

Nobis igitur, ùt dictum eſt, applicantibus: Friſus quidam dextro genu in terram fixo, & ſiniſtra manu circumferente ancile, ſpiculum ferreum, vibravit illud, & intuitus Saracenum unum, dum luderet, percuſſit. Pauci autem de Saracenis nobis occurrerunt ad portum. Sed iſto cadente ſubitò cum equo, aliíſque fugientibus ſine impedimento caſtra metati fuimus, intus littus maris & ripam fluminis Nili. G

Hoc etiam mirabile Dominus fecit, quod in primo adventu aqua fluminis juncta mari dulcis hauriebatur, quæ poſtmodum multis vicibus ſalſa fuit uſque ad caſale, quod diſtat à Damiata ferè per milliare. Modico autem tempore poſt adventum Chriſtianorum facta fuit Eclipſis ferè generalis. Quæ licèt ex cauſis naturalibus in plenilunio plerumque proveniat, quia tamen Salvator dicit: *Erunt ſigna in Sole & Luna, &c.* hanc Eclipſim contra Saracenos interpretati ſumus, quaſi prætendentem ipſorum defectum, qui ſibi Lunam attribuunt, incremento vel decremento Lunæ vim magnam ponentes. H

Luc 21.

Legitur autem in Quinto Curtio, quòd cùm Alexander Macedo, totius malleus orbis, contra Darium & Porum de Græcia profectus eſſet in Aſiam, & acies hominum ſubſiſterent ordinatæ: facta eſt Eclipſis Lunæ, quam Alexander pro Græcis contra Perſas interpretatus, ſuos animavit, & pugnans contra Darium vicit eum.

Turris in medio Nili capienda fuit ante tranſitum ipſius. Friſones autem impatientes more ſuo Nilum tranſeuntes, jumenta Saracenorum tulerunt, & cupientes in ulteriori

teriori

mili modo confracta eadem ferè hora milites ſtrenuos & armatos corpore deciduos, ſecundùm animas levavit ad cœlum glorioſo martyrio coronatos. Ægyptii lætati vehementer ſubſannantes levaverunt voces, tympanizantes & buccinis perſtrepentes, mœror & triſtitia Chriſtianos invaſit. Navis autem Theutonicorum inter turrem & civitatem, anchoram habebat fixam, damna multa per Baliſtarios, qui intus locati fuerant inferens Ægyptiis, præſertim illis, qui ſtabant in ponte inter civitatem & turrim porrecto. Ipſa verò navis à bellatoribus civitatis & turris, & pontis igne græco impetebatur vehementiùs. Tandem igne græco correpta fuit,
C & cùm timerent Chriſtiani, ne conſumeretur omninò, defenſores illius ignem viriliter extinxerunt, & ſic tandem ſagittis tam intus quàm foris, quàm in caſtellulo in ſummitate mali collocato, in funibus tenſis repleta, cum magno Chriſtianitatis honore ad locum ſuæ ſtationis fuit reducta.

Non modica etiam damna intulit & ſuſtinuit navis una Templariorum propugnaculis munita, quæ hujus aſſultus tempore juxta turrim hærebat. Nos verò conſiderantes turrim capi non poſſe petrariarum vel tribulorum ictibus, hoc etiam multis diebus attentatum fuerat: neque applicatione caſtri propter fluminis profunditatem, nec fame, propter civitatis vicinitatem; neque ſuffoſſione, propter aquæ circumfluentis vicini-
D tatem: Domino demonſtrante, & architecto providente, ſumptibus Theutonicorum & Friſonum, eodémque labore duos cogones conjunximus, trabibus & funibus fortiſſimè cohærentes, & ſocia compaginatione vacillandi periculum prohibentes, quatuor malos & totidem antennas in eis ereximus. In ſummitate caſtellum unum firmiter aſſeribus, & opere reticulato contextum collocantes contra machinarum importunitatem, coriis veſtivimus illud per circuitum & ſuper

tionem invitavimus: licèt gens Theutonicorum & Friſonum ad naves implendas ſufficeret & regendas. Die ſancti Bartholomæi ſexta feria cùm Nilus excreviſſet, & aquarum impetus negotium plurimùm impediret, cum multa difficultate & periculo hoc inſtrumentum contra torrentem à loco, in quo fabricatum fuerat, trahebatur ad turrim. Navis una minori machinæ ſocia præceſſit velificando. Clerici nudis pedibus per littus ambulabant ſupplicantes. Cùm ad turrim ventum eſt: illa duplex compoſitio ad latus occidentale non potuit converti, ſed aſcendendo directè ad plagam aquilonarem applicabatur: Funibus & anchoris tandem fixis, licèt vis aquarum in- G
undantium illud repellere moliretur: Machinæ ſex vel plures directæ fuerunt ſuper turres civitatis & collocatæ ad illud concutiendum, ſed una in initio, aliis poſt paucos ictus confracta quievit. Aliæ verò ſinè intermiſſione ad inſtar grandinis lapides emiſerunt.

Nec minori periculo prior navis ad pedem turris collocata ſubſtitit. Ignis Græcus cominus de turri fluminis & eminus de civitate fulminis inſtar veniens pavorem incutere potuit. Sed per liquorem acetoſum & ſabulum, ſubventum eſt ignem extinguere laborantibus, Jacuit Patriarcha ante lignum crucis proſtratus in pulvere, ſtans Clerus nudis pedibus indutus ſtolis clamavit in cœlum. Defenſores turris extenſis lanceis anteriorem partem ſcalæ ſubterunxerunt o- H
leo, deinde ignem Græcum appoſuerunt, qui erupit in flammas: Cúmque Chriſtiani, qui in ea erant, concurrerent ad ignis ſuffocationem, ſuo pondere caput ſcalæ depreſſerunt in tantum, ut pons tornatilis fronti appoſitus inclinaretur. Signifer Ducis Auſtriæ de ſcala corruit, Saraceni vexillum tulerunt. Babylonii ſe viciſſe putantes vociferati ſunt, aërem clamore vexando. Chriſtiani de

Digitized by Google

vexillum abſtulit. Alii poſt alios ſucceſſerunt ſuperatis hoſtibus, quos reſiſtentes duros ſenſerant & crudeles. O ineffabilis Dei pietas, ô inexplicabilis Chriſtianorum hilaritas, poſt planctum & luctum, poſt fletum & gemitum, gaudium vidimus & triumphum. *Te Deum laudamus, Benedictus Dominus Deus Iſraël, &c.* & alia cantica gratiarum altis, & præ gaudio cum lachrymis vocibus mixtis repetitis laudibus decantavimus. Interim Saraceni, qui in inferiori parte turris ſe receperant, igne ſuppoſito ſuperficiem turris combuſſerunt, victores noſtri calorem ſuſtinere non valentes, regreſſi ſunt ſuper ſcalam. Pons verò qui in inferiore parte operis præparatus erat, divulſus eſt, ad pedem turris aquis profun-
C dis & undique circumfluentibus anguſtum, ſed malleis ferreis januam turris aggreſſi ſunt fideles, defendentibus eam Saracenis, qui erant intrinſecus. Stabat utrumque opus immobile. Aſſeres ſcalæ pro parte diſcuſſi ſunt, & ambitus operis fortiſſimis funibus compoſitus, & multis locis perforatus & machinarum ictibus. Ab hora nona feria ſexta uſque ad horam decimam ſequentis Sabbathi duravit hoc periculum. Opus autem reticulatum, quod ſcalam protegebat integrum permanſit cum caſtellulo, in quo ſtabant baliſtrarii & lapidum jactatores, qui tuebantur eos. Tandem incluſi in turri colloquium petebant & ſe ſub pactione vitæ de-
D derunt. Duci Auſtriæ, præter illos, qui præcipites nocte per feneſtras evaſerunt turris anguſtias, quorum pluresin flumine ſubmerſi ſunt & interfecti, Captivi verò numerati ſunt ad centum viros.

Ab illo die cùm confuſi eſſent Babylonii & territi, &, ut putabatur ad fugam parati, principes noſtri ad deſidiam & inertiam devoluti more ſuo differendi negotium cauſas prætendebant, nec imitati ſunt Judam Machabæum, qui videns, quòd tempus juvabat eum; hoſtibus non dabat requiem. Cogones ſe præparabant ad receſſum Friſonum & Theutonum. Abiit multitudo maxima ci, Oliverius filius Regis Angliæ, & multi alii equeſtris ordinis & plebei apud Damiatam, rebus humanis exempti migraverunt ad Dominum. Sapiens corde & fortis robore, qui facit mirabilia, magnalia & inſcrutabilia, quorum non eſt numerus. Qui excelſos judicat, qui ponit humiles in ſublimi; ipſe magnificatus eſt ſolus in obſidione Damiatæ. Non enim, ùt in aliis expeditionibus contra Saracenos, diverſis temporibus ordinatis, per humanum conſilium aut bellatorum miniſterium: ſed per ſemetipſum quod petere non præſumpſit homo; per ſuæ divinitatis potentiam mirabiliter operatus eſt: non Regibus nec aliis principibus & nationibus; ſed ſuo nomini, dans gloriam & honorem, ut in omnibus peccatoribus completa ſit promiſſio Prophetica: *Vos tacebitis, & Dominus pugnabit pro vobis.* G *Exod. 14.*

Poſt captam ſiquidem turrim in profundo Nili ſitam: Saphadinus inveteratus dierum malorum, dolore nimio, ſicut aſſeritur, tactus, exhæreditator fratruelium ſuorum & uſurpator regnorum Aſiæ, mortuus eſt & ſepultus eſt in inferno.

Poſtmodum in feſto ſancti Demetrii, qui frater uterinus beati Dionyſii legitur, ſummo diluculo caſtra Templariorum invaſerunt hoſtes, & modicum damnum nobis inferentes, per expeditos equites noſtros, fugati ſunt ad pontem, quem procul à nobis in ſuperiori parte fluminis conſtruxerant: & ibidem interempti ſunt ad numerum D. ſicut à transfugis intelleximus. H

In craſtino autem, ipſo die ſancti Dionyſii, Saraceni iterum cum galeis armatis improviſi venientes, ubi tentoria Romani fixerant invadentes, modica manu Chriſtianorum repulſi ſunt: Rege Joanne Hieruſalem viriliter ibidem pugnante, ad exhortationem Epiſcopi Bethleem, cùm perſequeretur ipſe Epiſcopus illos recurrentes ad galeas, qui gladios perſequentium ac fluminis voraginem evadere potuerunt. Sicut autem olim Ægyptii in aquis vehementibus *Exod. 15.*

ma-

Digitized by Google

quaſi nihil timentes cubiculis ingerebant, quos manibus cepimus, quibus tamen deliciis carere voluimus & niſi conſilio Spiritus ſancti antè proviſum eſſet in foſſato, quod in alios uſus factum fuerat, mare conjunctum flumini, homines cum jumentis, naves cum armis & victualibus detraxiſſet ad hoſtes.

Nec tamen hoc periculum evaſerunt quatuor cogones, ſuper quos præparata fuerant propugnacula ad capiendam civitatem, qui uno impetu cum quinta navi, quæ inter eas hærebat, ad oppoſitam ripam vi ventorum

C præcipitati, ante noſtros oculos ſunt igne Græco combuſti. Pepercit Dominus operibus Friſonum & Theutonicorum, quibus turris capta fuerat. Naves oneratæ, quæ in portu maris ſtabant, ruptis repentè funibus perierunt. Duravit hæc tempeſtas per triduum continuum. Quo elapſo Dominus, qui conſolatus eſt *nos in omni tribulatione noſtra*, imperavit ventis & mari, ſtare faciens ipſum à furore ſuo.

2. Cor. 1. Matth. 8.

Invaſit præterea multos de exercitu quædam peſtis, contra quam phyſici nullum ex arte ſua remedium invenire poterant; dolor repentinus pedes invaſit & crura, & conjunctim caro corrupta gingivas & dentes obduxit, maſticandi poteſtatem aufferens, tibias horribilis nigredo obfuſcavit, & ſic longo tractu doloris afflicti, cum patientia multa

D migraverunt ad Dominum plurimi; quidam uſque ad tempus vernale durantes, beneficio caloris evaſerunt liberati.

Poſt dictam tempeſtatem naves parabantur ad tranſitum fluminis. Quæ magno periculo ſurſum aſcendentes, inter civitatem & turrim captam machinis & igne Græco cum jaculis plurimis ſunt * impediti. Unde accidit, ut unus cogo Templariorum raptus prope ripam civitatis præcipitaretur ad hoſtes, qui cum barbotis & * vectis ferreis ipſum præpugnaverunt diutiùs, ignem Græ-

* impedita.
* vectibus.

vero & Friſones zelo juſtæ indignationis accincti, cum minore navi, cujus miniſterio turris capta fuerat, quàm Gallici *ſanctam Martyrem* appellant, pontem viriliter invaſerunt, auxilium non habentes niſi de cœlo. Pauciores autem viri, quàm decem de gente prædicta, contra omnem fortitudinem Babyloniorum pontem aſcendentes, ſpectante multitudine Chriſtianorum, *ad hanc audaciam plurimùm extollentes, fregerunt eundem, & ſic cum quatuor navibus, ſuper quas pons erat fundatus, reverſi ſunt cum triumpho, liberam viam & apertam ſurſum velificantibus relinquentes.

* *fortè* & hanc audaciam plurimùm extollente.

G

His itaque geſtis, Saraceni, periculum, quod eis imminebat attendentes, ripam nobis oppoſitam foſſatis & argilloſa materia cum propugnaculis ligneis & altis munierunt, machinas & petrarias ibidem locantes, nobis ſpem aufferentes ibidem tranſeundi. In caſale verò, quod ferè per milliare diſtat à civitate, ubi hæc nova munitio terminabatur, per tranſitum fluminis navium immerſiones fecerunt cum palis infixis gurgiti.

Nihilominus Apoſtolicæ Sedis Legatus deſiderium bonum habens obſidendi civitatem, naves ſuperiùs congregatas urgebat ad tranſitum. Unde Cogones propugnaculis & caſtellulis, viris etiam armatis muniti cum galeis & aliis navibus, Chriſto duce, prædictas immerſiones evaſerunt. Hoſtes autem, diſſimulato metu, tres ordines armatorum

H ſtationi navium noſtrarum contrapoſuerunt, * unam per clivum ſuper ripam cum clypeis, quos *targias* appellant, linealiter ordinatam. Secundam poſt dorſum eorum ſimilem priori. Tertiam equitum longam & terribilem ictibus lapidum & telorum plurimùm vexando ſtationem Chriſtianorum. Sanè nocte ſanctæ Agathæ Virginis & martyris, cùm coadunatus eſſet populus fidelium, qui ſequenti die tranſiturus erat, pluviæ & venti multum diſcriminis & difficultatis addiderunt noſtris. Sed fidelis DEUS, qui

* *Non habetur hic ratio generis, vel reſpicit auctor ad nomen generale aliud, ut eſt* ſtatio. *idem ſuprà factum in vocabulis* Cogo *&* navis.

1. Cor. 10.

Summo igitur diluculo cùm inchoatum eſſet officium miſſæ dicti feſti per oratoria Chriſtianorum: *Gaudeamus omnes in Domino*, nunciata ſunt hæc Legato, Regi & aliis. Itaque fugientibus Ægyptiis, noſtri certatim & alacriter abſque omni impedimento hoſtium & ſanguinis impenſa tranſiêrunt. Sed adeò limoſa & profundioribus aquis difficilis fuit ad applicandum terra hoſtilis, ut vix equi ſine aſcenſoribus & ſellis ejectis poſſent aſcendere. Templarij verò inter primos aſcendentes equos, erectis ſignis cum quibuſdam Hoſpitalis ſancti Joannis fratribus, & paucis aliis ſecularibus militibus, versùs civitatem curſu propero feſtinantes, in partibus illis,
C ubi caſtra paganorum ſederant, quos ibi invenerunt ad centum viginti trucidantes inſtanter.

Strenuiſſimus autem Rex Hieruſalem poſtquam cum Magiſtro & fratribus Hoſpitalis, cum Comite Nivernienſi de fuga exercitus infidelis rediit, ubi primos curſus incaſſum expenderant, quoſdam de maledicta familia ante portam civitatis adhuc renitentes, adiit intrepidè: quamvis cum modico comitatu: *Hos fugat & ſternit, alios omnésque potentes vertere terga fugæ claudit in urbe fugans*, uſque ad introitum portarum victorioſo gladio non ceſſante. Verùm Hoſpitalis ſancti Joannis fratres cum prædicto Nivernienſi comite, non quieſcunt, qui cum quibuſ-
D dam ex noſtris immanem multitudinem hoſtium in via, quæ ducit Thaneos, nudatis
Iſa. 10. mucronibus conſequentes, occidentes alios & alios ſubmergentes: non gloriabatur ſecuris
4. Reg. 7. contra eum, qui ſecat in ea, neque ſerra contra trahentem in ea. Miraculum iſtud cui comparabimus, vel cui æquabimus, niſi ei, quod legimus de Benadab rege Syriæ, qui obſederat Samariam arctans eam plurimùm? Cui Dominus contulit tantum terrorem, ut relictis caſtris fugeret: Et ſicut per leproſum, qui erat in introitu portæ, illic fuga Syrorum fuit nunciata Samaritanis: ita per leproſum in anima, præfati videlicet apoſtatæ, quanto neceſſarior, tanto fortior in ſumptu & labore plurimo. Super robuſtas naves in tranſverſo fluminis ordinatas, favente Domino, conſtructus eſt, periculoſam diviſionem exercitus uniens & ipſum flumen reddens inimicis immeabile. Et ſic per gyrum firmiter obſeſſa civitate, exercitu continuato per pontem utramque ripam fluminis contingentem: per deſidiam autem & inertiam quorundam, quorum nomina novit Dominus, factum eſt, ut hoſtes reſumptis viribus & animis, adveniente etiam Coradino cum Halapinis & magna multitudine, locum illum occuparent, à quo noſtri miraculoſum tranſitum fecerant: & ſic nos obſidentes civitatem, ipſi periculoſiùs obſederunt: & niſi per divinum conſilium caſtra, quæ erant inter mare & fluvium, retenta fuiſſent; maximè per Theutonicos & Friſones, G portus nobis ablatus fuiſſet, & negotium plurimùm periclitatum vacillaret. Ut autem tranſitus miraculum magis clareſceret, & ſoli Deo adſcriberetur firmiter, ad tantam Saraceni pervenerunt temeritatem, ut diluculo Sabbathi ante Dominicam, *Oculi mei ſemper ad Dominum*, nobis tale periculum non providentibus; ſed divino auxilio cum damno equitum & peditum ſunt repulſi: cùm multitudine gravi propiùs accederent, & in foſſatum ſe præcipitarent.

Anno gratiæ milleſimo ducenteſimo decimo nono: Regina civitatum Hieruſalem, quæ videbatur inexpugnabiliter munita, deſtructa eſt à Coradino, filio Saphadini & foris & intus. Muri enim cum turribus redacti ſunt in acervos lapidum præter Templum H
Domini & turrim David. De ſepulchro glorioſo deſtruendo habuerunt Saraceni conſilium, & per literas comminati ſunt, quas civibus Damiatæ tranſmiſerunt ad ipſorum ſolatium. Sed huic temeritati nemo manus apponere præſumpſit propter loci reverentiam.

Sicut enim in Alchorano libro legis eorum ſcriptum habent: JESUM Chriſtum Domi-

ſtante Diabolo, miniſterio Sergii monachi
& Apoſtatæ ac hæretici, Machometus Sara-
cenis dedit Arabicè ſcriptam: à gladio cœ-
pit, & per gladium tenet, & in gladio ter-
minabitur. Machometus iſte illiteratus fu-
it, ſicut ipſe proteſtatur in Alchorano ſuo,
& prænominatus hæreticus dictavit, ipſe
promulgavit, & per comminationes ob-
ſervari ſtatuit. Luxurioſus & bellicoſus fu-
it: ideóque de immunditia & vanitate le-
gem tulit: quam carnaliter viventes in par-
C te voluptatis firmiter obſervant; Et ſicut le-
gem noſtram veritas & munditia uniunt: ita
errorem ipſorum timor mundanus & hu-
manus ac voluptas carnalis firmiſſimè cuſto-
diunt.

In die Palmarum anni præſcripti, inimi-
ci noſtri multa comminatione præmiſſa,
quòd ſe ipſos vel nos omnes perderent: una
die collectione terribili & innumerabili exer-
citu equitum peditum irruerunt ſuper nos,
undique foſſatum noſtrum invadentes, &
maximè pontem Templariorum & Ducis Au-
ſtriæ, quem ipſe cum Theutonicis defende-
re ſtuduit. Hoſtes cum electis militibus ſuis
de equis ſuis deſcendentes cum Chriſtianis
D atrociter pugnaverunt, ceciderunt hinc in-
de mortui & vulnerati. Tandem pontem
aſcendentes partem ejus combuſſerunt. Dux
Auſtriæ præcepit ſuis, ut ponte relicto, adi-
tum darent inſtantibus & introitum, ſed in-
trare non præſumpſerunt propter militiam
noſtram, quæ acies ſuas ordinaverat ſubſi-
dium munitiones defendentium. Mulieres
aquam & lapides, vinum & panes bellato-
ribus miniſtrabant intrepidè. Orationi Sa-
cerdotes inſiſtebant, vulnera ſauciatorum li-
gabant, Deum benedicebant. Eadem die
non eſt datum ſpatium gerendi alias palmas
quàm baliſtas & arcus cum ſagittis, lanceas
& gladios cum clypeis, adeò inſtabant &
vexabant atrociter, qui venerant ad per-
dendum nos ſtudio liberandi civitatem, ab
ortu ſolis, uſque ad horam ferè duodeci-

defenſor & protector ſperantium in ſe, ſibi
facile in paucis, ſicut & multis vincere,
Chriſtus JEſus, non permiſit incredulos ſi-
mul in nos irruere, donec novi recentés-
que peregrini cum copioſo ſuccurſu ſuper-
venirent. Copia victualium, & equorum
nutu divino transmiſſa, collectionem fide-
lium lætificavit.

Iſti igitur, rapto fidelium agoniſtarum nu-
mero, in feſto Aſcenſionis Domini, more
ſuo, per terram & per aquam irruerunt per- G
fidi. Et multoties ſic attentantes prævalere
non potuerunt. Particulariter etiam prope
caſtra noſtros provocabant, damnificantes,
& damnificati. Unde quadam die pedites no-
ſtri cadaver perfidi armatum, ad modum
autem vivi appodiantes, erexerunt, caput
abſciſſum contortis crinibus ſuper cadaver
colligantes, & ad jactum jaculi extra licias
Saracenis equitantibus relictum expoſue-
runt. Quod videntes Saraceni ſeptem,
primò tres, ſecundò quinque, tertiò ſep-
tem ſimul irruerunt in cadaver mortuum,
quaſi in audaciam Chriſtianorum tot cede- *Locus mend.
re * volentes, & à noſtris inde coadunanti- H
bus fugerunt infideles, viſo capite truncato,
cum crine torto. Pridiè verò calendas Au-
guſti omnem, quam adducere poterant co-
piam, poſt diuturnos aſſultus tandem foſ-
ſatum contra militiam Templi tranſeuntes,
& licias noſtras viriliter rumpentes, pedites
noſtros verterunt in fugam, adeò, ut tot-
us exercitus Chriſtianorum jam periclitare-
tur. Milites de Francia, ſeculares equites ter
conati ſunt ipſos repellere longiùs extra foſ-
ſatum; ſed non potuerunt. Saraceni ſiqui-
dem juxta mœnia noſtra fractis munitioni-
bus ligneis, equitum ac peditum acies ordi-
naverunt. Clamor ortus eſt inſultantium,
omnis multitudo eorum properavit ſeque-
lam; timiditas aucta eſt Chriſtianis.

Sed ſpiritus, qui induit Gedeonem, Tem-
plarios animavit. Magiſter Templi cum Ma-
reſcallo, cæteriſque fratribus, qui cum eo *Judic. 7.*
tunc

Digitized by Google

illa, per virtutem Templariorum, & domus Theutonicorum, & eorum, qui ipſis operati, diſcrimini ſe commiſerunt. De noſtris pauci interempti ſunt & capti. Inſtrumenta contra civitatem parata multiplici conatu defenſorum Damiatæ ferè omnia combuſta ſunt.

Januenſes, Piſani, Venetiani firmiter aſſerebant, ſe civitatem expugnaturos, per C quatuor naves, ſuper quas ſcalæ pendebant. Sed ipſi non erant de genere illorum, per quos ſalus facta eſt in Jſraël. Volebant enim ſibi facere nomen cum tubis & calamellis & ſignis multis progreſſi. Legatus Apoſtolicæ ſedis ſumptus eis præbuit copioſos de communi. Rex & alii chordas & anchoras, prout requirebant, exhibuerunt abundanter. Aggredientes itaque civitatem, primo die multos interfecerunt & vulneraverunt. Et quantò poſtmodum ſæpiùs aſſultum fecerunt, tantò magis muri firmati ſunt ligneis caſtellulis & liciis. Defenſores etiam robuſtiùs & * ædificatiùs contra ſe venientibus oppoſuerunt, & ſic ſcalæ mutilatæ per ignem ac pluries reparatæ, tandem interfecto negotio reductæ ſunt ad ripam. Et ſic deprehenſum eſt & intellectum veraciter, ſola D virtute divina Damiatam in manu Chriſtianorum fore tradendam.

*efficaciùs.

Nos verò inſenſati & immemores beneficiorum Dei, ac mirabilium, quæ fecit, provocabamus oculos divinæ majeſtatis contra nos per deſidiam & deſideria majorum, & murmurationes minorum. Pedites equitibus improperabant ignaviam; equites pericula peditum, quando contra Saracenos egrediebantur, diſſimulabant. Unde factum eſt, ut * convicti, culpis exigentibus, in decollatione S. Joannis Baptiſtæ, licèt vix invenirentur, qui in cuſtodia caſtrorum remanerent: navalem & terreſtrem exercitum educentes, ad caſtra Babyloniorum tenderemus inter mare & fluvium, ubi dulcis aqua reperiri non poterat ad potandum. Ipſi verò ſublatis tentoriis fugam ſimulabant. Et

*Convicti: nimirum importunitate eorum qui cum Soldano totis caſtris pugnantum cenſebant.

[illegible] quæ. His occurrentibus qui ſubſiſtentes ſe defenderunt, & poſt primitivos fugientes anhelo curſu terga dederunt, extincti ſunt ſine vulneribus corruentes.

Rex verò cum Templariis & domo Theutonicorum, & Hoſpitali S. Joannis, & de Hollandia, & Withe, & Ceſtriæ & Sansbrigiæ Comitibus: Gualtero & Bartholomæo Francigenis, Piſanis, aliíſque militibus impetus perſequentium ſuſtinuit. Rex verò igne græco ferè combuſtus fuit. Hi omnes pro muro fuerunt fugientibus, quoties facies ſuas oſtenderunt, toties Saraceni fugerunt. Quando verò gradatim revertebantur, ictus & tela ſuſtinuerunt inimicorum. G

Capti ſunt in illa defenſione Chriſtianitatis Belvacenſis Electus, & frater ejus Andreas de Nantolio, Dominus Galterus Camerarius Regis Franciæ, & filius ejus frater Andegavenſis Epiſcopi Vice-Comes cum domino Joanne de Arcies viro venerabili & valde ſtrenuo: Henricus de Ulmo & alij multi, qui trucidati ſunt, & in captivitatem ducti. Templarij triginta tres capti vel occiſi ſunt cum Mareſcallo S. Joannis & quibuſdam aliis fratribus ejuſdem domus. Nec evaſit ſine damno domus Theutonicorum. Militia templi, quæ prima ſolet eſſe in congreſſu, ultima fuit in regreſſu. Unde cùm ad foſſatum noſtrum noviſſimi redirent, foris ſubſiſtit, ut anteriores intra mœnia, quantum H poſſibile fuit, reduceret. Perſecutores ad captivos deducendos & ſpolia colligenda tandem rediérunt. Sicut à Saraceno poſtmodum intelleximus, quingenta capita Chriſtianorum Soldano præſentantes. Mæror & triſtitia noſtros occupavit, ſed nulla deſperatio. Pro certo habemus quòd pœna peccati fuit hæc caſtigatio; & minus erat in pœna, quàm exigeret culpa, ipſo temperante vindictam, qui dicit animæ peccatrici: *Fornicata es cum multis amatoribus, tamen revertere ad me, & ego ſuſcipiam te.* Hieren. 3. Conſtat autem nobis, quòd in præcipua ſua militia luctuoſa damna ſuſtinuerunt increduli.

Mane

[illegible] pro impiendo ſoſſato, per terram feritate Barbarica & impetu conſueto nos impetierunt. Sed durus bellator triumphator in Iſraël, ſolita uſus gratia, caſtra ſua defendit miſſo per mare Salvarico de Malleon cum galeis armatis, & bellatoribus multis in ipſo neceſſitatis articulo. Et nos clamantes in cœlum, nec trepidantes ad prælium, ſed viriliter reſiſtentes; illos interfectos, ſauciatos & confuſos ab inſultu triduano recedere coëgimus ipſius virtute, qui ſalvat ſperantes in ſe. *1. Reg. 15.*

Daniel. 13. C Interea civitas obſidione longa, ferro, fame, peſtilentia graviter, & ultrà, quàm credi poteſt, vel ſcribi, afflicta, in ſola pace, quam Soldanus civibus promiſit, ſpem poſuit. Adeò enim in ea fames invaluerat, ut cibi deſiderabiles deeſſent: panis corruptus abundavit in ea. Durabilis non eſt annona Ægypti propter molles glebas, in quibus creſcit, niſi ſuprà circa partes Babyloniæ artificiosè ſervetur in annos. Et ſicut audivimus, coctanum unum undecim * byſantiis vendebatur in ea. Ex anguſtia famis diverſa morborum genera vexabant eos, & inter cætera incommoda, quæ ſuſtinuerunt, noctibus quaſi auriſia percuſſi nihil videre poterant.

** Genus monetæ.*

D Soldanus de die in diem vanis promiſſionibus, ipſos à deditione dehortatus, decepit miſeros. Poſtremò autem portas ſuas obſtruxerunt intrinſecus, ne aliquis ad nos veniens de ſuis nunciaret, quomodo dies afflictionis eos poſſedit. Si quis verò per poſticum, vel de turre per funes evadere potuit; inflatus & famelicus civium ſuorum probabat evidenter inopiam. Illis, qui foris in circuitu, Saracenis nos obſederunt, copia panis & pabuli cœpit decreſcere. Nilus ſiquidem, qui poſt feſtum S. Joannis Baptiſtæ uſque ad exaltationem ſanctæ Crucis ſolet excreſcere, & Ægypti planitiem irrigare, hoc anno more ſuo non aſcendit ad

Et qui potenter tenuerit Hieruſalem et voluerit, graviter nimis cum agris & vineis lædere eos poterit.

Hanc compoſitionem acceptandam & utilem Chriſtianitati Rex & Francigenæ & comes Ceſtriæ cum Capitaneis Theutonicorum cenſuerunt pertinaciter. Nec hoc mirandum fuit: quia longè minori pace, quæ priùs oblata fuerat, contenti fuiſſent, niſi ſano conſilio fuiſſet illis obviatum. Legatus autem cum Patriarcha & Epiſcopis, Templariis, Hoſpitalariis, & omnibus Italiæ Capitaneis, multiſque aliis prudentibus viris efficaciter huic tractatui ſe oppoſuit; rationabiliter oſtendens, ante omnia Damiatam fore capiendam. G

Opinio diverſa reperit diſcordiam, quæ citò ſedata fuit propter communem neceſſitatem. *Interea Soldanus magnam multitudinem peditum clanculo per loca Paluſtria miſit ad civitatem, quorum ducenti quadraginta Chriſtianis dormientibus fugerunt, ingreſſi Dominica nocte poſt feſtum omnium Sanctorum. Tandem per clamorem vigilum occiſi ſunt, & captivos ad trecentos & plures computavimus.*

**Nonis.*

H **Nonas Novembris Salvatore mundi regnante & domino Albanenſi Epiſcopo Apoſtolicæ ſedis legatione fungente, ſolerter & vigilanter capta eſt civitas Damiatæ abſque deditione, ſine defenſione, ſine violenta deprædatione cum tumultu, ut ſoli filio Dei adſcribatur victoria evidenter, qui populo ſuo in Ægypto ingreſſum inſpiravit, & ibidem vires monſtravit. Et cùm caperetur civitas in oculis Regis Babyloniæ more ſolito, non fuit auſus Chriſti milites ad defenſionem paratos per foſſatum noſtrum aggredi.*

Eodem tempore & fluvius excrevit uberrimis aquis foſſatum implens. Ipſe verò Soldanus confuſus propria caſtra combuſſit & fugit. Deus autem, qui tertia die aquas ſub firmamento in locum unum congregavit, *Gen. 1.*

Apocal. 19. vit & regnat & imperat,
B mentis irrigua locavit Ægyptiis, & confudit operantes ſericum & byſſum plectentes
Iſaia. 19. & texentes ſubtilia.

Tali duce Chriſti milites Damiatam ingreſſi plateas ejus invenerunt ſtratas cadaveribus mortuorum, peſtilentia & fame deficientium; aurum & argentum nimis, pannos ſericos negotiatorum in abundantia, ſupellectilem variam in ſuperabundantia.

Civitas hæc præter naturalem ſitum loci, qui munitur triplici muro, cincta eſt turribus lateritiis multis & magnis fortiſſimè munita, clavis & antemurale totius Ægypti, inter Rameſſe & campum Thaneos ſita in
Geneſ. 46. terra, ùt conjicere poſſumus Geſſen, quæ paſcualis eſt, quam petierunt filii Iſraël à
C Pharaone tempore famis.

Damiata, Damiata inclyta in regnis, multùm formoſa in ſuperbia Babyloniæ, in mari dominatrix. In aſcenſu perſecutorum tuorum per paucas & modicas ſcalas comprehenſa. Nunc humiliata es ſub potenti manu Dei, & adultero, quem diu tenuiſti, projecto, ad priorem virum tuum reverſa es. Et quæ priùs parturiebas ſpurios, amodò paries filios legitimos ad cultum filii Dei firmiter à cultoribus Chriſti poſſeſſa. Acchon Epiſcopus ex te primitias animarum Deo ſolvit: parvulos tuos, qui in te reperti ſunt, ab ipſo vitales etiam morti proximos, baptiſmatis unda ſacramentaliter mundando. Multiplices ſolviſti pœnas; quia præter eos,
D qui vivi comprehenſi ſunt in te, mortui tui promiſcui ſexus à tempore obſidionis in circuitu computantur ad mille & ampliùs: quos ſine ferro & igne Dominus percuſſit: amodò dedignatus ſuſtinere ſpurcitias in te commiſſas.

Gaudeat igitur univerſalis Eccleſia, dignas gratiarum actiones referendo pro tali triumpho; & non ſolùm pro Damiata; ſed pro deſtructa pernitioſa munitione montis Thabor, & pro aditu libero in Hieruſalem: ut reædificentur muri ejus tempore ab altiſſimo ſtiano crudeliter intulit, in deſtructione Tiberiadis, in victoria, quam de Chriſtianis habuit, quando Regem Hieruſalem & principes captivos duxit, Aſcalonem deſtruxit, & quomodo conabatur Tyrum apprehendere, ſed non profecit, & alia multa, quæ peccata illius temporis meruerunt, prædixit. Prædixit deſtructionem hortorum & palmarum civitatis Damiatæ, quam factam vidimus, quando librum hunc per interpretes inſpeximus. Addidit & Damiatam à Chriſtianis fore capiendam. Salahadini nomen non ponit, ſed per nigros oculos & crocea vexilla ipſum deſignat. Inſuper prædixit, quemdam Regem Chriſtianorum Nubianorum Mecham civitatem debere deſtruere & oſſa Machometi Pſeudoprophetæ diſperſa projicere, & quædam alia, quæ G
nondum evenerunt. Sed ſi completa fuerint ad exaltationem Chriſtianitatis, & depreſſionem Agarenorum evenient. Scimus quoſdam gentiles ethnicos Spiritum ſanctum habere in ore, ſed non in corde, & manifeſtè de Chriſto prophetâſſe. Unde non miramur, ſi per canales lapideos aqua purior pertranſit.

Ac hæc fama diſcurrens per totum orbem, Damiatam à Chriſtianis eſſe comprehenſam, Georgianorum literas ad caſtra Catholicorum tranſmitti perſuaſit. In quibus continebatur, quod indignata gens illa vel excitata, rege eorum convocante principes decrevit & juravit ſe obſeſſuram aliquam civitatem famoſam Saracenorum, allegans ſibi verecundum eſſe, quòd fratres de tranſmarinis partibus & ultimis terræ finibus venientes, per mare ſpacioſum periculis ple- H
num tam munitam civitatem longa obſidione cepiſſent: niſi & ipſi, quibus facilius erat, perfidos impugnarent, & Damaſcum vel aliam civitatem vel locum alium nominatum virtute caperent armorum. Sunt autem Georgiani cultores Chriſti, ritus habentes Græcorum, Perſis vicini, longo terrarum tractu à terra promiſſionis diſtantes, quorum dominium extenditur uſque ad Caſpios

[illegible] Virginis apud Carchulam ante altare procumbentem, nequiter interfecerunt. Unde militia non ceſſavit eos perſequi pro tam religioſa * exanitate violata, donec humiliarentur uſque ad ſervitutem tributi. Tria namque millia byſantiorum * annatim Templariis perſolvunt.

** fortè, charitate.*

** annuatim.*

Ejuſdem obſidionis tempore Armeniæ Rex Leo nomine defunctus eſt in terra ſua. Melchiſomaphat filius Saphadini multa damna Templariis intulit, cùm eſſent in obſidione Damiatæ. Combuſſit enim oppidum Caſtri albi: & turres munitas deſtruxit. Sed cùm rediret in terram ſuam, victus eſt à Saracenis.

C

Mortuus eſt Soldanus *Ichonii, qui creditur baptizatus fuiſſe. Qui tantæ benignitatis erat in Chriſtianos, ut treugam cum Saracenis ſolvi juberet Chriſti cultores, quos vinculatos invenit in munitionibus, quas expugnavit, & in optione eorum poſuit, utrum in patriam ſuam redire vellent, an acceptis ab eo ſolidis ſub ipſo militare potiùs eligerent. Idem Chriſtianos in tantum familiares habuit, ut cuſtodes ſui corporis conſtitueret eoſdem: licèt pater ipſius à Laſcaro Græco fuiſſet interfectus. Manu tenuit etiam Myralyn filium Salahadini exhereditatum contra filios Saphadini, quantum Caliphas permittebat de Baudas Papa ſuæ gentis. Contrivit Dominus baculum impiorum, confregit cornu ſuperborum, terribilis in conſiliis ſuper filios hominum, portas Damiatæ potenter aperuit. Ingredientibus nobis fœtor intolerabilis, aſpectus miſerabilis, mortui vivos occiderunt. Vir & uxor, dominus & ſervus, pater & filius ſe mutuis fœtoribus interemerunt. Non ſolùm plateæ erant mortuis plenæ, ſed in domibus & cubiculis & lectis jacebant defuncti. Extincto viro mulier impotens ſurgere, ſublevandi carens ſubſidio vel ſolatio, putredinem non ferens expiravit. Filius juxta patrem, vel è converſo, ancilla

** Iconii.*

Iſaia. 14.

D

Pſalm. 65.

Thren. 4.

murum habet humilem ad cuſtodiam foſſati, ſecundum altiorem, tertium eminentiorem ſecundo. Murus medius viginti octo turres habet principales, binas vel ternas teſtudines continentes, quæ omnes remanſerunt integræ cum muris, præter unam: quæ crebris tribuculis Templariorum ictibus concuſſa fuit aliquantulum. Adeò enim exercitus noſter ad pigritiam reſolutus fuit, ut milites otio dediti negligerent opus Chriſti. Vulgus autem ad tabernas & negotiationes fraudulentas ſe convertit. Cati duo, ad foſſatum implendum magnis ſumptibus compoſiti fuerunt. Quorum unus in cuſtodia regis, alter in cuſtodia Romanorum combuſtus fuit.

G

Cùm adhuc potentes eſſent in armis cuſtodes civitatis, foſſæ duæ ſubterraneæ factæ fuerunt, ad ſuffodiendum fundamenta munitionum. Sed labor iſte fruſtratus eſt poſt expenſas plurimas. Sic Dominus dare voluit civitatem integram ſine damno capientium eam in virtute. In commune juravimus omnes, ut aſportata de civitate ſpolia redderentur inter victores dividenda. Hoc etiam ſub anathemate terribili fuit præceptum à Domino legato Apoſtolicæ ſedis. Tranſgreſſores perpetuò remanebant infames, cum *Achor, qui furatus fuit de anathemate Hiericho, computandi. Verumtamen concupiſcentia oculorum plures fecit fures. Suſcepimus tamen ad utilitatem reipublicæ magnam partem delitiarum Ægypti in auro & argento, *perlis*, & pomis ambræ, filis aureis, phylacteriis variis, pannis ſericis pretioſis, ſicut enumerat Iſaias. *In die illa auferet Dominus calceamentorum ornamenta & lunulas & torques, monilia & armillas, mitras & diſcriminalia, periſcelidas & murenulas, olfactoriola & annulos, inaures & gemmas in fronte pendentes, & mutatoria, & palliola & linteamina, acus & ſpecula, ſindones & vittas, & teriſtra*, quæ omnia nemo dinumerare poterat.

** Acham Joſue 7.*

H

Iſaia. 3.

um. Beati Bartholomæi, in cujus feſto turris fluminis capta fuit, quartum. Inventi ſunt in Damiata tribuculi quatuor cum petrariis & mangonellis plurimis, baliſtæ cum cornu fortiſſimæ, magnalium baliſtarum & arcuum propter multitudinem neſcimus numerum. Inſuper omne genus armaturæ fortium repertum Chriſtianitati conſervatur. Aurum & argentum cum perlis & aliis rebus mobilibus non ſolùm inter Cleros & milites, ſed etiam inter ſatellites, mulieres & parvulos dividebant proportionaliter. C Turres civitatis diſtributæ inter regna, quorum bellatores convenerunt ad ejus captionem. Deducta fuit primò una turris, ſicut decuit & oportuit, quæ Romanæ fuit aſſignata Eccleſiæ, cum porta ipſius, quæ olim dicebatur Babylonica, appellatur Romana. Alia etiam turris Archiepiſcopo reſervatur Damiatæ.

Et ſicut olim civitas Dei viventis Hieruſalem ſancta, capta fuit ab hoſtibus nocte, ſic Chriſtiani ante diluculum Damiatam obtinuerunt. Inſtrumentum, quo turris fluminis capta fuit, Theutonici cum Friſconibus in commune dederunt, de quo factus eſt pons novus inter civitatem & caſtrum, quod conſtruitur ad munimentum ripæ civitati contrapoſitæ. Duo caſtellula compoſita ſunt ad cuſtodiam pontis de eodem inſtrumento. D Inſuper de altis arboribus, ſuper quas ſcalæ pendebant, ædificatur ſpecula ſuper altitudinem caſtri novi ad indicandum portum longè navigantibus. Pons vetus, qui mediante inſula utramque ripam contingebat, obſidionis tempore multipliciter à Saracenis fuerat attentatus, & à Chriſtianis viriliter defenſus, facto officio ad alios reſervatur uſus.

Non minori miraculo, imò majori donavit Dominus Chriſtianis Thanis, menſe Novembri in feſto beati Clementis, qui habet habitaculum ſuum in mari. Nam miſſi exploratores, numero quaſi mille viri in naviculis per parvum fluvium, qui fluvius Tha-

Per circuitum caſalia multa ſerviebant ei. Civitas olim famoſa, major Damiata, ad caſtrum modò redacta, nunc etiam ruinoſa magnitudine ædificiorum.

Hæc eſt Thanis, cujus campos meminit Propheta. (*Pſalm. 77.*) *Coram patribus eorum fecit mirabilia*, &c. Et Iſaias *Stulti principes Thaneos, ſapientes* (*Iſaie. 19.*) *conſiliarii Pharaonis dederunt conſilium inſipiens.* Hæc eſt Thanis, in qua lapidatus aſſeritur Hieremias. Deſtructa eſt Hieroſolyma à Babyloniis, (*4. Reg. 25.*) & Godolia ab Iſmahele interfecto. Reliquiæ populi contra conſilium Hieremiæ Prophetæ interfecti ſunt, in Ægyptum Hieremiam ſecum ducentes, qui manſit cum eis G in Thanis. *Sume lapides grandes & abſconde eos* (*Hierem. 43.*) *in crypta, quæ eſt ſub muro lateritio in porta domus Pharaonis*, &c. Poſtmodum locutus eſt eis Hieremias: *Hæc dicit Dominus Deus. Ego* (*Hierem. 44.*) *juravi in nomine meo magno, quòd omnes viri Juda, qui ſunt in terra Ægypti, gladio & fama peribunt, donec penitus conſumantur.* Et inſurrexit populus adversùs Hieremiam & lapidaverunt lapidibus, quos abſconderat ſub muro lateritio. Ægyptii honoraverunt Prophetam ſepelientes cum juxta tumulum regum. Oratione enim ſua fugaverat Crocodilos. Alexander autem Macedo veniens ad ſepulchrum Prophetæ, cognoſcens loci myſterium, tranſtulit ipſum in Alexandriam & ſepelivit glorioſè. Crocodilos apud Damiatam invenimus & interfecimus. H Eſt autem beſtia aquatica crudelis homines & jumenta devorans, quæ ſolo viſu apertis oculis ova ſua fovet. Excluſi pulli ſtatim fugiunt eam tanquam hoſtem, quos enim rapere poteſt ſtatim glutit & devorat, Et cùm cætera animalia molam * fovent inferiorem, illud movet contra naturam ſuperiorem. Diſtat Thanis à Damiata itinere unius diei per mare, versùs terram promiſſionis, ut facilè ſit de Accho vel de Damiata per mare, per terram, per fluvium præſidium ibidem ponere vel victualia tranſmittere. Damna multa Chriſtianis intulit in obſidione Damiatæ, quando naves ad nos acce-

* *movent, vel moveat.*

Digitized by Google

viriliter, quoſdam occidendo, alios captivando. Coradinus autem auxilium poſtulabat à Saracenis, qui ab ortu ſolis venientes obſederunt Acchon, quod efficere non poterant propter inexorabilem diſcordiam principum terræ ipſorum Chriſtianis plurimùm opportunam, quam Calyphas Papa ipſorum ſepelire laborabat.

Anno Incarnationis Domini milleſimo ducenteſimo vigeſimo, Coradinus Princeps Damaſci deſtruxit Saphet caſtrum firmiſſimum, quod Salahadinus, flagellum Chriſtianorum, C per longam obſidionem in tantum arctavit, ut defenſores fame deficientes, requiſita licentia Magiſtri Templi redderent illud Tyranno. Quæ vox, quæ lingua valet retexere nobis multiplicata beneficia Salvatoris? quem bonitas inſolita, & clementia naturaliter inſita intrinſecus adveniens, Eccleſiæ continuata ſupplicatio, benignitatis oculo reſpicere caſtra fidelium ſuavitate devotionis induxerunt. Ipſum lenit oratio, lachryma cogit.

Et cujus laudi non ſufficit obſtupeſcens in corde conſcientia; quomodo ſufficere poterit ſcribentis manus, aut loquentis lingua? Veruntamen coacervare libet, & admirari licet modici temporis miracula, quæ deſcenderunt à patre luminum. D Filii Iſraël præſentes erant circumeuntes cum Arca Domini, (*Joſue. 6.*) clangentes buccinis; & ſeptimo die vociferantes, quando ceciderunt muri Hiericho, ut populus Domini liberum haberet ingreſſum. Nos autem dormitavimus ante Damiatam puſillanimes & inertes, ad otium unanimes & torpentes. Nihilominus ceciderunt muri Hieruſalem & Montis Thabor, & Saphet, & aliarum munitionum nobis hoſtiliter adverſantium. Inſuper Damiatam contra voluntatem quorundam Pſeudochriſtianorum nobis donavit altiſſimus, adhuc

rum, quos voti fecerunt tranſgreſſores, tulerunt? Revertantur etiam ad mentem, quos accuſat reatus, convincit conſcientia, pro eo, quòd falſas paupertates vel debilitates allegando religionem examinatorum circumvenerunt, quia ſolius Dei eſt ſecundùm veritatem judicium. Defraudatores eleemoſynarum, quæ collatæ fuerunt in terræ ſanctæ ſuccurſum, quia mentiti ſunt Spiritui ſancto, (*Act. 5. Joan. 12.*) culpas ſuas texerunt, cum Anania & Saphira portionem habituri peribunt, & cum Juda fure peſſimo & Domini ſui proditore punientur gehennaliter, quia proditores Chriſtianitatis ſtipendia militantium ſibi retinuerunt, G dantes animas pro rebus tranſitoriis, quarum furtum ſuggeſſit cupiditas. Immemores Hieruſalem matris *noſtræ*, quæ proſtrata jacens erigi deſiderat à redeuntibus de captivitate Babyloniæ.

Conſolare civitas Domini, quia nationes ex longinquo ad te venient, & munera deferentes adorabunt Deum in te. (*Iſaiæ. 49. & 60. Tobiæ 13.*) Benedicti gaudebunt, qui reparaverunt te. Tu autem lætaberis in filiis tuis, & beati omnes, qui diligunt te & gaudent ſuper pacem tuam.

Factum eſt autem vertente anno, quo ſolent reges ad bellum procedere: *Joannes Rex Hieruſalem caſtra fidelium reliquit multas cauſas prætendens ad excuſationem ſui,* H *& feſtinatum reditum promittens, anteriorum oblitus ad poſteriora ſe convertit: aperiente manum Domino, qui portum Damiatæ replevit ubertate vini, frumenti, & olei, adjuncta peregrinorum, & equorum copia numeroſa, ut ad progrediendum in negotio feliciter inchoato, nulla locum habeat excuſatio.*

Supervenerunt in ſexto paſſagio Mediolanenſis & Cretenſis Archiepiſcopi, Javenenſis & Reginenſis Epiſcopi, & nuncii Regis Federici

 defe-

Digitized by Google

Jugum Chriſti ſuave cum gaudio, & unanimitate portate.

A Pſal. 106. Lege Tom. 3. de S. Cruce lib. 2. cap. 29. Pſal. 46.

CONFITEANTUR *Domino miſericordiæ ejus, & mirabilia ejus filiis hominum; quia portas æreas contrivit, & vectes ferreos confregit: ſubjecitque populos nobis, & gentes ſub pedibus noſtris*, civitatem paganorum gloriæ, & civitatem fiduciæ incredulorum, civitatem munitiſſimam, & inexpugnabilem, & à multis regibus, & populis pluries obſeſſam, ſed nunquam ſuperatam: in diebus noſtris ſanctæ Eccleſiæ, & exercitui Chriſtianorum ſubjecit, *& cornua peccatorum confregit*, aperiens nobis oſtium magnum, ad ſubjugandos infideles, & ad ampliandum Chriſti imperium; &, ut captis & ejectis vulpeculis Vinea Domini Sabaoth, quaſi novella plantatio, propagetur, & faciat uvas, quæ faciebat labruſcas: &, ubi toties invocatum eſt nomen maledictum perfidi Machometi nomen abominabile, quod os dæmonis nominavit; amodò invocetur nomen benedictum JESU Chriſti glorioſum, quod os Domini nominavit: ut cognoſcant Ægyptii Dominum, & convertantur ad ipſum, ut ab Occidente ad Orientem lumen veritatis reconvertatur. *Non enim eſt Deus noſter, ùt dii eorum, & inimici noſtri ſunt judices*, videntes virtutem Domini, & mirabilia ejus in captione Damiatæ, quod, qualiter factum ſit, & quàm miraculosè, prædicabo.

(Pſal. 74. — B — Deut. 32.)

Igitur cùm ex parte liciarum noſtrarum, & foſſati noſtri pluries impugnâſſent nos Saraceni, & nihil profeciſſent; ſed multis ſuorum interemptis, confuſi receſſiſſent, ad ſolita ſua perverſitatis arma recurrentes, verbis pacificis, & doloſis noſtros decipere, & circumvenire tentaverunt; & multa nobis promittentes, ſi recedere, & obſidionem Damiatæ relinquere vellemus: quæ magna, in ſuperficie iis, qui minùs cauti erant, videbantur. C

Nam primò promiſerunt; quòd S. Crucem, & terram planam cum civitate Hieruſalem, & Sepulchro Dominico, & omnes, quos in poteſtate habebant, Chriſtianos, redderent, & pecuniam, pro muris Hieruſalem reparandis nobis darent.

Secundò, caſtrum quoddam, quod juxta civitatem Tyri ſitum eſt, quod *Turo* dicitur, cum quibuſdam munitionibus aliis, ſcilicet Sephet, & Beafort cum Belinis, cujus muros deſtruxerunt, nobis reddere promiſerunt. Caſtrum autem munitiſſimum, ſcilicet Craccum, & montem regalem volebant retinere: ſed pro illis annuum nobis cenſum dare promittebant: quod multis ex peregrinis noſtris magnum & ſufficiens videbatur. D

Hi autem, qui experimento fraudes verſipellium cognoſcebant, & maximè Templarii, & Hoſpitalarii, & ſanctæ MARIÆ Alemannorum, Dominus etiam legatus, cum Patriarcha, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cum univerſitate cleri; & quædam pars peregrinorum verbis eorum ſeductoriis nullum præbebant aſſenſum: eò quòd intenderent Saraceni ſub occaſione ſimulatæ pacis, exercitum Chriſti diſſipare: ut recedentibus peregrinis, qui nobiſcum erant, & aliqui, qui hoc audierunt, * non venturum, terram planam recuperaverunt, & Hieruſalem cum Monte Thabor, & aliis caſtris, collecta contra nos multitudine, cum fortitudine ſua recupe-

*Locus corruptus. fortè *Non venirent, ſed terram planam recuperarent. &c.*

cupe-

die noctúque tam per terram, , quam per aquam novos in civitatem mittebat pugnatores.

Unde Dominus Legatus non ſuſtinuit ampliùs exſpectare, paucis tantùm de ſuis, quod conceperat, revelavit; ne quidam ex noſtris malitiosè inſultantes impedirent; & ne hoſtium exploratores hoc ſecretum eis intimarent; ante autem mediam noctem conſurgens cum militibus, & convenientibus ſuis, ad foſſatum civitatis devenit: Saraceni autem quemdam pontem deſtruxerant, quo mediante, ad primum urbis murum; & ejuſdem muri portam erat acceſſurus. Legatus verò cum ſuis ſcalis, & aſſeribus pon-
C tem juſſit reparari. Móxque tranſeuntes, ipſam portam combuſſerunt. Deinde feſtinanter per medios ignes tranſeuntes, inter duos muros ſeſe receperunt. Et primi murum, portâ ſuccensâ, ſcalas applicantes, aſcenderant, alii verò per medios ignes per portam tranſiêrunt. Cives autem in ſtuporem, & puſillanimitatem converſi, & confracti viribus, & de defenſione deſperantes, modico conamine reſtiterunt. Unde factum eſt, ut nullus ex noſtris interemptus, paucis tantùm leviter vulneratis, de Saracenis verò pluribus interfectis, Deus in manus noſtras miraculosè tradiderit civitatem.

Igitur nonis Novembris, Salvatore mundi regnante, Domino Petro Albanenſi Epiſcopo, Apoſtolicæ Sedis legato, ſolenniter vigilante, anno gratiæ, M. CC. XIX. capta eſt Damiata abſque deditione ſine defenſio-
D ne, ſeu violentia, ſine deprædatione, vel tumultu, ut ſoli Filio Dei evidens adſcribatur victoria, qui populo ſuo ingreſſum in Ægyptum aſpiravit, & ibidem vires inſtauravit: gloriam ſuam alteri non dedit: triumphum verò ſanctæ Romanæ Eccleſiæ contulit.

Quidam verò ex noſtris, qui propriam gloriam quærebant, & jam contentiosè de ſpoliis, & partitione civitatis inter ſe agebant, ſuo more, gloria Dominus eos privavit. Illuceſcente namque die, videns Solre civitatem. Dominus enim peſtilentia percutiens adverſarios, gladium evaginavit poſt eos, adeò, quòd cùm ingrederemur civitatem, tot invenerimus mortuorum cadavera ſuper terram, quòd pauci, qui remanſerant, vivi, ob intolerabilem fœtorem, tot mortuos ſepelire non poterant.

Purgata autem civitate, Dominus Legatus cum Patriarcha, & univerſo clero Acconenſi, cum candelis & luminaribus, cum hymnis & canticis, cum laudibus & gratiarum actione, in die Purificationis Beatæ MARIÆ proceſſionaliter ingreſſus eſt civitatem. Fecerat autem Dominus Legatus parari magnam Baſilicam; in qua, ad honorem B. Virginis cum magna populi devotione celebravit. In qua etiam Sedem Archiepiſcopalem G
inſtituit, multis etiam aliis intra civitatis ambitum conſtitutis Eccleſiis, ejecto perfido Machometo, divinum officium diebus ac noctibus, ad honorem Dei, & ſanctorum ejus jugiter adimplevit.

Invenimus autem in civitate pauca valdè victualia. Aurum verò, & argentum, pannos ſericos, cum veſtibus pretioſis, & aliam multam ſupellectilem reperimus. Sed quoniam multi fures, & latrones, & ſolo nomine peregrini in captione verſati, in exercitu noſtro tunc temporis erant; Saraceni autem maximam pecuniæ partem in terra abſconderant, & in aquam projecerant; vix ad utilitatem communitatis quadringentorum millium Bizantinorum precium colligere, & inter noſtros dividere potuimus. Idcircò nimirum & ſcandalum, H
rixæ & contentiones exortæ ſunt in populo inſipienti & indiſciplinato: de captis verò Saracenis, quos in civitate reperimus quadringentis melioribus, & ditioribus retentis, ut captivos noſtros, facta commutatione, pro ipſis recuperare poſſemus, omnes, eò quòd ſumptuoſum eſſet nimis, tot homines paſcere, vendidimus Chriſtianis, ut ſervirent eis in perpetuum, exceptis parvulis; quos ego cum labore magno, & expenſis feci reſervari; quibus baptizatis pluſquam quin-

Digitized by Google

[illegible] adjacente octo turres inexpugnabiles habente, quòd ex nulla parte poſſet obſideri, non minori, ùt dicitur, miraculo nobis Deus ſubjecit. Civitas autem Thaneos cum ſua diœceſi ſub Damiata Metropoli continetur.

Sed ne triumphum viribus noſtris, vel noſtræ multitudini poſſemus adſcribere, ut humiliaremur, & cum Propheta confiteremur: *non in arcu meo ſperabo, & gladius meus non ſalvabit me; Dominus eſt, qui humiliat, & ſublevat:* multis tribulationibus ad purgationem peccatorum, & majorem coronam electorum: antequam traderet civitatem, populum ſuum permiſit affligi. Dum enim multitudine magna tam equitum, quàm peditum die quodam noſtri contra Soldanum exirent ad pugnam, tanquam nil timentes, ſed in ſua fortitudine confidentes non proponentes *Deum ante conſpectum ſuum*: non cum humilitate, ſed cum ſuperbia & elatione, multi propter lucrum temporale contra hoſtes perrexerunt: Soldanus, qui primus per experientiam didicerat, quòd pauci de noſtris, dum ponunt Deum adjutorem ſuum, multos ex ſuis abſque magna difficultate ſuperâſſent, non eſt auſus exercitum noſtrum expectare: ſed paulatim noſtris ſubſequentibus, cum omni ſupellectili ſua fugiendo cedebat. Cùm autem intra foſſatum, quo Soldanus caſtra ſua cinxerat, exercitus noſter perveniſſet, pauliſper tanquam feſſi ex tunc noſtri ſubſiſtentes pauſâverunt; túncque-------- inimicis verò tum inſequentibus, noſtrorum quidam terga vertentes non fugati fugerunt: quod videntes quidam ex noſtris militibus, corde conſtantes, & de fuga ſuorum admirantes, & nimiùm dolentes, ut à poſteriori exercitum cuſtodirent, ordinati, conſertis aciebus, ſecundùm ordinem & militarem diſciplinam paulatim ſubſequebantur: ut ſcilicet abſque magno damno reverti poſſet exercitus; Ubi quidam

Pſal. 43. 1. Reg. 2. — C — D

Pſalm. 43.

** locus corruptus.*

ſis Epiſcopi, & Odo de Caſtellione, & multi alii, quos longum eſſet enarrare, Multi autem die illo coronati feliciter ad Dominum migraverunt. Ego verò die illo abſque armis, cum cappa, & ſuperpellicio, cum Domino legato, & Patriarcha, qui ſanctam ferebat Crucem, exiéram, & non placuit Deo cum ſuis martyribus me miſerum, & indignum vocare, ſed adhuc ad laborem & dolorem voluit reſervare.

Multis aliis tribulationibus Dominus noſtram repreſſit ſuperbiam. Naves enim noſtras cum ſcalis ex parte fluminis, medio civitatis, frequenter applicantes, repulſi ſumus, Saracenis * ignem Græcum projicientibus, & bellicis machinis, quæ *pertariæ* vel *petrariæ* dicuntur, lapides jaculando, quoſdam ex noſtris interficientibus: ex parte verò terræ, cum labore & expenſis magnis fodientes, aquis foſſati impedientibus, nil profecimus.

G

** qui nullo præterquam aceti liquore extinguitur, inquit Luitprandus Ticienſis lib. 3. Hiſt. cap. 6.*

Cùm autem bellica quædam inſtrumenta, quæ *cattos* nuncupant, verſus noſtros traheremus, ignem Græcum copioſè projicientes Saraceni, multis ex noſtris vulneratis, illa combuſſerunt. Nobis etiam invitis, & ignorantibus, quandoque ſub parte terræ, quandoque ſub aquis per fluvium civitatem H ingrediebantur, non modicum his, qui erant in civitate, ferebant ſolatium. Noſtri verò magnum rete ex tranſverſo fluminis protendentes, *facti piſcatores hominum*, Saracenos prendebant.

Jam verò omnibus attentatis, quid ampliùs faceremus, vix excogitare valebamus. Longè enim fortior erat civitas paulò antequam caperetur, quàm in obſidionis principio. Dominus autem ſibi ſoli victoriam reſervabat: præmium autem noſtrorum laboribus non negabat. Confidimus enim in Chriſto, qui nobis portas Ægypti miraculosè aperuit, quòd Chriſtianorum imperio reſiduum ſubjiciet Ægypti, tene-

lorum Fratrum, Frater *Franciſcus* nominatur; qui adeò amabilis eſt, ut ab omnibus hominibus veneretur: cùm veniſſet ad exer-

di literas Abbati de Villari, & aliis amicis noſtris. Valete.

HOR-

Digitized by Google

rum & Orthodoxorum in S. CRUCEM, cum Commentario & refutatione Edictorum de cultu imaginum, quæ nuper ſub Imperatorum & Regum nomine quidam Calviniſta evulgavit.

II. CRUX Schirenſis
III. CRUX Donavverdenſis } cum notationibus.

IV. Florilegium de S. Cruce cum poëticis luſibus in Florem Indicum, quem GRANADILLAM vocant.

AUCTORE.

JACOBO GRETSERO
SOCIETATIS JESU
THEOLOGO.

Digitized by Google

BENEDICTO
CELEBRIS MONASTERII SCHIRENSIS IN BAVARIA ABBATI VIGILANTISSIMO

MULTA ſunt, *Admodum R.de & Ampliſſime Antiſtes*, quæ Monaſterium, cui feliciter R.P. T. præſidet, nobilitent. Nam, ſi originem ſpectemus, conditores habuit celeberrimos Principes ac Comites SCHIRENSES, præſertim OTHONEM & HAZIGAM Regis Aragoniæ filiam: ſi incunabula; ex Arce & avita Schirenſium Procerum ſede fortunatis auſpiciis exſtitit: ſi poſituram, & ſitum; loco amœniſſimo exſtructum eſt, in colle herbido & viridante, quem undique horti & agri fructiferi ac frumentiferi cingunt. Si antiquitatem; jam ſexcenteſimum annum agere cœpit. Si Præſules & religioſos incolas; multos pietate & eruditione præſtantes viros aluit.

Et quidem, ſi primas tribuam ERCHENWOLDO Abbati primo; nemo, opinor, jure me reprehenderit; quippe qui ex diſciplina & inſtitutione eximii illius, & omnium Annalium voce decantatiſſimi WILHELMI Abbatis Hirſaugienſis profectus, tanti magiſtri haud degener diſcipulus, poſteris omnibus, ad BENEDICTINI inſtituti accuratam obſervationem, exemplo præivit; adductis ſecum ex eadem WILHELMIANA ſchola duodecim ſodalibus, qui veluti duodecim fundamenta, ad imitationem cœleſtis illius civitatis, de qua in Apocalypſi D. Joannes, Schirenſe Cœnobium, religione, omníque virtutum genere fundarent, ac ſolidarent. Taceo JOANNEM, cognomento TURBEYT, & JOANNEM CHRYSOSTOMUM HIRSBECKIUM Abbates, R. P. T. anteceſſores, ùt monaſticæ vitæ cultu, ſic & litterarum amore inprimis conſpicuos. Conrado certè Shirenſis ædis indigenæ, hoc monumentum ære perennius po-
ſuit

Digitized by Google

Porrò cùm nuper, pro meo in ſanctam Crucem affectu, hunc CRUCIS HORTUM plantâſſem; variíſque ex locis, quæ ad illius ornatum facerent, varia conquiſiviſſem; religio mihi erat, CRUCEM SCHIRENSEM, plantam fronde, flore, germine nobiliſſimam; cui nulla ſylva profert parem, præterire. Tranſtuli igitur & hanc in hunc meum Hortum; eúmque totum, quantus quantus, & qualis qualis eſt, R.[dæ] Paternit. Tuæ, Admodum *R.[de] Domine Prælate*, dico & dedico. Id inprimis monebat ipſa CRUX SCHIRENSIS, notationibus ſeu commentariolo à me explicata & illuſtrata; hoc enim novo culu veſtita, non aliò, quàm SCHIRAM proficiſci geſtiebat.

Idem jubebat ſingularis illa benevolentia, qua R.P.T. & tota familia, cui præeſt, Societatem noſtram complectitur: cujus fructum, niſi me quoque ſæpiùs jam à multis annis percepiſſe palam confiterer; jure vel oblivioſus, vel ingratus haberer. Sit igitur hic Hortus noſtræ gratitudinis, & in R. P. V. totúmque Conventum SCHIRENSEM obſervantiæ, exile quidem, ſed tamen publicum teſtimonium. Nec abnuo, me etiam ad hanc inſcriptionem impulſum admiratione Virtutum R. P. V. cui id tempore ſuæ adminiſtrationis potiſſimùm curæ fuit, ut pietate & eruditione Monaſterium floreret, cultúſque divini penſum DEO accuratè perſolveretur, neque enim ignorat, ex hoc velut capite; cætera omnia, quæ expeti ſolent, progigni, juxta illud
Matth. 6. Domini: *Quærite primùm Regnum DEI, & juſtitiam, & hæc omnia adjicientur vobis.*

Quapropter inter cætera cœleſtis favoris argumenta, hoc itidem divinitus R. P. V. obtinuit, ut jam ab Anno Domini M.D.L.XXIV. uſque ad hunc præſentem M.DCX. Cœnobii Schirenſis habenas proſperè teneat ac moderetur, ita ut ex triginta ſex R.P.V. in gubernatione Anteceſſoribus, nullus omninò trigeſimum ſextum annum attigerit. DEUM precor, ut hanc temporalem & deſituram felicitatem, æterna illa & interminata beatitudo excipiat. Ingolſtadii XI. Auguſti. M.D.C.X.

Admodum R. P. V. ſervus in Chriſto
JACOBUS GRETSERUS.

 LECTO-

Digitized by Google

mortem ſuam indubitanter imminere, contritus pro peccatis ſuis, confeſſionem fecit pleniſſimam cum lachrymarum ubertate, ſe DEO commendans, & ordini Ciſtercienſi; unde habitum Ciſtercienſium ante mortem, ùt nobis ſuorum fidelium patefecit certa relatio, humiliter ac devotè ſuſcepit. Et quia mors in foribus erat, quidam Epiſcopus ex parte Dei, qui neminem in ſe credentem vult perire, ipſum, ſatisfactionem promittentem, abſolvit.

Ab alto igitur ſuſpirans pectore, & aſſerens ſe malle nunquam fuiſſe natum, vel habenas imperii ſuſcepiſſe, pro cujus juribus recuperandis & ſuſtinendis, tot & tantis fuerat inebriatus amaritudinibus, tale dicitur condidiſſe Teſtamentum: Ego Fridericus inprimis relinquo pro anima mea, centies mille uncias auri pro terra ſancta, S. Romanæ Eccleſiæ recuperanda, expendenda, & exponenda, ad voluntatem filii mei Conradi. Item volo, quòd omnia malè ablata reſtituantur. Item, omnes captivos de Imperio & Regno relinquo liberos, exceptis proditoribus tantùm. Item relinquo totam terram Eccleſiæ liberam, & volo, quòd jura Eccleſiæ reſtituantur. Item meum hæredem relinquo, Conradum In Imperio Romano & regno Siciliæ. Item relinquo filio meo Henrico, regnum Hieroſolymitanum, & decem millia unciarum, ſecundùm voluntatem Conradi filii mei. Item, nepoti meo, filio ſcilicet filii mei Henrici, relinquo Ducatum Auſtriæ, & decem millia unciarum auri. Item, Manfredum filium meum relinquo Ballivum Conradi in Imperium, à Papia, & citra, & regno Siciliæ, uſque ad LXX. annos, excepto, quando Conradus erit præſens. Item ſepulturam meam eligo apud Pannoniam, ubi jacuit Rex Wilhelmus. Hæc & alia multa continet dictum Teſtamentum, quorum non recordor, quia minùs fuerunt notabilia. *Hæc Matthæus ille de Friderici II. Teſtamento, cum quibus hanc præfatiunculam finio, & te, quisquis es ſanctæ Crucis amator, benè valere; hoſtes autem ejuſdem ſanctæ Crucis reſipiſcere, ni æternùm interire velint, opto.*

IN

Scrutanti, ad vigilem, veſtigantique lucernam
(Mellilegæ ceu prata ſolent per aprica volantes)
Accumulat, certans operoſa induſtria ſecum.
Et verò quæ digna queat tam nobile lignum
Laudibus in cœlum ſat tollere pagina fando?
Arborei generis nullum felicius illo
Floruit, Eoo frondeſcens in Paradiſo,
Tygris ubi, Euphratésque Gyónque, Phiſŏnque ſcatebant.
Nam depacta licet vitæ, quæ dicitur, arbos,
Indejecta comas, & ſucco fœta ſalubri,
Ante alias, horto in medio, ſua brachia latè
Panderet effulgens, membris revocare vigorem
Nata, & morbiferæ prævertere damna ſenectæ:
Tota tamen fuerat noſtræ huic ea viribus impar:
Quæ cœleſte ſacro ſtillat de robore Manna,
Immortale piis reparans mortalibus ævum.
Ac fuit hoc teli genus: hæc fuit illa cataſta,
Occiſæ domitrix Mortis, mundique ſubacti,
Et diri manibus vincti poſt terga Sathanæ,
Damnatique polo procul, exterioribus illis,
Æternum, æterno commiſtis igne tenebris.
Id memores tanti veneramur jure trophæi
Relliquias, Hominisque Dei victricia ſigna.
Nec noſtrâ inter id eſt hilum: minimèque moneri
Fas fuerit, contrà Stygius ſi ſibilat anguis,
Iuratus ſemper CHRISTI Crucis impius hoſtis.
Sat meminit quondam caput hoc ſibi ſtipite fractum
Lu-

Digitized by Google

Atque renaſcentem capitum tot dejice turbam.
Dúmque adeò turbatur agris: Rhenúmque bicornem
Inteſtina premunt populando, externáque bella:
Totáque penè ſagum diſcors Germania ſumit:
Te, ſaltem ſacris ſit pax aliqua, auſpice, rebus.

APPROBATIO FACULTATIS THEOLOGICÆ IN ACADEMIA INGOLSTADIENSI.

HUnc S. CRUCIS HORTUM omnibus S. CRUCIS cultoribus & amatoribus fructuoſum gratúmque fore arbitror. Quocirca non obſtat, quò minùs quamprimùm publicetur, & cunctis fructus ejus guſtare volentibus patefiat.

PETRUS STEVARTIUS LEODIUS SS. Theologiæ Doctor, Profeſſor, Academiæ Ingolſtadienſis Procancellarius, & pro tempore RECTOR, &c.

PARS

HAS Acroſtichidas in ſacroſanctam Crucem, miſit ad me Pariſiis *R. P. Fronto Ducæus* Societatis noſtræ Theologus, variis litterarum monumentis, præſertim Operum & Homiliarum *S. Joannis Chryſoſtomi* editione, apud eruditos ubique notus: quas deprompſit ex Bibliotheca Chriſtianiſſimi Galliæ & Navarræ Regis HENRICI IV. ἐκ τῶν ϛυγγραμμάτων τοῦ ὁσίȣ πατρὸς ἡμῶν καὶ ὁμολογητȣ̃ Θεοδώρȣ ἡγεμένȣ τῶν ϛȣδίων ἀντιῤῥητικῶν κατὰ εἰκονομάχων, *ex libris ſancti Patris noſtri & Confeſſoris Theodori, Antiſtitis Monaſterii Studii, quos ſcripſit contra Iconomachos.*

Acroſtichides iſtæ ex Regia Pariſienſi Biblioth. deprompta.

C

Octo priorum Acroſtichidum Auctores ſunt *Joannes, Sergius, Stephanus, Ignatius*, omnes Iconomachi. Sex poſteriorum conditor ac parens videtur ipſe Theodorus Studita, qui quantus fuerit, oſtendi in Tomo ſecundo de S. Cruce pag. 235. & accuratiùs id diſces ex Tomo IX. Annalium Illuſtriſſimi Baronii, ubi ab Anno ſalutis DCC. XLVI. uſque ad Annum DCCC. XXVI. invenies præclariſſima ſanctiſſimi hujus viri acta. Anno autem DCCC. XCVIII. commemorantur ex Michaële Studita, Biographo ejus lucubrationes; ubi inter cætera hæc leguntur. *Scripſit & librum Jambicis verſibus, in quo & primi parentis ortum lapſumque deſcripſit; Cainique invidiam, ac manum, quæ fratri, heu, injecta, cædem patravit iniquiſſimam, Enochi deinde gratam innocentiam, & Noë, ac filiorum exertum, vitam, converſationem. Recenſuit inſuper eodem opere univerſam Iconomachorum hæreſin, quos, ut malorum fautores atque auctores anathematis nota perſtrinxit. (Vidi catalogum; tametſi non integrum, Regiæ Bibliothecæ S. Laurentii in Hiſpania, qui indicat librum hoc titulo.* Theodori Studitæ confutatio & everſio impiorum poëmatum Joannis, Ignatii, Sergii, & Stephani, novorum Chriſti hoſtium. *Qui quatuor, ſunt iſti ipſi, quorum in hoc Horto Acroſtichidas leges. Quæ, quà Crucem tangunt, piæ ſunt; quà imaginum venerationem inſectantur, impiæ.)*

Quinam ſint Auctores Acroſtichidum?

Acta Theodor. Studitæ Tomo IX. Annal. Bar.

Scripta Theod. Studitæ.

D

IN EODEM CATALOGO Hiſpanico leguntur ejuſdem Theodori.

1. *Oratio de Sancta Cruce.*
2. *De corporali Iconographia Chriſti capita quatuor.*
3. *Problemata quædam adverſus Iconomachos, dicentes, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum non eſſe depingendum corporali figura.*
4. *Adverſus Iconomachos capita ſeptem cum epiſtolis & problematibus variis.*

G

5. *Catecheſes, teſtamentum, Jambica carmina variorum argumentorum & deſcriptio Monaſterii Studiani. Quod unde nomen acceperit, accipe ex Michaële, qui vitam Theodori literis conſignavit. Venerat ab urbe Roma vir genere, & opibus præſtans, Studius nomine, (Euprepium lingua noſtra vocare ſolet) qui, & Patricii, & conſulis honorem fuerat adeptus. Hic, cùm in hac urbe domicilium collocaſſet, præclarum hoc templum magno Præcurſori Baptiſtæ poſuit, Monachorum deputans habitationi. Et quidem nullo unquam tempore defuerunt, qui communem in eo vitam agentes præclara virtutis, ac religionis ſuæ argumenta darent, quoad Deo inviſus Conſtantinus Copronymus, indicto monachis bello, cum cæteris omnibus, hos pariter ejecit.*

Unde Studii Monaſterium nomen acceperit?

H

Suidas. *Studius nomen Dynaſtæ, qui celeberrimum Monaſterium exſtruxit. Studitarum* μονὴ *antea ad Catholicam ſeu magnam Eccleſiam pertinebat. Poſtea in monaſterium converſa eſt. Idem Studius ædificavit templum S. Michaëlis Archangeli Nacoliæ: in quo viſuntur iſti verſus Heroici.*

Quid Suida de Studio.

Στȣ́διος ἀγλαὸν οἶκον ἐδείματο, καρπαλίμως δὲ
Ὧν κάμεν εὕρατο μισθὸν, ἑλὼν ὑπατηΐδα ῥάβδον.

E

Laus S. Theodori Studitæ.

nullo unquam bono vituperatus eſt. Teipſa præſtans, ut quod nomine præferebat, Θεόδωρος, Dei donum, ſeu donum Θεόθεν *divinitus* conceſſum, eſſet, fortis & invictus pro veritatis defenſione athleta, etiam uſque ad carcerem, exilia, graviſſima verbera, & alia millena incommoda. Quæ omnia ex nono Cardinalis Baronii Tomo abundè intelliges.

Quis Sergius.

Quis ſit ille Sergius ſexti carminis, Auctor, docebit te hiſtoria de vita & Martyrio S. Stephani Junioris, inter opera Damaſceni, ubi Sermo eſt de Calliſto, Patricii Ordinis viro, vulpino & ad omnem vafritiem ficto; quem Conſtantinus Copronymus ad Monaſterium Auxentianum ablegavit; ut S. Stephanum ad partes Iconoclaſticas traduceret, ſed cùm res non ſuccederet, ad calumnias & ſycophantias ſe convertit, ſeducto uno ex B. Stephani diſcipulis, Monacho: cui *Sergio* nomen; ut techna, quam perfidus Calliſtus

Sergius, Monachus Apoſtata.

C texebat, eò plus veriſimilitudinis haberet. Accipe verba ejus Scriptoris, qui res præclariſſimè & fortiſſimè à S. Stephano geſtas, in litteras miſit.

Cæterùm ille χάκιςος, *hoc eſt, peſſimus potiùs, quàm Calliſtus, cùm unum ex ſancti viri diſcipulis, nomine Sergium, de quo jam nos verba facturos promiſimus,* (ſuprà nimirum, ubi recenſuit, quos Diſcipulos B. Stephanus adſciverit; nam inter illos recenſet *improbum illud par Sergium, & Stephanum, de quibus,* inquit, *inferiùs verba faciemus*) *remotis arbitris accerſiviſſet, ac verſutis quibuſdam ſermonibus, & pecuniis eum corrupiſſet, miſero illi perſuadet, ut non Judam ſolùm proditionis reum agi ſinat, ſed ipſe quoque rurſum patris, ac præceptoris ſui proditorem ſe præbeat. Confeſtim igitur in ipſius perniciem meditari non deſiit, atque omnem artem adhibere, quò magnum illum virum caſſibus ſuis implicitum teneret. Ut autem fruſtra ſe laborare, ac nihil efficere perſpexit; (cur enim ſacram illam animam, atque ab omni reprehenſionis nota immunem aggrediebatur?) ſtatim à ſancto ovili digreditur, velut nimirum filius improbus atque alienus, à ſemita recta claudicans; atque ad eum, qui legendis Nicomedienſis oræ* … *præclariſſimo illo ovili, ut à divino duodenario Judas, vel potiùs, ut à Paulo Demas & Hermogenes, ſeſe avulſerant, ac pro monaſtico habitu mundanum induerant, nimirum Sergio, de quo ante verba fecimus, qui etiam invectivum, atque execrandum adversùs ſanctum virum volumen condidit; ac ter miſero Stephano, qui cùm presbyter, ac ſupradicti Calliſti miniſter primùm extitiſſet, ac deinde à ſancto viro in monachorum album adſcriptus fuiſſet, atque in Montis monaſterio ſacerdotis munus obiiſſet, poſtea tamen & monaſticum habitum, & Deum ejuravit, atque ab ipſomet tyranno mundana veſte indutus (quem priùs vitam abjicere oportebat) nefariam illam vocem emiſit; (ô ſcelerata labia, ô impuram, & fœtidam linguam)* Hodierno die, *here, à Satanicis faucibus operâ tuâ ereptus, ac tenebroſo amictu exutus, ſplendidum pallium indui. Cujus execrando ſermone tyrannus ſummopere delectatus, Sophiani Palatij miniſtrum eum conſtituit.* Quò etiam crebrò commeans, *gaudij patrem, eum, qui multis luctibus dignus erat, appellabat.*

Callistus corrumpit Sergium verbis & nummis. — D — *Sergius Judæ ſodalis.* — *Sergius inſidiatur S. Stephano.* — *2. Tim. 4.* — *Stephanus Apoſtata. Scripſit librum contra S. Stephanum.* — *Nota vocem & mores Apoſtatarum hujus ætatis.* — G

Quis Joannes.

Joannem, cujus eſt primum & quartum carmen, arbitror eſſe illum acerrimum Iconoclaſtam, cujus impulſu Theodorus & Theophanes, fratres, Palæſtini, & Monachi Lauræ S. Sabæ, Anno primo Michaëlis Balbi Imperatoris Conſtantinopoli expulſi ſunt, de quo ex veteri Auctore Baronius Anno Redemptoris DCCC.XXI.N.LIV. *cùm tantam virorum* (Theodori & Theophanis) *virtutem non ferret Joannes Magus Ægyptius & Mambre ſodalis, tam apertè reſplendere, eos includit in carcere: Et poſtremò, cum eis in ſermone congreſſus, cùm non poſſet adversùs illos decertare, ſed, ùt dicitur, capream pugnam inire cum leonibus; eos vi rurſus expellit è civitate, ut, qui multum poſſet apud Imperatorem, tum quòd eſſet ejuſdem ſententiæ, tum quòd eſſet indutus habitu monaſtico, & quandam præ ſe ferret pietatis ſpeciem: per quam & Imperatorem, & multos ex iis, qui gerebant magiſtratus, decepit ſceleratus, & indignè paulò poſt aſcendit Sedem Patriarchalem, &c.* Obtinuit autem Patriarchalem Thronum Anno DCCC.XXXV. Theophili Im-

Joannes Iconoclaſta Magus. — H

Digitized by Google

chos : An non & populus Iſraëliticus olim ore Balaami, licèt hoſtis infenſiſſimi, ampliſſimis laudibus decantatus eſt. Quanquam Iconomachi, ùt alibi dictum, imaginem crucis non repudiabant, ſed privatim & publicè pingebant, retinebant, imò & colebant; ſine tamen ſuperaddita Chriſti Crucifixi effigie, hanc enim nullo modo tolerabant; ſed ſolam & nudam crucem: Quæ omnia plana apertáque etiam ex his Iambis fiunt; quorum non modò literæ initiales, ſed & mediæ ac *finales*, ut ita loquar,

Num. 23. & 24. Tom. 1. de S. Cruce lib. 1. cap. 53. 83. & 100. Iconomachi Crucem ejúsque cultum retinebant.

C verbum aliquod efficiunt; & verba inter ſe copulata ſenſum. Quo genere carminis Græci Hymnographi ſacri magnopere delectantur, ùt videre eſt in Hymnis, qui inter opera Damaſceni, & in Græcorum Ritualibus libris exſtant: plerique enim ſunt *Acroſtichides*, ſensúmque aliquem ac ſententiam, primis ſaltem literis, quas *capitales* nominamus, reddunt; qualis Acroſtichis reperitur quoque ex Sybilla apud Euſebium in Orat. Conſtantini Imp. cap. 8. de qua in

Tom. 1. lib. 1. cap. 49.

D opere de S. Cruce diſputatum eſt. Nunc Poëtas audiamus.

JAMBOI
ΕΙΚΟΝΟΜΑΧΩΝ I.

Χ ριςὸς καθεῖλε σ Τ αυρικῷ θείῳ σθένε Ι
Ρ οπὴν φάλαγγος δαιμ Ο νων, τοῖς ἐν Βί Ω
Ι σχὺς πεφυκὼς ΕΛΠΙΣ εἰς κράτος μέγ Α,
Σ αφῶς διδάσκων Α υτῷ προσέχειν μόνο Ν.
Τ οιχογραφεῖν ὅν ὃ Θ έμις τὸν δεσπότη Ν
Ο λος θεὸς γάρ ἐςιν Ο ὐ τραπεὶς πλάν Η
Υ ψῶν ἄνακτας ἐυ- Σ ε βεῖς ἐν τῷ ςέφε Ι.

Verſio ad verbum.

Chriſtus deſtruxit Crucis divino robore
Vim turma Dæmonum, iis, qui vivunt,
Fortitudo effectus (&) ſpes, in potentiam magnam:

Chriſtus pependit, tribuit [illegible] divinum robur, vim & efficacitatem divinam. Num hodierni Iconomachi, præſertim Calviniſtæ, & in his ille, qui nuper omnia Iconoclaſtarum excrementa, quàm ſtudioſiſſimè collegit, eodem elogio dignantur Crucem Chriſti, etiam illam, quæ Redemptoris noſtri ſanguine purpurata eſt?

[...] machus Poëta Cruci tribuit. Vide Tom. 1. de S. Cruce lib. 1. cap. 55. Crux fugat Dæmones

II. *Catervas Dæmonum* vi & energia divina Crucis fugatas, imò & contritas eſſe, aſſerit Iambographus iſte Iconomachus. Num eadem mens eſt hodiernis Iconoclaſtis, & imaginum everſoribus? Non fatentur Chriſtum cruce, tanquam inſtrumento, Dæmonum potentiam & ſævam tyrannidem evertiſſe? G

Redemptorem noſtrum viventibus *vim, robur* & *potentiam*, factum eſſe, ùt aſſerit Iambographus, in confeſſo eſt apud omnes; quia *non poſſumus quidquam ex nobis, tanquam ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt;* ipſo Chriſto dicente; *Sine me nihil poteſtis facere*: quidquid enim virium, adversùs ſpiritales nequitias nobis ſuppetit, hoc Chriſto Redemptori in acceptis referri debet. Nec abnuimus, ipſi ſoli attendendum quandoquidem Pater dixit; *Ipſum audite*: ſed negamus à Chriſto recedi, ſi quis ad imaginem Chriſti, vel alicujus ſancti, mentem & cogitationem convertat; quia converſio illa mentis & cogitationis ad imaginem Chriſti; tranſit ad Prototypum, hoc eſt, ad ipſum Chriſtum: ùt & omne illud, quod ſanctis vel ſanctorum imaginibus impenditur; totum enim ad laudem & gloriam Dei ſpectat. H

2. Cor. 3. Joan. 15. Matth. 17.

Nihil porro rationis habet, quod Iconomachus poëta ait: *Nefas eſſe Chriſtum pingere; eò quod Deus ſit; nam, ſi,* ùt verè & ſcitè ait Theodorus Studita, *communi omnium conſenſu Dominus JESUS Chriſtus in humana forma noſtra viſus eſt: congruenter profectò circumſcribitur, & imagine exprimitur more noſtro,*

Theod. lib. 2. Epiſt. 1. apud Baron. Anno 814. num. 38. Chriſtus homo rectè pingitur.

E 2

B *nime adoratur: honor ſiquidem imaginis ad prototypum tranſit; quæcunque haud dubiè illa ſit, ſive naturalis, ſive arte facta: Quandoquidem & in venerandæ Crucis typo eadem ſpeculatio locum habet, cùm typi enim adoratione vivificum ſimul lignum adoratur; & vice verſa, eâ ſublatâ, ſimul tolli neceſſe eſt. Nónne typi confeſſio, confeſſio eſt vivifici ligni? eodémque modo, negatio, juxta converſionis ſimilitudinem? Par igitur analogia in imagine Chriſti, & Chriſto ipſo ſumenda eſt omni rectè ratiocinanti.*

Exiſtimat ergo Theodorus negatione & ſublatione imaginis Chriſti; negari & tolli etiam ipſum Chriſtum; quemadmodum negatione imaginum primæ Crucis, negatur ipſa prima Crux, in qua Chriſtus mortem moriendo ſuperavit.

Contendebat quoque Copronymus diſpu-
C tatione cum S. Stephano Juniore, Chriſtum pingi non poſſe, *quia Deus ſit*. Ad quem Stephanus. *Ecquis mortalium, qui quidem mentis compos ſit, divinitatis naturam, quæ & materia caret, & omnem mentis captum fugit, coloribus è materia conflatis, pingi poſſe dixerit? cujus enim forma ne mente quidem delineari poteſt: quonam tandem modo, ipſa coloribus exprimi queat? At nos, cùm Chriſtum in imagine pingimus, divinitatis naturam haudquaquam pingimus: verùm, theandricam eam formam, quæ in noſtra ſpecie apparuit, quámque Apoſtolicæ manus contrectârunt, quemadmodum alicubi ait Theologus Joannes: quod vidimus, & manus noſtræ contrectaverunt. Quòd ſi mihi dictum illud Moſis in medium protuleris: Non facies tibi ſimilitudinem ullius rei, tam ex his, quæ in cælo, quàm ex his, quæ in terra ſunt:*
D *hunc ipſum Moſem tibi oſtendo duorum Cherubim effigiem auro efficientem. Quibus de rebus ad hunc quoque modum divinus Apoſtolus diſſerit; & Cherubim obumbrantia propitiatorium, quin ipſum quoque propitiatorium, & tabernaculum teſtimonii, & ſancta ſanctorum, an non cæleſtium figuram exprimebant? quemadmodum idem Apoſtolus rurſus ait: Umbras cæleſtium deſeruimus. Quid igitur ſceleris admittimus, cùm Chriſti formam humanitus aſſectam in imagine pingimus & adoramus.*

Copronymi delirium. In Act. S. Steph. fol. 542. S. Stephanus Junior. confutat Copronymum. Quomodo Deus pingi nequeat. Qua ratione Chriſtus pingatur. 1. Joan. 1. Exod. 20. Hebr. 9. Heb. 8.

Nec Chriſtus pingitur, ut Divinitas ejus exprimatur; ſed, ut is, qui Deus eſt, oculis noſtris repræſentetur. Et ſi ideo Chriſtus pingi non poteſt, quia Divinitas ejus coloribus exprimi non poteſt; nullus homo pingi poterit; quia nullius hominis anima vel vita coloribus exprimi poteſt. Et ſi ideo humana Chriſti natura à Verbo divellitur, & duæ perſonæ conſtituuntur; quia Chriſtus pingitur; etiam duæ perſonæ conſtituentur, quando Petrus vel Paulus coloribus adumbratur; & vita ſeu anima à corpore ejus ſejungetur, cùm vitam & animam coloribus effigiare ſit impoſſibile.

Refutatio Iconomachorum.

Calviniſta Goldaſtus hanc totam Pſeudoſynodum ex ſeptima Synodo exſcripſit, & in Iconoclaſticas ſuas *Petroclianis* non abſimiles ſellas tranſtulit; omiſſa refutatione inaniſſimorum commentorum, quam Patres ſeptimæ Synodi adjunxerant. Cur præteriit; niſi quia non gemmas ex ſtercore; ùt G Virgilius ex Ennio; ſed ſtercora ex gemmis colligere didicit?

Gold. Calviniſta ex ſeptima Synodo tranſcripſit Iconoclaſticam concilia-bulum.

Vocat *Oecumenicam* ſeu *univerſalem* ſeptimam Synodum CCC. XXXVIII. Epiſcoporum. *O ſingulare mendacium*, exclamabat S. Stephanus Junior, cùm hujus ipſius Pſeudoſynodi tam falſum & ab omni ratione alienum elogium legi audiret: *infirmo etenim, ac caduco fundamento, caducum quoque profectò & imbecillum ædificium impoſuiſtis. Quonam enim modo, ſanctum exiſtimari queat, quod ſancta profanare minimè dubitavit? Quid enim? An non ſancta à vobis protrita ſunt? An non, cùm in Concilio veſtro ſederetis, libellus vobis à piis quibuſdam viris oblatus eſt, qui Epiſcopum quendam eo nomine* H *deferret, quòd lanceam ſanctam, in qua Chriſti, ac Dei genitricis Imagines ſculptæ erant, contriviſſet? Vos autem contritionis illius crimen imaginibus adſcribentes, ipſum quidem omni crimine abſolviſtis, pios autem viros ab Eccleſiæ cœtu proſcripſiſtis, idolorum vindices eos appellantes. Quo, quid audacius, flagitioſiúſque fingi poſſit? An non etiam ſacram ſupellectilem ſanctis imaginibus exornatam concerpſiſtis?*

S. Stephanus junior refellit impudentiam Calviniſticam.

An

Digitized by Google

ſextum, & quintum, eáque, quæ antecedun, *ſequatur neceſſe eſt, ut ſeptimum eſſe queat. Cùm igitur vos ſex Conciliorum ſanctiones abrogaveri- tis, quid eſt, quamobrem Concilium veſtrum ſeptimum appelletis?* Hæc præclariſſimè S. Stephanus, Martyr invictus.

Non eſt prætereunda hîc ſingularis malitia, ne dicam nequitia, Calviniſtæ Goldaſti; qui inverecundè negat, Copronymum vetuiſſe hoc, quod eum vetuiſſe jam ex fideliſſimè conſcriptis S. Stephani actis audivimus, nempe, ne cui hoc vocabulum SANCTUS, tribueretur. *Imperator*, inquit Calviniſta, *non vetuit, ne Chriſtiani vocentur ſancti*, (non agitur abſolutè de omnibus Chriſtianis, ſed de cœlitibus jam cum Chriſto in cœleſti beatitudine regnantibus) *in quo ſacræ ſcripturæ manifeſtò refragatur* (ſi apertè ſacris literis refragatur; qui univerſim Chriſtianis *Sancti* appellationem adimit, quantò magis ſcripturis ſanctis obluctabitur, qui *Sancti* nomen Prophetis, Apoſtolis & Martyribus invidet, ùt fecit Copronymus. (*Sed ne imaginibus, eorum nomina adſcribantur, néve tribuantur, quos repræſentant: Exempli gratia, ne imago Chriſti vocetur Chriſtus*, ein Jeſulein: *aut imago ſemper Virginis Dei genitricis nuncupetur Maria*, unſer Fraw, *ſive* unſer liebe Fraw: *ne imago Chriſti in cruce pendentis appelletur Crucifixus*, ein Crucifix: *néve imago paſchalis nominetur agnus Dei, ne denique ullius ſancti vel Apoſtoli imago indigitetur ἐν τῷ ὑφεςηκότι, ſeu individuo ſui relati proprii, tanquam verbi gratia, Petrus, Paulus, Hieronymus, Ambroſius, Auguſtinus, &c. itémque in qualitate per ſe, & quaſi abſtractè conſiderata ſanctus, Apoſtolus, Martyr, &c.* Heiligen, Apoſtel, Martyrer, ꝛc.

C — *Impudentia Calviniſtica.*

Hæc Calviniſta fraudulentiſſimè; nam & hoc prohibuit Copronymus; & illud, quod vetuit quidem poſtea Michaël Balbus, ne imaginibus nomen *Sancti* adſcriberetur; ùt Cedrenus & Joannes Curopalata in Michaële Baloo referunt; ſed Copronymus plus voluit, ne ipſi nimirum cælites cum Chriſto immortalem vitam viventes, *Sancti* appellarentur. Quod teſtatur etiam Zonaras in Copronymo his verbis. *Sancti titulum neque Deiparæ, neque ulli eorum, qui Deo placuêre tribui juſſit; ſed dici voluit; Apoſtolus Petrus & Paulus, Martyr Theodorus & Georgius.* Eadem Cedrenus, & alij.

D

Nunc impoſturas Goldaſti, qui omnes Iconoclaſticas ſordes unum in cumulum convertit ac convexit, diſcutiamus. Ait; *Suidam malitioſè hæc de Copronymo ſcripta reliquiſſe.* Crederem, niſi viderem hunc Calviniſtam, totum, quantus quantus eſt, *Copronymianum* & *Caballinum* eſſe. Ejus enim amore raptus, & in ſtuporem quaſi datus, repudiat omnes veteres tam Latinos, quàm Græcos ſcriptores, omnes huic mendaciloquentiſſimo ſectario mentiuntur; omnes blenni ſunt ac bliteí; omnes vanitatis & Pſeudologiæ poſtulantur, ſi quid ſcribant, quod Copronymum feriat.

G

Ait Calviniſta. *Theophanes fuit Iconolatra. Hinc contumeliæ iſta in Imperatorem & Patres Concilij.* Adde: Iconoclaſtici, à toto Orthodoxo orbe damnati. Theophanes nil aliud de Copronymo memoriæ prodidit, quàm quod præcipui tam Græci, quàm Latini ſcriptores literis conſignârunt. Theophanes propiùs Copronymum novit, quàm Calvinianus tanto temporis intervallo ab illa ætate diſſitus.

Poſt Suidam inceſſit Calviniſta Theophanem.

H

Qui nobis iterum obſtrepit: *Joannes* quoque *Damaſcenus, ùt putatur, in Actis Stephani* & ſociorum (non dicit Calviniſta, *ſancti Stephani*; quia hoc à Copronymiana diſci-

Spicula virulenta in B. Damaſcenum.

Neque enim minor alacritas ad ſangui-
profundendum in ipſo erat, quàm in S. Ste-
B phano Juniore, qui in Hiſtoria vitæ ita lo-
quitur. *Sacrarum imaginum cauſa promptum mihi ac proclive eſt mortem oppetere, Imperatoris minas, qui has delevit, nihil moranti. Hæc ubi dixit, cavam manum ſtatim oſtendens, etiamſi mihi, inquit, tantulum duntaxat ſanguinis eſſet, id tamen pro Chriſti imagine profundere minimè dubitarem.* Hæc Stephanus de ſe. Nec largior fuit promittendo, quàm præſtando, ùt eventus probavit.

Inſigne dictum S. Stephani Martyris.

Pro facilitate, qua Calvinianus Damaſceno culpam condonat, gratias agimus. Noverit tamen nullâ hic indulgentiâ opus eſſe: aliò & ad alios egentes munificentiam ſuam transferat. Perſuadet ſibi, & quidem, ùt ipſe ſcribit, *Chriſtianè*, ùt autem ego arbitror, *Iconoclaſticè*, etiam *à Chriſto*, hanc defenſarum imaginum Damaſceno culpam fuiſſe *donatam*. Non eſt opus ulla con-
C donatione, ubi nulla penitus eſt culpa: ſicuti hîc nulla prorſus apparet, niſi in Phantaſia Iconoclaſtica & Calviniſtica.

Clementia Calviniſtica in Damaſcenum.

Fatetur Iconoclaſta novus, Damaſcenum *de Chriſti Eccleſia bene & præclarè in cæteris meritum eſſe.* In cæteris, extra ſcilicet vitam S. Stephani, quo Goldaſto bilem movet. Accipio quæ liberaliter dat; Benè ergo & præclarè meritus eſt Damaſcenus de Eccleſia Chriſti tribus illis doctiſſimis orationibus pro imaginum uſu & cultu contra Iconoclaſtas, in quibus non quaſi aliud agens, ſed ex inſtituto, omni argumentorum copia adversùs Iconoclaſtas dimicat. Præclarè item meritus cenſeri debebit de Eccleſia Chriſti ſcribendis iis, quæ libro quarto fidei orthodoxæ cap. 12. de Cruce, & cap. 16. de Sanctis
D Sanctorúmque Reliquiis, & cap. 17. de Sanctorum imaginibus continentur. Quæ ſi tibi, ô Iconomache, præclara in CHRISTI Eccleſiam merita videntur; reſorbeas oportet omnia illa retrimenta, quæ partim ex tuo oleto, partim ex Copronymiano ſimeto depromſiſti, & miſerandis chartis illeviſti.

peret. At ex verbis Aimoini, inquit Illu-
ſtriſs. Cardin. Baronius Tomo X. Redemp- F
toris anno DCCC. LXIX. N. LXVI. qualis ipſe fuerit, cujúsve dogmatis, manifeſtatur; nempe ex Gallis illis unus fuit, qui negabant cultum ſanctarum imaginum. Etſi in editione Aimoini, quam Lutetia anno ſalutis M. DC. II. dedit curâ & ſtudio Jacobi Du Breul, nihil aliud apparet, quàm iſtud. *In qua* (octava) *ſynodo de imaginibus adorandis, ſecundùm quod orthodoxi Doctores antè definierant, ſtatuerunt.* Nec videtur Editor hæc ſine auctoritate alicujus antiqui Codicis evulgâſſe. Sed de conviciis Novatoris & Veteratoris hujus in antiquos ſcriptores ſatis in præſenti: ſuo loco cæteram impudentiam perſequemur.

Nova Editio Aimoini.

Nunc hoc dico, non eſſe mirandum, ſi Suidæ inclementer dicat; vel potiùs petulanter maledicat; nam ad id eum Copronymianus Alaſtor impellit: ex quo prodierunt etiam iſtæ criminationes; *meram calum-*
niam & inſigne falſi crimen, quod Auctor iſte ait, G
(antea vocabatur Suidas; nunc fit alius, qui *viliſſima ſua pictatia purpureo Suidæ panno aſſuit*) *ne quis famulorum Chriſti* SANCTUS *vocaretur.* Atqui calumniam non eſſe, manifeſtiſſimum evadit ex Actis S. Stephani, quorum fides apud quemvis ſani capitis potior eſt; quàm mille Calviniſtarum vociferationes: quibus inſuper accenſe, quæ ſectarius de *nimia Sanctorum Canonizatione & ἀποθεώσει* garrit; ob quam à Caballino ſuo vetari potuiſſe arbitratur: ne quis famulorum DEI vocaretur SANCTUS. Jam vix moritur Prædicans alicujus nominis, qui non ſtatim vir *ſanctæ* & *beatæ memoriæ* audiat, & in multorum Lutheranorum monumentis, cùm Lutheri mentio incidit: *Beatus*
Divus, & *Sanctus Lutherus*, intonatur & iſti H
ex Caballini hara, legibus latis interdicere conabuntur, ne Prophetas, Apoſtolos, Martyres, Confeſſores, & alios cœlites *Sanctorum* nomenclatura cohoneſtemus. Et tamen Vadianum, quem nuper Goldaſtus evulgavit, ſcribere non puduit in libro *de primi-*

Cumulus lædoriarum in Suidam.

[illegible] imagine, dicere; *hunc eſſe Cæſarem, &c.* An iſti Metonymiam ex communi hominum uſu exterminare volebant? Si viſa Lutheri aut Calvini imagine, ſic loquar: *Hic video Lutherum, aut Calvinum;* inaudita ſcilicet & nullius unquam ore trita locutione utor.

Cavillatio ſynedrii Copronymiani.
Solutio inepta Cavillationis.

Ineptus eſt ille cavillus Pſeudoſynodi Copronymianæ: Hoc nomine *Chriſtus*, ſignificatur *Deus & homo:* ſi igitur imago Chriſti vocari poteſt *Chriſtus;* ſequitur, quòd imago ſit *Deus & homo.* Futilis objectio: quia imago eſt Deus & homo non propriè, ſed tropicè ſeu Metonymicè & *repræſentativè;* quia repræſentat illum, qui eſt Deus & homo; nec tamen Divinitatem in ſe repræſentat, cùm Divinitas in ſe nullis coloribus ſit adumbrabilis (id quod tantùm volunt orthodoxi Patres, quando dicunt; *Deum aut Divinitatem non poſſe pingi*) ſed repræſentat illam in Chriſti humana natura, cum qua divina Chriſti natura in eadem perſona hypoſtaticè unitur, quemadmodum & aliæ Dei imagines non repræſentant Deum in ſe ſecundùm ſuum *eſſe;* ſed ſecundùm perfectionem aliquam alicujus alterius rei, per cujus analogiam ducimur nos ad cognitionem divinæ perfectionis: vel ſecundùm aliquam figuram, in qua dicitur in ſcriptura apparuiſſe; ut cùm pingitur, tanquam ſenex quidam & *antiquus dierum:* ex apparitione cap. 7. Danielis. Vide Gregorium de Valentia Tom. 4. Commentariorum Theologicorum, Diſput. 1. Quæſt. 24.

Quo pacto imagines Dei pingantur.

Quid ſit διαπτύεσθαι.
Tergiverſatio Calviniſtæ.
Bellar. lib. 2. de Sanct. cap. 1.

Scribit Suidas, Copronymum juſſiſſe publico edicto, lipſana Sanctorum διαπτύεσθαι, *conſpui.* Nimium hoc videtur Goldaſto; nec immeritò. Itaque tergiverſatur & reſtitat ad hanc tantam Copronymi impietatem, aitque, *Bellarmino, illud* διαπτύεσθαι *idem* non adorarunt. *Eo impietatis eſt progreſſus* Copronymus, inquit Zonaras, *ut etiam Sanctorum Reliquias igni traderet: quorum Reliquias partim per contumeliam terra obruit, partim demerſit, partim in cineres redegit; ut & glorioſæ Martyris Euphemiæ ſanctum corpus, &c.* Similia de Copronymo alij ſcriptores Græci & Latini; quæ omnia, Goldaſto explanatore; nihil aliud ſignificant, quàm Copronymum præcepiſſe, ne *Sanctorum Reliquiæ adorentur.* O egregium in commentis commentatorem.

[Impietas] Copronymi in Sanctorum Reliquias.

Qui addit: *Quin honorem Reliquiis Sanctorum haberi oportere, & priſci iſti Imperatores præceperunt, & noſtrates Principes ſubſcripſerunt.* Quinam iſti *priſci Imperatores?* Num Leo Iſauricus, Copronymus, Leo Armenus, Michaël Balbus, Theophilus & cæteri de grege Iconoclaſtico? Quoties hoc dicis, toties tibi occinam illud ex Homero: μὴ ψεύδεο, inque os & faciem tuam ingeram, Cedrenum, Zonaram, Theophanem, aliósque Græcos & Latinos Hiſtoricos, qui uno ore teſtantur, iſtos Imperatores, præſertim Copronymum, Reliquias Sanctorum vel exuſſiſſe, vel aboleviſſe; & ex Eccleſia exterminâſſe. Num Reliquias exurere, eſt Reliquias venerari? Si hoc eſt venerari, tum libenter fatebor, Calviniſtas & Zvvinglianos eſſe Reliquiarum veneratores & cultores maximos; quia Reliquiis concremandis ſtrenuam ſanè & indefeſſam operam navârunt.

Deinde, qui ſunt *noſtrates principes, qui ſubſcripſerunt* Copronymo, niſi Calviniani & Lutherani? Abſit enim, ut ullus orthodoxus in ſententiam, vel potiùs veſaniam, Caballini concedat.

Quid Calviniſtis ſit honorare reliquias.

Honorare reliquias, inquit novus Copronymi diſcipulus, *eſt eas honeſtè & decenter ſepelire* (eo ſcilicet modo, quo Copronymus Reli-

tur; neque in [illegible] hibendæ modo conſiſtat. Quid, quòd Calviniſta, nomine *decentis* & *honeſtæ ſepulturæ*, intelligit illam, quæ fit injectu & ingeſtu terræ; quando lipſana ita humantur, ut nullius conſpectui ampliùs pateant. Qui modus honorandi Sanctorum lipſana adeò orthodoxis non eſt uſitatus, ut ea potiùs exhumare, quàm humare; potiùſque ex terræ gremio in locum decentiorem elevare, quàm terrâ cooperire conſueverint.

Sed quærere ex Calviniſta lubet; num *honeſta* & *decens ſepultura* fuerit, quando Copronymus Reliquias partim combuſſit, partim in profundum maris demerſit? Cujus in

C Sanctos impietas ac effera barbaries, in ſcelerata ipſius oſſa tandem, juſtiſſimo Dei judicio, expetiit; nam Michaël Imperator Theophili filius, *ſubmiſſo fabro, Lampari nomine, Conſtantinum Caballinum arca extraxit, quem integrum invenit: ſed cùm eum ſacco, qui cadaver non capiebat, vellet claudere, involvit eum; Parique modo Joannem Patriarcham, unà cum omophorio ex tumulo protraxit: quos juſſu Imperatoris Hyparchus in prætorio concluſit. Die verò Ludorum productos nudavit, magnâque vi diverberavit, & oſſa eorum in Amaſtriano combuſſit. Arcam verò Copronymi è viridi marmore & artificio viſendam fecuit, & in Palatino Phari templo à ſe condito repoſuit.* Hæc ex inedito

D Auctore Georgio Hamartolo, (qui extat in Bibliotheca Bavarica) Raderus noſter in Notis ad vitam S. Ignatij Patriarchæ Conſtantinopolitani. Ubi vides in mortuo Copronymo impletum eſſe illud Domini. *Qua menſura menſi fueritis, remetietur vobis.*

Inſilit Calviniſta in Theoſterictum, qui in vita S. Nicetæ iſta de Copronymo. *Quam Chriſtus ſibi in domicilium delegit, glorioſiſſimam, inquam, ſuam matrem, omnibus aliis rebus creatis ſuperiorem, omnium hominum ſalutem, mundi patrocinium; quæ propter Virginitatis ſuæ præſtantiam propè Deum verſatur: hujus, inquam, venerandum nomen multis modis ab Eccleſia expellere ſtuduit: ejus verò interceſſiones, per quas mundus conſiſtit, illas ne nominare quidem voluit, cùm diceret, nemini eam poſſe opitulari.*

Impietas Copronymi in B. Virginem.

ſtrabitur. Veriſſimè, quod vel in Luthero apparet, cui ſolenne fuit priora ſua placita poſterioribus evertere, & antegreſſos errores, ſubſequentibus, iiſque deterioribus cumulare, & modò hoc, modò contrarium affirmare, & ex uno ore calidum & frigidum efflare. Sic & Iconomachi nunc Sanctorum interceſſiones admittebant; nunc repudiabant, prout nimirum à ſpiritu vertiginis impellebantur. Cujus en tibi paradigma ex epiſtola Michaëlis Balbi & Theophili filij ejus Impp. Iconomachorum, ad Ludovicum Pium Imperatorem ubi de ſe & ſuo Iconoclaſtico grege iſta ſcribunt. *Poſtulantes interceſſiones & interpellationes inviolatæ dominatricis noſtræ Dei Genitricis ſemper Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum. Glorioſas autem & ſanctas Reliquias eorum cum fide veneramur.* Hæc G iſti; haud dubiè tam verè, quàm verè Lutherani in Confeſſione Auguſtana. *Falsò accuſantur Eccleſiæ noſtræ, quòd Miſſam aboleant. Retinetur. n. Miſſa apud nos, & ſumma reverentia celebratur.* Quo quid falſius? *Servantur & uſitatæ ceremoniæ ferè omnes.* Quid à vero remotius? Quid vanius?

Narrant Hiſtorici tam Græci, quàm Latini, horrifica prorſus & immania de Copronymo ſcelera, & flagitia planè monſtroſa. Calviniſta, ùt pius in patrem filius, *penicu-* H *lo arrepto* purgare nititur Caballinum, omnéſque Hiſtoriographos *mendacii* arceſſit. Sed excordem eſſe oporteat, quem hæc effrons inverecundia aliorſum moveat & impellat, quàm ad indignationem & deteſtationem. Quid enim execrabilius, quàm poſt nongentos & ampliùs annos, neſcio ex quibus Calvini latibulis prorepere, & univerſis veteribus vitium, quo tu à vertice uſque ad imam plantam obſitus es, petulanter affricare: & eum depurare velle, cujus ſcelere omnibus ſuis undis Oceanus non abluat? Quid ſtabile, quid firmum ex tota antiquitatis memoria remanebit? ſi huic priſcos repudiandi effrenatiſſimæ licentiæ porta ſemel pandatur? Nunc ad Iambum redeamus.

Calviniſta Caball. comere & peſtare nititur.

At nimis impudenter.

Tot-

loco ſculpendas curavit.

Οὐ τραπεὶς πλάνῃ] *Qui ab errore non abripitur, aut in præceps agitur*, Deus enim eſt.

Ὑψῶν ἄνακτας εὐϛεβεῖς) Aſſentatio Iconomachi ad Iconomachos; quos *pios* nominat; intellige per antiphraſin, eo pacto, quo Eumenides ſunt εὐμενεῖς. Plures nominat ἄνακτας. Suſpicari quis poſſet Conſtantinum Copronymum cum filio Leone intelligi, hic enim Leo cum Copronymo genitore ſuo imperavit, déque iiſdem capiendum illud tertii Jambi: λέοντε Κωνϛαντῖνος οἱ ϛεφηφόροι, *Leo & Conſtantinus coronati* ſeu *coronas geſtantes.* Sed mihi vero ſimi-

C lius fit, intelligi de Leone Iſauro, & Conſtantino Copronymo, propter illa, quæ Jambus octavus habet.

Tres filii Copronymi, præter Leonem.

Præter Leonem ex prima uxore genitum habuit Copronymus *Chriſtophorum*, *Nicephorum* & *Nicetam*, ac priores quidem duos Καίϛαρας ἔϛεψε, *Cæſares creavit*, ſeu corona Cæſarea ornavit. Nicetæ *Nobiliſſimi* titulum tribuit, ùt ſcribit Zonaras. Hic vide Calviniani Goldaſti verſipellem improbitatem. Ut edicta imperialia contra imagines earúmque venerationem multiplicet, & lectori oculos perſtringat, profert nobis, & quidem uncialibus literis, novóque titulo, CHRISTOPHORI ET NICEPHORI

D CÆSARUM AUGUSTORUM EDICTUM DE NON ADORANDIS IMAGINIBUS.

Calvinianus arbitratu ſuo edicta imperialia & Cæſarea cudit.

Ubi obſerva, nec volam nec veſtigium hujus edicti exſtare apud ullum veterem Hiſtoricum anno DCC.LXXV. quo anno Copronymus animam efflavit. Et tamen iſte audaciſſimè nobis edictum iſtud obtrudit; mentitúrque hoc ex temporis illius Hiſtoricis colligi. Cedò, Calviniſta, quinam ſunt iſti Hiſtorici? Pande nomina. Ni feceris. Sed præſtat. Utrum Chriſtophorus & Nicephorus patris impietatem ſecuti fuerint neſcio, Hoc ſcio, nullum ab illis edictum promulgatum, quia

nam & Anthuſa Copronymi filia fuit; & tamen rectæ Religioni ita adhæſit, ut ejus memoria in Menologio Græcorum, tanquam ſanctæ, quotannis die decima ſeptima Menſis Aprilis celebretur. Et prima Copronymi uxor Chagani, Scytharum Ducis filia, *mariti errorem non eſt amplexa*, ùt inquit Zonaras, *Sed pium dogma, quo imbuta fuerat, conſtanter tenuit.* Sunt autem Cæſares iſti Nicephorus & Chriſtophorus anno DCC.LXXX. ab Irena Imperatrice tonſi & ſacerdotio fungi juſſi, ùt ſcribit Theophanes.

Quòd Jambographus dicit, ὑψῶν ἄνακτας ſignificare vult, Copronymi, filiíque ejus Leonis; vel potiùs Leonis Iſauri & filii Copronymi Imperium fuiſſe amplificatum, multíſque opimitatibus auctum: id ſecùs G habet, ùt ex Zonara, Cedreno, Theophane, Hiſtoria Miſcella, aliiſque Hiſtoriographis videre licet: quia Copronymo Imperii habenas moderante, clades maximæ Romanis illatæ fuêre.

Ἐν τῷ ϛέφει] ϛέφος & ϛέμμα idem. imò & ϛέφανος ſeu ϛεφάνη, à ϛέφω. Poſteriores tamen diſtinxerunt. Nam apud Curopalatam de officiis Aulæ Conſtantinopolitanæ Imperator eo die, quo coronandus eſt, & proximè ante coronationem, ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ, οὐ νενομισμένον τὶ φορεῖ ἀλλ᾽ ἢ ϛέφανον ἢ ἕτερον, ὅ, τι ἂν δόξῃ. *In capite non fert certum quiddam, ſed vel* ϛέφανον, *vel aliud, quidquid volet.* Non poteſt ergo ϛέφανος iſte eſſe ϛέμμα illud, H quod poſtea de Patriarchæ manu accipit.

Quid ϛέφανος & ϛέμμα.

Sic νέα βασιλὶς, *Nova Imperatrix* die coronationis etiam priùs, quàm coronetur, fert ϛέφανον poſtea verò παρὰ τῆς τοῦ βασιλέως, καὶ ἀνδρὸς αὐτῆς χειρὸς *ab Imperatore, marito ſuo, accipit* ϛέμμα. Aliud ergo eſt ϛέφανος, aliud ϛέμμα. Pari modo διάδημα & ϛέμμα olim idem erant.

Curopalata. δεῖ δὲ γινώσκειν ὅτι ὅπερ καλεῖται νῦν ϛέμμα, ὠνομάζετο πάλαι διάδημα

Digitized by Google

ca certorum vel ſimplici ligatum, unde & dia-dema vocabatur, à ligando ſcilicet, quod temporis ſucceſſione paulisper mutatum, in eam formam tranſiit, quæ hodie viſitur, & appellatur Stemma. At quod nunc vocatur diadema, olim cingulum militare dicebatur, honoris inſigne. Unde etiam Tyranni cingulum & torquem auferebant à Martyribus honoratioribus, Chriſtum confitentibus; ſic privatos tradebant tortoribus.

Idem Curopalata agens de coronatione Imperatoris. ἐνδύεσι τὸν σάκκον καὶ τὸ διάδημα. *Induunt Imperatorem ſacco & diademate.* Ubi diadema eſt cingulum, non ſtemma: alioqui ante coronationem, coronatus eſſet.

Theophanes quoque in ſua Hiſtoria nondum edita, ubi agit de Chriſtophori & Nicephori filiorum Copronymi, ad Cæſarum dignitatem evectione; dicit, parentem Copronymum illis impoſuiſſe Καισαρίκια πε-
C ρικεφάλαια *Cæſarea capitis tegumenta*, ὡσαύτως καὶ νικήταν τὸν ἔσχατον τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν ποιησάμενος βελήσιμον (lege νωβελίσσιμον) ἐπέθηκεν αὐτῷ χλαίναν χρυσῦν, καὶ τὸν ςέφανον. Nicetam ultimum fratrum *Nobiliſſimum* creans impoſuit ei auream chlamydem ſeu penulam & ςέφανον, *ſertum, coronam:* ubi ςέφανος, iterum à *Stemmate*, Imperatorio inſigni, ſejungitur. Curopalata deſcribens ritum inaugurandi *Deſpotæ, Sebaſtocratoris*, & *Cæſaris*, dicit capitibus eorum imponi ab Imperatore ςέφανον διὰ λίθων καὶ μαργάρων, *lapillis pretioſis & margaritis diſtinctum*, ὃς δὴ ςέφανος καλεῖται καὶ ςεμματογύριον. *qui Stephanus etiam* ςεμ-
D ματογύριον. *appellatur.*

II. JAMBUS IGNATII.

Σ ταυρὸς συνάψας τὰ πρ	Ι ν ἐσκεδασμέν Α
Τ ὴν εὐσέβειαν - - - - - -	Γνησίως ὑπογράφε Ι
Α᾽ νατρέπων γὰρ εἰκό	Ν ων πᾶσαν θέα Ν
Υ ψωσε τὴν σὴν δόξ	Α ν ἐμφανῶς λόγ Ε
Ρ ώμη κραταιὰ πίσ	Τ εως δεδειγμένο Σ
Ο ν προσκυνῦντες ἀξ - -	Ι ως οἱ δεσπότα Ι
Σ οβῦσιν ἐχθρὲς	τ Ω κράτει δυλυμένυ Σ

admodum & alia hujus Jambi. ut II. *Crucem disjuncta conjunxiſſe, & diſperſa collegiſſe, & utraque feciſſe unum* (alludit enim ad locum Apoſtoli Coloſſ. 2. v. 14.) III. *Crucem eſſe pietatis exemplar & deſcriptionem.* IV. *Validum potênsque robur fidei.* V. *Crucem reverenter, & decenter ab Imperatoribus adorari.* Hos enim per δεσπότας intelligit; Copronymum & filium ejus Leonem, vel potiùs, Leonem Iſaurum & filium Copronymum deſignans. VI. *Ideò ab Imperatoribus hoſtes ſubigi; quòd Crucem religioſè colant.* VII. *Hoſtes potentia Crucis domari.* Quis hæc talia Crucis encomia ab Iconoclaſta & Copronymi ſectatore exſpectâſſet.

Crucis elogia ab Iconomachis.

Vides hic, quanto intervallo noſtrorum Iconomachorum impietas tranſcendat veterum Iconoclaſtarum profanam improbitatem. Nam Calviniſtæ ne tolerant quidem ſuis in fanis imagines Crucis; tantum abeſt,
G ut προσκυνῶσιν, *adorent.* Lutherani Crucem alicubi retinent, ſed incultam, ingloriam, & inhonoram. En Copronymus, & Leo filius, vel potiùs Leo Iſaurus, Pater Copronymi, Crucem ἀξίως *dignè* & *reverenter adorant.* Et tamen hunc & alios iconoclaſtas nominat Goldaſtus *Imperatores orthodoxos.* Cedò, num tibi orthodoxus eſt, qui *Crucem adorat*? Num adoratio Crucis eſt pars orthodoxiæ in Calviniſtarum ſchola?

Calviniſtæ ſunt longe deteriores quàm Priſci Iconoclaſtæ.

Adeò autem Crucem retinuit & coluit Copronymus, ut ne quidem impius eſſe voluerit, niſi Crucis ſanctitatem nefariis ſuis inceptis interponeret; ſubditos enim ad Crucem jurare voluit; *ſe imaginibus nullum hono-*
H *rem ac reverentiam habituros. Stolidam omnem illam ſapientiæq́ expertem multitudinem*, inquit Auctor, qui Acta S. Stephani ſcripſit, *quæ ipſius* (Copronymi) *imperio ſubjecta erat, in concionem advocat, ac veneranda Crucis ligna unà cùm Dominici corporis & ſanguinis myſteriis, atque ab omni labe puris Evangeliis (in quibus Dei Filius Chriſtianis, ne jurent, prorſus interdicit) palàm proponit: atque ita per ea univerſos jurejurando aſtringit, nunquam ſe divinas imagines adoraturos, quin eas potiùs* Idola *vocaturos*

Copronymus noluit eſſe impius, niſi Crucis interpoſitu.

…religionis propo-
ſiturum fuiſſe.

Nec eſt, quod occinas: adorationem Crucis, non bene cohæſiſſe cum oppugnatione imaginum; & hanc cum illa, ut Theodorus Studita Leoni quoque Armeno Imperatori objecit, quemadmodum alibi oſtendimus; nam proprium eſt Hæreticorum, ſibi tam dictis quàm factis adverſari, ita ut facta dictis, & dicta factis convellant.

Heretici ſemper ſua vincta cadunt. Tom. 1. de S. Cruce lib. 1. cap. 18. Nicetas de Paulicianis Hæreticis.

Notavit hoc etiam ex Photio Nicetas de Paulicianis Hæreticis Tom. XIX. ſui Theſauri; qui Codices Evangeliorum, etiam apud Catholicos, venerabantur & oſculabantur; Crucem tamen vel oſculari vel venerari renuebant: quæ duo non ſatis conſonabant. Accipe Nicetæ verba. Τὸ δὲ παρ' ἡμῖν εὐαγγέλιον οὐκ ἐπιδιστάζουσι προσκυνεῖν, οὐ μὴν ἔνθα ὁ τύπος τοῦ σταυροῦ τιμίου ἐγκεχάρακται, ἀλλὰ ὡς ἐν τῷ λοιπῷ τοῦ Βιβλίου μέρει, ἐν ᾧ τὸ ἀπεικόνισμα τοῦ σταυροῦ μὴ διασημαίνεται. Φασὶ δὲ τὸ Βιβλίον προσκυνεῖν, ὡς τοὺς δεσποτικοὺς περιέχον λόγους. ἀλλ' ὅσα μὲν εἰς δογμάτων, ἀνήκει λόγον, οὕτως εἰσὶ δυσσεβεῖς καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν, καὶ πρὸς ἑαυτοὺς παντελῶς ἀσύμφωνοι. *Evangelium, quod apud nos eſt, non dubitant adorare. At non ubi imago venerandæ Crucis expreſſa eſt; ſed in reliqua libri parte, quæ Crucis effigie caret. Affirmant autem, ſe adorare librum, tanquam qui eloquia Domini contineat. Et quod ad dogmata quidem attinet, ita ſunt & adverſus veritatem impii; & ſibimetipſis prorſus diſſoni.* Hæc Nicetas.

C

Crux in Codicibus Evangeliorum effigiari ſolita.

D

Fraus Calviniſta.

Non eſt hic ſilenda inſcitia Goldaſti, qui Iconoclaſticæ & Copronymianæ Pſeudoſynodo hunc titulum præfixit. *Conſtantini VI. Caballini, Imperatoris Auguſti & Leonis IV Cæſaris Auguſti, Synodus Conſtantinopolitana.* &c. Quis unquam audivit ullam Synodum inſcribi Imperatoris vel Imperatorum nominibus? Neque comparet hæc inſcriptio in aítque *Copronymi* nomen ab adverſariis & inimicis ei inditum; (dicere debebat, *ab orthodoxis*, ſed ex eventu mirifico & augurio minimè fallaci, quòd infans cùm baptizaretur, ſordibus ſuis ſacras baptiſmatis undas conſpurcâſſet) & tamen Goldaſtus hunc ſuum Conſtantinum ubique vocat, honoris gratia, *Caballinum*, quaſi hoc nomen non ab æquè turpi origine ei fuerit inditum ac prius illud. Audi Theoſterictum in vita S. Nicetæ. *Tantoperè ſordium, & impuriſſimæ cujuſque rei odore malo delectabatur, ut animalium brutorum ſtercoribus ſe illineret, & eos, qui cum illo erant, id facere juberet, quos amabat, ob idque benignè accipiebat, quod rebus malè olentibus ſemper delectaretur.*

Copronymus fuit Scarabæus.

G

Theophanes de eodem. *Magicis maleficiis, & luxuriis, cruentiſque ſacrificiis, & Caballinis ſtercoribus, atque lotio delectabatur, mollitiebúſque ac dæmonum invocationibus*, &c. Et hinc *Caballini* meritiſſimum nomen. Glycam enim meritò ridet Illuſtriſſimus Cardinalis Baronius Anno Chriſti DCC.LXXV. dicentem; Conſtantinum *Caballini* nomen â *Cabala* civitate accepiſſe: cujus cives *Caballini* nuncupentur. Quid cum Cabala Conſtantino commune, cùm Conſtantinopoli natus & educatus fuerit? inquit Baronius.

Cur Caballinus dictus, figmentum Glycæ.

Sed quia forſan ſcriptores nominati exiguum pondus apud Goldaſtum habebunt, neceſſe eſt, ut graviore auctoritate prematur: Quam autem in Goldaſti ædibus majorem inveniam, niſi ipſius Goldaſti, qui in Notis ſuis ad Conſtitutiones Imperiales diſertè & exſertè ſcribit, *Copronymi* cognomen inditum Conſtantino *ob vitæ turpitudinem*. Credibile eſt igitur Caballini quoque titulum eidem eandem ob cauſam verè fuiſſe impoſitum. Et quia idem Goldaſtus nominat Othonem Friſingenſem *probum* & *ſanum ſcriptorem*, audiat quid de Copronymo, pro quo Calviniſta, tanquam pro aris & focis, dimicat, ſcriptum reliquerit. Copronymo-

fol. 10.

H

loc. cit.

Otho lib. 5. cap. 19.

 prony-

bulum. Quandoque, [illegible]
eo referunt, *lignum Crucis*, aut *lignum geminum.* Apud Rabbinos, *lignum ſuſpendii*, differentiæ causâ; quia eſt aliud lignum non ſuſpendii. Quæ omnia clara fiunt ex his ſcripturæ locis Deut. 21. v. 23. Eſth. 7. v. 9. Joſuæ 8. v. 29. Nam primo loco eſt abſolutè *lignum: Maledictus qui pendet in ligno.* In ſecundo; *In lignum, quod paraverat Mardochæo.* Ubi Græcus. τὸ ξύλον τȣ̃ ςαυρȣ̃. Ibid. *Suſpenſus eſt itaque Aman in patibulo.* Græcus, ἐν τῷ ξύλῳ, ſine addito. In tertio *Regem quoque eius ſuſpendit in patibulo.* Græcus, ἐπὶ ξύλȣ διδύμȣ, *In gemino ligno.* Quia Crux ex duobus lignis conſtat. Quod interpres vocaverat *patibulum:* illud mox nominat *Crucem.* *Depoſuerunt cadaver ejus de Cruce.*

C Hîc non intempeſtivè quæri poſſe video, quid ſit *Spera Crucis*, apud Ekkerhardum Juniorem *de caſibus* Monaſterii S. Galli cap. 3. Tom. 1. Scriptorum Alamannicorum, ubi de Notkero, Diabolum ſpecie canis circumvagantem, inſequente, hujusmodi hiſtoria refertur. *Feſtinatò aram S. Galli adiens, Cambocam ſuam & Magiſtri ejus* (Columbani) *multarum virtutum operatricem cum Spera illa S. Crucis notiſſimâ rapuit, & in introitu Cryptæ dextero, Sperâ poſitâ, cum baculo ſiniſtrorſum caninum illum aggreſſus eſt Diabolum.*

In quæ verba Goldaſtus. Cambocam nominat, *Baculum camurum ſive incurvum, quem Paſtoralem noſtri vocant.* Walafrid. in vita S. Galli lib. 1. cap. 26. *Qui & baculum ipſius* (Columbani Abbatis) *quem vulgo Cambocam vocant, per manum Diaconi tranſmiſerunt.* *Cam-*
D *bocæ* crebra mentio eſt apud Theodorum in vita S. Magni lib. 1. cap. 7. lib. 2. cap. 3. 4. 8. Arbitratur Goldaſtus rectiùs ſcribi *Cambotam*, deducítque παρὰ τὸ καμπτότης ſeu καμψότης ἀκάμπτειν, quod eſt *flectere*, cùm baculus ille ſit incurvus. Sed dicendum, Cambocas nihil aliud fuiſſe, quàm baculos viales ſeu viatorios S. Galli, S. Columbani, & aliorum: qui poſtea in veneratione habiti, tantorum virorum intuitu.

Speram Crucis, ait Calviniſta, eſſe *ſphæram* ſeu *globum*, cui Crux infixa, aut particula

tes, ubi *Crux* vel *Staurus*, *Rod.* *quæ* vox manſit hucuſque apud Scotos: quibus *Ruid*, Cruces. Hayle Ruidchous, (heilig Creütz-hauß) *Monaſterium S. Crucis.* *Bedhe Ruide*: juramentum, per crucem, beym Creutz. Hinc ſuſpicatur in Symbolo illo antiquiſſimo S. Galli pro MERVET BIS LACAN, TOT legendum an met geſlacan. hoc eſt, ans Creutz geſchlagen, fortè *in Rude biſclacan.* Etiam Angli dicunt *Roode*; & uſurpatur tantùm de Cruce Chriſti: non de alio patibulo, nec de noſtro gabalo ſeu Galgen. Additur aliquando, ἐπιτάσεως gratia, *haile Roode.* *Sanctiſſima Chriſti Crux.*

Uſurpatur nomen ςαυρȣ̃ & *Crucis* etiam ſpiritaliter & myſticè, ùt in opere de S. Cruce ſæpiùs oſtenſum, præſertim libro quinto, qui totus eſt de Cruce ſpiritali. *Crux* G
Domini non tantùm illa dicitur, inquit Auctor Apologiæ pro Henrico IV. Schiſmaticus quidem, ſed non ineruditus; Crucis externæ & materialis formam ad habitum Monaſticum accommodans: *quæ paſſionis tempore ligni affixione conſtruitur; ſed illa, quæ totius vitæ curriculo cunctarum diſciplinarum virtutibus coaptatur. Unde & in ligno Crucis deſcribitur non ſolùm tota Monachi vita, & inſtitutio; ſed omnis Chriſtiana actio, benè operari in Chriſto, & ei perſeveranter inhærere, cæleſtia ſperare, Sacramenta non profanare; ut, ſicut ait Apoſtolus, in charitate radicati, & fundati poſſimus comprehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundum: id eſt crucem Domini, cujus la-*
titudo dicitur in transverſo ligno, quo extendun- H
tur manus; longitudo à terra, uſque ad latitudinem ipſam, quo à manibus & infra totum corpus affigitur: altitudo de latitudine ſurſum, uſque ad ſummum, quo adhæret caput: profundum verò quo terra infixum abſconditur. Ergo cuculla, eſt tunica talaris, & cucullata, atque manicata, ubi quaſi per quemdam pædagogum docentur ſuperiùs comprehenſa ſanctæ Crucis myſteria: ut in latitudine ſit charitas benè operandi: in longitudine perſeverantia firmiter adhærendi; in altitudine contemplatio cæleſtis vitæ, in-
ſcruta-

Metaphorica Crucis acceptio.

Ephes. 3.

Quid veſtis Monaſtica ſignificet?

Digitized by Google

cis ſcribens Κωμῳδοῦσι τὸν σταυρὸν, ἵνα κωμῳδηθῶσι σφοδρότερον ἀτίμως πεπορθημένοι καὶ νενικωμένοι σταυρῷ, &c. τὸν τοῦ χριστοῦ προσκυνούμενον χλευάζουσι τάφον, ἵν' οἱ παρ' αὐτοῖς περιφανεῖς ναοὶ, γέλωτα ὀφλείωσι μείζονα, χλευαζομένῳ περιχωρήσαντες τάφῳ. *Illudunt & traducunt crucem, ut ipſi magis ludibrio habeantur & traducantur, quippe expugnati & victi Cruce ipſis ridicula & deſpicabili*, &c. *Adorandum Chriſti ſepulchrum ſubſannant, ut eò majori ludibrio exponantur illuſtria* C *eorum templa, quippe, quæ deriſo ab ipſis ceſſerint ſepulchro*: quo enim quis â nobiliore vincitur, eò plus laudis habet: & quò ab ignobiliori, eò plus infamiæ & probri. *Affert enim victis aliquid ambitionis & honoris, eorum, à quibus victi ſunt, excellentia*, inquit Iſidorus. Hac igitur vi & efficacitate ſua contra Ethnicorum ſimulacra amplificavit & propagavit Crux verbi divini gloriam.

Ῥώμη κραταιὰ πίστεως] verè hoc elogium ſanctæ Cruci tribui abundè docent tres Tomi de S. Cruce unà cum Apologia contra Junium: & Iſidorus Peluſiota in propria Epiſtola, cujus hæc inſcriptio & tenor. *Iſid. lib. 4. Epiſt. 32.*

D ΠΕΡΙ ΔΟΞΗΣ ΤΟΥ ΤΙΜΙΟΥ σταυροῦ. Δωροθέῳ λαμπροτάτῳ.

Τὸν ἀοίδιμον σταυρὸν δίκαιον προσειπεῖν, οὐ μόνον γῆς, ἀλλὰ καὶ οὐρανοῦ ἔρεισμά τε καὶ ἀγλάϊσμα. τὴν γὰρ κτίσιν πᾶσαν ἀνέσχε, τοῖς μὲν ὑπερκοσμίοις χαρὰν, τοῖς δ' ἐπιγείοις ἐλευθερίαν πρυτανεύσας, καὶ τὰ διεστῶτα συνάψας.

DE GLORIA VENERANDÆ CRUCIS. Dorotheo illuſtriſſimo.

Celeberrimam Chriſti Crucem meritò liceat appellare non ſolùm terræ, ſed & cœli fulcrum, & fulgorem. Nam creaturam omnem ſuſtentavit,

Et quia Crux eſt ῥώμη κραταιὰ πίστεως, hinc fit, ut & animam agentibus contemplanda, complectenda & exoſculanda proponatur. De clariſſima & celeberrima comitiſſa Mathilde Domnizo in ejus vita apud Baronium Tom. 12. Anno Chriſti M.C.XVI. *Crux moribundis propoſita, ſolatii cauſa. De quo vide Tom. 1. de S. Cruce lib. 2. cap. 15.*

Corpus ei Chriſti, paritérque crucem Crucifixi
Porrexit Præſul Reginus corde ſerenus,
Quique BONUS ſenior proprio ſit nomine dictus.
In manibus ejus Comitiſſa Mathildis ab hujus
Ærumna ſæcli jugiter memoranda recedit.
In Cruce nam Chriſti ſua figens oſcula dixit:
Te colui ſemper, mea nunc rogo crimina terge: G
Accipiens Chriſti corpus venerabile, dixit.
Semper dum vixi, Deus hoc ſcis, ſpem tibi fixi, &c.

Οἱ δεσπόται] Imperatores Auguſti. Qui δεσπόται κατ' ἐξοχὴν dicti: & olim, *Domini*; ùt ex Plinii ad Trajanum Epiſtolis liquet. Feſtus Præſes Act. 25. de S. Paulo. *De quo quid certum ſcribam Domino*, hoc eſt, Imperatori, *non habeo*. Apud poſteriores Græcos δεσποτεία nomen erat Aulicæ ſive Palatinæ dignitatis. Unde δεσπότης, qui hac dignitate, quæ à ſolo Imperatore conferebatur, inſignitus, & Deſpotæ quidem creationem ſeu inaugurationem, veſtimenta & ornamenta, accuratè deſcribit Codi- H nus Curopalata lib. de officiis Aulæ Conſtantinopolitanæ. Cujus Interpres ſemper vertit, *Dominus*. Sed quid obſtat, quò minùs Græca vox retineatur, cùm nulla penitus ſit, quæ Deſpotæ dignitatem *planè exprimat*. Itaque, ut Græci quædam Latina dignitatum nomina retinent, ex quorum numero ſunt, *Patricius*, Cardinalis, *Doctor*, uſurpando hoc nomen pro eo, qui ſolenni ritu, certiſque cæremoniis hunc honoris gradum in Academiis adeptus eſt) quia carent vocabulis, quæ vim Latinorum exprimant; ita & in *Deſpota*, & id genus aliis

 appel-

quam: non *Principem*, ita *Dominum* ſe indigitat: In illis enim legas: *Dominus Phriſiæ*, *Salinarum*, *Tripolis*, *Mechliniæ*, *&c.* δέσποινα eſt uxor *Deſpotæ*. Deſpota Serviæ in Græcorum Annalibus nominatur quoque *Crales*, & conjunx, *Cralæna*, ſeu *Cralitza*, quæ *Regem* & *Reginam* ſignificant; nam ùt docet Leunclavius in Pandecte Turc. cap. 54. Ungaris, Bulgaris, Serviis, *Kiral*, & contractiùs, *Cral* Rex eſt. Hinc Græcis extitit κράλης & κράλαινα. Et illud *Kiral*, unde, ſi prima incunabula quæras, niſi à Græco Κύριος?

Docet præterea Codinus, quibus titulis *Deſpota* (ùt & Cæſar & Sebaſtocrator) affici ſoleret. τὸν μέντοι δεσπότην ἔμπροσθεν τȣ̃ βασιλέως καλȣ̃σι ȣ̋τως ἁπλω̃ς, δέσποτά μȣ, Deſpota mi, καὶ ἡ βασιλεία αὐτȣ̃. τὸν δὲ
C σεβαστοκράτορα, δέσποτά μȣ σεβαστοκράτωρ, καὶ ἡ βασιλεία αὐτȣ̃, *&c.*

Hæc fuſiùs perſequi viſum: quòd Gloſſarium Græcobarbarum nuper evulgatum minùs clarè de his diſſerere viderem. Ait enim. Deſpotæ *nomine* vocabantur *filii*, *fratres*, *generi Imperatoris*, *Sebaſtocrator*, *Cæſar & Patriarchæ*. Nemo appellabatur, *Deſpota*, ùt ἀξίωμα ſeu dignitatem ſignificat, niſi qui illa dignitate inſignitus erat; qua *Cæſar*, & *Sebaſtocrator* inſigniti non erant, quia erant diſtinctæ dignitates infrà *Deſpotatum*; & multò minùs Patriarchæ hæc appellatio quadrabat; quia erat dignitas Aulica. Quæ, quid ad Patriarcham? Neque neceſſe erat, ut omnes filii, generi vel fratres Imperatoris *Deſpotæ* eſſent, quia Imperatori liberum erat
D hoc honore cohoneſtare, quos vellet.

Nec verum eſt, quod ſubdit Gloſſarium. Sed κατ᾽ ἐξοχὴν *ita dictus fuit Imperii ſucceſſor, filiorum natu maximus. Hoc diſcimus ex libro Codini de Officiis Aulæ Conſtantinopolitanæ loco non uno.* Vel unum notâſſet, contentus fuiſſem. In Codino, etſi â me non indiligenter plus vice ſimplici lecto, nihil hujus obſervavi: quia *Deſpota* dicebatur quiſquis

Ε
Χ
Θ
Ρ
Ο
Υ
Σ
ΚΑΙ ΦΟΝΕΥΩ Τ ΒΑΡΒΑΡΟΥΣ
Ρ
οἱ τὸ κρατὸς λαβόν Ο τες ἐκ θεȣ̃ μόνȣ,
Λέων τε Κωνςαντι̃ Π νος οἱ ςεφηφόροι
Ανιςορȣ̃σι τὸν Ο τύπον τȣ̃ δεσπότȣ.
Εγκάρδιον φέροντες Υ αὐτȣ̃ τὸν πόθον.
Εἰκῆ δὲ τὴν πρὶν καὶ Μ μάτην πεπλασμένην,
Εξῆραν ἔνθεν Α εἰκονεργίας θέαν.
Ι G

Verſio ad Verbum.

Qui poteſtatem acceperunt à ſolo Deo
Leo & Conſtantinus, coronas geſtantes,
Ob oculos ponunt, ſeu, *ſpectandum proponunt, figuram Domini.*
In corde ferentes ejus deſiderium.
Temerè verò antea & fruſtra confictum
Suſtulerunt hinc imaginum effectarum ſpectaculum

EXPLICATIO.

Vides hic priſcos Iconoclaſtas adeò Crucis fuiſſe ſtudioſos, ut Crucis ſignum etiam ſuis in poëmatis effigiare voluerint; & Imperatores Crucem publicè erigentes, omniúmque oculis ad Contemplationem proponentes ſummis laudibus evexerint. H

Characteres Cruci inſcripti hanc reddunt ſententiam. ἐχθρȣ̀ς τροπȣ̃μαι καὶ φονεύω βαρβάρȣς. *Hoſtem in fugam verto, & occido Barbaros.* Eſt verſus ſenarius ſuis numeris & modulis plenus & perfectus; quales ſunt omnes, quos nunc vulgamus Jambi, non ἄῤῥυθμοι, & ſolo ſyllabarum numero, non modulo conſtantes, cujuſmodi plerique in Tragœdia, quæ *Chriſtus patiens* inſcribitur, & apud

Digitized by Google

rum, patrem Copronymi propter Jambum octavum; ubi clarum, Leonis nomine accipiendum Iſaurum, & nomine Conſtantini: filium Copronymum. IV. Nec hoc ſolùm, ſed & crucem, crucíſque amorem ac deſiderium in corde circumferunt. Quis non obſtupeſcat veterum Iconoclaſtarum pietatem erga crucem? Nil ſimile hodierni: ſed illud tantùm, quod duo ultimi verſus ex media Iconomachiæ officina deprompti indicant: Imagines evertere & deturbare nôrunt; & in his crucem quoque; ſaltem C Calviniſtæ, etſi nec Lutherani ab hoc deturbatarum & everſarum crucium crimine immunes. Quid, quòd forſan illud ἐγκάρδιον φέροντες αὐτοῦ τὸν πόθον, inſinuat, Leonem & Conſtantinum ex collo per pectus pendulam crucem geſtâſſe.

Goldaſti fraudulentia. Quidquid ſit, illud intolerabile eſt, quod Goldaſtus audet Conſtitutionem Theodoſii & Valentiniani Impp. numerare, & quidem primo loco, inter eas, quæ ſunt *contra Imaginum venerationem*; cùm tota illa ſanctio ad cultum & honorem ſanctæ Crucis tendat: nam Imperatores illi indigniſſimum facinus judicabant, ſi fidei noſtræ ſacroſanctum ſymbolum *humi* depictum vel ſculptum pedibus tranſeuntium conculcaretur.

D

Imperitia. II. Imperitiſſimè ſuſpicatur Tiberium poſtea Imperatorem, fuiſſe Juſtiniano Imp. Auctorem, ut legem hanc in Codicem abs ſe *Juſtinianeum* nuncupatum inferret: & hoc propter Theſaurum à ſe inventum, quando *crucem* humi viſam tolli juſſit, ne *indecorè* & *irreverenter* conculcaretur. Et hoc dicit *ſe colligere ex lib. 18. Pauli Diaconi* Errat toto cœlo; nam is, cui Tiberius ſucceſſit in Imperio, & cujus Palatio præfectus erat, non fuit Juſtinianus ille major, pacis bellíque ar-

rogandarum imaginum; hinc etiam Theodoſium & Valentinianum legem hanc tuliſſe, ut ab eo, quod invidiæ minùs expoſitum erat, exordirentur. Exſpectat ſine dubio lector, unde hoc ſuum ſomnium Goldaſtus probet. Unde, niſi ex ſomniis & impoſturis veterum Iconoclaſtarum? nam ùt Hæretici hoc tempore varia ſub celebrium Auctorum nominibus confinxerunt & evulgârunt, vel ſuperioribus ſæculis ſycophanticè fabrefacta rurſus *Technæ veterum Iconoclaſtarum.* in lucem extraxerunt, ita & olim Iconoclaſtæ, ut veſaniæ ſuæ aliquam auctoritatem G conciliarent; libros contra imagines & epiſtolam ad Theodoſium Imp. ſub ſanctiſſimi & clariſſimi Patris Epiphanii nomine ſparſerunt, ut eò plures in Iconoclaſticam ſuam naſſam pertraherent. Et hanc fraudulentiſſimam Iconoclaſtarum fallaciam probationis loco nunc nobis oggerit Calviniſta: cùm tamen in ſeptima Synodo Act. 6. Tom. 5. initiò ſtatim, evidentiſſimè oſtendatur; hæc omnia nil aliud eſſe, quàm technas & ſutelas furentium Iconomachorum. Nec quidquam mutit Goldaſtus ad ſolidiſſima & ſolis luce clariora ſeptimæ Synodi reſponſa: imò totam rem truncat, & ita mutilatè refert, ut lector longè aliud concipiat, quàm ſi ipſos fontes, hoc eſt, ipſa ſeptimæ Synodi Acta conſulat. H

Nam quòd dicit, *parilem* Epiphanii ſententiam haberi infrà in Concilio Conſtantinopolitano VII. Oecumenico (ſcribe, *in conciliabulo malignantium*) id fucus eſt; nam non modò ſimilis eſt ſententia; ſed & prorſus eadem; non tamen Epiphanii genuina proles, ſed tanto viro ſuppoſita; à ſeptima vera Synodo validè potentérque refutata. ſimilis ratio eſt aſſumenti illius, quod epiſtolæ S. Epiphanii ad Joannem Hieroſolymitanum attextum eſt; nam à mala, hoc eſt,

Icono-

Theodoſii adhuc parvuli ab Epiphanio Iconoclaſtica inſtillatio unquam in mentem venit? At cur Theodoſius non ſuſtulit omnes imagines; ſi Iconoclaſtico ſpiritu afflatus erat? Audi Calviniſticam technam. *Periculoſum erat omnia ſimul innovare. Quocirca prudenter à cruce humi poſita cœpit, minus enim periculi in hoc erat; & ſpeciem quamdam pietatis præ ſe ferebat: homines enim præconceptarum opinionum, potiſſimùm in Religione, admodum tenaces ſunt, & ſæpè vita potiùs, quàm ſententia cedere malunt.*

Vix invenio, quo tantam improbitatem repercutiam. Quod enim ſumma pietate & reverentia erga ſanctiſſimam Crucem Chriſti Theodoſius Imp. impulſus geſſit? hoc iſte ex Iconoclaſtici Alaſtoris inſtigatione profe-
C ctum mentitur; nam ſi vel Theodoſius ſenior, vel filii Arcadius & Honorius; vel Junior Theodoſius & Valentinianus imagines exturbare voluiſſent; non magis eorum violentiæ obſiſti potuiſſet, quàm Leonis Iſaurici, Copronymi, & ſimilium; quia longè potentiores erant, quàm iſti poſterioris ævi principes.

Imperatoris Theodoſii reverentiam & religioſum affectum de cruce humi non efformanda, ſecuti ſunt alii principes: ùt Tiberius; & Epiſcopi quoque; ùt Trullani Con-
D cilii præſules, & noſtra ætate non pauci, ùt copioſè oſtendi lib. 2. de S. Cruce cap. 62. Num & iſti Copronymiana & Caballiana aura afflati hoc fecerunt, & à Cruce ad alias imagines evertendas, ſiqua fata ſinerent, progredi cogitârunt?

Deinde priſci Iconoclaſtæ non confringebant cruces, ſed retinebant & colebant, imò & novas erigebant, ùt apertè noſtri Jambographi teſtantur; quomodo igitur fieri potuit, ut Theodoſius crucis effigiem eo fine *humi* ferre nollet; quòd crederet; crucis aliarúmque imaginum uſum & cultum, *eſſe illicitum ac interdictum*? An deterior & nequior erat ipſo Copronymo, & multis Copronymi ſucceſſoribus, quibus crux

per quam ab antiquo lapſu ſalvati ſumus, eum, quem par eſt, honorem habeamus. Unde, & mente, & ſermone, & ſenſu, adorationem ei tribuentes, crucis figuras, quæ à nonnullis in ſolo, ac pavimento fiunt, omnino deleri jubemus, ne incedentium conculcatione victoriæ nobis trophæum injuria afficiatur: qui ſecùs fecerit, excommunicari decernimus.

Quem Canonem ita interpretatur Zonaras in manuſcripto ſuo Commentario ſuper Conciliorum decreta. *Extat in Bibliotheca Bavarica.*

Τȣ̃ κυρίȣ ἡμῶν καὶ Θεȣ̃, καὶ ϛωτῆρος Χριϛοῦ ἐν τῷ ϛαυρῷ κρεμασθέντος ἡμεῖς ϛεσώσμεθα, καὶ τῆς ἀρχαίας δȣλείας τῆς ἁμαρτίας ἠλευθερώμεθα. τȣ́τῳ τοίνυν τῷ τῆς G
νίκης ἡμῖν αἰτίῳ καὶ τιμὴν ἀπονέμειν χρῆναι φασὶν οἱ ἱεροὶ πατέρες καὶ νῷ, καὶ λόγῳ, καὶ αἰσθήσει. νῷ μὲν ȣ̃ν ἀποδιδόαμεν, ὅτε καθ' ἑαυτȣ̀ς ἐνθυμȣ́μενοι καὶ λογιζόμενοι, ὅσων ἀγαθῶν ἐτύχομεν δι' αὐτȣ̃, ἐκπληττόμεθα τὴν εἰς ἡμᾶς εὐεργεσίαν τȣ̃ Θεȣ̃. λόγῳ δὲ, ὅτε καὶ πρὸς ἑτέρȣς ταῦτα λέγοντες χάριτας ὁμολογȣ̃μεν τῷ ϛώσαντι ἡμᾶς. αἰσθήσει δὲ, ὅτε αὐτὸν ὁρῶντες, τιμῶμεν, καὶ ἀσπαζόμεθα. ἐπεὶ δὲ τινὲς ὡς τάχα πλείονα τιμὴν νέμοντες τῷ ϛαυρῷ πανταχȣ̃ ἐτύπȣν αὐτόν. πρὸς δὲ τοῖς ἄλλοις καὶ ἐν ἐδάφει,
τȣ̃το ὁ παρὼν ἀπαγορεύει κανὼν, κελεύων, H
μὴ ἐν ἐδάφει τυπȣ̃σθαι ϛαυρὸν, καὶ ȣ̃τως τὸ τῆς νίκης ἡμέτερον τρόπαιον ἀτιμȣ̃σθαι καταπατȣ́μενον. τȣ̀ς δὲ τȣ̃το τολμῶντας, ὑπάγει ἀφορισμῷ.

Domino & Deo Salvatore noſtro Chriſto in cruce ſuſpenſo, nos ſervati & ex antiqua peccati ſervitute erepti ſumus. Huic igitur victoriæ nobis partæ inſtrumento ſancti Patres affirmant honorem defendendum eſſe mente, ſermone & ſenſu. Mente adorationem deferimus, quando nobiſcum perpendentes & reputantes, quantis bonis per crucem cumulati ſimus, obſtupeſcimus Dei in nos beneficentiam. Sermone autem, quando hæc talia

Digitized by Google

que recentiorum Hiſtoricorum, extra ſcholam Hæreſeos, qui edictum contra imagines univerſim à Philippico editum ſcribat. Nullus item, qui id dicat promulgatum *Conſtantinopoli*, anno prædicto. Nullus, qui id dicat in Pſeudoſynodo Monothelitarum, quam Philippicus Anno DCC. XIII. Conſtantinopoli congregaverat, comprobatum & decreto ſynodali munitum. Ne ipſe quidem nuperus Auctor *Faſciculi temporum*, citatus à Goldaſto, hoc aſſerit. En ejus verba. *Philippum* (Philippicum) *tanquam hæreticum excommunicavit* (Conſtantinus Papa) *quia imagines Sanctorum deleverat:* non omnes, ſed ſex duntaxat ſynodorum; quia ſextam ſynodum, Monothelitico veneno infectus, peſſimè oderat, ejúſque memori-
C am penitùs ſublatam diſcupiebat.

Idem Auctor ibid. *hæreſis imaginum ſerpit:* (ita illi viſum; quia Philippicus imaginem illam ſynodalem deleverat, non deteſtatione imaginum, ſed odio ſextæ Synodi, nam Philippicus Monothelita erat) *quæ ſic dicitur, quia imagines Sanctorum, quæ ſunt libri laicorum, auferre voluerunt, quaſi idololatriæ cultum. Videtur, quòd moti fuerunt ex inſtinctu Saracenorum.* Hæc faſciculus Temporum. Ubi nulla ullius edicti promulgati mentio. Et ipſe Calviniſta coactus eſt fateri nil certi ſibi hac de re conſtare. Et tamen audaciſſimè in Titulo: *Philippici Bardanæ Imp. Aug. edictum de tollendis imaginibus* intonat, & annum inſuper promulgati edicti deſignat.

D Mentitur, *Græcos ſubobſcurè hoc ſuum commentum innuere.* Quinam ſunt, obſecro, iſti Græci: qui vel obſcuriſſimè inſinuent illud, quod tu ex fæcundo plaſmatum pectore tuo depromplſiſti? Fatetur, veteres Latinos tantùm facere mentionem *picturæ, qua geſta ſex Synodorum Oecumenicarum repræſentabantur.* Ita eſt. Cur tu ergo edictum fingis; cùm illi nihil de edicto, & quidem *univerſale*, cùm apud illos, tuo ipſius teſtimonio, hoc non reperiatur; ùt neque apud Græcos.

Sed ais; Latinos in *rebus Græcorum memo-*

In vita S. Stephani hæc leguntur: [illegible] (quo S. Stephanus ad mortem ducebatur) *tyrannus* (Copronymus) *è palatio progreſſus, in Milii porticu ſtabat: ubi priùs ſex illa Oecumenica Concilia depicta erant, póſt autem crudelis Imperatoris juſſu, inducto albario opere, deleta fuerant; atque eorum loco circus ille, quem amabat, ac plurimi faciebat, atque auriga is, quem in deliciis habebat, atque Uraniacum, hoc eſt, cœleſtem, cùm ne terra quidem dignus eſſet, appellàrat; picti cernebantur.* Quàm verè autem in hoc, quod explicamus, epigrammate crux dicat: *Hoſtes fugo & occido Barbaros*, docent plurima exempla, quæ Tomo 1. de S. Cruce lib. 2. & Tomo 3. lib. 2. recenſuimus. Quibus adde ſequentia ex Hiſtoria Scotica.

De Hungo Rege cum Anglis congreſſuro, ita Hector Boëthius lib. 10. Hiſtoriæ Scoti- G
cæ. *Soluto Regi intempeſta nocte in ſoporem, extemplo aſtans Apoſtolus* (Andreas) *juſſit alacriori eſſet animo, nec hoſtium multitudine terreretur, plurimámque ſpem in divina locaret ope: fore, ut glorioſam de Anglis poſtera die aſſequeretur victoriam. Mirum ſcribunt tum accidiſſe, ſupra Pictorum caſtra lucidam cælo apparuiſſe crucem, illius inſtar, qua Apoſtolus Andreas, pro Chriſti nomine, ſupplicio olim erat affectus: háncque Apoſtolum ipſi Hungo oſtendiſſe, addidiſſéque, id oſtentum ante partam victoriam haud cælo defuturum. Experrectus Rex milites, jam tum lucentem crucem intempeſta nocte admirantes, docet: quam fortunam D. Andreas ſibi ſuóque exercitui fuiſſet pollicitus, per quietem hortatus, prima luce alacres hoſtes pugna adorirentur, numine* H
ſibi propitio, & adverſo hoſtibus: eóque eorum multitudinem minimè timendam. Secuta Regis verba grata omnium vociferatio, quam hoſtes audientes, (nam hi noctem totam in armis perſeverabant) lucidam ſimul conſpicati crucem, quippiam mali portento tali ſibi præſagientes ingenti pavore ſunt perculſi.

Et poſt recenſitam commemorabilem à Scotis partam victoriam, ſubjungit Hector. *Secundùm hæc victores depoſitis armis, divi Reguli in Otholinia templum (nunc Divi Andreæ ædem vocant) nudatis pedibus, ut Chriſti Apoſtolo accepto*

armatorum millia illico affuere, &c. *Saxonum millia decem prælio deſiderata*,

Joannes Leslæus Epiſcopus Roſſenſis libr. 7. Hiſt. Scotorum, ubi de inſtanti Scotorum cum Anglis conflictu agit. *Ipſam ante prælium noctem* Robertus Bruſeus (poſtea Scotorum Rex) *in precibus totam defixit. Poſtera luce illum, reliquóſque omnes milites, abſterſis priùs ſalutari confeſſionis Sacramento omnibus antiquæ vitæ ſordibus, Chriſtique corpore ſummo omnium ardore prælibato, adhortatur, Mauritius Abbas ſingulari pietate, vitaq; puritate præditus, ut fortiter patriæ, libertatisque defenſionem ſuſciperent. Non enim ſingulos pro ſingulis* C *hominibus, ædibus, liberis pugnare, ſed omnes pro omnibus próque omnium libertate*, &c. *His dictis, monet, ut flexis genibus, Chriſti imaginem, quam manibus tenebat, omniúmque oculis objiciebat, juſta veneratione colerent. Angli quamprimùm vociferantur, Scotos provolutos genibus, ſupplices manus dare. Sed quorum pietatem irrident, illorum nervos non multò pòſt graviſſimè ſenſerunt. Nam utrinque in aciem deſcenditur, utrinque fortiter pugnatur: ſed fractis Anglis, ſua multitudine nimium antea præfidentibus, Scoti victoriam tanquam pietatis ſuæ fructum ampliſſimum referunt*, &c. *Eo prælio ex Anglis cæſi quinquaginta millia, ducenti equites, Dux Gorvernia, & Comes Gloceſtriæ. Scoti tantùm de-* D *ſiderârunt duos equites auratos, Guilielmum de veteri Ponte, & Gualterum Roſſenſem, ac quatuor millia eorum, qui ex plebe erant. Spolia argenti & auri inde reportata, ac captorum maxima multitudo, Scotiam pluribus divitiis, quàm antea, feliciter auxerunt.*

IV. JAMBUS

ΙΩΑΝΝΟΥ.

Χ ρυσογραφȣ͂σι Χρισ Τ ὸν οἱ Θεηγόρο Ι
Ρήσει προφητῶν μὴ Βλέπ Ο ντες τοῖς κατ Ω
Ι σηγόρων γὰρ ΕΛΠΙΣ ἡ Θεοπισί Α,
Σ κιογράφων δὲ τὴν π Αλίνδρομον πλάνη Ν,
Τ ρανῶς πατȣ͂σιν ὡς Θ εῷ μισȣμένη Ν
Ο ἱ συμπνέοντες, οἱ Φ Ο ρȣ͂ντες τὰ σέΦ Η
Υ ψȣ͂σι Φαιδρῶς Σταυρὸν εὐσεβεῖ χρίσε Ι.

Θεηγόροι ſunt Theologi, qui de Deo diſſe- F runt, illi Chriſtum diſputationibus ſuis præclarè delineant, (hoc enim eſt iſto loco χρυσογραφεῖν) oraculis & vaticiniis Prophetarum: non coloribus & externâ formâ, non enim attendunt τοῖς κάτω, *ad hæc terrena:* Eorum enim, qui eadem loquuntur, (eſt enim ἰσηγορεῖν *ex æquo loqui*, ἰσηγορία, *æqua loquendi libertas*: ἰσηγόρος ergo, *qui æqualia vel paria cum alio loquitur*,) *ſpes eſt* ἡ θεοπισία, *fides in Deum.*

Σκιογράφων] Eſt σκιογράφος ad verbum, *Pictor umbræ, qui rem aliquam adumbrat.* Videntur Iconoclaſtæ hoc vocabulo adversùs pictores contemptus gratiâ, uſi. Sic enim Act. 6. Tom. 3. Concilii VII. Oecumenici loquitur Epiphanius. *Quin etiam appellant* (pictores) *umbratiles pictores* (σκιογράφȣς, *quaſi umbram, rem nihili & nauci pingerent, quando Chriſti imagines pingebant*) G *qui Chriſtum coloribus delineant depingúntque.* Quid ergo? *Num & fabrum Crucem præparantem ædificantémve, ſcæotectona, hoc eſt, ineptum fabrum & rudem vocabunt? dicatur & lapicida, qui menſam ſacram* (altare) *in Eccleſiis polit & aptat, ſcæoliturgos*, id eſt, *improbus lapicida. Similiter aurifaber & argentarius faber σκαιοχρυσοχόος, hoc eſt, ineptus & minimè in ea arte doctus auri cudendi Magiſter & Phrygio: non tamen ob iſtorum inſaniam, quævis ars & ſcientia à Deo ad gloriam illius & noſtram utilitatem noſtræ vitæ tradita, peribit.* Niſi Latina ſeptimi Concilii verſio (nam Græcum textum non vidi) expreſsè diceret, pictores ab Iconomachis appellatos *umbratiles*, ſuſpicarer in Græco Concilii textu, atque adeò in hoc noſtro Jambo legendum; σκαιογράφȣς pro H σκιογράφȣς, quandoquidem ſemper poſtea fit mentio *vocum* παρὰ τὸ σκαιὸν non παρὰ τὴν σκιὰν compoſitorum. Interea ad manus meas pervenit Græca editio Concilii ſeptimi, in qua non comparent illa, quæ latina translatio exhibet: *Quin etiam appellant illos umbratiles pictores, qui Chriſtum coloribus delineant depingúntque.* Nec Anaſtaſii Bibliothecarii verſio Græco contextui in Romana editio-

Convicia Iconomachorum in pictores.

Digitized by Google

[illegible] : *veluti ſi quis effigies meretriceas, & ſpectacula, item molles ſaltandi flexus, & equeſtrium certaminum formas, aut ſi quid his ſimile fuerit, pingat; ſanè opus illud turpe, & noxium cenſebitur. Si autem honeſtorum virorum vitas, & hiſtorias certaminum Martyrum, eorundémque paſſiones; item magni Dei & Servatoris noſtri Jeſu Chriſti diſpenſationis myſterium picturâ repræſentare voluerimus, tunc quidem pictorum arte utentes, valdè rectè feciſſe dicemur: nam & pictor crucem depingit, neque tamen aliquis, cui ſanum cerebrum eſt, ob eam cauſam pictorem averſatur, neque à divina gratia illum excludit, quòd coloribus eam exornaverit.*

C Hæc Synodus ſeptima, quæ appoſitiſſimo Crucis exemplo criminationes contra pictoriam artem retundit, nam quando Crux pingenda erat, laudabilis eis videbatur pictorum ars; ut & tunc, cùm plantæ, feræ, & homines, etiam ſcelerati; dummodo non ſancti, effigiabantur; vituperabilis autem, quamprimùm ad Chriſti cœlitúmque effigies exprimendas adhibebatur. Quæ cauſa hujus diverſitatis, niſi illud univerſis novatoribus ſolenne? *Sic volo, ſic ſtatuo.*

Παλίνδρομον] Videtur hoc nomine uti, quòd religio & conſuetudo faciendi, erigendi & colendi imagines, ſemper revireret & repullularet, quamvis Iconoclaſtæ D ſumma ope niterentur eam opprimere; & in id omnes ſuos nervos intenderent.

Οἱ φορῶντες] Priores ſenarii ſunt Iconoclaſtici: orthodoxus, poſtremus, qui dicit: *Imperatores* (Conſtantinum & Leonem filium, niſi mavis Leonem Iſaurum & Conſtantinum Copronymum, intellige) ὑψῶν, *exaltare, celebrare & efferre Crucem*, idque non qualitercunque: ſed φαιδρῶς, *inſigniter, egregiè*: nec temerè, ſed εὐσεβεῖ κρίσει, *judicio pio.* Hic iterum noſtros convenio Iconomachos. Num idem illis eſt in Crucem affectus? Num & ipſi φαιδρῶς ὑψοῦσι *Domini irrigata.* Hæc de ſenſu Jambi quarti.

Nunc videſis effrænatam temeritatem Calviniſtæ. Ut de Iconoclaſtis benè mereatur, abſtergendo ab illis quàm diligentiſſimè omnem violatæ religionis nævum, facinora audet inaudita prorſus, & à nullo quamvis perfrictæ frontis, ſectario tentata. Nam omnes Scriptores Græci & Latini, uno ore & calamo teſtantur, Iconomachiam imaginúmque everſionem perſuaſam eſſe *Ezido*, ſive *Gizido* Arabum Tyranno, à Judæo quodam, qui, ut cupiditatem nocendi Chriſtianis, qua ſummopere incenſus erat, expleret; Gizidum adiit, eique quadraginta Imperii annos promiſit, ſi imagines in omnium Chriſtianorum ſub ſua ditione degentium Eccleſiis, evertendas curaret. Hoc tradit Theophanes in Hiſtoria ſua nondum typis excuſa: hoc miſcella Hiſtoria. Hoc ſeptima Synodus Oecumenica. Hoc Zonaras, hoc Cedrenus; hoc Glycas, hoc Conſtantinus Manaſſes, hoc Paulus Diaconus, hoc Sigebertus, hoc Pſeudoſynodus Pariſienſis cap. 16. Hoc ipſi Centuriatores Cent. 8. cap. 3. Hoc alii omnes, quicunque originem Iconoclaſtarum ſcriptis perſecuti ſunt. G

Origo Iconomachiæ.

Quid ad hæc Hæreticus? Omnes, nullo excepto, vanitatis & pſeudologiæ accuſat & horrificis contumeliis inſectatur ac onerat. I. *Falſum & impudenter falſum eſt, quod Græculi mendaces & ſuperſtitioſuli confinxerunt, reformationem imaginum à Judæis, inde à Saracenis, manâſſe, illámque ipſam inde in Chriſtianos.* Nullus hiſtoricorum *reformationis* meminit, ſed deformationis, exterminationis, everſionis. Num incendere, pedibus conculcare, confringere, conterere, eſt tibi reformare? H

Contumeliæ Calviniſticæ in antiquos ſcriptores.

II. *Theophanes, more Græcorum, veris falſa & ementita commiſcet.*

III. *Quid non audet Græcia mendax?* (Quid non audet frons Calviniſtica?)

IV. *Monſtroſa ſunt, quæ ex Græcorum Annalibus Baronius recitat.*

Digitized by Google

dit quidem Princeps ille Edictum contra imagines, ſed nihil de eo ſtabiliendo & comprobando ulla in Synodo actum eſt.

IV. Audacter fingit, *hanc Synodum celebratam Anno Redemptoris* DCC. XXIII. Nihil de hoc Annales; nihil vetus memoria.

V. Ut hæc omnia ſint plauſibiliora, more ſibi ſolenni, titulum digitalibus propè literis exaratum præmittit. SYNODUS NACOLIANA PROVINCIALIS, &c. Ubi celebrata? In concavo Lunæ, cum Icaromenippus ibi ſeſſitaret, & Keppleriani *Lunatici* indigenæ, eodem die, quo manè ſementem fecerant, ſub veſperum meterent, & propitia Cerere granaria ſua replerent. In Utopia Mori, ubi vivitur ex præſcriptione Calendarii à JOSEPHO Burdone emendati.

C VI. Fingit, *Non Judæum, ſed Chriſtianos Arabiæ à Gizido poſtulâſſe, ut ipſius nutu liceret imagines exterminare.*

VII. Fingit, *Chriſtianos, cùm animadverterent, ſe apud Principem parùm poſſe, & gratiâ non multùm valere, ſubornâſſe Judæum quemdam, nomine Sarantanpicum, qui Chriſtianorum cauſam de tollendis imaginibus apud Principem Arabiæ ageret; Principem haud gravatè votis annuiſſe, & lege lata, omnes imagines ſuſtuliſſe.*

VIII. Mentitur, *ab Epiſcopis Nicænæ Synodi tradi, Theophilum Metropolitam Nacoliæ fuiſſe primum ſectæ Iconoclaſticæ Auctorem.* Non aſſeritur hoc abſolutè à Taraſio Patriarcha Conſtantinopolitano; ſed cum reſtrictione; ut primus cenſeatur inter Epiſcopos; qui hunc Iconoclaſticum errorem amplexi ſunt:
D nam primus & principalis hujus hæreſeos eo tempore Architectus, fuit ex Chriſtianis Leo Iſauricus, ita, ut verè nomen Hæreſiarchæ mereatur, quidquid contra illuſtriſſimum Cardin. Baronium Anno DCC.XXVII. hoc aſſerentem inſanias.

IX. Mentitur, hæc, quæ ſine ullo teſte, ulliúſque teſtimonio, protulit; *colligi ex Synodo* VII. *Actione* 4. & 5.

X. Rurſus invehitur in Joannem Orientis Vicarium, clamitans, *de Gizidi edicto circumferri narrationes variis fabulis conſutas, & mini noſtri Jeſu Chriſti Salvatoris, ejuſque Deiparæ Matris,* An non fieri poteſt, ut beneficium Chriſti & Deiparæ ſit, ſi quis, etiam infidelis, victoriam de hoſtibus ſuis referat? Cujus ope tot victoriis, laureis, & adoreis potitus eſt Rex Cyrus? Si neſcis, audi Iſaiam cap. 45. *Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut ſubjiciam ante faciem ejus gentes, & dorſa Regum vertam, & aperiam coram eo januas, & portæ non claudentur,* &c. *Accinxi te, & non cognoviſti me,* &c.

XII. Par mendacium eſt, ex verbis Joannis colligi, *hoſtem Umari, Anaſchaphum Maſalman, fuiſſe Chriſtianum.* Ex quibus Joannis verbis hoc colligis? An quia dicit, eum ab Umaro ex iſta terra fuiſſe expulſum, ínque Syriam fugatum? Certè hoc hinc non extundes: G
nam & infidelis infidelem, & Mahometanus Mahometanum aggredi, & armis domitum in fugam conjicere poteſt. Obſederat autem Maſalman, ex Abydo in Thraciam cum magnis copiis tranſvectus, Conſtantinopolim; ùt ex Zonara & aliis in Leone Iſaurico liquet. Inde ab Umaro fugatus, & in Syriam abire compulſus videtur: plures enim erant Arabum principes, non ſemper inter ſe concordes, ùt notum ex hiſtoriis.

XIII. Ferre nequit Calviniſta, quòd Joannes Vicarius Orientis *Ezidum* ſeu *Gizidum* nominat hominem *levem & inconſtantem. Qua in re levis & inconſtans, dic ſodes:* clamat Copronymianus Calviniſta. *In religione, an vita?* Paucis me expedio. In utraque: quia H
adhærere placitis Mahometanis tam ab omni ratione averſis, certè non eſt viri prudentis & conſtantis, ſed levis. Levis item vitæ fuit, qui Judæo talia ac tanta, ex ſolius Dei nutu pendentia, pollicito, tam pronas & patulas aures, mentémque adeò obſecundantem præbuit.

XIV. Inſipienter ſcriptores enantiologiæ & contradictionis inde arguit Calviniſta, quòd Joannes dicat, *Judæum, qui Ezido imaginum demolitionem ſuaſit & perſuaſit, fuiſſe in Tiberiade. Theophanes verò ſcribat, hunc Judæum oriundum fuiſſe ex Laodicea. Ecce tibi,* inquit

Digitized by Google

..., quod de ortu & paſſione ejus fertur. Simile delirium eſt. *Synodus Nicæna dicit, Gizido triginta annos Imperii à Judæo promiſſos; Theophanes, quadraginta; ergo narratio fabuloſa.* Pulchrè. Ac ſi dicas: Juxta computum 70. Interpretum, tot & tot anni fluxerunt à creatione Adami uſque ad diluvium, at verò juxta Hebræorum ſupputationem tot & tot; Ergo quidquid de his annis traditur, id ad mythologiam pertinet.

Occinit & illud: *Joannes dicit; unum fuiſſe Judæum, qui Gizido falſa ſua pollicitatione os ſubleverit; at Zonaras & Cedrenus multos nominant, qui Gizidum ſefellerint. Hæc qui cohærent?* Bellè, ſed in capite ſano, quale non tuum. Nam unus fuit cæterorum omnium Dux & C anteſignanus; plures, ducis hujus quaſi manipulares & ſuccenturiati.

XVI. *Theophanes, Cedrenus, Zonaras tradunt Hebræos, Gizidi deceptores, aufugiſſe in Iſauriam; at Nicæna Synodus tradit, Hebræum illum ab Ulido interfectum. Nónne hæc congruunt concorditer?* inquit Calviniſta. Congruunt, ſed non apud incongruum, qualis tu. Quia fieri potuit, ut fugiens Judæus iſte ex fuga retraheretur & mactaretur. Deinde, forſan ſociis in Iſauriam elapſis, ſolus dux & auſpex pœnas dedit. Quorum ſive hoc, ſive illud, ſive quid ſimile evenerit, conſtat D ſua Nicænæ Synodo cum reliquis conſenſio & reliquis eum hac.

XVII. Mentitur, Theophilum, Metropolitam Nacoliæ, *unà cum impii dogmatis aſſeclis communi decreto Provincialis Synodi, Hebræos & Arabas imitandos, & Eccleſias imaginibus ſpoliandas cenſuiſſe.* Nihil uſpiam de hac ſynodo proditum legimus: nec magis colligitur ex Epiſtola S. Germani Patriarchæ Conſtantinopolitani ad Conſtantinum Epiſcopum, quàm Goldaſtum eſſe orthodoxum, non ex Calvini ſchola caeodoxum.

XVIII. Mentitur, *Germanum, audita Synodi congregatione, Epiſcopos Conſtantino-* *&c.* Ubi nullum verbum de illa ſynodo aut F ſynodali decreto: quidquid Calviniſta aut de illa, aut de hoc garrit, id totum ſuo ex cerebro exſculpſit.

XX. Mentitur, Beſerem, Leonis Imperatoris in impietate Iconoclaſtica propagatorem, hauſiſſe hanc imaginum deteſtationem, *non à Saracenis, ſed ab Arabibus Chriſtianis.* Nec ullo, quod vel in ſpeciem probabile ſit, argumento, hanc ſuam Pſeudologiam ſtabilit.

Poſtea proponit nobis Iſauricus Calviniſta Leonis Iſauri contra Imagines edictum, & quidem, ùt ſolet, literis *uncialibus.* Quaſi ignotum fuiſſet, Leonem Iſauricum in Imagines inſaniiſſe, & hac inſania Calviniſtarum G præcurſorem egiſſe. Perſtringit Auctor vitæ S. Stephani Junioris, amentiam Leonis Iſaurici. Annotat Goldaſtus. *Fuit Auctor iſte Iconolatra; eò abſurdè & impiè dicit in ſuum Imperatorem.* Fuit & eſt Annotator iſte Calvinianus, germen de Copronymo; eò abſurdè & impiè calumniatur ſcriptorem graviſſimum, ſive is S. Damaſcenus fuerit, ſive quis alius, certè Leoni & Copronymo ſynchronus, & utriusque mores, acta & edicta probè perſpecta habuit; ac proinde jure antiquitatis & ſinceritatis, fide multò dignior quàm heſternus iſte Novator, qui Leonis contra imagines bellum approbat, ùt pium H divinóque juri conſentaneum; quia ſub pectore illius recubat Copronymus, & illo agitante, caleſcit.

Scribit Auctor Hiſtoriæ de S. Stephano Juniore, Leonem Iſaurum cùm animadverteret, ob ſuum contra imagines decretum, tumultum excitari; ſtylum non nihil vertiſſe: *Quòd ùt verſipellis ille ſenſit,* inquit Auctor, *ſtatim Gygis annulum vertens, ut obſcurum eſſet, quod agebat, laborabat, non videlicet Leonis libertatem imitans, ſed Chamæleontis potiùs in modum formas immutans. Non, inquit, huc ſpectat mea ſententia, ut ex prorſus deleantur; ſed hoc ajo, ſublimiore loco collocandas eſſe, ne ore quiſquam*

interdicto? qui imagines damnavit & delendas ſanxit, tanquam idola. Num Theodoſius & collega ejus crucem pro *Idolo* habuerunt? An in ſua lege profeſſi ſunt, ſe crucem humi ferre nolle, ne Dei Sanctorúmque memoria veniat in contemptum, ex profanatione: aut ex ſuperſtitione in idololatriam? Nihil illi de Dei Sanctorúmque memoria, ejúſque profanatione. Nihil de ſuperſtitione & Idololatria, vel utriuſque periculo: ſed de Cruce locuti ſunt. Hanc humi poni noluerunt; ne profanaretur, conculcatione tranſeuntium. Quid ſimile Iſaurus ille, & Taurus indomitus? Qui illam ſui edicti interpretationem dedit, metu tumultuantis populi; quæ, præterquam quòd ſtulta erat & fatua (qualis enim profanatio *rebus honore dignis*, hoc eſt, imaginibus imminebat, ſi demiſſiore loco collocatæ eſſent, ut tangi & oſculo coli poſſent?) ficta etiam & prorſus commentitia fuit: nam imagines non habuit *pro rebus honore dignis*; ſed pro idolis omni ignominia afficiendis, & quamprimùm concremandis. Quo autem fine hoc commentum de imaginibus in altiorem locum efferendis adduxerit, præclarè intellexit & explicavit Auctor, qui Martyrium S. Stephani conſcripſit, *nimirum, ut eas longè à nobis collocando, ac procul ab oculis noſtris removendo (ne eas facilè aut cernere, aut contingere queamus) paulatim, ùt ſæpè nobis in his, quos amamus, uſuvenit, in oblivionem incidamus, eáſque charas habere dediſcamus: atque ita ſenſim, & citra tumultum hoc à nobis obtineatur, ut eas nec adoremus, nec honore afficiamus.*

Extat hæc epiſtola init. Pſeudoſynodi Pariſienſis.

Simili impoſtura fucum facere Ludovico Pio Imp. & Regi Francorum conati ſunt Michaël & Theophilus Imperatores Iconomachi, his ad eum inter cætera, verbis ſcribentes. *Imagines, de humilioribus locis auferri fecerunt, & eas, quæ in ſublimioribus locis poſitæ erant, ut ipſa pictura pro ſcriptura haberetur in ſuis locis conſiſtere permiſerunt, ne ab indoctioribus & infirmioribus adorarentur.* Quæ prorſus falſa ſunt; nam Iſaurus & Copronymus omnes penitus imagines, quantumvis in ex-

ma hæc est Iconomachis; ... negotia ſimul egerunt; nam hac criminatione orthodoxis aliis, hujus ſtrophæ ignaris, & ipſis Iconomachis Crucem retinentibus & honorantibus, Catholicos inviſos & exoſos reddere ſtuduerunt) *ponebántque lucernas coram eis* (grande ſcilicet piaculum, nec Iconomachis, lucernas ad alia uſurpantibus, tanta vel olei vel ceræ jactura ferenda) *ſimul & incenſum adolebant* (crimen priori non impar: an neſciebant iſti, id, quod typo vel coram typo fit, tranſire ad prototypum?) *atque eas in tali honore habebant, ſicut honorificum & vivificum lignum, &c.* Si de imaginibus Chriſti loquitur: vera loquitur. Si de imaginibus Sanctorum; falſa; quia ùt Chriſto alius honor debetur, quàm Sanctis; ita imagines Chriſti, inter quas & crux, excellentiore cultu coluntur, quàm imagines Sanctorum. At inter Chriſti imagines, ſi crux præcipua in veneratione eſt, id non mirum, quandoquidem redemptionis noſtræ peculiare inſtrumentum fuit.

Pſallebant, inquiunt, *& adorabant, atque ab eiſdem imaginibus auxilium petebant.* Falſum hoc poſterius. Auxilium non petitur, niſi à vivente; cujuſmodi non eſt imago; ſed imaginis ſignificatum. Pſallere coram imagine, quid criminis? An non ipſi Iconoclaſtæ Pſalmos modulabantur coram cruce? Adorare, hoc eſt, venerari imagines an illicitum? An non ipſi Iconomachi crucem adorabant & venerabantur? An non & crux imago eſt?

Plerique autem linteaminibus eaſdem imagines circumdabant, & filiorum ſuorum de baptiſmatis fonte ſuſceptrices faciebant. Non illas, ſed illos vel illas, quos vel quas repræſentabant. In quo nihil ſuperſtitionis: multóque minùs aliquid ſacrilegii. An non pium ac religioſum, Sanctis in tutelam dare infantem, ut ejus, quaſi ſuſceptores, &, ùt vocant, *patrini*, curam gerant. Ad hunc morem alluſit Auctor, (quem ex Bibliotheca Bavarica deſcribendum curavi) de primatu Pontificis, & aliis capitibus inter Latinos & Græcos controverſis; dum ita ſcribit.

Sancta

Digitized by Google

cat, ut cœptis tam arduis aſpirare, & clementer opitulari dignetur?

Necdum finis querelarum. *Quidam verò ſacerdotum & clericorum, colores de imaginibus radentes commiſcuerunt oblationibus & vino, & ex hac oblatione poſt Miſſarum celebrationem, dabant communicare volentibus.* Græci uvas quoque aliquando & alicubi admiſcebant oblationi, & Euchariſticæ communioni, ùt planum fit canone 28. Trullano. An ideò uvæ ex tota Græcia ſunt ſublatæ? An, ne quis vites ſereret aut coleret; ſeveriſſimis edictis interdictum eſt? Nequaquam. Abuſus, retento uſu, ſublatus eſt. Cur non &
C hic idem factum! Cur, quod à paucis forſan clericis commiſſum fuerat; in perniciem innocuarum imaginum converſum eſt?

Audi aliam accuſationem: *Alii corpus Domini in manus imaginum ponebant, unde communicare volentes accipere fecerunt.* Faciamus hoc eſſe verum. Quid paucorum culpa ad imagines? Quamquam cùm Græci Euchariſtiam communicantibus in manus tradant, fieri profectò potuit, ut mundiùs & decentiùs poneretur in manu imaginis, quàm hujus vel illius hominis. Nimis rigidi cenſores & exactores Michaël, & filius ejus Theophilus
D meritò habebantur, ſi nonnullorum pietati, licèt ſecundùm ſcientiam non eſſet, aliter veniam dare noluerunt; niſi exterminatis imaginibus.

Tandem finem accuſationibus ſuis imponunt. *Nonnulli ſpreta Eccleſia, in communibus domibus: tabulis imaginum pro altariis utebantur, & ſuper eas ſacrum miniſterium celebrabant.* Credamus ita factum. An hæc ſat idonea abolendi & evertendi imagines cauſa? *Vides,* mi lector, in his priſcis Iconomachis expreſſam effigiem Sectariorum noſtræ tempeſtatis: qui & ipſi varios abuſus, ſeu veros, ſeu commentitios (quamquam plerumque commentitios) cauſati, ad everſionem imaginum, aliorúmque rituum Eccleſiaſticorum

**Ut ſtabilias terrigenis venerationem Verbum,*
Notitiámque tui perſpicuam oſtendas ampliùs,
Legem dediſti crucem efformare ſolam,
Dedignaris verò ab artificiali materia
Depingi; manifeſtè, ut priùs, hic;
Ecce en illam (Crucem) *Maximi Domini*
Tanquam victoria effectricem, exarant figuram.

* *Vel ſic.* Ut imperes terrigenis, ô colendum Verbum, nam κρατύνω eſt etiam κρατῶ, impero.

EXPLICATIO.

Sententia Acroſtichidis eſt. Ἰγνατίῳ καύχημα ἐννοεῖν ϛαυρόν. *Ignatio gloria ſeu gloriatio eſt crucem intelligere.* Alludit opinor, ad illud Apoſtoli. *Mihi autem abſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti.* *Galat. 6.* G

Hìc obſervanda quædam. I. Huic Iconoclaſtæ Ignatio crucem eſſe καύχημα, *gloriam* ſeu *gloriationem*: nec tantùm crucem, ſed & ſolam crucis cognitionem & intelligentiam. Nam ſimili in honore ac pretio eſt crux apud novos noſtros Iconomachos? Nec dicas: Ignatium loqui de cruce ſpiritali; quia maniſeſtiſſimum eſt, eum loqui de cruce, quæ pingitur, ſculpitur, ſcalpitur, aliíſque modis efformatur, quamquam ab ipſis rerum Dominis, hoc eſt, ab Imperatoribus, ἐγχαράττεσθαι canit, tanquam ſymbolum H
victoriæ effectivum. Quid eſt autem ἐννοεῖν ϛαυρὸν, aliud *niſi comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ ſit latitudo, & longitudo, & ſublimitas, & profundum* (Crucis Chriſti) *ſcire etiam ſupereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti:* (quæ maximè eluxit in Cruce:) *Majorem enim hanc dilectionem nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* Quantò major ergo erit charitas, ſi quis animam ponat pro inimicis, ùt fecit Chriſtus: juxta illud Apoſtoli: *Commendat autem charitatem ſuam Deus in nobis, quoniam cùm adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt: & cùm inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem filii ejus.* *Ephеſ. 3.* *Joann. 15.* *Rom. 5.*

II. Chri-

Digitized by Google

pſi ex Iconoclaſtica officina prodierunt, ut quod dicit;

I. *Solam Crucem, lege à Chriſto lata, pingi juſſam.* Videtur per legem à Chriſto latam intelligere legem Imperatorum de imaginibus non effigiandis, excepta Cruce: ídque ideo, quòd mandatum Magiſtratus adſcribatur Deo; & quidem rectè, ſi præceptum ſit æquitati & divino juri conſonum, cujusmodi non erat hoc Imperatorum edictum de ſola Cruce efformanda, abolitis omnibus aliis imaginibus.

II. *Chriſtum nolle effingi ab arte, materialium colorum interventu*, (hoc enim eſt, τεχνικῆς ὕλης ὕπο) Illud: δῆλον ὡς πρὶν ἐνθάδε, refero ad ſequentia; ut dicat; ςαυρὸν, *cru-*
C *cem*, non aliter ac priùs, manifeſtam pingi ἐνθάδε, hic, *Conſtantinopoli:* eſſet autem totus Jambus clarior, ſi illud: ἀπαξιοῖς δὲ τεχνικῆς ὕλης ὕπο τοιχογραφεῖσθαι, includeretur parentheſi, prout incluſimus. Eſt autem Crux, ùt priùs manifeſtè efformata, juſſu & lege Imperatorum, hoc eſt, Leonis Iſauri, & filii ejus Conſtantini; nam de his duobus omnes iſti Jambi videntur accipiendi; in octavo enim Jambo dicitur. λέων σὺν υἱῷ τῷ νέῳ Κωνςαντίνῳ, ςαυρȣ͂ χαράττει τὸν τρισόλβιον τύπον. *Leo cum filio, novo Conſtantino Crucis ter beatam figuram efformat.* Ubi perſpicuum de Leone Iſauro, & filio ejus Conſtantino Copronymo ſermonem eſſe.

Mira Dei providentia accidit, ut ab Iſauro & Copronymo flagitioſiſſimis monſtris,
D uſus & cultus Crucis retineretur, neque una cum aliis imaginibus, earúmque veneratione expelleretur: præſertim cùm à Judæis & Mahometanis Magiſtris ſuam impietatem ſuxiſſent, cùm iſtis crux potiſſimùm exoſa ſit. Hinc & in profeſſione fidei, quam Saraceni, ad religionem Chriſtianam tranſgreſſi, facere debebant; apertè fit Crucis & honoris, quo afficienda eſt, mentio; ne fortè aliquid de veteri adversùs Crucem odio reliquum in eorum pectore remaneret: hæc enim eſt pars formulæ, qua fidem profite-

τὴν πρὸς ἐκεῖνον τιμήν. καὶ ȣ̓́τως ἐξ ὅλης ψυχῆς, καὶ καρδίας, καὶ προαιρέσεως ἀληθȣ͂ς προσέρχομαι τῇ πίςει τῶν Χριςιανῶν.

Venerandam quoque Crucem ejuſdem veri Chriſti & Dei noſtri, ut quæ non ampliùs ſit inſtrumentum corruptionis & maledictionis; ſed libertatis, & vitæ æternæ; & victoriæ à morte ac Diabolo reportatæ ſignum; præterea venerandas imagines, quæ Chriſti ſecundùm carnem ad homines adventum repræſentant; & caſtiſſimæ Virginis ac Deiparæ, quæ ipſum ineffabiliter peperit, & divinorum Angelorum, & omnium Sanctorum, tanquam prototyporum ſymbola ac figuras recipio, veneror & amplector: ipsósque ſanctos Angelos, & omnes Sanctos, qui Deo placuerunt, ùt ſervos illius, fidelésque adminiſtros colo ac veneror G
propter honorem, qui ad illum redundat. Et ſic ex tota mente, corde, & ſincera voluntate ad Chriſtianorum fidem accedo.

Utinam Calvinianis, Crucis oſoribus, & inprimis Goldaſto, eveniat id, quod ſub Michaële & Theodora, accidit cuidam Crucis hoſti, de quo Nicetas Tomo XX. Theſauri ſui in fine talem hiſtoriam commemorat. Ιςέον, ὅτι καθά φησι Γρηγόριος ὁ Αρχιεπίσκοπος Σικελίας, ὁ τὸν βίον τȣ͂ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν μεθοδίȣ Πατριάρχȣ Κωνςαντίνȣ πόλεως συγγραψάμενος ἐπὶ τῆς βασιλείας Μιχαὴλ, καὶ Θεοδώρας τῆς αὐτȣ͂ μητρὸς ἦν τις ἀσηκρῆτις, ᾧ τὸ ἐπώνυμον Αἴζιξ, ὃς τὰ τῶν Μανιχαίων φρονήσας, τὸν προσκυνητὸν ςαυρὸν μωρίαν ἡγεῖτο, καὶ τὸν κύριον, καὶ θεὸν ἡμῶν Ιησȣ͂ν Χριςὸν ὀνομά- H
ζων κτίσμα, τὴν πάναγνον αὐτȣ͂ μητέρα θεοτόκον ȣ̓κ ἔλεγεν. ἐγέλα δὲ πρὸς τȣ́τοις καὶ τὴν τῶν φρικτῶν καὶ θείων μυςηρίων μετάληψιν. πολλῶν δὲ αὐτῷ καὶ ἄλλων ἀκολȣθησάντων, ἐντεῦθεν ἡ τῶν λεγομένων Αιζικιανῶν αἵρεσις συνέςη. τȣ͂τον τοίνυν, ὁ ἅγιος μεθόδιος πείσας μεταθέσθαι πρὸς τὴν ὀρθόδοξον πίςιν. συνέπεισε δι' αὐτȣ͂ καὶ τȣ̀ς ἄλλȣς. καὶ παρασκευάσας ἐν ἐπισήμῳ ἡμέρᾳ θριαμβεῦσαι τὴν οἰκείαν αἵρεσιν, χρίσας τε μύρῳ

manu tenentem orthodoxis ſtitit ac repræſentavit.

Eſt autem ἐμφώτειος ἐσθὴς, apud Nazianzenum, veſtis, qua induebatur, qui recens baptiſmum recipiebat. De hoc Zilice, (ſic enim vocat) Cedrenus in Michaële & Theodora: *Sub hoc tempus hæreſis quædam Zilicum nomine exorta ſimul cum principe ſuo Zilice, qui à ſecretis dignitate erat, extincta & diſſipata eſt, ipſo & ſectatoribus ad veram religionem converſis, ſacróque unguento delibutis & initiatis.* Latina editio Joannis Curopalatæ vocat *hæreſin Cilicum*, & ipſum Auctorem, *Cilicem.*

Fuerat iſte Lizix ex Manichæa ſecta Paulicianorum; de quibus Nicetas Tomo XIX. Theſauri. Καὶ τὸν ζωοποιὸν δὲ ϛαυρὸν βλασφημοῦντες, φασὶν αὐτὸν προσκυνεῖν, C καὶ ἀποδέχεσθαι ϛαυρὸν οἱ πλάνοι. καὶ γόητες αὐτὸν ἀναπλάττοντες τὸν Χριϛόν. καὶ γὰρ αὐτός φασιν εἰς ϛαυροῦ σχῆμα τὰς χεῖρας ἐξήπλωσε, τὸν ἀληθῶς δὲ ϛαυρὸν, ἅτε δὴ ξύλον, φασὶ κακοῦργον ὄργανον, καὶ ὑπὸ ἀρὰν κείμενον, οὐ δεῖ προσκυνεῖν, καὶ ἀσπάζεσθαι.

Vivificam Crucem blaſphemantes dicunt, ſe illam adorare & recipere, cum nomine Crucis, errones & impoſtores, ipſum Chriſtum intelligant. Ipſe etenim, ajunt, Crucis in formam manus expandit. Veram verò Crucem, lignum videlicet, dicunt maleficum inſtrumentum, & D maledictioni ſubjectum; nulla adoratione vel amplexu ſeu ſalutatione affici debere.

De iiſdem idem Nicetas. Πλὴν ἐπειδὰν ϛφοδροτέρῳ τινὶ τῷ σωματικῷ νοσήματι περιπέσωσι καὶ τὸν τίμιον ϛαυρὸν τὸν ἐκ τοῦ ξύλου πεποιημένον ἑαυτοῖς ἐπιτιθέασιν. ἔπειτα τυγχάνοντες τῆς ἰάσεως, διαθλῶσι τοῦτον, ἢ συμπατοῦσι, καὶ ἀποῤῥίπτουσιν. ἀλλὰ καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶν ὑπὸ τῶν τῆς ἐκκλησίας πρεσβυτέρων πολλάκις τῷ σωτηρίῳ ἀξιοῦσι φωτισθῆναι βαπτίσματι, λυσιτελεῖν τῷ σώματι τόν τε ϛαυρὸν, καὶ τὸ βάπτισμα οἱ πάσης ὠφελείας λογοποι-

qui fatetur; Leonem publicum edictum contra venerationem imaginum propoſuiſſe, prout fecerat Pater ejus Copronymus, & Avus Leo Iſaurus; Scimus hunc Leonem Anno quinto ſui Imperii, quo & obiit, palàm in ſacras imagines earúmque cultores cœpiſſe inſanire; ſed nulla fit ullius edicti mentio, neque ex Leonis Armeni verbis colligitur; quæ dicunt, *Leonem hunc juſſiſſe, imagines dejici, earúmque cultum explodi*; quia non ſolùm id jubetur, quod edicto præcipitur; ſed & quod nutu, exemplo, & viva voce injungitur.

Quid in Synodo Gentiliacenſi, ſub Pipino Rege Francorum, Anno Chriſti DCC.LXVI. G conſtitutum ſit, ignoratur; hoc liquet, tractatum de ſancta Trinitate, & de ſanctorum imaginibus; ita enim loquuntur veteres Theodulphus Aurelianenſis in Annalibus Francorum, Althemus Monachus Benedictinus, Regino, Sigebertus, citati à Calviniſta, aut, ùt Ado, *utrùmne* (imagines) *fingendæ, an pingendæ eſſent in Eccleſiis*; non autem, de *imaginum cultu*; ùt in ſuo titulo Calviniſta proponit; qui fatetur, non liquere, quid in hac ſynodo de imaginibus decretum fuerit: non dubitat tamen *adorationem imaginum, ùt Idololatricam; abolitionem verò Græcorum, minimè probatam, nec receptam fuiſſe.* Nec hanc ſuam aſſertionem aliter probat, quàm quia poſtmodum in Galliis exti- H terunt, quibus adoratio & cultus imaginum improbabatur; uſus autem & retentio ad hiſtoriam & memoriam probabatur. Ita libri Carolini, Synodus Pariſienſis, & alii Galli, de quibus Anaſtaſius præfat. in ſeptimam Synodum à ſe Latinè converſam. Non abnuimus hos & plures in hac opinione verſatos; ſed negamus, inde planum fieri, eundem errorem in ſynodo Gentiliacenſi fuiſſe ſtabilitum: imò contrarium rectiùs collegeris: nam ſi in illo Concilio, hoc, quod Calviniſta cupit, ſancitum fuiſſet; Auctor librorum Carolinorum, & Pſeudoſynodi Pariſi-

Digitized by Google

tuti. *Certiſſimè & evidentiſſimè patet , picturas ſanctas , & ſanctam Domini Crucem , & ſacras electorum Dei reliquias , dignis & congruis honoribus à Catholicis & orthodoxis in Deo & propter Deum venerari oportere , non ut ſacrificando eis divinus honor , & cultus ſoli Deo omnium creatori debitus , ſit à quoquam deferendus ; ſed ut in ejus amore , honore , laude & gloria ſua ſancta , inſignia , & venerabilia vaſa , prout decet , ſingula eorum , ab omnibus fidelibus , & religioſis ſalva fide & non ficta , honorentur & amplectantur.* Hæc Dungalus in Gallia eo ipſo tempore, quo Claudii Taurinenſis alaſtor omnia veterum inſtituta peſſundabat : & nonnulli
C jam in eam perſuaſionem conceſſerant, imagines eſſe quidem retinendas , ſed non colendas.

JAMBUS VI.

ΣΕΡΓΙΟΥ.

Σαφῶς ὁ Μωσῆς εἶλεν Α ρχὰς ἐν τύπ Ω,
Εχθρὸν κρατήσας. Νῦν δὲ πιςῶν τὸ κλέοΣ
Ρεῦσμα κραταιὸν ΣΤΑΥΡΟΣ ἔςησε πλάνηΣ.
Γραφὲν γὰρ ὧδε Ψυχόλεθρον ἐν βί Ω
Ινδαλμα τέχνης Ως κεκρυμμένον βέλοΣ
Ορμῆς ἀθέσμυ Συςραφὲν, ἤρθη μάλΑ,
Νοεῖν γὰρ ὕτως Ειδόσι χρισὸν θέμι Σ.

Verſio ad Verbum.

Manifeſtè Moſes cepit principatus, in typo
Hoſtem ſubigens. Nunc autem fidelium gloria
Crux, torrentem validum ſtitit erroris,
D *Pictum enim hic animam perdens in vita*
Simulacrum artis , tanquam occulta ſagitta
Ab impetu nefaſto repercuſſa, ſublatum eſt valdè.
Intelligere enim ſic ſcientibus Chriſtum , fas
(eſt.)

EXPLICATIO.

LITERÆ majuſculæ hanc reddunt ſententiam. σέργιον ἀνύψωσε ὡς σώσας ςαυρός. *Sergium exaltavit, ùt ſalvans*, ſeu , *ùt ſalvatrix* , ſeu , *ſervatrix, Crux.* Judicio ergo hujus Iconoclaſtæ crux ἀνυψοῖ *exaltat.* II. σώζει , *ſalvat* , *ſervat.* III. Eſt πι-

In ultima vocis συςραφεν claudicat modulus , cujus alioquin Jambographi iſti ſunt obſervantes. Poſtremus verſus Iconomachiam reſpicit, videlicet, Chriſtum abſque imagine ab intelligentibus cognoſcendum & colendum eſſe. Quaſi verò imagines Chriſti & Sanctorum , veræ cognitioni & venerationi Chriſti adverſentur. F

Lepidus eſt, ùt ſolet, Iconoclaſticus Goldaſtus, litteris grandiuſculis hoc lectori pollicetur. NICEPHORI I. GENICIS IMPERATORIS CONSTANTINOPOLITANI ET STAURATII CÆSARIS Mandatum *de non adorandis imaginibus* Anno Domini DCCCX. Si lecto hoc titulo paginam vertas , quid invenies ? Num edictum de non colendis imaginibus ? Nihil minus ; ſed hoc ; *Nicephorus & Stauratius Imperatores, an quid de cultu Imaginum conſtituerint, non exprimitur diſertim ab Hiſtoricis.* Cur tu ergo in titulo tam audacter *Mandatum* de non adorandis imaginibus ingeminas ? Qua fronte mandatum occinis, qui num ullum de imaginibus mandatum à Nicephoro promulgatum ſit, teipſo teſte, ignoras ? G

At favit Nicephorus Iconomachis, non diffitente Baronio ad Annum Redemptoris DCCC. X. Quid tum ? An ideo edictum adversùs venerationem & veneratores imaginum publicavit ? An favere nequiit, niſi tale edictum evulgaret ? Evolve res geſtas Anno ſalutis DCCC. X. Nec volam , nec veſtigium de hoc mandato invenies. Quæ eſt hæc comminiſcendi pruriginoſa temeritas ?

Non eſt autem ſilentio involvendum id , H
quod Nicephorus ab Irena, quam de Imperio dejecerat, poſtulavit : nam cùm ab invaſore iſto petiiſſet, ut in Eleutherii abs ſe conſtructo Monaſterio, privatim reliquum vitæ tranſigere liceret : reſpondit Nicephorus ; teſte Theophane in Chronico : *Si hoc vis fieri tibi , jura mihi per omnem divinam virtutem, non abſconſuram te quidquam ex theſauris Imperii, & adimplebo poſtulationes tuas , & omnem placationem faciam. Quæ juravit ei ad*
pretioſa

Digitized by Google

TORIS CONSTANTINOPOLITANI ET THEOPHYLACTI CÆSARIS EDICTUM DE MANICHÆIS ET SERGIOTIS ET CULTU IMAGINUM. *Publicatum Conſtantinopoli Anno Domini DCCC. XI.* Edictum Michaëlis contra Manichæos agnoſcimus; illud adverſùs imagines, vaniſſimum Calviniani commentum eſt: nullus nec Græcus, nec Latinus Auctor hoc vel obiter, aliúdque agens, teſtatur. Omnes hunc Michaëlem, tanquam orthodoxum laudant, & à pietate commendant. Et tamen ſcribere audet Calviniſta: *Minimè vanam eſſe conjecturam, Michaëlem in eodem edicto, de imaginum cultu conſtituiſſe.* Utique *minimè vana* eſt hæc tua con-
C jectura; mite nimis ac lene eſt hoc nomen; ſed longè *vaniſſima*: quia ne tenuiſſimâ quidem veriſimilitudinis umbrâ nititur; nam quòd Petrus Siculus dicit; (Petrus enim appellatur, non Lucas) Michaëlem, ut & Leonem, qui poſt eum imperavit, hæreticos perſecutum eſſe, omnéſque morti addixiſſe; id de Manichæis ſeu Paulicianis ſolùm intelligitur; ùt fatebitur, quiſquis Petri Siculi Hiſtoriam publici Juris jam factam, evolverit.

Et quomodo contra cultum imaginum legem ferre potuit, cùm Iconoclaſtas ſuppliciis ſubjecerit. Ita enim Zonaras & alii. *Cùm multi inſaniam contra venerabiles imagines renovare ſtuderent, quibusdam comprehenſis, & mediocriter multatis, cæteros à ſimili conatu deterruit, & Monacho cuidam, qui oſtentandæ forſitan*
D *pietatis ergò, Deiparæ imaginem eraſerat, linguam præcidit.* Fingit Goldaſtus, hanc imaginem *publico in loco fuiſſe collocatam, Monachúmque ſine auctoritate publica expunxiſſe, non ſine blaſphemiis; hinc meritò temeritatis & blaſphemiæ ſuæ pœnas dediſſe.* Si omnes Iconoclaſtæ linguæ exſectione mulctati fuiſſent, qui everterunt imagines publicis in locis ſitas; pauci profectò olim fuiſſent vocales, & forſan tum Calviniana commenta à veritatis ſcopo abeant.

JAMBUS VII.

ΣΤΕΦΑΝΟΥ.

Σ τήριγμα πιςῶν Κ αὶ σέβας θεῖον λόγΕ
Τ ὸν ζωοποιὸν τῶν π Α θημάτων τύπο Ν
Ε δωκας ἡμῖν ΣΤΑ Υ ΡΟΝ, εἰς σωτηρίαΝ
Φ αύλωςδ' ὅπερ πρὶν ἐγ Χ αραχθὲν ἔπλετ Ο
Α νεῖλες εἰκόνισμα τ Η ν πλάνην λόγ Ε
Ν όμος γὰρ ὗτος ἐ Μ φρόνως πᾶσι πρέπε Ι
Ω προσπαγεὶς ἔσωσ Α ς, αὐτὸ καὶ σέβει Ν.

Verſio ad Verbum.

Fulcimentum fidelium, & divino cultu dignum Verbum G
Vivificam paſſionum tuarum figuram
Dediſti nobis crucem, in ſalutem.
Perperam autem quod antea effictum erat,
Suſtuliſti imaginum (genus) & errorem, *VERBUM.*
Hæc enim lex prudenter omnes decet
Quo affixus nos ſalvâſti, illud & adorare.

EXPICATIO.

SENTENTIA majuſculorum characterum: ςεφάνῳ καύχημα ἐννοεῖν ςαυρόν. *Stephano gloriatio eſt intelligere Crucem.* Quod nota I. contra Iconoclaſtas noſtros. II. Crucem eſſe ζωοποιὸν τύπον, *vivificam figuram.* III. *Datam ad ſalutem.* IV. *Apud omnes* H
Chriſtianos vigere hanc legem; crucem, cui ſuffixus Redemptor nos liberavit, adorari debere.

Cætera Iconoclaſticus ſpiritus eructavit. Moderatior tamen in priſcis Iconomachis fuit, quàm in Claudio Taurinenſi, ejúſque poſteris Calviniſtis; nam illi crucem erigebant & colebant: Iſti non tantùm venerationem, ſed & erectionem abominantur. Audi,

H 2 quid

Digitized by Google

fines Saracenos, *nimiis hyperbolicisque efferente præconiis*; ut nimirum ſatisfiat illi proverbio: *Mulus mulum ſcabit; Manus manum fricat*. Claudianiſta, Tauriniſta, Zwinglianiſta Judæos, Saracenos, Turcas, & hi, illos; quia amant alterna Camœnæ encomia. Sed ad Jambum regrediamur, σέβας non tantùm eſt *veneratio*, *adoratio & cultus divinus*; ſed & id, quod adoratur & colitur; Et ita hic Verbum ſeu Filius Dei nominatur θεῖον σέβας, divino cultu afficiendum *objectum*. Imagines, ſub Iconomachis non ſuſtulit Chriſtus; ùt Jambographus deſipit; ſed Diabolus. C Iſte Iconoclaſtarum dux, moderator, & ad hanc impietatem incentor fuit.

Quomodo autem crux mortalibus in ſalutem divinitus ſit data pulchrè explicat S. Chryſoſtomus in catena ſuper Pſalterium ex variis auctoribus Græcis contexta in illud: *Supercecidit ignis, & non viderunt ſolem: priuſquam intelligerent ſpinæ veſtræ rhamnum ſicut in ira abſorbet eos*, &c. Πῦρ φησὶ τὸ πνεῦμα· ἥ-
Pſalm. 75. λιον δὲ, τὸν χριστόν. ὃν οὐκ ἐπέγνωσαν τῇ χορηγίᾳ τοῦ πνεύματος. ἀκάνθας δὲ τοὺς ἀσεβεῖς. ῥάμνον, τὸν σταυρόν. ἀκανθῶδες γὰρ φυτὸν ἡ ῥάμνος, ἀκάνθας δὲ ὁ σταυρὸς εἶχεν. ἐπειδὴ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἐβάστασε, πρὶν τοίνυν τοῦ σταυροῦ ἐπιγνῶσι τὴν δύναμιν, ὡσεὶ ζῶντας αὐτούς. οὐδὲ γὰρ ζῶσι τὴν ἀληθῆ ζωὴν τὴν πίστιν οὐκ ἔχοντες. καταπιεῖν ἠπείλησεν οὐκ ἐν ὀργῇ ἀλλ' ὡς ἐν ὀργῇ· ἀόργητος γὰρ ὁ θεός. εἰ δὲ τὸν σταυρὸν ἐπιγνῶσιν, οὐκέτι τὴν ὀργὴν ὑφίστανται.

D *Ignem nominat Spiritum Sanctum: Solem verò, Chriſtum: quem Spiritus Sancti ductu non agnoverunt.* (Judæi) *Per ſpinas intelligit impios: per rhamnum, Crucem; Rhamnus enim ſpinoſa eſt planta. Spinas Crux habebat: noſtra enim peccata tulit. Priuſquam igitur, Crucis vim & virtutem nôſſent, veluti viventes*, (erant) *Nec enim verè vivebant, qui fidem, quæ eſt vera vita, non habebant. Minatus eſt, ſe devoraturum, non tamen in ira, ſed, velut in ira.*

ribus *mendacii & falſitatis argui*. Nihil Baronius de mendacio & falſitate Anno Chriſti DCCC.XIV. Tantùm hoc dicit; multos exiſtimare, Leonem, etiam ante Imperium, fuiſſe Iconoclaſtica labe contaminatum; alios contra ex orthodoxo, technis cujuſdam ſeductoris, futurorum notitiam ſibi vendicantis, à recto tramite excidiſſe. Nec improbat hanc ſententiam Baronius, alioqui tam prolixè eam ex Cedreno haud recitâſſet.

Illud etiam ab omni vero penitus alienum eſt, *Leonem nullam graviorem pœnam in Edicti* G *ſui transgreſſores ſtatuiſſe*; Nam Theodorum Studitam, & alios non paucos in exilium ejecit, cum illis autem moderatiùs egit, qui chirographo ſuo profeſſi ſunt, ſe de cultu imaginum nullum ampliùs verbum facturos; neque etiam ullum ſuam ad ſententiam aggregare conaturos. Quod parùm diſtabat ab aperta veritatis negatione, ùt præclarè oſtendit Theodorus Studita apud illuſtriſs. Baronium, Anno DCCC. XIV. In hos clementiorem fuiſſe, quid mirum? Quàm enim in verè orthodoxos crudelis fuerit, docebunt te annales Baroniani ab Anno DCCC. XIV. uſque ad Annum ſalutis DCCC. XX. quo à conjuratis cæſus eſt.

Obſerva & deteſtare etiam hanc Goldaſti fraudem. Verba illa. *Non decet, ô fidi mi-* Lege Rem. *hi, colere aut venerari*, &c. *Lex enim, quam* Ann. IX. C XIV. N. 5. *magnus Moyſes*, &c. ait, *eſſe ipſius edicti verba*; eámque ob cauſam præſcribit IMP. LEO, H AUGUSTUS, &c. ùt fieri ſolet in Principum programmatis. Crede mihi; Calvinianus iſte nil niſi fumos vendit: nam verba illa; *Non decet, ô fidi mihi comites*, &c. non ſunt pars edicti, ſed pars orationis, quam inſtituit ad ſuos Iconoclaſticos ſodales, cùm ſævitiam ſuam in orthodoxos expromere vellet. Hæc verò: *Illa enim, quam magnus Moyſes*, &c. verba ſunt orationis, quam Leo habuit ad Epiſcopos & Abbates, quos in

ſuam

..., ... coloribus delineat, quàm Calviniſtica in Iconoclaſtam benevola affectio ferat. Reponit etiam nobis Calviniſta epiſtolam Michaëlis Balbi ad Ludovicum Pium Imp. ſimúlque præfigit nomen Theophili *Cæſaris.* Et tamen in ipſo exordio Theophilus non *Cæſar* ſed *Imperator* nuncupatur. *Michaël & Theophilus fideles in ipſo Deo Imperatores Romanorum, &c.* Quis neſcit ea ætate Cæſarem & Imperatorem diverſiſſimos dignitatis gradus fuiſſe?

C Quod ad epiſtolam attinet; qualis tam ipſa, quàm ejus conditor ſit, oſtendit Bellarminus in libello contra Pſeudoſynodum Pariſienſem. Quò lectorem ablego.

Illud ſcire velim, an hæc, quæ ſe facere ſcribit Michaël, ſint ſatis Calviniſtica & iconoclaſtica. Dicit enim I. ſe & ſuos *poſtulare interceſſiones & interpellationes inviolatæ Dominatricis noſtræ Dei Genitricis Mariæ.* II. Et omnium *Sanctorum*: Num hoc faciebat Copronymus? Num Calvinus? Num Calviniani hodie? III. Se & ſuos, *glorioſas* & *ſanctas Reliquias*, Deiparæ & Sanctorum *cum fide venerari.* IV. Indignatur à nonnullis, *honorificas & vivificas* D *Cruces de ſacris Templis expulſas.* Num ſimili ira excandeſcunt Calviniſtæ, quando Cruces ex Eccleſiis exturbantur? V. Indignatur, eſſe, qui imagines tanto honore afficiant, *quanto honorificum & vivificum lignum, in quo Chriſtus verus Deus crucifigi dignatus eſt propter ſalutem noſtram.* Num hoc ex Calvini diſciplina manat, quæ cruci tantum reverentiæ habet, quantum imaginibus; & his, quantum illi? VI. Dicit, *ſe & ſuos imagines, quæ in ſublimioribus locis collocatæ erant, in ſtatione ſua reliquiſſe.* Quæſo, congruúntne hæc cum Calvinianis placitis?

XXX. quod ſane ſæviſſimum, & planè tyrannicum erat. Calviniſta conviciis graſſatur in eum, qui res geſtas S. Joannicii literis mandavit, *ſchiſmaticum Monachum appellitans, qui ex muſca elephantum concinnet.* Si ſcriptor iſte fuit ſchiſmaticus; ſchiſmaticus igitur habendus erit ipſe etiam Joannicius; quia una ambobus fides erat: ſed non eſt hoc credibile; nam Deus per S. Joannicium maxima miracula patravit: quæ Calviniani & Iconomachi non dicam non facere, ſed ne anguſtiis quidem animi ſui capere poſſunt. Porrò, ut id, quod olim truculentiſſimè adversùs orthodoxos geſtum eſt, Calviniano huic G *muſca* videtur; ita ſine dubio, quidquid à Calviniſtis in Anglia, Scotia, Gallia, Belgio perpetratum eſt, id *muſcam* reputat; & ſi quis immaniſſimam illam tyrannidem genuinis coloribus depingat, is ex *muſca elephantum* concinnat. Mirum, ſimilem notam ab iſto non eſſe adjectam ad Joannis Curopalatæ verba, qui longè luculentiùs deſcribit Theophili truculentiam, quàm Auctor vitæ S. Joannicii; ex cujus Curopalatæ verbis contexuit Calviniſta Edictum *de non adorandis, neque pingendis imaginibus.* Quod tanti facimus, quanti faceremus, ſi quis Rex Turcarum imagines coli aut pingi prohiberet. H

JAMBUS VIII.

Εἰς τὴν πύλην τῆς χαλκῆς ὑποκάτω τοῦ σταυροῦ.

Ἄφωνον εἶδος, καὶ πνοῆς ἐξηρημένον
Χριστὸν γράφεσθαι, μὴ φέρων ὁ δεσπότης
Ὕλῃ γεηρᾷ ταῖς γραφαῖς πατουμένη.
Λέων σὺν υἱῷ τῷ νέῳ Κωνσταντίνῳ
Σταυροῦ χαράττει τὸν τρισόλβιον τύπον,
Καύχημα πιστῶν ἐν πύλαις ἀνακτόρων.

ſcripti fuerant. Quomodo autem Servatoris Imaginem dejiciendam curârit, exponit Auctor, qui Martyrium S. Stephani literis com̃endavit. Ac primum *(ò ingentem Chriſte patientiam tuam) adversùs Imaginem audaciſſima illa anima* (Leo Iſaurus) *graſſatur, eámque, quæ ſupra portam fixa erat, ac vulgo ærea dicebatur*, (ita interpres, & forſan, ſi rectè vertit, à porta nomen *Ærea* imagini venit, quia porta dicebatur *ærea*.) *Theandricam tuam formam dejici, atque obliterari jubet. Cùm autem ad hoc facinus perpetrandum miſſus ſatelles, impoſita jam ſcala, conſcenderet, divino zelo incenſæ mulieres; præ-* C *clariſſimum, ac generoſiſſimum virtutis ſpecimen edentes, arreptam manibus ſcalam in terram dejiciunt, unáque eum, qui hoc facinus aggrediebatur, præcipitem agunt: qui ſtatim hanc præſtiti ad hoc miniſterii mercedem tulit, ut vita orbaretur.*

Subjungit Auctor. *Sanctæ autem illæ mulieres, ob Chriſtum, cujus zelo flagrabant, opportunè abjecto, & contempto pudore, curſu effuſo, in Eccleſiam feruntur, atque impium Patriar-* Matth. 24. *cham, qui tum illic erat, illum, inquam, ut Chriſti verbis utar, deſolationis abominationem in loco ſancto ſtantem, lapidibus inceſſunt, mercenarium, non paſtorem, lupum, non paſtorem, Eccleſiaſticarum denique ſanctionum proditorem appellantes. Ille autem pudore ſimul, & metu correptus, confeſtim ad Imperatorem confugit, eique, quod factum fuerat,* D *narrat, atque ad mulierum cædem eum exſtimulat. Hujuſmodi enim boni illius, ac pacifici paſtoris ſtudium erat, tanquam videlicet per ea, quæ agebat, docere cupientis, malum pro bono rependendum eſſe. Mox igitur gladio necantur, ac pro pietatis præmio mortem ferunt.*

Menologium Græcorum die IX. Auguſti. *Natalis beatorum decem Martyrum, qui propter ſanctam imaginem Salvatoris noſtri JEſu Chriſti, in Ærea porta conſtitutam, martyrium paſſi ſunt. Quorum nomina hæc ſunt: Julianus, Martianus, Joannes, Jacobus, Alexius, Demetrius, Photius, Petrus, Leontius, & Maria Patritia. Omnes hi ſub Leone Imperatore impio pro defenſione ſanctarum imaginum, multas ærumnas perpeſ-*

ut licèt Crucem τρισόλβιον τύπον, & καύχημα τῶν πιςῶν appellarent, eámque privatim & publicè effigiarent, atque adeò colerent; ſimul atque tamen Cruci imago Salvatoris ſuperaddita conſpiceretur, crucem unà cum imagine everterent, ac conculcarent. Hujus rei exſtat notabilis Hiſtoria in Martyrio S. Stephani Junioris, de quodam Paulo Monacho in Cypro, ob defenſionem & venerationem imaginum, Martyrii lauream conſecuto.

G *Princeps quidam Cypri præfectus erat, nomine Theophanes, cognomento Cardotyrus. Hic, cùm ſanctum virum, ut in eum inquireret, accepiſſet, ad Heracliti Prætorium eum duxit. Propoſita autem erat humi Chriſti in Cruce protenſi imago, unáque item cruciatus inſtrumentum, quod catapultam vocant. Aitque ad eum Præfectus, ſceleſta, inquam, illa lingua, atque iniquitatem in excelſum loquens: Unum è duo-* Pſal. 72. *bus tibi, Paule, proponitur; nimirum, ut aut calcata imagine vitam obtineas; aut, ut hoc tormenti genere diſcrucieris. Hoc autem dicens, puerorum larvis Leonem perterrefacere velle videbatur. Statim enim generoſus ille vir, magna voce exclamans: abſit à me, inquit, Domine Jeſu Chriſte, unigenite fili Dei, ut theandricam hanc imaginem pedibus teram. Atque hæc locutus, ſtatim humi ſe curvans, oſculum ei fixit, re ipſa planum faciens, quàm nihil judicis minas* H *moraretur. Ille itaque confeſtim iracundia totus æſtuans, nudari ſanctum virum, atque in catapulta extendi jubet: ubi, cùm tortores duabus tabulis ipſum firmiſſimè compreſſiſſent, ac ferreis pectinibus totum ipſius corpus exarâſſent, prono capite ſuſpenderunt. Ac deinde non exiguo igne infra eum accenſo, ita demum holocauſtum Deo gratum effecerunt.* Hæc in actis S. Stephani.

Neque alia in Jambo ſub Cruce portæ æreæ exarato difficultas reſtat; nam quòd Leonis Iſauri filium vocat *novum Conſtantinum*, utinam verum elogium fuiſſet. Certè Copronymus & Caballinus non fuiſſet, ſi *novus Conſtantinus* fuiſſet.

Nunc

Digitized by Google

nam & Ignatium Patriarcham, quæſtio aut controverſia de imaginibus nunquam fuit; tota tragœdia inde extitit, quòd Ignatius Bardam ob inceſtum commiſſum, à fidelium communione ſegregâſſet. Hæc totius controverſiæ fons & origo, teſtibus univerſis Hiſtoriis. Neque Ignatius unquam aut Bardæ, aut Photio errorem de Imaginum cultu aut uſu objecit.

III. Mend. Bardam *Imperii adminiſtratione* C *ſuſcepta, perſuaſiſſe Imperatori Michaëli, ut, abrogato Ignatio, Photium ſufficeret, ſententiæ ſuæ adſtipulatorem.* Geminum mendacium; nam quæſtio de cultu imaginum non fuit cauſa, cur Bardas Ignatium de throno Patriarchali dejectum voluerit. Deinde nec Bardas, nec Photius in ullo de imaginibus errore hæſit; ùt de Barda jam dictum: de Photio paulò pòſt ex ipſius epiſtolis probabitur.

IV. Mend. *Bardam præſediſſe Synodo Conſtantinopolitano DCCC. LXI.* Nihil de hac præſidentia Bardæ in Concilio apparet; nihil Balſamon Pſeudoſynodi hujus commentator & illuſtrator.

V. Mend. *In hac Synodo conſtitutum, ut imagines quidem reſtituerentur, ſed ornatus tantùm* D *& memoriæ gratia, non adorationis aut cultus.* Nihil penitus hac de re in Synodo apud Balſamonem extat. Et imagines jam pridem templis redditæ fuerant; ante viginti ſcilicet annos, quando Michaël cum matre Theodora imperare cœpit. Tradunt quidem Hiſtorici, & ipſemet Nicolaus Pontifex epiſt. 10. in hac Synodo de Imaginibus actum, ſed hoc, quod fingit Goldaſtus, actum eſſe, nullus tradit: licèt enim, (ùt apparet ex Synodo Romana, cujus mentio eſt in ſeptima epiſtola Nicolai I. Pont. Max) in oriente Iconoclaſtarum reliquiæ ſupereſſent, aliter *imaginem Chriſti conſpuentes, &c.* qui & ipſi nimirum onus paſtoralis muneris gravius reddunt. Quid hic opus erat dicere de cultu imaginum, cùm non ſuæ fidei profeſſionem ederet, ſed eorum, à quibus ſibi plurimum laboris & moleſtiæ vel creari vel creatum iri ſentiebat, catalogum texeret?

VII. Mendacium, Nicolaum Pontificem in Concilio Romano, anno DCCC. LXIII. *non ſolùm primam actionem Synodi Conſtantinopolitanæ, ſed etiam ſecundam de cultu imaginum* G *rejeciſſe & innovâſſe:* primam rejecit, ut manifeſtum ex epiſtola Nicolai ſeptima & decima, quibus Acta Synodi Romanæ inſerta ſunt: ſed caput illud de uſu & cultu imaginum, pertinere ad everſionem Actionis ſecundæ Conſtantinopolitanæ, unde nobis perſuadebit Calviniſta? Non enim in eo damnatur Photius, Bardas, Michaël Imperator, aut Pſeudoſynodus Conſtantinopolitana; ſed illi, qui ex ſecta Iconoclaſtica reſidui erant, capútque denuo efferre conabantur, de quibus ipſemet Photius epiſtola ad Nicolaum Pontif. verbis paulò antè citatis: nominatim *Jannes* ſive *Joannes, quondam Conſtantinopolitanus Antiſtes, & ſequaces ejus, qui imagines frangendas atque calcandas eſſe polluto ore aſſeverabant.* Non eſt autem H Joannes iſte, de quo Synodus Romana, alius; quàm magus ille in Lecanomantia verſatiſſimus, qui Eccleſiæ Catholicæ multorum malorum cauſa extitit, de quo ſuprà nonnihil; & Zonaras iſthæc. *Patriarcham Joannem, indignum quidem illum eo nomine, Pontificia ſede detraxit* (Theodora) *qui in Monaſterium quoddam relegatus, cum illic Chriſti imaginem, & ejus, quæ eum ſine ſemine peperit, reperiſſet, oculos ſacrarum effigierum effodit. Quo Imperatrix cognito, ſancto zelo incitata, impio homini oculos erui juſſit; ſed mandatum ejus non eſt* per-

Digitized by Google

tur Goldaſto. *Cùm Papæ Romani Legati contra Iconomachos miſſi adeſſent, iis etiam Bardas perſuaſit, ut in ſuam ſententiam irent.* Ad quæ verba Lutheranus Wolphius Interpres. *Papæ Legati Iconomachis aſſentiuntur*; ſed calumniatur tam iſte, quàm ille: non enim hæc Zonaræ mens eſt, ſed iſta; Legatos à Nico-
B lao Papa miſſos, ut, inter alia, Iconomachos compeſcerent, & Ignatii cauſam contra Photium auctoritate Apoſtolica ſibi commiſſa adjuvarent. Quid factum? Bardas & alii Græcanicis technis & dolis inſtructi, perſuaſerunt Legatis, ut damnato Ignatio, Photii invaſionem ratam haberent. Hinc in Bardæ ſententiam iviſſe dicuntur, quantum ſcilicet ad Ignatium attinet; nam quoad imagines, Bardas nil alienum à veritate ſentiebat, quia ejuſdem cum Photio animi erat, circa venerationem imaginum. Quæ verò Photii mens fuerit, paulò pòſt audiemus.

C Tantundem Goldaſti mendaciloquentiam jùvant verba Cedreni. *Cùm adeſſent Romani Papæ Vicarii adversùs Iconoclaſtas miſſi, hos quoque iſti in ſuam ſententiam pertrahunt* (non Iconoclaſticam, qua nec Bardas, nec Photius tenebantur) *Conciliòque in ædem Apoſtolorum congregato, Ignatium ab exilio evocatum, publicata ſententia damnant.* Conceſſerunt ergo in ſententiam Bardæ & aliorum, quoad Ignatii damnationem, non quoad alia. Sed quid pluribus opus eſt? ipſemet Goldaſtus animadvertit, quàm omnia iſta, quæ hucuſque effutivit, infirmo, vel poti-
D ùs nullo fundamento nitantur. Itaque audaciam & impudentiam ſuam hac ceruſſa purpurat. *Hæc ita à me hactenus propoſita ſunto, non quòd ita eſſe certiſſimò præſtem, aut pertinaciter adſtruam, ſed quòd conſiderato Bardæ ingenio & educatione, conſideratiſque negotii Photiani circumſtantiis, allatæ meæ rationes non procul à vero abire videantur.* Si nil certi habes, qua fronte tam intrepidè jactas *Bardæ Cæſaris, &c. edictum, &c.* Quàm verò omnia hæc tua commenta à vero exerrent, ſatis hucuſque monſtratum exiſtimo. Certè ſi Photius

& communi ſententia damnavit, auctoréſque ac patronos ejus eodem judicio profligavit. Miſeri namque iſti Chriſtum verum Deum noſtrum ſeſe blaſphemare verbis non confitentes, factis ipſis omni contumelia, & blaſphemia, & protervia proſequebantur, & ei citra medium, ac ſine aliquo velamine, maledicere non audentes, per venerandam ejus imaginem omnem malevolentis animi F
ſui cupiditatem explebant. * *Idolum enim (prò linguæ projecta, & ſceleſtæ mentis vocem teterrimam) adorandam Chriſti imaginem, per quam idolorum error fugatur, probroſè nominantes, & omnibus eam ignominiis operientes, per fora & compita raptatam pedibus conculcabant, igni concremabant. Speculum Chriſtianis miſerabile, & Chriſti hoſtibus duntaxat dignum.*

> barbaram. Iconoclaſtas impios & profanos. Lege & judica, num Photius fuerit Iconoclaſta.
>
> * Attendite Calviniſtæ & Lutheriſtæ.

Eadem & in alias ſacras imagines pedibus feſtinantes effundere ſanguinem, manibus autem cruentis, & impuris labiis petulanter admittebant, tantique furoris, & vecordiæ modum homines peſtilentes nullum faciebant; ſed Chriſtianorum ſacra ſymbola, & effigies, non minùs quàm gentium abominationes, ſi non magis, per ſummum odium deteſtabantur. Qua ratione, contra Chriſtum, & ſanctos ejus bellum grave, & inexpiabile ſuſcipiebant. Quem enim latet, honorem imaginum ad eos tranſire, quos illæ referunt? quemadmodum & contemptio ad eadem, quæ repræſentantur, pertinet, &c. G

Quamobrem hos quidem, quicunque adulteræ hujus, & in varia loca diſperſa, & commiſtæ opinionis ignobilitatem fugere noluerunt, ut ſpurias, & extraneas à fidelium nobilitate propagines, ſancta & Oecumenica Synodus ſecernens, vinculis anathematis inſolubilibus innexuit. Imaginem H
autem Chriſti veri Dei noſtri ſecundùm Apoſtolicas, & Patrum noſtrorum traditiones, & ſacrorum oraculorum interpretationes, propter honorem & venerationem repræſentati adorandam, & colendam, omnibus approbantibus confirmavit, & obſignavit; adoratione & honore oblatis nimirum eo modo, quo & aliis ſacris typis & ſymbolis noſtræ ſacratiſſimæ religionis, ad ejus cultum uti ſolemus: nec enim in ipſis conquieſcimus: nec iis honorem, & adorationem, quatenus talia ſunt, circum-

& injuſtâ cauſa mortem probroſam ſuſtinuit, hunc referimus, eique conſecramus.

Sic item & templa ſanctorum, & ſepulchra, & reliquias ad fidelium utilitatem ſcatentia ſanitatibus, Chriſtum Deum noſtrum, qui eos glorificavit, collaudantes ac celebrantes, fideliter adoramus. Quin imò, ſi quid his juxta myſticas, & ſanctas noſtras ceremonias eſt cognatum, per donum, & beneficium, quod in ipſis efficitur, cauſam principem, & primum operantem agnoſcimus & prædicamus. Quare & beatorum illorum, ſacrorúmque virorum divinus numerus non ſolùm imaginem Chriſti, ſicut diximus, ſed etiam immaculatiſſimæ, ſempérque Virginis Dominæ noſtræ Deiparæ, & omnium ſanctorum, (C) *pro ratione excellentiæ, & venerationis prototypis debitæ honorari, & adorari communium oraculorum decretis approbavit, & ſancivit. Etenim, ùt per iſtos quodammodo ad congreſſum, & unionem eorum evehimur: ita per illam, divina & præſtantiſſima conjunctione (quod extremum eſt deſiderabilium) digni reddimur.*

Cultus Reliquiarum.

Súntne hæc hominis ſiniſtrè, & à Romana Eccleſia diverſimodè de cultu, ac veneratione imaginum ſentientis? num & illa à Sedis Apoſtolicæ mente diſcrepant, quæ in (D) Epiſtola ſua Encyclica de laudibus ſeptimæ Synodi diſputat; & ut ſex reliquis Oecumenicis Conciliis annumeretur, præcipit, indignè ferens, tantæ Synodi exiguam penes nonnullos eſſe notitiam; neque in eo, quem merebatur, honore haberi? Ita enim ſcribit. *Hoc item literis noſtris adjiciendum duximus, ut ſanctam & Oecumenicam ſeptimam Synodum, ſanctis & Oecumenicis ſex Synodis aggregare, & annumerare, toti, quæ vobis paret, Eccleſiæ corpori præcipiatis. Famâ ſiquidem accipimus, quaſdam ſub Apoſtolico throno veſtro Eccleſias uſque ad ſextam numerare Synodos Oecumenicas, ſeptimam autem non agnoſcere. Et quanquam ejus decreta, ut ſi quid aliud; ſtudio ac venerationi habeant, ipſam tamen in Eccleſia ſervantur; tamen ſe, eas eſſe hujus Synodi, neſcire affirmant.*

Præcipit Photius, ut ſeptima Synodus habeatur Oecumenica.

Igitur & hanc magnam, ſanctámque & univerſalem cum ſex antegreſſis Synodis publicare oportet. Hoc enim negligere ac prætermittere, primum quidem eſt Dei Eccleſiam injuria afficere, tantam Synodum contemnendo, & ab ejus conjunctione, copulationéque tam magnam partem diſtrahendo, ac divellendo. Deinde & Iconomachorum (quorum impietatem non minùs, quàm aliorum hæreticorum ſatis ſcio vobis eſſe execrabilem) eſt ora aperire, qui non ab Oecumenica Synodo ſuam impietatem convulſam, ſed unius ſedis (G) *judicio ſe pœnas dare, ut prodigioſè mentiantur, occaſionem habent. Propter quæ omnia & in Synodicis Epiſtolis, & in aliis omnibus Eccleſiaſticis hiſtoriis ac diſceptationibus, hanc ſeptimam Synodum cum aliis ſanctis & Oecumenicis ſex numerandam & recenſendam, & poſt illas collocandam cenſemus, & ad id fraternè vos hortamur, quæ conſentanea ſunt, ſuadentes.*

Eſtne hæc oratio ejus, qui Iconoclaſtica lue, vel leviter aſperſus fuit? Quid hodierno die pro Concilii VII. auctoritate gravius à nobis, & quibuscunque aliis Romanæ Eccleſiæ propugnatoribus dici poteſt, quàm Photius in hac Epiſtola ſcripſit, qui apertiſſimè fatetur, non aliter de imaginibus ſen- (H) tiendum aut ſtatuendum, quàm ſenſit &. ſtatuit Nicæna Synodus; & ſe itidem aliter nec ſentire, nec ſtatuere.

Quoniam verò præ manibus habemus Jambum, in quo de everſa Salvatoris noſtri effigie ſermo eſt, non abs re erit, commemorare, quid idem Photius reſponderit Iconomachis; ſciſcitantibus, quænam ſit vera Chriſti imago, cùm non ſit unius, ſed diverſorum modorum, aliúsque eam hac ſpecie; alius, alia efformet.

Pulchra Photii Epiſtola de Quæſtione, quænam ſit vera Chriſti imago.

Objiciunt de Iconomachis inſolentiores, & malè feriati, inquit Photius ad Theodorum Præpoſitum; *curioſitatémque ſapientiam numerantes,*

Photius Epiſtola 65.

ginibus affirmare, atque ſi de aliis religionis noſtræ myſteriis affirmentur. Quem enim ſermonem Evangelii à Deo inſpiratum dicitis? aut, quod, obſecro, Evangelium nominatis? aliis ſiquidem formis & notis literarum Romanum, aliis Indicum, aliis Hebræum, aliis Æthiopicum conſtat. Nec tantummodo diſſimilibus elementorum notis, ac figuris exarantur, verùm etiam diſſonis, C *& cum alia, diverſiſſimáque ſpecie ſignificandi vocibus pronunciantur. Quocirca dicere poſſitis, imò quare non dicitis? nulli credendum, aut adhærendum Evangelio; quoniam & diſparibus elementis, & verbis aliter, atque aliter ſonantibus, & aliusmodi ſignificationibus res contenta nunciatur,* &c.

Tertium ejusdem ordinis eſt cum ſecundo. Qualem Crucem figetis, eam prorſus prototypi ſimilem arbitrabimur; ſive quæ cum titulo, ſeu inſcriptione, ſive quæ abſque illa conformatur, & exprimitur. Jam quorum ſimilitudo nobis conceſſa fuerit, eorum nos inde veram formationem, & adorationem non ſtulta concluſione aſtruimus. At vos talia in tantis rebus ſuſcipere nihil metuentes, iſtuc pernegabitis, aut pernegaviſtis.

Quartò. Diſcrimina noſtra, & inæqualitatem in myſticis ſacrificiis, cæterisque ſacris functionibus D *in ſummam calumniam, & interitum myſterii noſtri immaculati adducetis. Quæ enim adversùs Chriſti imaginem apud animos veſtros nefariè excogitâſtis, iisdem univerſos Chriſtianorum ritus, divináque myſteria à fundamentis diſturbare deprehendimini.*

Quintò. Dicendum id, quòd eorum impietatem, & odium in Chriſtum vehementer prodit omnibus. Quorſum enim im imaginem irruitis, & hujuscemodi nugas verſatis, cùm interea, quod adversùs imagine repræſentatum occultatis, præſtaret excutere? Cur enim mentibus veſtris implacabile bellum contra Chriſtum parturitis? Hoc enim, non quidem labiis etiam, & aperto vultu profitemini: ſed, ſub perſona, imagine ſcilicet oppugnanda, oſtenditis. Reſpondeant enim, quoniam Græci quidem ſibi planè ſimilem fuiſſe Chriſtum expreſſione, & locorum ſacrorum dedicatione, & aliis peculiaribus ſymbolis: quorum, ut non aliqua ſaltem adſint imaginibus, quas pii faciunt, fieri non poteſt. Per quæ non minùs, quàm ſi adeſſent omnia ad concipiendum, & honorandum eum, qui imagine repræſentatur, (quod imaginum auctoribus eſt propoſitum) adducimur.

Hìc ſilendum non eſt priſcis imagines adeò uſitatas fuiſſe, ut eas etiam veſtibus, quibus G amiciebantur, intexerent. Teſtis Aſterius Amaſeæ Epiſcopus, qui cùm reprehendiſſet illos, in quorum veſtibus videre erat *leones, pantheras, urſos, tauros, canes, ſilvas, ſaxa ac venatores, ac omnia denique, circa quæ pictorum induſtria, naturæ æmula, verſatur;* ſubjungit. *Qui autem quæve de divitibus illis religioſiores ſunt, argumenta pictoribus ex hiſtoria Evangelica ſubminiſtrant. Ipſum, inquam, Chriſtum Dominum noſtrum cum diſcipulis omnibus, ac miracula quæque, quemadmodum ibi narrantur. Videbis nuptias Galilææ & hydrias, paralyticum lecti ſui bajulum: cæcum, qui luto curatur: mulierem, quæ ſanguinis profluvio laborabat, fimbriam apprehendentem: peccatricem ad pedes Jeſu accedentem, ac Lazarum è ſepulchro redivivum. Et hæc dum faciunt piè ſe facere & veſtimenta Deo grata induere arbitrantur.* Hæc Aſterius, H qui hanc conſuetudinem non probat: Et certè non ſatis decorum videtur, veſtes profanas, quarum ad profana miniſteria quotidianus uſus, ſacris imaginibus inſignire; quia multa neceſſariò agenda ſunt, quæ in præſentia ſacrarum imaginum minùs religioſè & reverenter gererentur, ut ſi quis exempli cauſa, tali veſte indutus, choreas ducat, vel ad theatrum, vel in circum, ſpectandi cauſa ſe conferat. In aulæis tamen & periſtromatibus, quorum uſus ad tegendos & ornandos parietes, etiam privatos, non video, cur ſacræ effigies licitè non intexantur, cùm nullum hic indecentiæ periculum immineat, longéque ſatis ſit ſpectari in his iconiſma-

Aſter in Hom. de divite & Lazaro.

… & homo ſimul.
Germen caſtæ(Virginis)*lumen, quod mundum percurrit,*
Imago hujus picta tollit errorem;
Pungens catervas, qui improbè hanc
Artem dicunt colendi, quæ nefas.
Igitur pereat omnis vir, qui non vult
Intueri Chriſtum in ſimili mortalium forma.

EXPLICATIO.

VERSUS iſti ſunt Theodori Studitæ; quod etiam indicat nonnullorum
C Acroſtichis. Potiſſimùm circa Chriſti imaginem occupantur; indigniſſimum enim facinus erat, eam ab Iconomachis tam ſacrilegè tractari, cùm tamen crucem non modò tolerarent, ſed & colerent; quod cum eorum impietate haud ſatis cohærebat, ùt Theodorus Studita non ſemel monet.

Acroſtichis eſt: *Χριςὸν τοπάσαι αἴνεσις γραπτόν. Laus eſt Chriſtum pictum erigere, ſeu in aliquo loco ſtatuere. Ad gloriam Dei redundat imago Chriſti picti.* Sententiam Jambi declarabunt hæc S. Damaſceni ex oratione prima de imaginibus. *Dei inviſibilis imaginem audeo conficere, non quatenus inviſibilis eſt, ſed quatenus propter nos viſibilis factus, carnis &*
D *ſanguinis eſt particeps; imagine non divinitatem inviſibilem, ſed carnem viſam exprimens. Nam ſi animæ ſimulacrum exprimi non poteſt, quantò minùs ipſius Dei, qui animæ, ut eſſet expers materiæ, largitus eſt,* &c. *Cum igitur ille, qui propter naturæ præſtantiam, & corpore & figura, & quantitate & qualitate, & magnitudine caret, in forma Dei exiſtens, forma ſervi ſuſcepta, ſeſe ad quantitatem, qualitatémque contraxerit, & corporis formam, induerit, tunc eum in tabula coloribus exprime, conſpiciendúmque propone, qui conſpici voluit, incredibilem ejus demiſſionem explica: ortum illius è virgine, baptiſma in Jordane, transformationem in monte Thabor; cruciatus illos, ac mortem, quæ vitæ, atque immortalitatis noſtræ cauſa fuit: res admirandas carnis miniſterio, ſed vi divina confectas,*

circumſcripta oculis intuentium repræſentatur. Etſi, qui Petri & Pauli imaginem pingit, animam Petri aut Pauli à Petro aut Paulo non ſeparat, licèt anima Petri aut Pauli coloribus exprimi nequeat; neque etiam imaginem animet ac vivificet; etiam divinitas ſeu Verbi hypoſtaſis non ſeparabitur à Chriſto; licèt in ſe per Chriſti imaginem exprimi nequeat; neque imaginem hypoſtaticè ſuſtentet, quemadmodum hypoſtaticè ſuſtentat naturam humanam Chriſti.

Imago non quidem ſecundùm ſubſtantiam exemplo primo (prototypo) *ſimilis exiſtit,* inquit G
ſeptima Synodus, *ſed tantummodo nominis ratione, & diſpoſitione expreſſorum lineamentorum per membra. Non enim cùm quiſquam imaginem alicujus hominis pingit, animam in imagine quærit. Et quidem animæ hominis, & divinæ naturæ differentia diſcreta exiſtit: hæc enim increata eſt, & temporis neſcia; illa verò & creata, & temporaria, & ab hac condita. Nullus autem, qui ſapit aliquid, hominis imaginem videns, cogitavit, hominem ab anima per pictorem ſeparari. Non enim duntaxat animâ privata eſt imago, ſed & ipſa corporis ſubſtantia: carne, inquam, muſculis, nervis, oſſibus, elementis, nempe ſanguine, phlegmate, humore, & bile; quorum ſanè commiſtio in imagine videri haudquaquam poteſt.* H
Hæc enim in imagine ſi conſpici poſſent, hominem utique eam, & non hominis imaginem appellaremus. 1. Reg. 5.

Ἴνδαλμα τοῦ δὲ] Rectè; ut enim quondam præſentia Arcæ fœderis, Philiſtinorum ſimulacrum & idolum Dagonem ſtravit, de ſuo loco deturbavit, manibúsque ac pedibus mulctavit: ſic & Chriſtus ejúſque ſanctiſſimæ imagines à Chriſtianis efformatæ, *Idola* gentium, & totam Ethnicæ ſuperſtitionis vanitatem ſuſtulerunt, & eò, unde exſtiterunt, amandàrunt. Eadem Chriſti Imago morſicat & vellicat Iconomachos, vociferantes, eam eſſe occaſionem colendi ea, quæ non liceat colere; id eſt, *pictas imagines.* Sed valeat & pereat omnis ille, in-

Digitized by Google

Conſtantinop. Conſtitutio, de non adorandis imaginibus. Anno Domini DCCC.LXVI. Quis hujus edicti meminit? Nullus nec veterum, nec recentiorum: niſi ſi fortè Illyricus in Catalago Teſtium *Veritatis*; cùm dicit; *Audio hunc Imperatorem Michaëlem*, (quem ineptiſſimè *Palæologum* appellat,) *etiam contra Idololatriam imaginum ſcripſiſſe.*

Ex his profani Novatoris verbis architectatur Calviniſta conſtitutionem iſtam: quam tamen è veſtigio iterum evertit; *De hoc Porphyrogenito*, inquit, *nihil tale quidquam in Annalibus proditur*,
C Cur ergo tu audaciſſimè conſtitutionem contra imagines comminiſci, eámque ſub Michaëlis nomine venditare non erubeſcis? Vis fidem penes Illyricum eſſe; caput ſcilicet fide digniſſimum; cui mentiri, erat vivere. Etſi nihil ille de conſtitutione, ſed de ſcriptione contra imagines; neque ùt tu, certum annum hujus ſcriptionis *commentitiæ* deſignavit: *commentitiam* voco, quia nullus unquam Michaëlem iſtum, Theodoræ filium, pro Iconomacho habuit.

II.

Θείως τοκεύεις ὡς	Εν ἀσπόρῳ τρόπ	Ω
Εκ σȣ̃ προῆλθε τȣ̃	Νέȣ πόλȣ φάο	Σ
Ο τῶν χερȣβίμ ΑΙ	ΝΟΣ ἡ πρὶν αἰτί	Α
Τὴν νύκτα μειῶν τῆς	Ολης πλάνης πάλα	Ι
Ον ἀγκαλίζῃ καὶ	Μάλα γραπτὸν φέρει	Σ
Κερασμένον σῇ θει	Οειδῶς εἰκόν	Ι
Ως δεσπότην τὲ καὶ	Σὸν ὄντως υἱέ	Α

D

Verſio ad Verbum.

Divinè paris, tanquam ſeminis experte modo.
Ex te prodiit novi cæli lumen,
Cherubinorum laus; priùs cauſa
Noctem imminuens totius erroris priſci,
Quem ulnis tenes, & valde pictum portas
Mixtum tuæ Dei ſimiliter imagini,
Tanquam Dominum & tuum verè filium.

EXPLICATIO.

ALLOQUITUR Deiparam Virginem, in imagine ulnis puerum JEſum geſtante repræſentatam: quales caſtiſſimæ datur ac decantatur: καὶ πρὶν αἰτία, *antiqua cauſa*, nempe ſalutis noſtræ; ab origine enim mundi agnus occiſus eſt; ùt in Apocalypſi dicitur. Eſt Chriſtus γραπτὸς *depictus*, κερασμένος *mixtus*, Virginis imagini; quia hæc Chriſtum in imagine repræſentatum, ulnis geſtat: quo fit, ut effigies Chriſti cum effigie Virginis quodammodo commiſceatur: & quidem θεϊκειδῶς ſeu θεοειδῶς, quia Chriſtus Deus eſt; & imago Chriſti, imago Dei.

Goldaſtus in præfatione ſua, *imaginum cultum præcipuè à fœminis introductum vel inſtauratum ſcribit*; videlicet, ab illa Hæmorrhoiſ- G
ſa, quæ ſtatuam Chriſti in memoriam acceptæ ſanitatis erexerat, ab Irena & Theodora Imperatricibus, *idque ad exemplum & imitationem gentilium, apud quos receptum erat, ſtatuarum erectione charorum memoriam conſervare*, teſte Euſebio lib. 5. hiſt. Eccleſ. cap. 15.

Ad hanc calumniam retundendam, nil invenio aptius, quàm quod Iconomachis in ſeptima Synodo reſponſum eſt, quando calumniabantur, Imagines Eccleſiaſticas à pictoribus originem ducere. *Non eſt imaginum pictura, pictorum inventio*, inquit Synodus, *ſed Eccleſiæ Catholicæ probata legiſlatio &* H
traditio, nam quod vetuſtate excellit, venerandum eſt, ùt inquit divinus Baſilius. Teſtatur hoc ipſa rerum antiquitas, & patrum noſtrorum, qui ſpiritu ſancto feruntur, doctrina. Atqui conſilium & traditio iſta non eſt pictoris (mulierum) *ejus enim ſola ars eſt: verùm ordinatio & diſpoſitio Patrum ſanctorum, &c.*

Silet autem Calviniſta, quot quantíſque miraculis imaginem illam Hæmorrhoiſſæ Deus illuſtraverit; ſilet inſuper non ſolam Irenem & Theodoram, ſed cum illis etiam Imperatores & innumerabiles alios partim Eccleſiaſtici, partim politici ordinis proceres, cultum & venerationem imaginum inſtauràſſe ac reparàſſe.

Pro clauſula neſcio melius conſilium, quod dem Calviniano, quàm illud Leoni Iſauro à Gre-

Digitized by Google

Verſio ad Verbum

Deus ante carnem erat non in picturæ forma ſeu
aſpectu.
Poſtquam autem nunc caro delineationem admittit ;
Surculus enim (Chriſtus *) quem Chriſtum Veneranda peperit ;*
Manifeſtum eſt, ſecundùm illam (carnem) *depingi poſſe illud ;*
Quo etiam ſolet intueri ejus filius
C *Facillimè eum, qui lumen non habet in mente,*
Ut contrarium omnibus divinis viris.

EXPLICATIO.

ACROSTICHIS eſt. Θεοδώρῳ ἐυσεϐὲς αἰνέσαι Χριϛὸν. *Theodoro pium eſt laudare Chriſtum*, videlicet in ſua quoque pictura. Eſt autem Θεόδωρος, quaſi Θεȣ̃ δῶρον *donum Dei*, vel παρὰ τȣ̃ Θεȣ̃ δωρηθεὶς, *à Deo donatus;* cujuſmodi *donum* Dei verè fuit Theodorus Studita, re & nomine; donatus Eccleſiæ calamitoſiſſimis & turbulentiſſi- D mis temporibus. Idem per ἀναϛροφὴν eſt *Dorotheus*, *Theodora*, *Theodoſius*, καὶ ἀνάπαλιν *Doſitheus*, *Theodotus*, *Theodoretus* Θεοδώρητος. Apud Latinos, *Deus dedit*, *A Deo Datus*. Omnia ejuſdem ſignificationis. Nec ſcio num huc pertineat vocabulum *Theodoricus*, quia non ex Græco, ſed ex Germanico deſcendere videtur. Dieth, inquit Aventinus in Nomenclatura; *vocabulum vetus, divitias & officium, facinora præclara ſignificat. Latina incude* Theodo *formatur.* Dietreich, *facinorum dives: eſt Theodoricus.* Sunt & alia ex eadem voce Θεὸς compacta; etiam apud Ethnicos: Amori enim hominibus fuit in propriorum nominum compoſitione *Dei* vocabulum adhibere: *ut Theophraſtus; Theopompus, Theoſterictus, Theophilus, Philotheus, ſanctus, non quòd ſub aſpectum cadant ſed uti apparuiſſe in divinis ſcripturis leguntur ſub forma ſenioris, & ſub imagine columbæ. Quod enim deſcribitur, idem pingitur; cùm ſit eadem ratio utriuſque, ſtyli nimirum, & penicilli.* De hac re jam aliquid ſuprà diximus: qui plura & accuratiora petit, Gabrielem Vaſquium conſulat lib 2. de adoratione Diſp. 3. cap. 3. & 4.

Ὄρπηξ *ſurculus*, eſt. Ita Chriſtum nominat, qui ex ligno illo vitæ, hoc eſt, ex Deipara, exſtitit. Et hic tertius verſus ſenſum Iambi obſcurum facit. Clarior eſſet, ſi parentheſi circumſcriberetur, nam quartus G verſus, directè tertio reſpondet; poſtquam enim caro ὑπογραφὴν φέρει *depingi ac deſcribi poteſt*; manifeſtè liquet, Chriſtum ſecundùm illam efformari ac delineari poſſe: Iconomachi tamen imaginem Redemptoris noſtri æquè ac reliquas perſequebantur, & ubi copia dabatur, pedibus conculcabant atque evertebant. Quorum ſacrilegam impietatem S. Stephanus Junior, cum ipſo Iconomachorum Anteſignano Copronymo diſſerens, validiſſimè atque efficaciſſimè retudit, ſic eum compellans, ùt in Actis S. Stephani proditum legimus.

H *Vos inter ſanctum, ac profanum minimè diſtinguentes, Chriſti imaginem, non ſecùs, atque Apollinis ſtatuam, Deiparæque item non ſecùs ac Dianæ, idolum appellare minimè horruiſtis. Quin ipſam quoque pedibus protriviſtis ac exuſſiſtis. Ad hæc Imperator: O cæca mente prædite, inquit, ac ſupra omnes immemorandos oblivione digne, his Imaginibus proculcatis Chriſtúmne proculcavimus? Tum verò ille verè in divinis rebus ſolers Stephanus, in morem eorum, qui bellica laude præſtant, adverſarium ſuomet telo ferire, ac per ea ipſa, quæ dixerat, profligare cupiens, manum in cucullam immittens, atque inde nummum, in quo impius ille ſculptus erat, extrahens, eúmque quemadmodum Chriſtus olim Cæſaris nummum Judæis oſtendens: cujusnam, inquit, eſt hæc imago, &*

Digitized by Google

curriſſent, ut ſanctum virum præcipitem in mare dejicerent; (*audax enim & præceps eſt aſſentatio, ac dum obſequiis aliquem nimium demereri ſtudet, mediocritatis omnis fines excedit*) *Imperator lenitatem ſimulans, quò iracundiæ haudquaquam obnoxius videretur, qui eam ingentem, atque arcanam in animo inſidentem habebat, in præſens quidem eos prohibet, atque ab hujuſmodi conatu abducit: cæterùm ſanctum virum collo alligari, ac manibus à tergo vinciri juſſum, ad publicum prætorii carcerem amandat: ut videlicet ob protritam Imperatoris effigiem, pœnas à lege conſtitutas lueret.* En quàm Severi vindices fuêre Iconomachi numiſmatis conculcati, in quo effigies Copronymi expreſſa erat. Nec tantum rationis habebant, ut ſimiliter colligerent, ignominiam imagini Redemptoris irrogatam, in ipſum Redemptorem redundare: & tantò majore pœna dignos eſſe, qui Chriſti effigiem violarent, quantò Chriſtus eſt major Dominus, quàm Imperator.

B (margin)

C (margin)

Si contumelia Regis veſtimentum afficias, inquit S. Chryſoſtomus apud Damaſcenum orat. 11. de Imaginibus, *nónne contumelia Regem afficis? Neſcis, te, ſi in regiam imaginem contumelioſus exiſtas, in eum ipſum, quem illa refert, injurium eſſe? Ignoras, qui ex lignea, aut ærea ſtatua imaginem detraxerit, eum non, tanquam in materiam inanimatam audax extiterit, ſed tanquam ignominia Regem affecerit, condemnari? quæ enim Regis effigiem præ ſe fert, ignominiam in ſe conjectam refert ad Regem.*

Similia apud eundem Damaſcenum Anaſtaſius Sinaita. *Quemadmodum, qui Regis imaginem afficit ignominia, ita punitur, ut ſi protinus in ipſum Regem fuiſſet contumelioſus, quamvis imago nihil aliud ſit, niſi lignum, colóreſque cerá commiſtá, & coagmentata: ſic, qui figuram rei alicujus deſpicit, atque contemnit, in eam ipſam rem, quam figura illa refert, injurius eſt & contumelioſus.*

D (margin)

His adde S. Methodium Epiſcopum Patarenſium apud eundem Damaſcenum in fine tertiæ orationis. *Protinus ergo, quæ ſunt hic Regum imagines, quamvis non ex pretioſa auri,*

cendebant; eorum imagines conſimili modo tractarentur, teſte Gregorio II. Pont. qui in epiſtola ad Leonem Iſaurum teſtatur, eos, qui ſpectatores fuerant dejectæ ex ærea porta imaginis, domum ex Conſtantinopolitana urbe reverſos, auctores fuiſſe, ut imagines Leonis eodem modo exciperentur, quo ipſe Imagines Chriſti exceperat: *Tunc projecta Laurata tua*, inquit Pontifex, *conculcârunt, & faciem tuam ciderunt:* nam initio cùm Leonem orthodoxum eſſe audirent; *Laurata* ejus receperant: Idcirco *Laurata tua receperunt* (Reges Occidentis) *ùt Reges à Regibus honore affici convenit, idque cùm nondum inceptum hoc conatúmque tuum audiviſſent.*

Erant autem *Laurata*, imagines Imperatorum in provincias mitti ſolitæ, de quibus in ſeptima Synodo, ùt citatur à Franciſco Balduino libr. 3. Optati ſub finem. *Lauratis & Iconibus, quæ mittuntur ad civitates vel regiones, obvii adeunt populi cum cereis & incenſis, non cera perfuſam tabulam, ſed Imperatorem honorantes.* S. Gregorius lib. 11. Regeſti epiſt. 1. *Cùm veniſſet Icon Focæ & Leontiæ, acclamatum eſt eis. Et Iconem juſſit Gregorius in Oratorio S. Cæſarii reponi.* G

S. Chryſoſtomus Hom. in ſanctam quintam diem Paſchæ, citante Adriano Pont. in epiſtola ad Conſtantinum & Irenam Imperatores. *Cùm regiæ figuræ & imagines in civitates inferuntur; populus non ipſam tabulam, aut ex cera factam imaginem honore proſequitur, cúmque magiſtratus illuc obviam procedit, ſed potiùs regiam hiſtoriam & veluti præſentiam ſuſcipiunt, &c.* Si igitur tanto honore novi Imperatoris imago excipi & affici debuit, an non majore cultu digna eſt effigies Salvatoris. H

Imperatores Arcadius & Honorius. *Si quando uſus exegerit, vel porticus, vel quaslibet ædes ætatis ſenio, ſeu fortuitis concuſſas caſibus, reparari, liceat etiam, inconſultâ clementiâ noſtrâ, cum reverentia ſui imaginem deponere vel noſtram, vel retro principum reportatam, & poſt refecta ædificia loco proprio denuo collocare.* En quanta reverentia Imperatores ſuam imaginem tractari jubent. Et Leo Iſaurus

Lib. 15. cod. Theodoſ. tit. 1.

Digitized by Google

[illegible] enim miraculorum effectrices valdè.
Ut mundum irrigat defluxionibus ſemel,
Robur ſuppeditans, & quid non, illis in vita!
Quorum non licet numerum deſcribere.

EXPLICATIO.

ACroſtichis eſt, Θεοδώρῳ θαύματα εἰσάξων ϛαυρὸς. *Theodoro miracula adducit crux; ſeu admirationem affert crux.* Primus verſus claudicat, niſi poſt θεῷ addatur vocula φίλον, vel ſimilis. Carmen
C
utcunque tenebricoſum eſt: Ex his tamen tenebris elucent hæc crucis elogia. I. Θαυμαϛὸν ἔρνος, *Mirabile germen.* II. *Cui data poteſtas in ipſos inferos.* III. *Miraculorum rorem pluit.* IV. Mundum irrigat ſuis ἀποῤῥοίαις *defluxionibus.* V. *Robur ſuppeditat.* VI. *Et alia innumera commoda mortalibus præſtat.*

Memorabilis, vel potiùs execrabilis fuit improbitas Baſilii, ejus, qui Bogomilorum ſectam condidit, qui, ùt alibi dictum, mentiebatur; Crucem, omnis Diabolicæ nequitiæ terrorem & cruciamentum; Dæmonibus non eſſe odio, ſed potiùs amori & vo-
D
luptati. Recitavimus quidem non ſemel hoc impii Hæreſiarchæ delirium in opere de S. Cruce, ſed hic Græca verba attexere lubet ex Theſauro Nicetæ contra Bogomilos, qui ea ex Panoplia Euthymii p. 2. tit. 23. vel uterque ab aliquo tertio ſumpſit. ἐρωτηθεὶς αὖθις παρ᾽ ἡμῶν ὁ δηλωθεὶς ἔξαρχος τῆς αἱρέσεως πῶς οἱ δαιμονιῶντες προσρέχουσι τῷ ϛαυρῷ καὶ καθυλακτοῦσιν; ὑπεκρίνατο, φιλεῖσθαι μᾶλλον τὸν ϛαυρὸν ὑπὸ τῶν ἐνοικούντων αὐτοῖς δαιμόνων, ὡς οἰκεῖον ἔργον. αὐτοὶ γάρ φησι τοῦτον κατεσκεύασαν εἰς ἀναίρεσιν τοῦ σωτῆρος. ἔϛι δὲ ὅτε καὶ καθυβρίζουσι τοῦτον ἐν ὑποκρίσει, καὶ φεύγειν αὐτὸν πολλάκις ἑκουσίως, ἵνα βλέποντες οἱ ἄνθρωποι τιμῶσι μᾶλλον αὐτὸν, ὡς ἐχθρὸν καὶ διώκτην τῶν δαιμονίων.

[illegible] eam magis honorent, tanquam Dæmonum inimicam & expultricem. Veritas autem apud nos haud ita ſe habet. Nam vel inviti trahuntur à crucis virtute, & allatrant, ut rabies ipſorum oſtendatur. Latratus enim, corporiſque vexatio, & gemitus eorum, qui à Dæmonibus opprimuntur, tormentum & cruciatus dæmonum indicant, qui crucem ut inimicam deſpiciunt, & expultricem. Hæc Nicetas & Euthymius.

Poſſet fortaſſè primus verſus etiam hunc in modum expleri. Θαυμαϛὸν ἔρνος εἰμὶ ὡς G
θεῷ σύ με, &c. Ut ipſa crux loquatur, & ſuas virtutes percenſeat.

V.

Χριϛὸς γράφοιτο, μὴ πλανᾶσθε δὴ πλάνοι,
Οὐ θειότητι σαρκὶ δὲ βροτὸς φανὰς,
Αμφοῖν ὀφείλων γνωϛὸς εἶναι ταῖς φύσεις,
Εκ πατρὸς* ἄργαφ, ἐκ τεκούσης γραπτέος. * L. ἄγραπτος.
Μηδὲν παρεὶς γνώρισμα τοῦ διπλοῦ γένους.
Επεὶ τέλειος ἐνδέων τίπως μόνον
Ο᾽ παντέλειος εἶεν ἀνδρωθεὶς λόγος.
Λείποιτο δὴ μάλιϛα μὴ γραπτὸς πέλων,
Οὐ μικρὸν ἁπλῶς ἀλλὰ τὴν ὅλην φύσιν. H
Εἴπερ βροτοῦ πρώτιϛα μορφῆς ἰδέα.
Ην δυσλογῶν σὺ, καὶ καθαιρῶν ὡς πλάνην,
Χριϛὸν δυσειπεῖν καὶ συναργεῖσθαι νόει.

Verſio ad Verbum.

Chriſtus pingatur, ne erretis errones,
Qui non divinitate, carne autem mortalis apparuit,
Qui ſecundùm utramque naturam cognoſcibilis eſſe debuit,
Ex patre pictura expers, ex matre pingi potis.
Nullum omittens indicium duplicis generis
Quandoquidem perfectum, imò perfectiſſimum Verbum Caro factum;
Imperfectum foret, ſi vel uno careret;

Care-

Digitized by Google

chalem Pontificem Romanum, & ad Patriarchas Alexandrinum, Antiochenum & Hieroſolymitanum; in quarum prima hæc lamentabili voce modulatur Anno IV. Imperii Leonis Armeni.

*Lupi graves irruperunt in caulam Domini, portæ inferi, ut olim, ruptæ ſunt in ipſam. Quid hoc? perſecutionem patitur Chriſtus cum matre, & miniſtris. Siquidem contra imaginem incurſus, prototypi eſt perſecutio. Hinc detentio Patriarchalis capitis, & exilia, & relegationes Archiepiſcoporum, & Sacerdotum, & monachorum, monacharúmque compedes, & vincula ferrea, tormentáque, & ad extremum, mors. O horribilem auditionem. Veneranda imago Salvatoris noſtri Dei, quam & Dæmones perhorreſcunt, contumeliis affecta, & ludibrio habita eſt, non ſolùm in regia urbe, verùm etiam in omni re-*C *gione & oppido. Altaria deleta ſunt, templa deſtructa, ſacra profanata, effuſus eſt ſanguis, & effunditur eorum, qui retinent Evangelium.*

Verùm totus Jambi hujus ſenſus clarior & manifeſtior evadet ex his, quæ Theodorus ſcripſit ad Michaëlem Balbum, Leonis ſucceſſorem Anno DCCC. XXI. nam quæ hic Theodorus ligata oratione cecinit, ea ad Michaëlem Imp. ſoluta protulit. *Quoniam autem, Chriſti æmule Imperator, quos in hæreſi mors occupavit, ij in perditionis partem abierunt, Chriſtum negantes, dum ejus imaginem negârunt, quamvis Chriſtiani appellarentur. Credere enim in Chriſtum nihil aliud eſt, quàm quòd filius Dei, & Patris perfectus homo factus imagine exprimitur, ſecundùm ſimilitudinem noſtram, ut non ſit aliud quidpiam, quàm ſumus nos, manens idem incircumſcriptus cum Patre, & ſpiritu, quatenus eſt verus Deus. Sic itaque in-*D *telligatur mediator Dei, & hominum tanquam utrinque utraque habens, & in utrovis nulla parte deſtitutus, ſicut omnis ſanctorum Patrum cohors vociferatur. Et ſicut in Imperio veſtro expreſſæ imaginis ſuſceptio, confeſſio eſt Imperii veſtri, & contra, ita & in Chriſto Rege univerſa terra, idem ſumere licet, ac multò magis; quia regni ejus non erit finis.*

Σ ταυρόσχημον ἐν κάρᾳ φορῶν αὐ----- Γ.
Τ ῷ γὰρ καθεῖλε τοῦ σκοτάρχου τὰ κράτ-- Η
Ο παντάναξ κάτωθεν ἡμᾶς ἑλκύω---- Ν
Υ ψοῦ τεθεικὼς οὐρανῶν δώσας κλέ---- Η.

Verſio ad verbum.

Ejuſdem, (nimirum Theodori Studitæ)

Chriſto depicto evanuit Idolorum error.
Gladius hujus (idololatricæ vanitatis) *defecit, ut vidit*
Imaginem lucis oriri contra tenebras,
Cruciformem in capite ferentem enſem.
Hoc enim deſtruxit principis tenebrarum potentias
Rex omnium ad ſuperna nos trahens,
Et in alto collocans, cælorum donans gloriam.

EXPLICATIO.

ACROSTICHIS eſt, χριστοῦ ἡ εἰρήνη. *Chriſti pax.* Verſu tertio ἀντανίσχειν lego pro ἀντανίσχει. Et ſexto ἄνωθεν pro κάτωθεν. Neque enim ὁ παντάναξ *Dominus omnium.* Chriſtus Salvator nos deorſum trahit, ſed ſurſum juxta illud: *Ego ſi exaltatus fuero, omnia ad me ipſum traham.* Hactenus Jambi pro honore Crucis & imaginum, partim ab ipſis Iconomachis, partim ab Orthodoxo Theodoro Studita ſcripti, & Lutetia Pariſiorum ad me miſſi. G

Quia verò Novatores priſci & novi, quanquam magis & generaliùs novi. Perpetim clamitant, Crucem & imagines eſſe *opera manuum hominum; aurum, argentum, lapides, lignum; os habere, nec loqui; pedes habere, nec ambulare;* ac proinde non modò cum Idolis convenire, ſed & vera *Idola* eſſe, placet huc transferre eruditam Photii Epiſtolam, necdum publico donatam, qua hanc criminationem graviter refellit; non ſolùm crucis ac imaginum, ſed & ſacrorum vaſorum cauſam hunc in modum agens. H

Simulacra gentium argentum, & aurum, opera manuum hominum. Quid ergò? libatoria religionis *Chriſtianæ, & crateras, & turibula, & crucis*

Digitized by Google

quæ fugiendo pudore libereris, & ſupplicium perenne effugere poteris. Quemadmodum autem noſtra libatoria, & crateres, & turibula, & crucis typi, & ſimilia, non aurum, non argentum, neque ligna, aut colorum materia, neque opera manuum hominum ſunt; ita imaginum repræſentantium ſacræ effictiones noſtræ non ſunt argentum, neque aurum, neque æs, neque etiam colores, neque, quod abſit, opera manuum hominum. Etenim vetuſtæ illius, Apoſtolicæque & Patrum traditionis divina, & nunquam intercidens prædicatio, veluti animata quædam ſapientia materiam ſuſcipiens, eámque ex propriis, & ſacris legibus tractans, & artificium inducens, ad imaginem, & certam formam redigit, nihil indecorum, aut humanæ curioſitatis in ipſis liberè reprehendi ſinens, C *& totum ſuum opus eſſe oſtendens, ac palàm faciens, puras nobis, & ſynceras in venerabilibus illis iconicis expreſſionibus prototyporum ſpecies ſacro modo, & ſacris figuris exhibet.*

Habes igitur breviter, opinor, quibus eruditus, te avitam majorum pietatem potiùs colere demonſtrabis, & Hereticos convinces. Materiæ enim ratione, & ſubjecto, ſicut menſa Dei, & menſa dæmoniorum, ſacrificium divinum, & ſacrificium dæmoniacum, orgia gentium, & Chriſtianorum myſtagogiæ, & multa alia ſummè contraria modicè diſcrepant: uſu autem, & appellatione, precationibus ad Deum, efficacia, & mille aliis rebus tantum eſt eorum diſcrimen, quantum verbis conſequi nemo poteſt. Sic ſanè, ſic idola D *gentium, & Chriſtianorum imagines, templum Dei, & altare idolorum, atque etiam nidoris Græci vaſa liturgica, ſeu miniſtratoria, & puri, atque incruenti ſacrificii noſtri ſacra receptacula. Etenim utrumque horum in ordinem, ac ſeriem oppoſitam diſcretorum, materiam quidem habet interdum nihil penitus differentem, at ſecundùm formas, & ſpecies & alia, quibus diverſitas effici ſoleat infinita cernitur, & quæ vix exprimi verbis poteſt, in ipſis varietas.*

Quapropter de materia iſta quidem non ad meliora tranſlata, ſed ad multò deteriora aſſumpta, jure ligna, & lapides, & aurum, & argen-

us comparata ſunt (uſu quippe, & appellatione, & myſtagogia, & exemplarium divinitate, quorum characteribus conformata ſunt, & ſexcentis aliis ſanctificata perficiuntur) ob hoc; non ampliùs ligna, aut lapides, neque argentum, neque aurum, neque colores nudi, in ſpeciem formantis, & contentæ illis facultatis, & gratiæ, neque cogitata unquam, neque nominata ſunt, ſeu ſancta, & honoranda, & glorioſa, & venerabilia potiùs. Supernæ enim operationis, & quibus dicata ſunt, & quorum nomen, ac ſpeciem ferunt, ſocietatem habentia, & mentem noſtram ad illa provehentia, & inde nobis bonam ac divinam benevolentiam reportantia, non rectè ex materia vocabuntur, neque ab aliquo alio in iis G *apparente, & oppoſitis conveniente proprietate; ſed ab iis, quorum participia ſunt, & ad quæ referuntur, quibuſque ſerviunt, & conſecrantur; rectiſſimè & aptiſſimè à piis & cognoſcuntur, & nominantur.* Hæc Photius. Nunc ad alia.

Εἰς τὸν τρίκλινον τῆς μαγναύρας.

Ὀτραλέως τολύπευσαν τόνδε δόμον Βασιλῆες,
Αἰχμὴν ὀλβοδότειραν ἀπὸ ϛαυροῖο λαχόντες
Αὐτὸς ἄναξ ἡρακλῆς σὺν Κωνϛαντίνῳ υἱεῖ.

Extant tres iſti verſus lib. 4. Epigrammatum Græcorum ſeu Anthologiæ, ſectione εἰς οἴκες.

In quos Brodæus hæc notat: τῆς μαγναύρας. quaſi dicas, *magnæ auræ.* Loci ventis expoſiti nomen.

Βασιλῆες. *Imperatores Conſtantinopolitani.* H

Ἀπὸ ϛαυροῖο *Chriſtianos ſignat. Conſtantinum præcipuè, qui primus Labarum (inſignioris vexili nomen eſt) Maxentium aggreſſurus per artifices ingenioſos juſſit in vexillum crucis transformari.*

Αὐτὸς ἄναξ ἡρακλῆς, *quem in præſentia notet, nec divinare modò in promptu, nec anxiè indagare noſtri eſt otii.* Hæc Brodæus, qui, ſi vera fateri velimus, à veritatis ſcopo procul aberrat; nam *Magnauræ* nomen eſt Palatii ſeu Ædis regiæ, de qua Luitprandus Ticinenſis, qui eam vidit, lib. 6. Hiſtor.

K cap.

B eſt, felicitatem & proſperitatem contra hoſtes ſuos; nam Heraclius Perſas potentiſſimè debellavit, ſanctámque Crucem ab ipſis in Perſidem abſportatam, recuperavit, & omnibus Imperii Romani inimicis, virtute Crucis, formidinem incuſſit.

Quanta autem celeritate Perſæ Hieroſolymam & multas alias Orientis civitates occupaverint; docet nos Chronicon Alexandrinum his verbis: *Hoc anno*, nempe quarto Heraclii Imperatoris, *menſe Junio*, *malum nobis accidit æternis lachrymis proſequendum. Præter alias enim multas Orientis civitates etiam Hieroſolyma à Perſis capta eſt, multis millibus in ea clericis, Monachis, ſacris virginibus occiſis. Incenditur Dominicum ſepulchrum, & nobiliſſima Dei templa. Et ut verbo dicam, pretioſa omnia*
C *evertuntur. Veneranda Crucis ligna unà cum ſacris vaſis, quorum innumerus fuit numerus, à Perſis auferuntur. Ipſe Zacharias Patriarcha captivus ducitur. Atque hæc omnia non longo facta ſunt tempore, ſed intra paucos dies accidere.* Verùm Heraclius virtute Crucis munitus ſanctam Crucem mirabiliter recuperavit, ut multò glorioſior fuerit ſanctæ Crucis recuperatio, quàm amiſſio turpis & ignominioſa.

Neque Imperatores latuit à Cruce αἰχμὴν ὀλβοδότειραν dari, ùt in hoc Opere de ſancta Cruce crebrò vidimus.

Ithacius lib. 1. Chronicorum. *Conſtantinus* (Magnus) *per ſignum Crucis omnes gentes ſuperat.* Idem ibid. *Conſtantinus cum Matre*
D *Helena Crucem Domini noſtri Jeſu Chriſti Hieroſolymis invenit.* &c. Dicit à Conſtantino cum Matre inventam: quia nutu & auſpiciis ejus Helena Hieroſolymam conceſſerat, crucis quærendæ gratia. Addit Ithacius. *Crux Domini Hieroſolymis fabricatur & ſtabilitur.* Forſan ideo hoc aſſerit, quòd Hieroſolymis Eccleſia in honorem S. Crucis erecta fuerit ab Helena, & pars Crucis argenteæ thecæ incluſa, Lucas Tudenſis, ſeu potiùs Iſidorus in Chronico. *Per idem tempus Crux Domini à glorioſa Helena Conſtantini Matre Hieroſo-* *erga Deum affectione, pro ſua ſtatua ſalutiferam gloriationem ſæculi erexiſſe. Per gloriationem* F
ſæculi intelligit crucem. Non dubito in Græco textu eſſe καύχημα τȣ̃ κόσμȣ.

Adeò autem Crux Romanis Imperatoribus cordi fuit, ut etiam inter Imperialia inſignia & digmata locum invenerit, ùt alibi oſtenſum, de quibus vetuſtè ac ſcitè diſſerit Gregorius IX. Pontif. Epiſt. ad Fridericum II. Imperatorem. *Quinque* inquit, *inſignia Imperialis Celſitudinis culmini deputata, cum eorum myſteriis cupimus ſtylo ferreo in cordis tui ungue adamantino depingere, quòd nulla poſſit oblivione deleri. Crux, ubi eſt lignum Domini, & lancea, ubi clavus ejus exiſtit, ante te in Proceſſionibus ſolennibus deportantur. Coronam auream cum lapidibus pretioſis geſtas in capite; ſceptrum in dextra; pomum tenens aureum in ſiniſtra. Crux, ut Dominicæ paſſionis memoria,* G
& acerbiſſimi cruciatus, ſint ſemper ante oculos mentis tuæ, in contumeliis verborum, in injuriarum opprobriis, flagellis, & plagis, laceratione ſpinarum, transfixione clavorum, prudenter attendens, in quantum te oporteat Domino reſpondere, &c.

Henricus Imp. quem IV. nominant, in Epiſt. ad filium ſuum Henricum, à quo fuerat regno exutus, & in vincula datus. *Ante captivitatem abſtuliſti nobis Epiſcopatus*, &c. *in captivitate verò, quidquid reſiduum erat, ùt lanceam, & Crucem & omnia Regalia inſignia, vi & timore mortis à nobis extorſiſti*, &c.

De Achaio Rege Scotorum Hector Boëthius lib. 2. Hiſt. Scoticæ. *Addidit in Corona* (regiæ) *circo quatuor lilia aurea, quatuor cum ſalu-* H
tiferæ Crucis aureis ſignis, paribus intervallis diſcretis, liliis paulò eminentioribus. Unde Scoticæ gentis Chriſtianæ religionis, inviolatæque fidei obſervatio omnibus dignoſceretur.

Inter jura Auſtriacæ familiæ à Friderico Imp. I. conceſſa, reperitur quoque iſtud. *Concedimus etiam Illuſtri Principi Auſtriæ crucem noſtri diadematis ſuo principali pileo ſufferendam.*

Carolus V. Imp. de Privilegiis Archiducum Auſtriæ. Der Ertzhertzog zu Oeſter-
reich

Digitized by Google

[illegible] regni partem conſtituit, ei perpetuam præferendi poteſtatem fecerat) per Cardinalem porrectam, honorario oſculo petivit.*

Eſt & globus cruciger inter inſignia, quæ Regi in ipſo inaugurationis actu traduntur. Idem Jeſſenius in eadem Relatione. *Auream cum eminente Cruce ſphæram ſiniſtræ Regis indidit manui, arrhabonem Regni deſponſati amplectendi, gerendique. Globus verſatilis, de uno in alium devolvi imperia, Deo ſic impellente,* C *denotat; nihil in hac mortalitate ſtabile, nihil diuturnum, nedum perpetuum; adeò, ut Regnorum ætates ſint ætates Regum: ſolum Deum anuli expertem, mundi Præſidem permanere in æternum. Defixa crucicula in animum meritò revocat, orbem JEſu Chriſti ſanguine redemptum, hoc dictatore judicatum iri in noviſſimis; aliis patratæ Tyrannidis pœnâ irrogatâ; aliis ob rem benè geſtam, beata æternitate retributâ.*

Ex religione in ſacroſanctam Domini Crucem accidit, ut Imperatores, Reges ac Principes graviter in eos animadverterent, qui in Crucem, vel crucifixi imaginem aliquid piaculi admiſiſſent. Wippo de Conrado Salico Imp. in vita ejus, ubi agit de prælio Conradi adversùs Sclavos adhuc idololatricis tenebris involutos. *Fertur, ut quodam tempore effigiem ligneam Crucifixi Domini noſtri Je-* D *ſu Chriſti, ſcelerato ludibrio habuiſſent Pagani, & in eam ſpuerent, atque Colaphis cæderent, ad extremum oculos eruebant, manus & pedes truncabant. Hæc ulciſcens Imperator, de captis Paganis maximam multitudinem pro una effigie Chriſti, ſimili modo truncavit, & varia morte delevit. Idcirco in eiſdem verſibus, Cæſar ultor fidei vocatur, & Romanis Principibus Tito & Veſpaſiano comparatur, qui in ultionem Domini triginta Judæos pro uno nummo commutaverunt, cùm Judæi Chriſtum pro totidem denariis vendiderint.*

Rigordus Hiſt. de geſtis Philippi Regis Francorum. *Ad cumulum etiam damnationis* [illegible] *ris totidem inventa ſunt, &c.* Propter hæc & ſimilia Judæorum ſacrilegia, *menſe Aprili exiit edictum à sereniſſimo Rege Philippo Auguſto*, inquit Rigordus, *quòd omnes Judæi de regno ſuo, uſque ad ſequens feſtum ſancti Joannis Baptiſtæ ad exeundum parati eſſent.*

Fragmentum Hiſtoriæ Aquitaniæ à Pithæo evulgatum. *His diebus in Paraſceve poſt crucem adoratam uſque Sabbato ſancto circa Veſperam concuſſa eſt Roma à vi ventorum, & penè omnes Romani mortui ſunt, tam Chriſtiani, quàm Judæi; & quidam Judæus Chriſtianis inſinuavit, quòd in Paraſceve Synagogæ Judæorum ima-* G *ginem Chriſti deluſerunt, ſicut fecerant Domino parentes eorum. Quòd Benedictus Papa ſolicitè inquirens, & probans, mox Judæos, qui hoc egerant, juſſit decollare; quibus decollatis, ceſſaverunt venti.*

Nec mirum, Judæos in imaginem Chriſti fuiſſe injurioſos ac ſacrilegos, quando interdum eò ſceleris & atrocitatis proceſſerunt, ut homines abs ſe eum in finem interceptos crucifigerent, ut ſuum adversùs crucem & crucifixum inexſaturabilis odii ſa- *Tom. 1. lib.* tis luculentum ſpecimen præberent. Reci- *1. cap. 98.* tavimus nonnulla exempla in Opere de S. Cruce.

Refert Arnoldus Lubecenſis lib. 4. Chronici Sclavorum cap. 15. admirandam con- H verſionem cujuſdam Judæi, qui cùm Coloniæ in Vigilia Paſchali, baptiſmum conferri videret, vidit quoque ſuper caput cujuſdam infantuli, qui ſacro chriſmate conſignabatur; ſpiritum ſanctum ſpecie columbæ deſcendere. Quo viſo, nonnihil quidem motus eſt, ſed non ita, ut animus ejus emolliretur. *Conſervabat tamen omnia hæc conferens in corde ſuo*, inquit Arnoldus. *Sic totus revolvitur annus, cùm iterum in paraſceve, quod eſt ante Sabbathum, in Synagoga conſtitutus, viſitationem piiſſimi ſenſit Salvatoris. Siquidem Judæis quædam eſt deteſtabilis conſuetudo, ut implentes mercedem patrum ſuorum, quotannis*

ſam nobis nequitiam Judæorum vertamus in arma ſalutis, & quaſi per eorum illuminati excæcationem, noſtram ad JESUM exſuſcitemus devotionem. Videamus quid ſua illis faciat malitia, & verè credamus, quod ipſum apud JESUM faciat fides noſtra. Illi implentes menſuram patrum ſuorum, qui ſibi, ſuiſque imprecantes dixerunt: Sanguis ejus ſuper nos, & ſuper filios noſtros: ipſum ſub imagine ſua contumeliis affectum crucifigentes, verè crucifigunt, non verbum vitæ, ſicut patres eorum manibus nefariis contrectantes, ſed odiendo, execrando malitiæ illum manibus contingentes. Chriſtus enim reſurgens à mortuis, jam non moritur, mors illi ultrà non dominabitur. Ipſe tamen per imaginem crucifigi potuit, qui ante paſſionem tempore legis per agnum immolari potuit.

C *Sed dicis: illud in figura factum eſt. Aſſentior. Illos tamen, qui huic ſententiæ diffidunt, ad auctoritatem ipſius ſcripti mittimus, ubi à Judæis in imagine Domini ſimile quoddam perpetratum eſt: Ubi invenitur, quòd de latere ejus exivit ſanguis & aqua, ubi multi cæci fuerant illuminati, claudi curati, leproſi mundati, & dæmones effugati.*

Henricus Stero in Annalibus Anno M. CC. LXXXVIII. *Judæi in Pacherat, Diœceſis Herbipolenſis, quendam bonum & devotum hominem Chriſtianum, Werinherum nomine, occultè occiderunt, & ab eo ſanguinem, quo mederi dicuntur, tanquam in torculari multa violentia expreſſerunt; qui tandem in eodem loco*
D *multis miraculis dicitur claruiſſe.*

Præterito anno in Monaco (Monachii) *civitate Friſingenſis diœceſis, puerum quendam Chriſtianum pro ſimili cauſa occiderunt. Propter quod populus ejuſdem civitatis, exſpectato judicio vel ſententia, omnes Judæos illius civitatis in domum unam confugientes, ignibus ſuppoſitis concremavit.*

Siffridus in Epitome Anno M. CCC. III. *Judæi perfidi effuſione ſanguinis Chriſti aſſueti, ſcitum quendam puerum ſcholarem, Conradum nomine, filium cujuſdam militis in Weiſenſeha civitate Turingiæ, multis cruciatibus affligentes, & ſectis omnibus nervis & venis, totum ſanguinem ejus elicientes ante feſtum Paſchatis cruſe monaſterium, Judæi quoſdam pueros Chriſtianos in quodam molendino, ut ex eis ſanguinem elicerent, ad ſuum remedium, peremerunt.* F *Unde cives ejuſdem civitatis multos ex Judæis occiderunt. Sed cùm puerorum corpora in caſtrum Hagenovve delata, & ibidem venerabiliter tumulata fuiſſent: Imperator tumultum, qui tunc contra Judæos ortus eſt, aliter ſedare non valens, multos viros potentes, magnos & literatos, ex diverſis partibus convocans diligenter à ſapientibus inquiſivit, utrum ſicut fama communis habet, Judæi Chriſtianum ſanguinem, in Paraſceve neceſſarium haberent: firmiter proponens, ſi hoc ei de vero conſtaret, univerſos imperii ſui Judæos fore perimendos. Verùm quia nihil certi ſuper hoc experiri poterat, ſeveritas imperialis propoſiti, accepta tamen à Judæis magna pecunia, acquievit.*

Annales Colmarienſes Anno. 1260. *Interfecerunt Judæi in Wiſſenburg puerum.* G

Iidem Annales 1284. *Circa Moguntiam nutrix pueri cujuſdam militis, vendidit eum Judæis, ut interficerent eum, propter quod nutrix & Judæi plures à Chriſtianis fuerint turpiter interfecti.*

Iidem Anno 1294. *Judæi Bernenſes puerum (ut dicitur) occiderunt.*

Aliquando Judæi odium Crucis & Crucifixi in Euchariſtiam exprompſerunt. Henricus Stero in Annalibus Anno Chriſti 1298.

Exorta eſt fama quædam de Judæis, quòd corpus Dominicum in mortario contuderint, & ſanguis in multa quantitate emanaverit, qui poſtea à H *Judæis non poterat occultari, & ob hoc omnes Judæi in Herbipoli, Nürnberch, Rotenburg, & etiam per totam Franconiam per inſultum populi, & quoſdam, qui ſe in magna multitudine collegerant, & quendam, qui Rintfleiſch dicebatur (quem pro Principe elegerant) volentium vindicare tam recentem injuriam Salvatoris, incendio ſunt cremati. Et adeò valida fuit eorum perſequutio, quòd etiam caſtrum regale in Nürnberch, caſtrum prope novum forum,* * *ut de aliis oppidis Franconiæ taceam, in quibus ſe Judæi cum armis defenſionis conjunctis Chriſtianis non paucis receperant, ſint in brevi diei ſpatio expugnata, & tam ipſa caſtra, quàm Judæi,*

* Neumarkt.

Digitized by Google

... , & ſecum quærerent. Super-veniens Presbyter interrogat, quid conferant; vidénsque cum ipſis luminaria, compertóque, quòd Judæus cum cuſtode in Eccleſia fuiſſet & juxta altare, cautè vocat judicem civitatis & quoſdam de civibus, qui irruentes in domum Judæi, ipſum & cuſtodem Eccleſiæ ceperunt. Qui ſtatim cuncti facinus perpetratum confeſſi ſunt. Jam verò (ùt dictum eſt) idem corpus Chriſti per diverſas Judæorum diſperſum fuerat manſiones, qui ſæpè dictum corpus Chriſti ſacratiſſimum acubus & ſubulis pungentes, & in mortariolis tundentes, & per illas puncturas & tunſiones ſanguinem elici conſpicientes, tandem in diverſis locis ſub terra ſuffoderunt. Sed DEUS omnipotens Sacramentum ſalutis, multis miraculis prodentibus, ſuis fidelibus propalavit. Quapropter Chriſtiani inſurgentes contra Judæos eos per diverſas civitates, & loca turmatim occiderunt. Contigit, ut multi Judæi ad quoddam caſtrum confugerent, ut ſe ibidem defenſarent, cúmque Chriſtiani ad expugnandum dictum caſtrum forti manu conveniſſent, & illud jam valláſſent; quædam virgo Judæa de eodem caſtro importunis clamoribus rogabat Chriſtianos, ut ipſam inde eriperent, & baptizarent. Judæis ipſam deorſum trahentibus, & increpantibus, illa de manibus eorum elapſa, de altitudine caſtri ſe præcipitem dedit. Sed ecce mirum in modum ipſa, quaſi manibus Angelicis portaretur, illæſa deſcendit & mox ad fidem Chriſti & baptiſma confugit.

C D

Nec ſilendum hic, quod prodidit Hector Boëthius lib. 15. Hiſt. Scotorum, ubi de Anglorum per Laudoniam graſſationibus agit. *Ferunt Anglum quemdam, dum album ſacellum diriperetur, hominem nefarium ornamenta ſtatuæ Divæ Virginis appenſa, ubi detraxiſſet, ovantem per templum, ac ſpolia oſtentantem, comminuto per crucem, quæ è ſublimiori in caput ejus loco concidit, cerebro; pœnas à numine ſacrilegii pependiſſe. Acta hæc ſunt anno à ſalute noſtra, ſuprà milleſimum, trecenteſimo quinqua-*

ENSIS CAROLO MAGNO PRÆSIDENTE, &c. Ex Bibliotheca Petri Pithœi I.C. Ubi aliqua Calviniana mendacia notes licet, primum eſt, *Carolum Magnum huic Synodo præſediſſe;* non enim Carolus, ſed legati Apoſtolici præſederunt, ùt uno ore teſtantur veteres Hiſtoriæ. II. Titulus integram Synodum ſpondet. Poſtquam ad rem ventum, duo quædam fruſtilla exhibet. III. Nec ſunt Synodi fruſtilla, ſed commenta inaniloquorum ſectariorum, ùt fusè probatum eſt in tertia Apologia contra Miſenum. IV. Mentitur, *ſe ea promere ex Bibliotheca Pithœi, cùm ea deſumpſerit ex præfatione illius Eli Phili,* quem iſte contendit eſſe *Joannem Tilium*, Epiſcopum Meldenſem. V. Mendacium extra titulum in Scholiis. *Bellarminum lib. 2. de Eccleſia Triumphante, agnoſcere & demonſtrare, in libris Carolinis contineri Acta Synodi Francofordienſis:* Bellarminus addit verbum, *videntur*, quod à Calviniſta minimè prætereundum erat. *Scripti videntur in Concilio Francofordienſi, & Acta continere Synodi Francofordienſis.* Cur omiſiſti illud VIDENTUR, ô Calviniſta? G Lib. 2. c. 5.

Cæterùm in his libris non contineri Acta Concilii Francofordienſis demonſtratum eſt in tertia Apologia contra Miſenum; cùm aliquot annis ante Francofordienſe Concilium fuerint conſcripti, ùt loco citato oſtendimus: ut taceam, complura Concilio generali prorſus indigna in iis libris ineſſe, ut cùm lib. 3. cap. 23. verboſè contenditur, pictores multis in picturis adverſari ſacris literis. H

Nónne, inquit Auctor ille, *divinis ſcripturis contraire noſcuntur, cùm abyſſum figuram hominis fingunt habere, & lympharum inundationem affatim fundere; Nónne divinis ſcripturis eos contraire haud dubium eſt, cùm tellurem in figura humana modò aridam, ſterilémve, modò fructibus adfluentem depingunt? Nónne divinis*

Digitized by Google

modò nimiis frigoribus marcidas volucres capientem ùt hyemem, ſcripturis divinis, in quibus hæc ita minimè continentur, contraire noſcuntur? Hæc & plura hujus ſortis Auctor ille viro docto, nedum tanto Concilio, prorſus indigna; cùm ipſimet Lutherani & Calviniani quotidie, privatim & publicè, tales picturas fieri curent, magnóque ſtudio procurent ac comparent, ut plurima alia ſileam, in eo libro paſſim obvia, quæ ſine grandi ſtultitia Synodo Francofordienſi, tanquam Acta Synodalia, adſcribi nequeunt.

VI. Mendacium Calviniſtæ; *hoc opus eſſe Caroli Magni*; nam ex alterius, vel etiam plurium officina proceſſiſſe, fidem facit Refutatio ab Hadriano Pontifice adornata, ubi, C præter ultimum capitulum, Carolo nullum penitus attribuitur; neque ùt opus Caroli; ſed ùt alienum ab Hadriano refellitur. Nec refert, quòd lib. 1. cap. 6. & lib. 4. cap. 3. Auctor Caroli Magni perſonam induit, & ſub ejus velo ſua venum exponit: nam id ab Auctore ſeu Auctoribus libri Carolini factum eſt, ut operi majorem auctoritatem conciliarent, ſi non litterator quiſpiam è trivio, vel etiam ex ſublimi ſubſellio; ſed tantus Imperator ex Regali throno hanc cauſam agere videretur. Neque ullus veterum affirmat, hos libros à Carolo eſſe conſcriptos.

Nam quòd Pſeudoſynodus Pariſienſis in præfat. Ad Ludovicum Imp. Caroli Magni filium, dicit, *Carolum coram ſe ſuisque perlegi feciſſe Synodum Nicanam ſecundam, & multis in locis reprehendiſſe, & quadam capitula, quæ* D *reprehenſioni patebant, prænotâſſe, eáque per Angelbertum Abbatem Hadriano Papæ direxiſſe*, id ejuſmodi non eſt, ut Hadriani Pontificis teſtimonio anteponi mereatur; diſertè enim ſcribit, nullum, præter ultimum capitulum à Carolo Magno manâſſe. Nec alienum quid à ſuo genio fecerunt iſti ſemiiconomachi, quando Carolum ſibi vendicare ſtuduerunt; quia nulla erat expeditior ratio filii quoque Ludovici ad ſua caſtra pertrahendi, quàm ſi aſſererent, in iiſdem priùs Carolum Magnum militâſſe.

nodum Nicanam II. Pſeudoſeptimam Oecumenicam ſive univerſalem compoſitum & publicatum in Concilio Francofordienſi, & Hadriano Papæ miſſum, anno Domini DCC. XCIV. editum ex Bibliotheca & ſtudio Joannis Tilii Meldenſis Epiſcopi. Ubi numera fraudes & impoſturas, quarum Princeps mutatio & innovatio tituli ad arbitrium; nam primus editor *Eli, Phili.* hanc inſcriptionem præfixerat. *Opus Illuſtriſſimi & excellentiſſimi ſeu ſpectabilis viri, Caroli Magni, nutu Dei, Regis Francorum, Gallias, Germaniam, Italiámque, ſive harum finitimas provincias, domino opitulante, regentis, contra Synodum, quæ in partibus Græciæ, pro adorandis imaginibus ſtolidè, ſive arroganter geſta eſt. Item: Paulini Aquileienſis Epiſcopi adverſùs Felicem Urgelitanum, & Eliphandum Toletanum Epiſcopos libellus. Quæ nunc pridem in* G *lucem reſtituuntur. Anno ſalutis M. D. XLIX.*

Secunda fraus eſt, *opus hoc compoſitum fuiſſe in Concilio Francofordienſi.* Tertia, *in eodem promulgatum.* Quarta, *inde ad Hadrianum Papam miſſum.* Forſan non immeritò quintam fraudem nominaveris, quòd dicit; opus hoc depromptum fuiſſe ex Bibliotheca Joannis Tilii Epiſcopi Meldenſis, & ab eodem evulgatum. Nam editor vocat ſe *Eli Phili*, quem Hæreticum fuiſſe ipſa præfatio manifeſtè indicat, neque ullus Catholicus, tantum abeſt, ut Epiſcopus, tanta convicia in orthodoxos unquam evomuiſſet, quanta in illa præfatione continentur. Calviniſta tamen *Joannis Tilii* nomen audacter H præſcribit, & ex *Eli, Phili, Eliphilum*, quaſi *Theophylum* nobis procudit, cui fidem nunquam habiturus ſum, quoad locupletiores teſtes produxerit.

In proœmio operis leguntur hæc verba: *Geſta præterea eſt fermè ante triennium & altera Synodus illis in partibus, &c.* hoc eſt, Synodus ſecunda Nicæna: *Falſus eſt iſte numerus*, clamat Calviniſta: *cùm hæc Synodus Francofordienſis Nicæna illa toto ſeptennio poſterior ſit.* Vidit Calviniſta, ſe commentum ſuum de compoſito & publicato in Francofordienſi Synodo

Digitized by Google

... Operis admodum torquet Calviniſtam. Clamat, *eſſe ſpurium, atque à Romanis adulatoribus confictum: deeſſe in editione Pariſienſi & Colonienſi: & inſuper in Capitulari Adriani Papæ apud Laurentium Surium.*

At non deeſt in aliis editionibus, ùt novit ipſe Calviniſta: & integriora deinceps exemplaria reperta ſunt, ùt ſæpe fieri ſolet in omni litterarum genere, ex quibus defectus priorum editionum ſuppletus eſt.

Acriter it Calvinianus in Severinum Binium, qui in Notis Refutationem operis Pſeudo-carolini ab Hadriano factam, ſcribit, imperfectè à Surio eſſe editam; integram verò ex Gallia ad Gregorium XIII. fuiſſe miſſam.

C Calviniſta ſcire vult; *quis Galliarum locus? Ubi terrarum? Quis eſt? Bibliotheca cuiatis? Is, qui miſit, unde genus? Ubi gentium?* Nimis profectò anxiè: quæ ſi à ſuis Criticis exigeret, quoties integriorem vel pleniorem Codicem laudant & proferunt; face ſibi ac viatico ad hæc omnia expedienda opus fore dicerent. Audi Calviniſta, *Severinus Binius*, vir diligens & eruditus, etiam abſque teſte, dignior eſt fide, quàm tu cum duobus tribuſve teſtibus tibi conſimilibus. Notum eſt plurima Eccleſiaſticæ vetuſtatis monumenta ad Gregorium XIII. Pontif. Max. fuiſſe miſſa, cùm recognitionem DECRETI GRATIANI adornaret, inter quæ fuerunt, *Capitularium liber ſeptimus, & Capitularia adjecta*, miſſa à Jacobo Amioto Epiſcopo Antiſſio-

D dorenſi ex Bibliotheca Eccleſiæ Bellvacenſis, ùt dicitur in Indice veterum monumentorum initio Decreti à Gregorio XIII. emendati. Quid vetat credere, inter hæc capitularia fuiſſe etiam capitulare hoc Adriani? Adſcribamus Capitulum, cujus aſpectus Calviniano tam injucundus accidit.

Sciat Dominus Apoſtolicus & pater noſter, & cuncta ſimul Romanorum Eccleſia, ut ſecundùm quod continet in epiſtola beatiſſimi Gregorii, quam ad Serenum Maſſilienſem Epiſcopum direxit; permittimus imagines Sanctorum, quicunque eas formare voluerint tam in Eccleſia, quàm extra Ec-

... nium adoratio & veneratio diſſuadeatur, neque, qui non adorat, bonum factum facere cenſeatur. Neque in epiſtola S. Gregorii docetur, eum, qui imagines adorare nolit, ad adorationem cogendum eſſe: ut proinde hoc ultimum capitulum nihil in epiſtolam S. Gregorii committat.

Nec obſtant cultui imaginum illa verba S. Gregorii. *Et ſi quis imagines facere voluerit, minimè prohibe, adorare verò imagines omnimodis devita:* quia nil aliud vult, quàm imagines non eſſe adorandas inſtar Dei, quo pacto Ethnici ſuas ſtatuas adorabant.

Sed vide ingenium Calviniſtæ. Textum emendat, ſi pervertere eſt emendare; ut, quod cupit, obtineat. *Adorare verò eos nequaquam conhibemus, qui voluerint.* Cor Critici. Ex, *cogimus*, facit *conhibemus*, hoc eſt, concedimus, permittimus; hanc enim notionem verbo *conhibendi* ſubjectam eſſe, Probat Calviniſta ex Lexico illo, quod *Catholicon* nominant, cujus cœnum iſte diligenter ruſpari ſolet. Ex, *noluerint*, facit, *voluerint*. Rem factam ubique habebit Calviniſta, & quidem abſque ullo negotio; ſi quidvis in quodvis per Alchimiſticam Criſin mutare, & textum eò uſque edolare liceat, donec ad perſuaſionem noſtram adaptetur. G

Quàm verò libri Carolini varia ſingulis propè pagellis adversùs Calviniſtas, complectantur, promptum eſſet oſtendere, niſi longiùs à propoſito abſcedere religio eſſet. Vel hæc de ſancta Cruce conſidera, quàm Calvinianis placitis ſint conſentanea. I. *Hoc vexillo* (S. Crucis) *antiquus hoſtis victus eſt.* II. *His armis Diabolus expugnatus eſt.* III. *Per hanc* (Crucem) *inferni clauſtra deſtituta ſunt.* IV. *Per hanc humanum genus redemptum eſt.* V. *In Cruce pretium mundi pependit.* VI. *Crux Regis noſtri inſigne eſt, quod noſtri exercitus indeſinenter aſpiciunt legiones.* VII. *Crux eſt ſignum noſtri Imperatoris, quod ad prælium noſtræ ſequuntur cohortes.* VIII. *Dominicæ Crucis myſterium eſt vexillum, quod in campo duelli, ut fortiùs confligamus, ſequi debemus.* IX. *Crux eſt*

Lib. 2. c. 28. H

Digitized by Google

minibus.

Hæc & plura talia in laudem ſacroſanctæ Crucis liber Carolo Magno perperam adſcriptus, quæ Calviniano palato gratiſſima indubiè accidunt; ùt & iſta: *Crucem eſſe adorandam, imagines retinendas, non eſſe Idola. Idolum & imaginem magno diſcrimine ſecerni: ſanctam, Romanam, Catholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam cæteris Eccleſiis eſſe prælatam, & pro cauſis fidei cùm quæſtio ſurgit, omninò conſulendam. Nec alios ſcripturæ libros recipi debere, niſi quos ipſa recipit. Sicut cæteris diſcipulis Apoſtoli, ita cæteris ſedibus Apoſtolicas, & Apoſtolicis Romanam eminere Eccleſiam. Hanc nullis Sy-* C *nodis conſtitutis cæteris Eccleſiis prælatam eſſe, ſed ipſius Domini auctoritate primatum tenere, dicentis: Tu es Petrus, &c. Hanc ſanctæ fidei munitam armis, & à fonte lucis, & origine bonitatis ſalutaribus ſatiatam fluentis, horrendis, atrocibúsque hæreſum obſiſtere monſtris, & mellifluа prædicationis pocula Catholicis per orbem miniſtrare Eccleſiis, ſanctos & eruditos viros per diverſas mundi partes, prædicationis & ſcientiæ lampade coruſcantes, non ſolùm à ſancta Romana Eccleſia non receſſiſſe, ſed etiam tempore neceſſitatis ob fidei corroborationem ab ea adjutorium imploraſſe. Regulariter omnes Catholicas debere obſervare Eccleſias, ut à Romana Eccleſia poſt Chriſtum ad muniendam fidem adjutorium petant, quæ (Romana Eccleſia) non habens maculam nec* D *rugam, & portentuoſa hæreſum capita calcat, & & fidelium mentes in fide corroborat.* Hæc & plura alia, quæ de Romana Eccleſia lib. 1. cap. 6. & alibi aſſeruntur, valdè ſcilicet ad Calvinianum ſtomachum faciunt.

De Pſeudoſynodo Pariſienſi, quam ſuo quoque centoni Goldaſtus inſuit, mora mera fuerit aliquid dicere, poſt illuſtriſſimos Bellarminum & Baronium. Illud obſervetur, Calviniſticis inſtitutis admodum concinnè conſonare encomia ſanctæ Crucis, quæ cap. 13. ex antiquorum monumentis copiosè recitantur, ut & illa, quæ Auctores illius Synodi cap. 14. ex proprio ſuo ſenſu de ſancta Cruce tradunt; quorum primum

ribus ejus certiſſima fide contra omnes inſidias Diaboli munire docuiſſe, gladióque inexpugnabili, dextras cunctorum fidelium armare ſtuduiſſe.

III. *Utraque* (hoc eſt, corpus & ſanguinem Chriſti) *in ſacris Miſſarum ſolemniis, ex quo conſecrari cœperint, uſque in finem penè ſine intermiſſione, Crucis ſignaculo benedici, nec eſſe quemquam tam ſapientem vel inſipientem, qui ullo modo hanc conſecrationem aliter ſe poſſe perficere Deo placitè præſumat, niſi hoc ſemper ejuſdem ſanctæ Crucis ſignaculo conſecrare ſtudeat.*

IV. *Nihil in his omnibus, quæ ad ſalutem ſive in hoc ſæculo, ſive in futuro pertinere poſſint, ſine Crucis ſignaculo incipere, actitari, vel con-* G *ſummari.*

Bellarminus in Refutatione Pſeudoſynodi Pariſienſis cap. 4. dicit, Patres illos non ſatis ſibi conſtare, cùm docent, *Crucem adorari debere, non autem imaginem Crucifixi.* Reſpondet Junius in Notis ad hoc caput. *Hanc Bellarmini reprehenſionem eſſe partim juſtam, partim injuſtam. Iuſtam eſſe, quòd reprehendit errorem de adoratione Crucis vel ligni Crucis.* (Ubi verò reprehendit Bellarminus *Crucis adorationem, tanquam errorem?* Monſtra, ſodes, locum. At nunquam poteris, ſat ſcio: quia non reprehendit adorationem Crucis; abſit, abſit hoc à quovis Catholico pectore; H ſed reprehendit, quòd iſti cruces adorandas affirmarent; imagines verò Crucifixi & aliorum cælitum nullo honore dignandas docerent. Connexum hoc reprehendit Bellarminus, quia inconnexum eſt, & malè coagmentatum) *Injuſta reprehenſio eſt, quòd Crucem & imaginem Crucis confundit: nam crux lignea ubicunque eſt, Crux eſt, non autem imago Crucis.* (Quid monſtri audio? An Crux, quæ eo conſilio fit, ut primam Chriſti Crucem, & ipſum Crucifixum nobis repræſentet, non eſt imago? Quæſo te, quid eſt imago? Nónne id, quod ad alterius ſimilitudinem & repræſentationem fit ac inſtituitur?) *& toto genere differt ab imagine;* (& hæc tua ignorantia toto prædicamento differt à veritate) *cùm illa propriè ſit atque dica-*

tur

Digitized by Google

non omnis imago Crux. Quis enim unquam imaginem Angeli, Apoſtoli vel Deiparæ nominavit Crucem? Quis non rideretur, ſi crucis nomine talem imaginem afficeret?) *iniquum ergo eſt, ut pari honore & religione cenſeatur imago cum Cruce.* Imò iniquum eſt garrire, nec tamen quid garrias, attendere; & adhuc iniquius, ſomnia ſua aliis affricare, prout tu Pariſienſis ſcripti collectoribus delirium tuum affricas; qui crucem quamlibet, ſive ſit prima, quam Redemptor noſter ſanguine & morte ſua conſecravit, ſive primæ effigies: diſertiſſimè adorandam & colendam dicunt; non præcisè quatenus crux eſt, ſed quà Crux Chriſti, ſive reipſa, ùt fuit prima illa crux; ſive repræſentatione, ùt ſunt aliæ cruces, primæ crucis ectypa & icones. Illud ænigmati aſſimile eſt: *Lignum & ſignum Crucis adhibuerunt priſci ad cultum; ſed non coluerunt.* Illud verò ἄτοπον, *Biblia & ſacra vaſa eſſe colenda; ſed cultu humano*, id eſt, *non ſacro, non religioſo* quaſi Biblia & vaſa ſacra, non ſint res ſacræ & religioſæ, ſed vulgares & profanæ.

C

Notetur autem ſive fraus, ſive inſcitia Calviniſtæ Goldaſti, qui inter teſtimonia pro Pſeudoſynodo Pariſienſi affert etiam iſtud:

D

Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus contra Hincmarum Laudunenſem Epiſcopum.

AUctoritate itaque hujus Synodi, (Francofordienſis videlicet) *nonnihil repreſſa eſt imaginum veneratio, ſed tamen Ha-*

jam pridem ab myrico in Catalogo collecta fuerint, unde ea Goldaſtus tranſcripſit; neque aliud ſunt, quàm deſipientis Claudii deliramenta à Jona validiſſimè diſcuſſa & profligata. Ut & à Dungalo lib. contra eundem Claudium, cujus libro excerpta iſta integra præfiguntur; ad quorum calcem indicatur, quantus fuerit liber Claudii adverſùs Theodemirum Abbatem his verbis. *Liber, de quo iſta excerpſimus, tantæ magnitudinis eſt, quantum liber Pſalmorum, & quinquaginta Pſalmi plus.* Cùm autem Calviniſta hæc excerpta Claudiana Ludovico Imperatori adſcribit, perinde facit, ac ſi articulos à Leone X. Pontif. Max. & ab Academiis Pariſienſi & Lovanienſi ex Lutheri operibus excerptos, adſcriberet Leoni X. aut Academiis Pariſienſi & Lovanienſi; cùm eos non excerpſerint, quòd probarent, vel eo fine, ut probarent; ſed ut condemnarent. Quæ itidem Mens Ludovico Imperatori fuit in enotandis Claudii Taurinenſis erroribus. Quapropter ea ad Jonam refutanda miſit. Et hic terminus eſto primæ partis hujus Horti, in qua omnia decreta Imperialia à Calviniano Goldaſto coacervata, excuſſimus, & qua fide lectoribus appoſita fuerint, dilucidè oſtendimus.

G

H

Digitized by Google

CRUX SCHIRENSIS
NOTATIONIBUS ILLUSTRATA.

LECTORI.

EST SCHIRA nobile & antiquum Bavariæ Monaſterium in colle amœno ſitum, non procul ab Oppido, quod Pfaffenhofen *indigitatur; de quo, vide Hundium in Metropoli.*

In eo aſſervatur & religioſè colitur Crux ex ligno Dominicæ Crucis confecta; cujus hoc loco ectypon coloribus adumbratum tibi exhibuiſſemus, ſi quæ eam ad rem neceſſaria erant, in promptu fuiſſent. Sed imaginis abſentiam compenſet ſtylus. Eſt ergo Crux Schirenſis quaſi ſpithamæ unius, longitudine: latitudine duorum eſt granorum: (quorum quatuor faciunt unciam, ſeu digitum.) Dividitur verò: cùm ſupra; tum nonnihil infra medium, tranſverſis portionibus, quatuor quidem unciarum circa ejuſdem umbilicum; duarum, circa verticem. Colore eſt ſpadiceo, ſeu caſtaneo. Porrò extrema ipſa ſena, forma ſemilunari facta & effigiata cernuntur.

PRI-

Digitized by Google

hanc crucem conſtruximus: & ſuper hæc de ſacra cruce, ſanguine Chriſti dedicata, *partem addidimus, & ad veſtram conſolationem per CONRADUM Canonicum, & filium noſtrum latorem, & cuſtodem hujus ſanctæ Crucis: ejus etiam monitu & rogatu, ad vos eam dirigimus.*

Quocirca univerſitati veſtræ in Domino conſulimus, ut quicunque deſiderio compunctus, vel voto obligatus Dominicum ſepulchrum viſitandi, ſed infirmitate, vel paupertate, aliiſque quàm pluribus incommodis, ut ſuprà dictum eſt, impeditus, tam longum, támque periculoſum iter nullo modo perficere poſſit; ſuper hanc Crucem ſanctam, ſacroſanctis ſanctuariis ſanctificatam, DEO ſacrificium laudis ſecundùm modulum ſuæ facultatis, domum, terram, vel quamlibet poſſeſſionem DEO, & ſuo glorioſo Sepulchro delegationem faciat, & altiſſimo vota ſua perſolvat, & ex parte DEI, & noſtra voto abſolutus abſcedat, & tantum mercedis accipiet, quàm ſi ſuper ipſum Dominicum ſepulchrum delegâſſet.

Fortiores verò, & in hoc beatiores, quod promiſerunt, quia poſſunt, perſolvant: ut, ſecundùm ſuum laborem, propriam mercedem accipiant. Nos quoque quantam retributionem Orationum, *eleemoſynarum, omniúmque beneficiorum, quæ in Eccleſia ſancti ſepulchri, & ad eam pertinentibus, fiunt, à DEO habere ſperamus, omnibus hanc Crucem ſanctam venerantibus, & ſuper ipſam Dominico ſepulchro adjutorium conferentibus, ex parte DEI concedimus, & conceſſam in Domino confirmamus.*

Sigilli plumbei forma:

Partis anticæ:



✠ *Sigillum Canonicorum.*

Patris poſticæ: Fabrica Dominici ſepulchri expreſſa eſt: hanc hæc ambit inſcriptio. ✠ *SANCTISSIMI SEPULCHRI, ſubaudiendum videtur* Eccleſia, *vel*, effigies.

POSTE-

Digitized by Google

nam in felicitate ſuperna à Domino Jeſu Chriſto remunerationem, & beneficiorum, & orationum Eccleſiæ Dominici ſepulchri participationem, ex piæ ſolicitudinis veſtræ efficacia in hac parte noſcamini promeruiſſe.

Plumbei ſigilli forma.

Prior. Chriſtus reſurgens dextra trahens è limbo patres: ſiniſtra Crucem ejuſmodi



præferens: inſcriptio talis eſt græca Η ΑΝΑΣΤΑΣΙΣ.

A tergo ✠ *ERACLIUS SCE RESURRECTIONIS ECCLESIÆ PATRIARCHA.*

HÆc ſunt Diplomata Schirenſia, de Quibus itidem Aventinus in Annalibus Schirenſibus Anno Chriſti M.C.LVI. *Conradus iſte Dux Dalmatiæ, Comèſque Dachuni ſalutiferæ Crucis, ſacroſanctique ligni magnam partem ab* Heraclito Patriarcha *Hieroſolymitano impetravit. Hoc quoque omine, quicunque preſſus inopia, valetudinève adverſa Solymos proficiſci nequiverit, non minorem veniam, quàm ſi illuc iviſſet, conſequitur: ſiquidem donaria pro ſua pietate elargitus fuerit. Hoc ſacroſanctum munus Conradus Dux Cœnobio Schirenſi tradidit. Ubi adhuc ſervatur, ac magna reverentia celebratur: convenit huc certatim ſingularum ſeptimanarum ſexto quoque die populus, ac ſacerdotes complures; uti conſpeximus.*

Fama conſtantiſſima manet (ſicuti ego quoque à gravibus viris accepi) quicunque hanc ſacroſanctæ Crucis partem, dum ei monſtratur, conſpicatus non fuerit, aut crimini flagitioſo obnoxium eſſe, aut eodem anno proculdubio moriturum. Id quod mea memoria eventu probatum ſæpius eſſe audivi. Admodum fabrè, magnificéque hæc ſacra argento, auróque incluſit Reverendus Pater Dominus Joannes Turbeit Monaſterii Schirenſis mea ætate Abbas, ſingularis prudentiæ, atque diligentiæ homo. Extant adhuc, ac diligenter, & adhuc integra ſervantur, & obſignata duo diplomata Friderici, & Heracliti Patriarcharum, cum Græcarum literarum inſcriptione, ex quibus pleraque excerpſimus.

Hæc eadem verbatim fermè recitat Wilhelmus Eiſengreinius in Catalogo teſtium veritatis in Conrado Comite à Dachauu circa Annum Domini M. CLVI. qui de Conrado addit: Conradus Princeps ingenioſus, gravis & ornatus moribus, numinis reverentiſſimus, liberalibus ſtudiis, ſacríſque diſciplinis deditus, priſcæ ſanctitatis æmulus, de laudibus ſanctæ Crucis doctiſſimos Commentarios Friderico I. Barbaroſſa Imp. Cæſare Auguſto ſcripſit. *Hæc ille, quæ licèt ipſe referat ad Conradum, qui in conflictu apud Mediolanum occubuit; neceſſariò tamen ad filium ejus Conradum referri debent. Hic enim Crucem ab Heraclio Patriarcha* Hieroſolymitano *obtinuit, Crucem, inquam, illam, quæ Canonico cuidam Hieroſolymitano vi ablata fuerat, cùm Conradus Dux Dalmatiæ, & poſtremi Conradi parens rerum Dachauuienſium potiretur, ùt poſtea videbimus.*

Quid

Digitized by Google

Digitized by Google

I. Quis Patriarcha ille primi Diplomatis Auctor.

AVENTINUS per *F. Fridericum* Patriarcham Hieroſolymitanum intelligit. Sed quis tum (imò toto tempore, quo poſt annum milleſimum Hieroſolyma in Chriſtianorum poteſtate fuit) *Fridericus* Patriarcha Hieroſolymis? Ego, inquit ampliſſimus *Dn. Marcus Velſerus* IIVir Auguſtanus, Ful-
A cherum aut Fulcherium interpreter, quem Baronius anno M. C. XLVI. iniiſſe, & Anno M. C. LX. obiiſſe ſcribit: Et cùm Conradus de Dachavv, cujus operâ Crucem ad Schirenſes perveniſſe volunt, anno M. C. LVIII. mortuus fuerit, certè Fulcherii Patriarchatûs tempus illi egregiè convenit. Annum autem M. C. LVIII. mortis Conradi, neglectis aliorum ſententiis, Arenpekii auctoritate conſtituo, cùm præſertim Mediolanenſe bellum in hunc annum inciderit. Arenpekii verba lib. 5. cap. 5. hæc ſunt.

Conradus filius Conradi Comitis de Dachauu, propter magnæ virtutis exercitium, meruit Croatiæ, & Dalmatiæ Ducatum. Qui & temporibus Friderici Imperatoris, in expeditione, quam idem Imperator contra Mediolanenſes fecit, apud
B *Bergomum vivendi finem fecit, anno Chriſti M. C. LVIII. ejúsque corpus in terram ſuam deportatum, in Monaſterio Schirenſi ſepultum eſt. Cujus liberalitas, & in multis probata periculis animi magnitudo, meruit, ut ſubtractus ex hac luce, memoria illius longo tempore apud poſteros non deleatur. Hujus filius nomine Conradus, optimæ virtutis juvenis, ſine hærede deceſſit, & idem apud Scheiren in Sepulchro Patris, Atavi, & proavi, ſepultus eſt. Poſtea caſtrum Dachauu, & omnia ſibi attinentia, Otto Dux Bavariæ decem marcis auri, & octingentis talentis à Domina Vdilhilde vidua defuncti, comparavit.* Quòd Arenpekius de poſtremo Conrado ait, *optimæ virtutis juvenis*, indicio eſt, eum pubertatis annos egreſſum, ne quem Aventini verba, ſtarb ohne Leibs-Erben alſo jung, aut Hundii in genealogiis, noch unvogtbar, aliò trahant. Sanè annum M. C. LXXX. attigiſſe nihil vetat, ſed ante exitum M. C. LXXXIII. obiiſſe oportet. Otto enim Dux, cui Mater, poſt filii obitum, Dachauu vendidit, hoc ipſo deceſſit.

II. Nam ad prædictum Conradum de Dachauu, Crux, cujus in diplomate primo fit mentio, miſſa fuerit.

Reſpondet idem nobilis & ampliſſimus C
Dominus Marcus Velſerus. Etſi Fulcherii Patriarchæ, & Conradi Ducis patris tempora conſentiant, ego in diplomate veſtigium nullum reperio, quod indicio ſit, Crucem ad Conradum miſſam eſſe. Quin diplomatis verba in hanc potiùs ſententiam interpretor, Patriarcham Crucem eo conſilio in Europam miſiſſe, per Conradum Canonicum Hieroſolymitanum, *quem cuſtodem hujus ſanctæ Crucis appellat*, ut is eam venerandam proponeret, & *quicunque deſiderio compunctus, vel voto obligatus*, viſitandi ſepulchri Dominici, eò pervenire non poſſet, *ſuper hanc Crucem ſanctam ſacroſanctis ſanctuariis ſanctificatam, Deo ſacrificium laudis, ſecundùm modulum ſuæ facultatis, domum, terram, vel quamcunque poſſeſſionem, Deo, & ſuo glorioſo ſepul-* D
chro delegationem faciat. Voto nimirum ea ratione ſolutus, & tantum mercedis accepturus, *quàm ſi ſuper ipſum Dominicum ſepulchrum delegâſſet.* Ita Velſerus: & per ſe ex diplomatis contextu liquet, Crucem illam cum litteris Patriarchalibus, univerſim ad omnes Europæos deſtinatam fuiſſe.

III. Quis Canonico Hieroſolymitano Crucem hanc abſtulerit? Reſpondet Dominus Velſerus. *Canonico Hieroſolymitano* Crucem vi ablatam eſſe (puto Fulcherii diploma unà) ex altero Eraclii diplomate conſtat. Quod diploma ad Conradum, filium Conradi ſuperioris

Digitized by Google

Reſpondeo, videri diverſam: nam in Cruce miſſa ad Europæos à Fulcherio Patriarcha, continebantur variæ Reliquiæ de variis locis; Chriſti & Deiparæ tactu, uſu & miraculorum patratione conſecratis, ùt diſertè in Diplomate perſcriptum eſt: at nihil horum hodie apparet in Cruce Schirenſi, quia ex ſolo ſanctæ Crucis ligno confecta eſt eo ſchemate, quod ſuprà deſcripſimus: ſine ullo aliarum Reliquiarum additamento.

Ego, re diligenter conſiderata, in eam
C ſententiam venio, Crucem Schirenſem ex ligno Dominicæ Crucis compactam, eſſe duntaxat partem Crucis illius, quæ à Fulcherio, per Conradum Canonicum, in Europam, ſubſidii pro ſancto ſepulchro colligendi gratia, fuerat miſſa; quia in ea inerat cum cæteris Reliquiis pars de *ſacra Cruce*, *ſanguine Chriſti dedicata*, ùt loquitur diploma; hanc partem Crucis Patriarchalis exiſtimo eſſe Crucem illam, quæ hac ætate in Monaſterio Schirenſi aſſervatur; quocunque, longinquitate temporis, Crux ipſa Reliquiis referta, & Conrado Canonico Hieroſolymitano ablata devenerit. Nimirum longinqua vetuſtas non modò res profanas, ſed & ſa-
D cras immutare & permutare conſuevit.

Scripſeram hæc ex conjectura, & poſtea cum ampliſſimo Domino *Marco Velſero* communicaveram; qui in hæc verba reſcripſit. *Crucem Schirenſem remitto, in qua non poſſum non probare conjecturam tuam. Mihi veriſimile fit, hanc duplicem Crucem mediam inſertam fuiſſe Cruci Hieroſolymitanæ, additis circum cæteris ſacrorum locorum Reliquiis, cujuſmodi hodie quoque Cruces adornari ſolent.*

V. Qua auctoritate Patriarcha Hieroſolymitanus abſolvit à voto peregrinationis Hieroſolymitanæ illos, qui hanc crucem piè venerarentur, & ſtipe ſua ſepulchro Dominico ſubvenirent; cùm votum hoc ſit ſummo Pontifici reſervatum. Reſpondeo, aut illo

Engoliſmenſis Epiſcopus, Apoſtolicæ ſedis legatus, alii parti præſtantes aſſenſum, moleſtiis quàm plurimis fatigabat. Quod vir vitæ venerabilis non ferens, ſumpta licentia à fratribus, orationis gratia Hieroſolymam venit, tandémque in clauſtro Eccleſiæ Dominici ſepulchri regularem vitam, & aſſiduitatem profeſſus, ad Eccleſiam Tyrenſem vocatus eſt. Rexit autem eandem Eccleſiam ſtrenuè & feliciter, annis duodecim, quartus antè nos, qui nunc eidem Eccleſiæ non electione meriti, ſed ſola Domini dignatione, & patientia præſidemus. Patriarchatum iniit, ùt ſuprà dictum, anno M. C. XLVI. obiit M. C. LX.

Sanctæ Chriſti Domini noſtri Reſurrectionis Eccleſiæ] De hoc templo. vide, quæ dicta Tomo 1. de S. Cruce lib. 1 cap. 65. Ejus G
formam accuratè deſcribit Tyrius lib. 8. cap. 3. Quem lege.

Et A. Eccleſiæ ſancti ſepulchri Prior.] Eſt is Amalricus, Fulcheri in Patriarchatu ſucceſſor de quo Tyrius lib. 18. cap. 20. *Per idem tempus, cùm Hieroſolymitana, mortuo D. Fulchero, bonæ memoriæ, vacaret Eccleſia, contigit Eccleſiarum prælatos Hieroſolymam convocari, electus eſt D. Amalricus, Eccleſiæ Dominici ſepulchri Prior, &c.* De quo idem Tyrius lib. 19. cap. 1.

Vocatur Prior; quia Canonici cathedra- H
lis Templi Hieroſolymitani *Regularem* & monaſticam vitam profitebantur, ſub uno ſuperiore, quem *Priorem ſancti ſepulchri* nominabant. Albertus Aquenſis lib. 6. cap. 40. *Placuit ſummo principi Jeruſalem, Duci Godefrido, nec non & cæteris omnibus, ut in Templo Dominici ſepulchri viginti fratres in Chriſto, divini cultores officii, conſtituerentur; quia aſſiduis horis Domino Deo viventi in laudibus & hymnis pſallerent, hoſtiam corporis & ſanguinis Jeſu Chriſti devotè immolarent; deinde quotidianam ſuſtentationem de oblatione fidelium conſtitutam ſuſciperent.*

Fulchero anno Redemptoris M. C. XLVI. ad Patriarchatum Hieroſolymitanum evecto, *Tyriæ*

Digitized by Google

ab *Alberto*, Canonico Aquenſi: pervenit enim
B ad me Lovanio Chronici illius exemplar
manu exaratum, ſtudio & opera *P. Heri-
berti Roſvveidi* ex Societate noſtra; cujus in-
ſcriptio ita habet. *Incipit hiſtoria Hieroſoly-
mitanæ expeditionis edita ab Alberto Canonico &
Cuſtode Aquenſis Eccleſiæ, ſuper Paſſagio Gode-
fridi de Bullione & aliorum principum.* Aſſer-
tus igitur ſit ſuo legitimo & genuino patri
hic partus, qui ad hunc uſque diem per or-
bem pupillus diſcurrit.

*Ante glorioſ. Domini Sepulchrum Sanct. ſuf-
fragia Orationum*] Loco ſalutis offerunt pre-
ces coram ſepulchro Dominico fundendas;
C etſi enim preces bonæ ſunt ac ſanctæ, ſanctis
tamen locis peractæ, non immeritò majus
momentum habere cenſentur. Quæ autem
loca ſanctiora, quàm illa, quæ à Redemp-
tore noſtro tacta & conſecrata ſunt, inter
quæ ſepulchrum Domini valdè eminet, quod
Chriſti amatoribus tanto fuit in pretio & ex-
iſtimatione, ut etiam cum hoſtibus manus
conſerturi clamarent, ùt eſt apud Rogerum
in Annalibus Anglicanis: *Adjuvet nos Chri-
ſtus Dei filius, & ſanctum ſepulchrum ejus. Lo-
cus quidem, quo corpus Chriſti poſitum eſt*, in-
quit S. Chryſoſtomus lib. Quòd Chriſtus
ſit Deus: *brevis erat, & valdè anguſtus; an-
guſtior tamen & venerabilior mille Regum pala-
tiis, imò etiam Regibus ipſis. Et erit requies
ejus honor: non in ipſo tantùm, ſed & in diſci-
pulis ſuis hoc contigit. Nam qui ducebantur &
D circumducebantur, qui contempti erant, & vin-
cti, qui innumera patiebantur, dum vivebant;
ubi defuncti ſunt, regibus ipſis erant magis ve-
nerabiles; & Roma, quæ Urbium eſt regaliſſi-
ma, relictis omnibus, ad ſepulchra piſcatoris,
& pellionis currunt & Reges, & præſides, & mi-
lites. Et in Conſtantinopoli Reges noſtri magnam
gratiam putant, non, ſi propè Apoſtolos, ſed, ſi
vel extra eorum veſtibula, corpora ſua ſepelian-
tur, fiántque piſcatorum oſtiarii Reges. Neque
hinc in morte confunduntur, ſed honeſtantur &
ipſi, & eorum nepotes & pronepotes.*

Neque toleranda eſt quorundam impro-

Geſellſchafft, ein ſolche Forcht und Schrö- F
cken an, daß uns alle Härlein gen Berg
ſtunden, und uns beduncket, wir ſchweb-
ten zwiſchen Himmel und Erden, ja als
wären wir von der Erden verzuckt, es er-
wecket auch ein ſolche hertzliche Andacht,
und Eyfer in uns, gegen Chriſto zum Ge-
bett, und Chriſtlicher Dancksagung, daß
über alle Maſſen iſt.
*Non videtur mihi Dominicum Sepulchrum com-
mentitiis Reliquiis annumerandum: ſed eſſe ve-
rum & genuinum Chriſti ſepulchrum, cùm à nul-
lo, ſive Chriſtiano, ſive Turca, ſine religioſo
horrore, admiratione, & obſtupefactione vide-
ri queat: cùm enim ingreſſus fuiſſem cum ea perſua- G
ſione; quaſi id verum ſepulchrum Chriſti non eſ-
ſet, inſtar cæterarum Reliquiarum ſuſpectum il-
lud habens, quaſi fabula, vel nil aliud, quàm
naſſa pecunias expiſcandi foret; poſtquam tamen
intra ſpeluncam fui, tantus me, ùt & ſocios
meos* (Lutheranos) *timor & pavor occupavit,
ut omnibus comæ ſtarent, ita, ut inter cælum
& terram volitare, & à terra abſtrahi nobis
videremur. Tantum inſuper pietatis ſenſum &
ardorem erga Chriſtum & ad preces concipiendas,
gratiáſque perſolvendas excitavit, ut nullis ver-
bis explicari poſſit.*

Hæc de ſe & ſodalibus ſuis Lutheranis Lu-
theranus iſte Prædicans, cujus ferreum pe-
ctus, ſi conſpectu Dominici ſepulchri adeò H
emollitum eſt, quid in eorum animis eve-
nire cenſebimus, qui vera fide inſtructi, &
gratia divina præditi cum ſalutari malè com-
miſſorum deteſtatione, ſacratiſſimum hoc
penetrale ſubeunt: cujus videndi, ſubeun-
di & colendi cauſâ tot millia ſingulis ætati-
bus per mare, per terras, & per innumera
pericula properârunt: & tamen ſi Lutherum
audimus, ad rem, quæ Deo non magis eſt
curæ, quàm *vacca Helvetica*, tantis impen-
ſis ac laboribus properârunt.

Audi, quid Veſanus Apoſtata in libro *de ab-
roganda Miſſa privata* lallet (neque enim dicere
poſſum) ſcribat: *Celebris eſt in terris iſtis, me
puero, ſæpè cantata Prophetia: Eſſe redimendum
ſepul-*

Digitized by Google

[illegible]: quæ ſunt iſta: Dann nach dem Grab, da der HERR inn gelegen hat, welches die Saracenen inne haben, fragt GOtt gleich ſo vil, als nach allen Kůen von Schweitz. *Quia ſepulchrum, in quo Dominus jacuit, & quod Saraceni occupant, tantum curat Deus, quantum univerſas vaccas in Helvetia.* Hic Interpres, fideliſſimus ſcilicet, omiſſis *vaccis Helveticis*, ad boves, de quibus S. Paulus, tranſilit, ut blaſphemiam ſui patris nonnihil hoc quaſi velo operiat.

C Sed ecce, quàm anxiè Lutherus quinto ſuo Evangelio prædictiones & vaticinationes conquirit; quas aliquando ab Huſſo, *Anſere*, mutuatur: Hic ex vulgi ſermonibus de *ſepulchro Dominico* hoſtibus eripiendo; cui *ſcriptura* eſt ſepulchrum: in hac veritas *per Papiſtas occiſa, ſepulta jacuit.* Scilicet, ùt Chriſtus Lazarum ex ſepulchro vivum eduxit, voce illa: *Lazare veni foras;* ita Lutherus ex ſepulchro ſcripturarum vivam eduxit veritatem, carmine illo cum valida vociferatione uſus: *Veritas, veni foras.* Sed quomodo Veritas ſcripturæ occidi potuit, cùm *veritas Domini maneat in æternum*, Pſalmiſta teſte? Aut quomodo ſcriptura ſacra manſit ſcriptura ſacra, hoc eſt, *Verbum Dei*, ſine veritate? Magna *Lutheri* potentia, qui intermortuam veritatem Dei revocare ad vitam

D potuit; eadem prorſus felicitate, qua olim Arius, Eunomius, Neſtorius, Eutyches, & id genus alii, veritatem occiſam & ſepultam excitârunt: & talis prorſus Lutherus Angelus vel Magdalena ad hoc ſepulchrum fuit; qualis Arius, Eunomius, Neſtorius, Eutyches, & ſimiles. Quis non rideat hunc Islebicum Angelum? Quis non hanc fanaticam Magdalenam?

Non tamen prorſus diſplicet hoc Lutheri ſomnium. Nam ſi ipſe veritatem in ſcripturis ſepultam inde, velut ex ſepulchro, evocavit & excitavit, & vita denuò donavit;

is, omnibus ſeculis, poſt Chriſtum paſſum, edidit; non autem per *vaccas Helveticas*? Qui fit, ut etiam ipſi Prædicantes, ad F omnem pietatis ſenſum aliàs plumbei, ingreſſu in hoc auguſtiſſimum monumentum, toti propemodum liqueſiant, & cum Petro in Monte Thabor exclament: *Domine, bonum eſt nos hic eſſe.* An idem Prædicantibus contingit, quando *vaccas Helveticas* vident? Si ſepulchrum Dominicum à Deo non magis curatur, nec pluris penditur, *quàm vacca Helvetica*, Qui fit, quòd ab Imperatoribus & Regibus ſemper ſummo in honore habitum, & regiis ornamentis jam ante mille trecentos, & ampliùs annos, exornatum fuit? Cujus rei oculatum teſtem habemus S, Cyrillum Hieroſolymitanum in Catecheſi G XIV. ubi iſta legimus. *Quamvis nunc regalibus donis ornatus ſit hic locus, hortus tamen antea fuit*, &c. *Et unde reſurget Salvator? dicit in Canticis Canticorum: Surge, propera amica mea; & in ſequentibus: In foraminibus Petræ. Foramen Petræ dicit id, quod tunc ante oſtium Salvatoris monumenti erat foramen, ex eadem petra, ſicut hic ſolet eſſe ante monumenta exciſum. Nunc enim non apparet: quoniam eraſum eſt veſtibulum, propter præſentem ornatum. Nam ante regalem hunc ornatum & apparatum ſepulchri veſtibulum erat ante petram. Qui nunc ſunt reges, pietatis ergo argento induentes & auro, ſanctam hanc Eccleſiam Reſurrectionis Salvatoris, in qua nunc ſumus, extruxerunt, & argenteis monimentis ſplendidam* H *effecerunt. Sanctæ hujus Eccleſiæ hæc domus: quæ voluntate Chriſti ſtudioſa à beata memoria Conſtantino Imperatore ædificata, & ùt cernis, ornata eſt.*

Hic prætermittere nequeo, quò minùs commemorem, quod in animum meum credere non inducerem, niſi Prædicans Lutheranus ipſe de ſe, & ſociis ſuis Lutheranis, id publicè in literas retuliſſet. Nam cùm pro more, ad Confeſſionem & communionem à Guardiano, cujus in cura Dominicum ſe-

 pulch-

halben, an einem unſerer Freund begangen, wären übertwiſen worden, darum uns von den Vorſtehern unſerer Kirchen zur Buß auferlegt, Jeruſalem, und den Berg Sinai zu beſuchen, biß zu Austrag der Sachen.

Ut fictâ fabulâ prætenderent, quòd ipſis hæc Hieroſolymitana peregrinatio à ſuis confeſſariis, ob gravia crimina, pœnitentiæ loco injuncta fuerit: & quòd nec communionis ſanctæ, nec abſolutionis priùs eſſe poſſint participes, quàm peracta hac peregrinatione. Proinde, hoc ſe dare conſilii, ut apud Guardianum hanc cauſam prætenderemus; quo nimirùm pacto ob cædem, licèt improviſam & involuntariam, in amicum quemdam noſtrum admiſſam, eſſemus convicti: quam ob rem ab Eccleſiæ noſtræ præſidibus, pœnitentiæ
C *cauſâ, injuncta nobis ſit, Hieroſolymam, & ad montem Sinai peregrinatio; dum controverſia cædis ad exitum deduceretur.* Hæc prædicans.

Quæ ſententia valuit, & omnibus placuit. Ubi quid primum mirer, neſcio. Num ſtultitiam, ſi crediderunt, ſibi talia dicentibus abſque ullo legitimo teſtimonio, fidem habitum iri. An impiam hypocriſin, cùm ſimulârunt id factum, quod nunquam factum fuerat, nihil veriti, ſacroſanctæ Religionis titulum prætexere. An mendaciloquentiam, & quidem non unam, ſed multiplicem; quæ tam varia, ut propemodum ſingulis verbis ſua reſpondeant mendacia. An prædicantis effrontem ſtupiditatem, qui non erubuerit hæc, ſibi & ſociis ſuis tam probroſa & ignominioſa, literis mandare? An impudentiam, quos non puduerit homici-
D darum de ſe opinionem, quantùm in ipſis erat, concitare. Quot in uno crimine inſunt crimina? Quot fraudes, quot technæ; quantum duplicitatis? Quàm nihil ſimplicitatis? Quàm nihil candoris? Quàm pio cordis affectu iſtos loca ſacra obiiſſe, & ſepulchrum Dominicum intrâſſe arbitrabimur, iſtos inquam, qui per tot nefarias pſeudologias aditum ad ſacratiſſimum Redemptoris noſtri monumentum ſibi aperuerunt.

Quàm diſſimiles Novatores iſti cum aliis, qui Hieroſolymitanam peregrinationem ſuſ-

plomate enumerantur, apud Chriſtianos ſemper fuerint, & quanti etiam exiguum terræ ſanctæ lapillum & pulviſculum non modò orthodoxi, ſed & Donatiſtæ, aliique à Catholica Eccleſia alieni fecerint, oſtenſum eſt Tom. 1. de S. Cruce lib. 1. cap. 81. & 77. S. Auguſtinus Epiſt. 170. de Donatiſtis, quo cultu particulas terræ ſanctæ coluerint. *Pars Donati in ſolis Afris calumniatur orbi terrarum; & non conſiderat, ea ſterilitate, qua fructus pacis & charitatis noluit afferre, ab illa radice Eccleſiarum ſe eſſe præciſam, unde Evangelium in Africam venit: unde terra ſi eis afferatur, adorant; fidelis autem, ſi inde veniat, exſufflant, & rebaptizant etiam.*

Præcipua autem religione à peregrinis dicta loca obeuntur & honorantur. Paula & Euſtochium Epiſt. ad Marcellam & eſt inter Epiſtolas S. Hieronymi XVII. *Ergóne erit illa dies, quando nobis liceat ſpeluncam Salvatoris* G
intrare? In ſepulchro Domini flere cum ſorore, flere cum matre? Crucis deinde lambere lignum, &c. *Samariam pergere, & Joannis Baptiſtæ, Heliſæi quoque, & Abdiæ pariter cineres adorare?* S. Hieronymus lib. 3. contra Ruffinum cap. 7. *Bethlehem meam reverſus ſum, ubi adoravi præſepe, & incunabula Salvatoris.*

Quin & abſentes, aliquando mente & cogitatione ſanctiſſima iſtæc loca obibant, luſtrabant, & venerabantur, quando coram negabatur. Illuſtre hujus rei exemplum ſuppeditat nobis Theodorus Studita in Epiſtola ad Patriarcham Hieroſolymitanum apud Baronium Tom. 9. Annalium Anno Redemptoris DCCC. XVII. *Primùm quidem*, inquit Theodorus, *ejus* (Patriarchæ) *pedes ſe-* H
cundùm Deum ambulantes, amplector; hinc enim mihi benedictio; & ſanctificatio. Deinde, tanquam ab eo juſſus, ad ſancta loca proficiſcor, adveneror ſacrum ſolum, quod divina veſtigia calcârunt; vivificum monumentum, in quo ſanctiſſimum Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti corpus depoſitum fuit, ſacrum Calvariæ locum, ubi Dominus gloriæ crucifixus. Aliò pergo: ſanctam Bethlehem, quaſi Eden conſpicio, divinum adoro præſepe ſupra urnam auream, in qua
non

Digitized by Google

bant. Scribit S. Anaſtaſius Sinaita paulò antè ſua tempora Alexandriæ diſputaſſe quemdam ſermone quidem imperitum, ſed in Chriſto ſapientem, cum iis, qui ſequebantur hæreticos, Severum, Gaianum, & Barſanuphium; rogavit enim hic illos; ſi quis Rex haberet ταμεῖα, καὶ οἴκες τιμίες, ubi myſteria ipſius neceſſaria tractarentur; cuinam crederet, fideli, an infideli? Reſpondent illi, fideli. Ille verò continuò: ergo non eſt alia fides recta, præterquam in Eccleſia Catholica. Idcirco enim credidit nobis Deus omnia loca ſancta, in quibus ipſe,
C cùm in terris eſſet, myſteria ſua peregit; nempe Nazareth, Thabor, Bethlehem, Jordanem, Sion, Golgotha, Anaſtaſeos locum, imò Sina montem, cæteráque loca novi & veteris Teſtamenti tenemus, qui ſumus ex nova, atque Catholica Eccleſia. Neque verò dicere poſſunt adverſarii, vi & tyrannide à nobis ea loca teneri, cùm ſint Barbari Domini ejus regionis. Quòd ſi dicant, ante paucos annos occupâſſe illa loca Arianos. At illi profectò διὰ χειρὸς βασιλικῆς: & tyrannicè occupârunt loca ſancta, neque tamen retinere valuerunt. Statim e-
D nim nobis fidelibus reſtituit Deus. Jam ſunt ſeptingenti anni. Quibus auditis, continuò hæretici abierunt pudore affecti. Hæc ex Anaſtaſio citat & recitat Turrianus in quibuſdam collectaneis contra Judæos, quæ manuſcripta habeo.

In Quæſtionibus ad Antiochum inter Opera S. Athanaſii Quæſtio XLIV. ejuſmodi eſt. Ποίῳ δὲ τρόπῳ πείσομεν τὸν ἰδιώτην, καὶ βάρβαρον, ὅτι ὑπὲρ πάσας τὰς αἱρέσεις, ἡ καθολικὴ ἐκκλησία τὴν ὀρθὴν πίςιν ἔχει, καὶ ἐ σφάλλεται. *Quo pacto perſuadebimus imperito & barbaro, Catholicam Eccleſiam ſectari veram fidem, & erroris expertem eſſe, non autem alias ſectas?*

Reſponſio eſt. Οἱ μὴ δυνάμενοι γραφῶν τε, καὶ δογμάτων ἀκρίβειαν, καὶ βάθος α-

... τῶν ἁγίων παρὰ χριςιανοῖς ὀνομαζομένων πίςεων, καὶ ἐκκλησιῶν.

Καὶ ὥσπερ Βασιλεὺς τὲς τιμίες αὐτȣ̃ τȣ̃ παλατίου κοιτῶνας καὶ θησαυρὲς τοῖς πιςοτέροις πάντων τῶν ὑπεργῶν αὐτȣ̃ ἐγχειρίζεται, καὶ πιςεύει, ὅτω καὶ ὁ χριςὸς ἀπαρχὴν τῆς παρȣσίας αὐτȣ̃ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ τὲς σεβασμίες αὐτȣ̃ τόπȣς πεπίςευκεν. εἰ δὲ λέγει ὁ δὶ ἐναντίας, ὅτι Βασιλικῇ τυραννίδι, τέτȣς κατέχομεν, μανθανέτω ὁ τοιȣ̃τος, ὅτιπερ καὶ βαρβάροις πολλάκης τὴν παλαιςίνην παραλαβόντων, ἐ συνεχώρησε χριςὸς τὲς ἑαυτȣ̃ τόπȣς καὶ αἱρετικοῖς παραδοθῆναι. ἀλλὰ, κἂν πρὸς βραχὺ τȣ̃το ἐπεχείρησαν συντόμως πάλιν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία τέτȣς ἀπεδίωξεν, ὡς χοίρȣς, τῶν ἁγίων χριςȣ̃ τȣ̃ θεȣ̃ ἡμῶν, αὐλῶν καὶ τόπων. G

Qui ſubtilitatem & profunditatem ſcripturarum aſſequi nequeunt, hinc argumenta capiant oportet de unitate & pietate Catholicæ Chriſti Eccleſiæ: quia omnia ſalutifera & veneranda paſſionis Chriſti loca, Catholicæ & orthodoxæ noſtræ fidei à Deo donata & commiſſa ſunt: Nazarethum, inquam, ubi Chriſtus in nobis habitavit. Bethlehem, ubi Chriſtus ſecundùm carnem natus eſt. H *Sion, ubi ſalutem mundi operatus eſt. Jordanem, ubi Adamum reparavit. Thabor, ubi regnum cælorum præformavit. Montem olivarum, ex quo à nobis ad patrem cæleſtem aſcendit: ut proinde omnia ſua ſancta & venerabilia loca nequaquam temerè Catholicæ Eccleſiæ crediderit, ſed nimirum ùt ſanctiori & venerabiliori præ omnibus, quæ fidei vel Eccleſiæ nomen apud Chriſtianos obtinent.*

Et quemadmodum Rex eximia palatii ſui cubicula & theſauros illis, qui omnium fideliſſimi ſunt, ex miniſtrorum numero committit; ita & Chriſtus ab exordio adventûs ſui Catholicæ Eccleſiæ ve-

M 2 *neran-*

Digitized by Google

Dei nutu ac diſpoſitione contigit , *ut ſepul-chrum Salvatoris noſtri* , &*locus Nativitatis* in Catholicorum cuſtodia permanerent , non modò Ægyptiis *Mamalucis* rerum potientibus , ſed & nunc ſub immaniſſimo truculentiſſimorum Turcarum imperio. Chriſtiani tamen orthodoxi , hæc loca , in quorumcunque tandem cura & procuratione verſentur , piè & reverenter adire non deſinunt , ex Europa & aliunde quotannis turmatim advolantes , contemptis omnibus periculis, quæ terra marique plurima imminent.

Quin & heterodoxi , quos ſchiſma ab unitate Eccleſiæ ſegregat , ex intima Æthiopia Hieroſolymam advolant. David Æthio-

C piæ Imperator in Epiſtola ad Pontificem Romanum : *Ego in magna habeo veneratione ſanctum templum in Hieruſalem ; ad quod ſæpiſſimè mitto oblationes debitas , per noſtros peregrinantes. Et multò plures , & pinguiores mitterem , niſi itinera à Mauris , & infidelibus obſiderentur. Nam præter illud , quòd dona noſtra , & theſauros nunciis eripiunt , etiam eos liberè pertranſire non ſinunt. Quòd ſi paterent itinera , in familiaritatem , & commercium Romanæ Eccleſiæ devenirem , uti ſit à cæteris Chriſtianis regibus , quibus in religione Chriſtiana non ſum inferior.*

Apud Damia. Goës. lib. de Æthiop. moribus.

Franciſcus Alvaretz in Itinerario ſuo Æthi-

Cap. 117. opico. *Ingentia dona & tapetes pretioſos miſit Pretioſus Joannes Hieroſolymam , ut totos muros*

Cap. 118. *Eccleſiæ ſancti ſepulchri tegerent.* Idem Alva-

D retz cum ſociis Luſitanis vidit quadam vice CCC. XXXVI. Æthiopas Hieroſolymam euntes ; & in his *Monachos* , *Moniales* , *Sacerdotes.*

Commemorabilis eſt Hiſtoria , quàm M. Paulus Venetus narrat de Æthiope quodam Abaſſino Hieroſolymitanum iter ingreſſo. *Anno à Chriſto nato M.CC.LXXVII. Rex unus , & qui principalior erat in regnis Abaſiæ , devotione motus , voluit Hieroſolymam viſitare , atque ſepulchrum Domini. Et cùm id conſiliariis atque aulicis ſuis indicâſſet , illi omnino diſſuadent propoſitum arripere iter , ſcientes plurima in itinere eſſe diſcrimina , præſertim cùm illi per multas Saracenorum*

Quo cognito , [illegible] *ciſci injuriam , coacto in unum magno exercitu cum peditibus , equitibus & elephantis caſtella geſtantibus , movet expeditionem contra Regem Aden. At Sultanus convocatis aliis duobus regibus , cum valido exercitu properat in occurſum Regis Abaſiæ ; commiſſóque prælio , plurimi de exercitu Aden interficiuntur , & evadit Rex Abaſiæ victor. Et intrans cum exercitu ſuo in interiora regni Aden , cœpit devaſtare regionem , & occidere Saracenos , qui conglobati illi reſiſtere conabantur , ſed incaſſum : manſitque per integrum menſem in regno illo , & illatis plurimis damnis , victor cum magno honore domum rediit , gaudens impii Sultani ultam perfidiam.* Hæc

ille. G

Quidam ex Monachis Æthiopibus perpetuò Hieroſolymis degunt , quibus etiam id privilegii tributum eſt , ut penes ipſos ſit electio Patriarchæ , qui toti Æthiopiæ præeſt. Ita enim Legatus Regis Æthiopici apud Damianum Goëſium lib. de moribus Æthiopum. *Sciendum ſolenni ritu Patriarcham noſtrum ab Hieroſolymitanis Monachis noſtris , qui ibi apud ſepulchrum Domini habitant , ſuffragiis creari , idque hoc modo : Vita defuncto Patriarcha , ſtatim Imperator noſter Precioſus Joannes nuncium aliquem expeditum mittit Hieroſolymam , ad Monachos ibidem agentes , ut dictum eſt , qui , nuncio accepto , ac muneribus , quæ Imperator Dominus noſter ad ſanctum ſepulchrum* H

dono mittit , continuò alium Patriarcham ſuffragiis plurium eligunt , ſed fas non eſt alium , quàm Alexandrinum eligere , ac moribus incorruptum.

In itinerario Æthiopico cap. 102. deſcribit Franciſcus Alvaretz colloquium legati Luſitani cum Patriarcha Æthiopiæ. Summa eſt: *Precioſo Joanni nil magis in votis eſſe , quàm ut junctis cum aliis Chriſtianis armis Mauros exterminent , Mecham deſtruant , & Hieroſolymam , totámque ſanctam terram recuperent ; & in eorum libris prædictum fuiſſe , fore tempus , quo Franci* (ſic vocant omnes occidentales) *cum Abaſinis ſocientur , & Mauros expellant.*

Ex his elucet pietas hujus populi in loca Chriſti Domini contactu & miraculis nobilitata

Digitized by Google

cepto Dominico ſepulchro. Quo apertè ſignifi-
cat iſte præco, ſe ſacra illa lipſana non in-
ſpexiſſe, ùt animal *rationale*, ſed ùt *irratio-
nale.* In qua autem ſpecie hoc animal *irra-
tionale* quærendum ſit, nemo meliùs, quàm
ipſemet nos docere poterit.

Longè aliter de inſpectione & luſtratione
ſacrorum in Palæſtina locorum ſenſerunt &
ſcripſeruut cùm alii, tum S. Leo Pontifex
C Maximus in Epiſtola ad Juvenalem Epiſco-
pum Hieroſolymitanum his verbis. *Quam-*
S. Leo Epiſt. 72. ad Juvenalem Epiſc. Hieroſol. 1. Cor. 14.
*vis nulli ſacerdotum liceat neſcire, quòd prædicet,
quoniam, qui ignorat, ignorabitur, inexcu-
ſabilior tamen eſt omnibus imperitis quilibet Hie-
roſolymis habitans Chriſtianus, qui ad cognoſcen-
dam virtutem Evangelii non ſolùm paginarum e-
loquiis, ſed ipſorum locorum teſtimoniis erudi-
tur. Et quod alibi non licet credi, ibi non po-
teſt non videri. Quid laborat intellectus, ubi
eſt magiſter aſpectus? Et cur lecta, vel audita*
Luc. 24.
*ſunt dubia, ubi ſe & viſui & tactui tot humanæ
ſalutis ingerunt Sacramenta? Quaſi ad ſingulos
quoſque cunctantes Dominus adhuc voce corporea
utatur, & dicat?* Quid turbati eſtis, & quare
cogitationes aſcendunt in corda veſtra? Vi-
dete manus meas & pedes meos: quia ipſe
ego ſum. Palpate, & videte; quia ſpiritus
carnem, & oſſa non habet, ſicut me vi-
detis habere.

*Utere ergo, frater chariſſime, invictiſſimis
Catholicæ fidei documentis, & Evangeliſtarum
prædicationem ſanctorum locorum, in quibus de-*
D *gis teſtificatione defende. Apud te eſt Bethleem,
in qua ſalutifer Davidicæ Virginis partus illu-*
Luc. 2.
xit: quem obvolutum pannis inter anguſtias di-
Matth. 2.
*verſorii præſepe ſuſcepit. Apud te eſt declarata ab
Angelis, adorata à Magis & per multorum in-
fantium mortes ab Herode quæſita Salvatoris in-*
Luc. 2. & 3.
*fantia. Apud te eſt, ubi pueritia ejus adolevit;
ubi adoleſcentia maturuit, & per omnia incre-
menta corporea, in virum perfectum veri hominis*

[illegible] *Turcas à Lutheranis non eſſe alienos, nam
dictitare conſuevisse, Lutheranos tantùm tres
Deos habere.* Quot Lutherani *Deos* habeant,
viderint ipſi, & imprimis iſte Lutherani ver-
bi præco. Nam favoris hujus erga Luthe-
ranos potiſſima cauſa eſt, quam te *Chriſtia-
nus Lutherus* M. Conradi Andreæ accuratè
docebit. Ingrati profectò Turcæ eſſent, ſi
in tam benè de ſe meritos Lutherum, ejúſ-
que aſſeclas, nullum memoris animi argu-
mentum ederent. Si Lutherus nihil aliud
tota vita ſua in gratiam Turcarum feciſſet, G
attamen in omnem ſempiternitatem Turcæ
Luthero obſtricti eſſent, vel ob hunc uni-
cum articulum: *Præliari adverſùs Turcas,
eſt repugnare Deo, viſitenti iniquitates noſtras
per illos.*

Revertor ad Diploma, ex quo diſcimus,
eleemoſynas in ſubſidium terræ ſanctæ olim
corrogatas fuiſſe; quod & hodie ſuſtentan-
dis pauculis religioſis patribus, qui ad ſepul-
chrum Dominicum excubant, fieri cerni-
mus. Id efficaciùs fieri propoſitis ſacroſan-
ctis Reliquiis, res loquitur: & notus vetus
Stationariorum mos, à quo id, quod in
Eccleſiarum encæniis hodie quoque fieri vi-
demus, fluxiſſe exiſtimo. Proponuntur e-
nim & exoſculandæ exhibentur reliquiæ
Chriſtianæ plebi; quæ contrà, ſtipem in
pelvim projicit. Prædia Melitenſium mili- H
tum pleraque ex hoc fonte fluxiſſe exiſtimo,
partim rectà, partim per Templarios. Tem-
plariorum enim hæreditatem Hoſpitalarii,
qui nunc Melitenſes, maximam partem in
Germania creverunt.

Quàm munifici autem & liberales Euro-
pæi fuerint in eos, qui terræ ſanctæ ab ho-
ſtibus defendendæ operam ſuam addixerant,
declarant cùm alia plurima, tum illud, quod
de Templariis ſcriptum reliquit Matthæus
Paris, *Poſſeſſiones tam citra, quàm ultra mare
tam immenſas habere dicuntur, ut jam non ſit in*

orbe

B *Salvatoris, de linteo, quo præcinctus fuit in cœna, de oſſibus B. Mariæ Magdalenæ, quæ in die paraſceves de geniculis adoratur.* Videntur omnes prædictæ Reliquiæ in Cruce illa fuiſſe incluſæ.

De Lecto B. Mariæ Matris Domini in monte Sion & de ipſius ſepulchro in valle Joſaphat] Sepulchri D. Virginis à peregrinis adiri & coli, conſueti, meminit quoque Theodorus Studita in epiſtola ad Patriarcham Hieroſolymitanum, verbis, quæ ſuprà jam exſcripſimus. Nulla ejus fit mentio à D. Hieronymo in Epitaphio S. Paulæ, quamvis alioqui accuratè ſingula loca, quæ S. Paula luſtravit, enumeret. Unde non immeritò
C ſuſpicatur Illuſtriſſimus Baronius, tempore S. Hieronymi ſepulchrum D. Virginis, necdum fuiſſe patefactum: neque enim credibile eſt, S. Paulam, in tanta urbis Hieroſolymitanæ vicinitate, illud non fuiſſe adituram, & religioſè veneraturam; cùm eorum monumenta cupidiſſimè luſtrârit, qui ut ſanctitate claruerint, longiſſimo tamen intervallo poſt Deiparam Virginem relinquuntur. Vide Baronium Tomo 1. Anno Redemptoris XLVIII. qui exiſtimat, Deiparæ ſepulchrum non fuiſſe notum ante tempora Juvenalis Patriarchæ Hieroſolymitani, qui ſub Leone Magno Pontifice floruit.

D De quo ita Brocardus in deſcriptione terræ ſanctæ. *Sepulchrum Virginis glorioſæ oſtenditur in valle Joſaphat, non ima ejus profunditate, ſed in pede Montis Oliveti, & in editiore loco, quàm ſit ipſa vallis, quod ante ſubverſionem civitatis extra terram eminebat, nunc verò eſt ſub terra, unà cum Eccleſia circum ſepulchrum exſtructa.*

Idem ſepulchrum deſcribitur in pleriſque recentiorum Itinerariis. Et hoc eſt *monumentum illud auguſtum & adorandum,* inquit B. Damaſcenus, orat. 1. de Dormit. B. Virg. *quod etiamnum Angeli, non ſine magna quadam reverentia & metu adſtantes, complectuntur, Dæmones pertimeſcunt, homines per fidem accurrunt, honorantes, adorantes, oculis & labris atque animi cupiditate exoſculantes, uberrimámque bonorum copiam haurientes.*

nio eſt Martinus Abbas Periſienſis in Alſatia; quem Guntherus in Hiſtoria captæ urbis Conſtantinopolitanæ Conſtantinopoli has Reliquias adeptum ſcribit. F *De loco Nativitatis Domini. De loco Calvariæ. De ſepulchro Domini. De lapide revoluto. De loco Dominicæ Aſcenſionis. De lapide, ubi Joannes ſtetit, quando Dominum baptizavit. De loco, ubi Chriſtus Lazarum ſuſcitavit. De lapide, ſuper quem Chriſtus in templo eſt præſentatus, &c. De lapide, ubi Chriſtus jejunavit. De lapide, ubi Chriſtus oravit. De tabula, ſuper qua Chriſtus cœnavit: de loco, ubi captus eſt. De loco, ubi Mater Domini migravit: de ſepulchro ejus* (B. Virginis.) *De ſepulchro S. Petri Apoſtoli, &c.*

Super hæc de ſacra Cruce] Moris fuiſſe particulas ſanctæ Crucis, doni pretioſiſſimi loco, ad alios mittere; & crucibus itidem aliis, reverentiæ causâ, includere, quin & ipſas itidem primæ Crucis Reliquias in Crucis ſpeciem efformare, oſtendimus multis exemplis lib. 1. de S. Cruce cap. 79. ùt & lib. 2. cap. 60. ubi generatim monſtratum, cruces Reliquiis Chriſti, vel aliorum Cælitum refertas, muneris vice, amicis & Templis miſſitatas donatáſque fuiſſe. G

Vitalianus Pont. Rom. ad Oſvinum Regem Saxonum apud Bedam lib. 3. Hiſt. Anglicanæ cap. 29. *Gerulis harum noſtrarum literarum, veſtris miſſis, & beneficia ſanctorum Martyrum, hoc eſt, Reliquias beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & ſanctorum Martyrum Laurentii,* H *Joannis & Pauli, & Gregorii atque Pancratii, eis fecimus dari, veſtræ excellentiæ profectò omnes contradendas. Nam & conjugi, noſtræ ſpirituali filiæ, direximus per præfatos gerulos Crucem, clavem auream habentem de ſacratiſſimis vinculis beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli.*

Aſſerus de Marino Papa. *Qui multa dona Regi* (Ælfredo) *tranſmiſit, inter quæ dedit etiam non parvam illius ſanctiſſimæ, ac venerabiliſſimæ crucis partem, in qua Dominus noſter Jeſus Chriſtus pro univerſali hominum ſalute pependit.* Malmesburienſis enumerans munera Hugonis Regis Francorum, quæ Ætelſtano Regi Anglorum miſit, de ſanctæ Crucis

Digitized by Google

Sanctuariis Sanctificatam] *Sanctuaria* nominat Reliquias, quæ in illa Cruce inerant. Ingulphus in ſua Hiſtoria. *Infinita ſanctuaria oſculati ſumus.* Idem. *Ab ipſo glorioſiſſimo ſepulchro Chriſti, ad alia ſanctuaria civitatis inviſenda circumducti.* Legati ſedis Apoſtolicæ ad Hormiſdam Papam, pro Juſtiniano, apud Baronium Tom. 7. Anno D. XIX. *Sanctuaria beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ſecundùm morem ei largiri præcipite, &c. ut de quo per omnem terram ſanctuaria Apoſtolorum ſunt data, inde & ipſe Reliquias ſuſcipere mereatur.* De voto Hieroſolymitano, qua ratione vel re-
C laxabatur, vel commutabatur, vide, quæ diximus Tom. 3. de S. Cruce lib. 2. cap. 3. & de Indulgentiis, quæ peregrinis concedebantur, lege cap. 4. ejuſdem libri.

Inſcriptio, anticæ Sigilli parti adjuncta, eſt, Ιησε̃ς Χρισὸς νικᾷ. *Jeſus Chriſtus vincit.* Qua inſcriptione nummum inſignitum invenies Tomo 3. de S. Cruce lib. 1. cap. 27. Meritò autem Patriarcha Hieroſolymitanus, & Canonici *cruce* pro ſigillo uſi ſunt. Quos enim magis hoc digma & ſtemma deceat, quàm illos, qui degebant in loco, ubi crux primùm fixa, Redemptorem noſtrum exceperat, & ſuſtentârat? Multa regna & variæ urbes Crucem pro inſigni uſurpant, ùt dixi Tom. 1. de S. Cruce lib. 2. cap. 51. ſed Hieroſolymitanorum propria eſt & quaſi na-
D tiva hæc poſſeſſio. Pulchrè Clemens Alexandrinus lib. 3. Pædagogi cap. 11. quæ Chriſtianos deceant inſignia. *Sint nobis ſignacula, columba, vel piſcis, vel navis, quæ curſu celeri à vento fertur, vel lyra muſica, qua uſus eſt Polycrates, vel anchora nautica, quam inſculpebat Seleucus: &, ſi ſit piſcator aliquis, meminerit Apoſtoli, & puerorum, qui ex aqua extrahuntur. Neque enim idolorum ſunt exprimendæ facies, quibus vel ſolùm attendere, eſt prohibitum: ſed, nec enſis, vel arcus iis, qui pacem ſectantur: nec pocula iis, qui ſunt moderati ac temperantes. Multi autem libidinoſi*

Redingum. Qui, cùm ſui itineris cauſas, cum literis Apoſtolicis expoſuiſſent, ſanctæ civitatis Hieruſalem, & terræ promiſſionis deſolationem per ordinem enarrâſſent, Regem, & omnem multitudinem, quæ convenerat, in lachrymas, & ſuſpiria provocârunt. Deferebant enim ad Regem memorialia ſuæ petitionis ſigna, Nativitatis Jeſu Chriſti, paſſionis, reſurrectionis, turris David, ſanctique ſepulchri claves, & vexillum regni: quæ omnia Rex non mediocriter honoravit. Eadem Rogerus in Annalibus Anglicanis.

Eaſdem urbis Hieroſolymitanæ claves, Philippo Auguſto Francorum Regi, ab Hera- G
clio & ſociis oblatas eſſe; ſcribit Rigordus in Rebus geſtis Philippi Regis: offerebantur autem benedictionis gratiâ, tanquam res ſacræ ſive reliquiæ. Unde & de Henrico Rege Angliæ ſcribit Matthæus Pariſienſis, eum *non mediocriter* claves ſibi oblatas *honorâſſe.* Conſimili ratione jam olim paria munuſcula oblata fuêre Carolo Magno, de quibus hæc in Annalibus Francorum, à Pithœo editis. *Zacharias Presbyter, qui anno ſuperiore miſſus fuerat ad loca ſancta Hieroſolymam cum eleemoſynis, benè perfuncto legationis munere, cum duobus monachis, uno de monte Oliveti, altero de Sabæ monaſterio de Oriente reverſus Romam venit, quos Joannes Patriarcha ad Regem miſit: qui benedictionis cauſâ claves ſepulchri Domini-
ci, ac loci Calvariæ, claves etiam civitatis, & H
montis Oliveti, cum vexillo detulerunt. Quos Rex benignè ſuſcipiens, aliquot dies ſecum detinuit, & Aprili menſe ſequentis anni remuneratos abſolvit.*

Donavit Rex Perſarum Carolo Magno ſanctum Domini ſepulchrum, & locum reſurrectionis, ùt teſtatur Eginhardus in vita Caroli Magni. *Cum Aaron Rege Perſarum, qui excepta India, totum penè tenebat Orientem, talem habuit Carolus in amicitia concordiam, ut is gratiam ejus omnium, qui toto orbe terrarum erant, Regum, ac Pontificum amicitiæ præponeret,*

Digitized by Google

B Mortuus eſt autem Heraclius Patriarcha in obſidione Acconis ſeu Ptolœmaidis, ſi Rogero credimus, cum plurimis aliis principibus ac proceribus, quorum indicem texit Rogerus in Annalibus anno M. C. XC.

P. Prior ſancti ſepulchri] Quis Prior per litteram P. denotetur, equidem neſcio. Rogerus inter alios, qui dum Accon obſideretur, mortem obiêre, ponit quoque *Priorem ſancti ſepulchri:* ſed nomen proprium non exprimit. Obſerva autem, errare Rogerum, quando ſcribit; *capta à Chriſtianis, Duce Godefrido Bullionio, Hieroſolyma, Patriarcham fuiſſe Heraclium, aliúmque Heraclium, cùm poſtea in Saladini poteſtatem venit:* licèt enim hoc poſterius verum ſit, prius tamen non eſt verum; nam nomen Patriarchæ, ſub quo C urbs à Chriſtianis expugnata eſt, erat Simeon, ùt planum fit ex primo libro Wilhelmi Tyrii.

Conrado Dei gratiâ de Dachauu] Eſt hic ultimus ſuæ familiæ, de quo ſuprà.

Cùm in præſentia noſtra eſſetis] Hieroſolymam ergo Conradus iſte iverat. Nam aliter Heraclium Patriarcham convenire non potuit, cùm Heraclius in occidentem anno demum M. C. LXXXV. venerit, Conradus verò ante exitum anni M. C. LXXXIII. obierit, ùt ſuprà viſum.

Preces fudiſſe pro quadam Cruce] nempe pro illa, de qua primum diploma. *Quæ temporibus patris veſtri*, id eſt, Conradi Ducis Croatiæ & Dalmatiæ, qui obiit anno M. C. D LVIII. Canonico Hieroſolymitano ablata fuerat, & quidem vi; petierat ergo poſtremus iſte Conradus ab Heraclio, ut quod injuſtè geſtum fuerat, id ſuo ſuffragio & auctoritate juſtum eſſe juberet: crucémque violenter raptam, liberaliter donaret, ut juſtè poſſideretur, cujus acquiſitio injuſta fuerat.

Quidam de notitia veſtra] An ſenſus eſt? Quidam, quem noviſtis. An; *de notitia veſtra*, idem eſt, quod, *vobis ſcientibus*? An, quidam de veſtra ditione & regione? Non deſunt exempla ſimilia rapinæ & furti captæ urbis Conſtantinopolitanæ de Martino Abbate Perienſi. F Illuſtre furti facti exemplum commemorat Matthæus Pariſienſis in ſua Hiſtoria in Henrico III. fol. 307. Vide, quæ Tomo 3. lib. 4. de S. Cruce diximus, illuſtrandæ Cruci Trajectenſi.

Non diſſimile ſpolium fuit Crux illa, de qua Leo in Chronico Caſſinenſi lib. 3. cap. 54. *His quoque temporibus Malſitanus quidam nobilis mundo abrenuncians huc venit: & à Deſiderio gratè ſuſceptus, partem haud exiguam ligni ſalutiferæ ac vivificæ crucis, auro & lapidibus pretioſis ornatam, & in aurea icona locatam (quam ipſe de palatio Conſtantinopolitano Imperatoris, in ea conjuratione, quæ adverſus illum facta eſt, tulerat) B. Benedicto devotiſſimus obtulit.* Videtur Leo loqui de conjuratione, quæ, duce Nicephoro Botoniata, conflata G eſt contra Michaëlem Ducam Imperatorem, & Mariam conjugem Imperatricem, & filium Conſtantinum Porphyrogenitum, quos Nicephorus in Blachernis cepit, & in Monaſterium detruſit, Anno Chriſti M. LXXVIII. Sexto autem Pontificatus Gregorii VII. Poſtea circa annum M. LXXXI. prædictus Nobilis in Caſſinenſi Monaſterio Monaſticam vitam profeſſus, ſéque & crucem illam, quam in conſpiratione contra Imperatorem de palatio Conſtantinopolitano abſtulerat; B. Benedicto conſecravit. Baronius tamen hoc refert ad conſpirationem, quam anno M. LXXX. Nicephorus Botoniates paſſus eſt ab H Alexio Comneno, ídque probabilius eſt, quàm illud prius.

Erat autem hæc portio vivificæ Crucis incluſa in aurea imagine; hanc enim per *auream iconam* Leo intelligit. Ut porrò poſteriores ſcriptores ex vocabulo *Lampas*, *Lampadis*, cuderunt *Lampada*, *lampadæ lampadarum*; ſic ex *Icon*, *iconis*, *Icona*, *iconæ*.

De alia S. Crucis portione Hieroſolymis in montem Caſſinum allata, idem Leo lib. 2. cap. 11. *Eiſdem diebus* (circa annum DCCCC. LXXXIII.) *frater hujus Abbatis, Leo nomine, profeſſione Monachus, portionem ligni Cru-*

Digitized by Google

Idem Hector Boëthius lib. 13. Hiſtoriæ Scoticæ. *Referunt Monachum quemdam à Melros ea tempeſtate* (ſub Alexandro Rege Scotiæ) *in ſomno ab Angelo edoctum, crucem reperiſſe, haud longè ab oppidulo Laudoniæ nomine Pepilis, capſa, cui titulus inſcriptus erat, S. Nicolai Epiſcopi, incluſam. Nec multo diverſo loco Urnam repertam lapideam ſummo artificio factam, atque in ea inventa oſſa byſſo involuta, ſed cujus ea fuerint, incertum fuiſſe. Verùm protinus aperta Cruce multa facta miracula. Alexander rei novitate ac religione motus, templum, in quo loco*
C *Crux ipſa reperta erat, magnificum extruxit; idque nunc monachi ſanctiſſimæ Trinitatis inhabitant.*

Unde eſtis advocatus] Patriarcha ergo & Canonici Hieroſolymitani Conrado Duci Dachoviano, fundos & prædia ſua cuſtodienda, & ab incurſorum rapacitate defendenda commiſerant. Hoc enim *Advocati* officium eſt.

II. ΑΝΑΣΤΑΣΙΣ] ἡ ἀνάστασις. *Reſurrectio*, Chriſti videlicet, cujus reſurgentis imago in illo ſigillo apparet.

✠ Eraclius] ſcriptionibus, inſcriptionibus & ſubſcriptionibus Crucis figuram addere priſcis in uſu fuit. Exempla invenies Tomo 1. de ſancta Cruce lib. 2. cap. 16. &
D 19.

Addamus aliquid de Heraclii ſucceſſore, Alberto Patriarcha Hieroſolymitano, qui tenuit ſedem Hieroſolymitanam; non Hieroſolymis, ſed Accone, Annos XXIII. ab Anno Scilicet M. CCIV. uſque ad MCCXXVII. quo & mortuus eſt. Ad ejus imaginem adjungitur nummiſma, cujus inſcriptio prior eſt. ✠ *Albertus Patriarcha Hieroſolymitanus.* Poſterior ✠ *Hieroſolyma à Saracenis capta Sedes Acconem translata*; quia Patriarcha Hieroſolymitanus Accone ſeu Ptolemaide cum rege Francorum. *Et licet votum non ſolviſſent*, (quia triennium in Palæſtina non manſerant) *tamen palmas iis & diſtribuit, & cruces collis eorum ſuſpendit, ſtatuens, quòd eſſent peregrini.*

Tres crucigeræ turres in Numiſmate Alberti, urbem Acconenſem denotant; nam quaſcunque civitates Chriſtiani occupabant; ſtatim vexillo Chriſtianæ religionis in ſublimibus locis collocato, ad cujus ditionem pertinerent, publicè teſtabantur, cujus rei illuſtre exemplum attulimus Tom. 3. de S. Cruce lib. 2. cap. 21.

Fuit autem iſte Albertus, Petri Eremitæ, G
qui Urbano II. belli ſacri Auctor extitit, Pronepos, Epiſcopus, ùt dicit Onuphrius in Chronico, Vercellenſis, dein in oriente Bethleemiticus & Aſcalonitanus; poſtea Patriarcha Hieroſolymitanus; unus ex quindecim viris, ſeu duodecim viris, qui Balduinum Flandriæ Comitem, capta Conſtantinopoli, creârunt Imperatorem, de quo ipſe Balduinus in Epiſt. ad Archiepiſcopum Colonienſem apud Godefridum in Annalibus. *Ad electionem Imperatoris unanimiter ac devotè procedimus: & omni ambitione ſecluſa, cum ſex Baronibus Venetorum, venerabiles viros, Epiſcopos noſtros, Sueſſionis, Halverſtadenſem ac Trecenſem, & Dominum Bethlehemitanum, qui* H
à partibus transmarinis Apoſtolica auctoritate, nobis fuerat delegatus, Acconæ electum, Abbatémque Lucedii, Imperatoris ſub dominio noſtro conſtituimus electores.

Succeſſit iſte Albertus, ſecundùm Onuphrium in Chronico, Heraclio Patriarchæ. Sed ſedem diu vacâſſe oportuit, ſi, ùt Rogerus ſcribit, Heraclius obiit in obſidione Acconis Anno M. CXC. Et Albertus demum ſucceſſerit Anno M. CCIV. ùt vult Onuphrius, qui Heraclii Patriarchatui tribuit XXIV. annos. Quæ ſententia, ſi vera ſit, ſedes Hieroſolymitana nunquam vacavit.

Digitized by Google

ſiſtet. Nam qui ſe *inclinat*, manúmque porrigit, Redemptor noſter eſt, ſeu Redemptoris imago. Qui ſupplicem manum tendit, unus eſt ex ſanctorum Patrum numero, ex carcere illo eripi deſiderans. Ad eandem claſſem pertinent, qui à tergo hujus ſupplices manus tendentis viſuntur. Petra eminens, quæ poſt tergum Chriſti apparet, ectypon Dominici ſepulchri eſt. Quæ omnia perſpicua fiunt ex Sigillo ſecundi Diplomatis Schirenſis. *In circuitu hujus imaginis totius*, inquit Cruſius, *erant verba hæc :* ἡ ἀνάςασις τȣ̃ κυρίȣ ἡμῶν ἰησȣ̃ χριςȣ̃ τῆς ἁγίας πόλεως ἱεροσολύμων. *Reſurrectio Domini noſtri Jeſu*
C *Chriſti ſanctæ civitatis Hieroſolymorum.*

In eadem Epiſtola, precatur Sophronius Manueli, ad quem ſcribit, gratiam παρὰ τȣ̃ ἁγίȣ καὶ ζωοδόχȣ τάφȣ, *à ſancto & vivifico ſepulchro*, Addit. ἐγράψαμεν καὶ τὸ ὄνομα τῆς αὐθεντίας σȣ εἰς τὸν ἅγιον καὶ ζωοδόχον τάφον τȣ̃ κυρίȣ καὶ θεȣ̃. *Scripſimus nomen Dominationis tuæ in ſanctum & vivificum ſepulchrum Domini Dei noſtri.* Num, quòd nomina benè meritorum de ſepulchro Dominico, in tabulis quibuſdam in ſepulchro Dominico aſſervari conſuetis, conſcribi conſueverint?

Notæ in Aventini dicta de Cruce Schirenſi.

Ab Heraclito Patriarcha Hieroſolymitano] Nec ab Heraclito, nec ab Heraclio Conradus Dux
D Dalmatiæ partem Dominicæ Crucis impetravit; quia Heraclius multis demum poſt mortuum Conradum Ducem Dalmatiæ annis creatus eſt Patriarcha Hieroſolymitanus; ſed ſub Fulcherio Patriarcha, & Conrado Duce Dalmatiæ, crux, de qua prius Diploma, vi Canonico Hieroſolymitano adempta fuit; quam poſtea Conrado de Dachavv, prioris Conradi filio, Heraclius Patriarcha donavit; ſed iis conditionibus, quas ipſum Diploma requirit.

gis ex ſuo cerebro, quàm ex noſtro ſenſu, & in eo ponunt *Crucem Indulgentiarum*, (videntur innuere *Cruciatas*, ſeu literas, quibus indulgentiæ conceduntur, vel crucem, cui Indulgentiæ conceſſæ ſunt) *Crucem reponendam in ſepulchrum Domini;* Nam multis locis crux ſeu crucifixi imago in ſepulchrum infertur, quæ poſtea, Chriſto reſurgente, inde educitur; ſacerdote extra Templi foras eam efferente, eáſque cum ipſa crucifixi imagine pulſante; hac Pſalmi ſimul accinendo: *Attollite portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales*, &c. Et hic Latinorum quorumdam mos, etiam ad ipſos Græcos pervenit, qui proinde Latinis cum vitio vertunt, pro ſua quævis Latinorum inſtituta temerè carpendi prurigine. G

Adjungunt Sectarii in eodem traditionum Indice crucis *adorationem. Figuram Crucis. Cruces palmarum*, quia ex palmis conſecratis multi, pietatis causâ, cruciculas conficere ſolent, ipſo palmarum die. *Ordines Crucis multiplices. Oſculum Crucis. Sepulchrum Crucis;* quia ſcilicet Crux ſepulchro imponitur. Sed iſti nihil ſine calumniis referre poſſunt: neque enim quælibet cujusvis loci particularis conſuetudo à nobis inter Apoſtolicas traditiones numeratur.

Apud Lutherum in libello, quem Anno M. D. XXX. ſcripſit ad Comitia Auguſtana, & apud Cœleſtinum Hiſt. Confeſſ. Auguſtanæ fol. 272. inter traditiones *hypocriticæ Eccleſiæ* numeratur quoque poculum S. Joannis. Et tamen ipſimet hæretici paſſim clamitant: Nemt S. Hans Seegen. Trunckt H
S. Hans Seegen. Nur S. Hans Seegen. Et, ſi ulla eſt traditio, quam diligenter obſervant, hanc ſanè religioſiſſimè obſervant, nec facilè abeunt, niſi priùs benedictionem S. Joannis S. Hans Seegen. ſecum abſportent. Nec puto ipſos Prædicantes Auguſtanos tam temerè religioſos eſſe, ut ſi *pro charitate S. Udalrici* bibere urgerentur, (qui mos olim valdè frequens erat, ùt apparet ex libello de miraculis

raculis

Digitized by Google

... loquitur, a Fulchero Patriarcha in Europam fuiſſe miſſam: Fulcherus autem Patriarchatum Anno demum M.CXLVI. iniit, ùt ſuprà oſtenſum. Fieri

numero, quàm in nomine lapſus eſt, itaque fortaſſe Alexander III. pro IV. reſtituendus.

Digitized by Google

SANCTÆ CRUCIS.

CRUX DONAWERDENSIS

NOTATIONIBUS ILLUSTRATA.

LECTORI.

RECTE *à Poëta dictum eſt:*

Segniùs irritant animos demiſſa per aures,
Quàm quæ ſunt oculis ſubjecta fidelibus.

Ea de cauſa optabam Crucis Werdeanæ imaginem hîc tibi depictam, & coloribus effictam repræſentare; Ejus enim accuratum ectypon penes me habeo, munere & humanitate Admodum Reverendi Patris ac Domini GEORGII BECKII, ad S. Crucem Donavverdæ Prioris, qui in hoc ſacroſancto monumento illuſtrando, multum ſtudij ac operæ poſuit. Sed quod in votis erat, id ad rem conferre, hoc quidem tempore, non licuit. Itaque, ùt in Cruce Schirenſi ſtylus vicem penicilli aut cæli ſubijt; ſic jam quoque idem defectus eadem ratione ſarciendus eſt. Priùs autem, quàm de Cruce verba faciamus, breviter aliquid de ejus epithemate ſeu operculo dicendum erit.

EXPLI-

Digitized by Google

[illegible] ad dexteram, apparet ὁ ἅγιος πέτρος. *S. Petrus.* Ad ſiniſtram. ὁ ἅγιος παῦλος, *S. Paulus.* In medio cernitur imago Deiparæ ſolio inſidentis, & in gremio puerulum JESUM geſtantis, addita hac inſcriptione; μήτηρ θεȣ͂, *Mater Dei.* Ad dextram virginis, intra eundem

B ambitum, eſt imago, *Michaëlis Archangeli*; ad ſiniſtram, *Gabrielis.* Illi adſcriptum eſt, μιχαὴλ; huic γαβριήλ. Sub Angelicis icunculis apparent characteres nonnulli, quorum expoſitionem ſagacioribus relinquo; nam mihi quidem hic ſunt denſæ tenebræ. Non ambigo tamen, referendos ad Deiparam Virginem, & puellum Chriſtum, quem in ſinu geſtat. Opus & formâ ſeu ſchemate & imaginibus planè eſt Græcanicum, ùt agnoſcent, quibus vel modica Græcarum rerum notitia ſuppetit. Etiam in Cruce Trajectenſi, quam vide Tom. 3. de ſancta Cruce lib. quinto; ſupernè ad dextram eſt imago Salvatoris, ad ſiniſtram, Deiparæ: in medio ad

C dextram, Michaëlis, ad ſiniſtram, Gabrielis. In Baſi crucis, S. Demetrij Martyris.

De imagine D. Virginis, puerulum JESUM in ulnis geſtantis, memorabilem refert Hiſtoriam Joannes Curopalata, ubi de Romano Argyropulo agit, qui Magnoïdo Comiti Kyburgenſi & Dilingenſi, &c. hanc crucem, de qua nobis diſſertatio, donavit. Accipe verba Curopalatæ. *Romanus Imperator, emptam domum Triacontaphylli, in Monaſterium redegit, Dominæ noſtræ DEI Genitrici*

D *dicatum, nulli ſumptui parcens; hac tamen ſpecie non mediocriter ſubjectum ſibi populum exhauriens & vexans, in comportandis lapidibus, & alijs rebus, exornanda etiam columnarum capita magni templi, & ſanctiſſimæ DEI Genitricis Blachernarum auro & argento curat. cúmque eſſet conditurus altare Blachernarum, reperit ſuſpenſam antiquam imaginem, quam renovari præcepit, conſpicat úsque combuſtum muri linimentum de-*

nuimus. In eadem perſuaſione hæſiſſe videtur Auctor librorum Pſeudocarolinorum, nam lib. 4. cap. 21. ita ſcribit. *Eſto, imago ſanctæ Dei genitricis adoranda eſt: unde ſcire poſſumus, quæ ſit ejus imago, aut quibus indiciis à cæteris imaginibus dirimatur? quippe, cùm nulla in omnibus differentia, præter artificum experientiam, & eorum, quibus operentur opificia,* B *materiarúmque qualitatem inveniatur. Cum ergò depictam pulchram quandam feminam puerum in ulnis tenere cernimus, ſi ſuperſcriptio necdum facta ſit, aut quondam facta, caſu quodam demolita; qua induſtria diſcernere valemus, utrum Sara ſit Iſaac tenens, aut Rebecca Jacob ferens, aut Betſabee Salomonem jactans, aut Eliſabeth Joannem bajulans, aut qualibet mulier parvulum ſuum tenens? &, ut ad gentiles fabulas veniamus, quæ plerumque depictæ inveniuntur; unde ſcire valemus, utrum Venus ſit Æneam tenens, an Alcmena Herculem portans, an Andromacha Aſtyanacta gerens? Nam ſi pro alia, alia adoratur, dementia eſt: ſi tamen ea, quæ adoranda penitus non eſt, adoratur, veſania eſt: quod utrum-* G *que cavendum eſt.*

Sed hæc calumniam non modicam olent; quia ex communi Chriſtianorum uſu jam omnibus orthodoxis, etiam infimæ plebis opificibus conſtat, tali imagine, licèt nulla accedente epigraphe, aliam non repræſentari, quàm Deiparam Virginem, ulnis infantulum dulciſſimum geſtantem; neque quiſquam quidquam de Venere, Alcmena, aut Andromacha ſomniat.

Non diſſimilis criminatio eſt, quæ mox H ſubjungitur. *Pingitur etiam eadem Beata Virgo, qualiter aſelli geſtamine vecta, puerum in ulnis ferens, Joſeph prævio, in Ægyptum deſcenderit; qualitérve ex Ægypto ad terram Iſraël redierit: (in pluribus namque materiis hæc hiſtoria inditur, & non ſemper in Baſilicis, ſed interdum in vaſis eſcariis, ſive potatoriis, interdum in ſericis indumentis, plerumque tamen in ſtragulis)*

Digitized by Google

proinde, ſi illa adoretur; etiam hanc adorari debere, nam & crux & Chriſti imago eſt res exanimis; & tamen Iconomachus Crucem adorat; & Chriſti imaginem non adorat.

Fortè cavillatio hæc aliquid efficeret, ſi ratio adorationis foret, *eſſe inanimatum*, ſeu *privatio vitæ;* at quia hoc nemo ſanus affirmat, cùm ratio adorandi imaginem in prototypo ſita ſit, nam à re ſignificata habet imago, ut colatur vel non colatur; ideo & futilis hæc objectio in fumum abit, & nebulæ inſtar, ſolo exorto, evaneſcit.

In medio tegumenti ſeu operculi, quo Crux Werdeana tegitur, ad dextram & ſiniſtram
C virginis (extra tamen circulum) *amethyſti* ſunt. Lapilli acuminati tabellæ paſſim interſperſi cryſtallum partim, partim Jaſpidem aërizuſam & Achaten repræſentant: & hæc de ſanctæ Crucis operculo: nunc ipſam Crucem contemplemur.

DESCRIPTIO
CRUCIS WERDEANÆ.

Tabella ipſa laminâ conſtat aureâ, lichadis unius longitudine; latitudine minor, unciâ. In hujus medio Crux eſt, ùt vulgò vocant, Hieroſolymitana; longitudine digitali: capitello conſtans & baſi ex eadem ligni materia. Duo alia tranſverſa ligna, quæ partim è medio, partim nonni-
D hil poſt faſtigium promicant; non pari omninò conſtant magnitudine. Quod enim medium occupat, duorum propè pollicum eſt: Alterum, nonnihil eſt brevius. Baſis & faſtigium, æquabili proportione brevitate præſtant. Latitudo omnium ferè par eſt: niſi quòd partes illæ, quæ faſtigio propiores ſunt, minores, tenuioréſque appareant. Trium autem eſt granorum. Porrò ne crux ipſi tabulæ inſita inſertáque labet; argenteis uncinis ſuprà, infráque geminis innectitur. In quatuor angulis quaterna ſunt oſtiola, quæ reliquiaria totidem occludunt, celántque. Reliqua in hoc tabellæ aureæ ſpatio, utinam non violatas dicere liceret. Sed cùm Critici tales deerrationes, in antiquis inſcriptionibus exoſculentur, tantúmque non adorent, cauſæ nihil habent dicere, cur bono vultu hanc recentiorem dignari nolint? Sic autem habet.

MAXIMILIANVS. RO. AC VNGARIÆ. REX. ARCHIDVX. AVSTRIÆ. DVX BVRGVNDIÆ, &c. ME. 12. KLAS. MAY. VISITAVIT. ANNO. DNI. 1496. QVI. HVIC. ECCLESIE. SCE. CRVCIS. WERDEE. PER. MANGOLDVM. EX. NOBILIORI. GENERE. ELPHECIORVM. DE SANGVINE. DV-
CVM. SVEVIE. TVNC. ECIA. COMITEM. G
IN. DILLIGEN. CVM. FVNDATIONE. ME. DONATA. AMPLIVS. DECORAVIT. NAM. ET. IPSO. NVLLVS. VIVENCIVM. LONGE. AVT. PROPE. PLVS TRAXIT. ORIGINEM. DE. HASPVRGENSIBVS. VEL. KIBVRGENSIBVS. PARTICEPS. ET. IPSE. SIT. DEVOCIONIS. IN ÆVVM. AMEN. CONSVMATVM. EST. HOC. OPVS. ANNO. DOMINI. MILLESIMO. QVINGENTESIMO. TERTIO. DECIMO.

Hactenus inſcriptio. Fuit autem *Maximilianus* Imp. S. Crucis ſtudioſiſſimus cultor. Quare cùm Albam Regalem in Hungaria vi expugnâſſet, templum ingreſſus, inquit Dubra-
vius lib. 31. Hiſt. Boëmicæ, *donis & monu-* H
mentis gemmeis, aureis, argenteis refertiſſimum, quibus Reges Hungariæ locupletiſſimi eum locum, in quo auſpicia Regni, auſpice Deo, auſpicabantur, exornatum illuſtratúmque voluerunt, nihil ex tantis copiis extulit, cum jure victoriæ omnia auferre poſſet, niſi unicam Crucem auream, illámque, perparvam, quæ majorum ſuorum, principum Auſtriæ fuiſſe dicebatur, cui rei teſtimonium inſigne gentilitium præbebat.

Verùm tam circa hanc Crucem Werdenſem, quàm circa alias complures non immeritò quæras, cur duplici ligno tranſverſario conſtent, cùm vera & prima Crux Chriſti unicum ſolummodo hujuſmodi lignum habuerit

Digitized by Google

BULLA
LEONIS IX. PONTIFICIS MAXIMI
DE ADVOCATIA MONASTERII SANCTÆ CRUCIS IN WERDEA,

✠ *LEO EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI,*
GUNDERADÆ DILECTÆ IN CHRISTO FILIÆ A NOBIS ORDINATÆ,
& conſecratæ noviter facto à Patre tuo Manegoldo S. Crucis monaſterio, tibique ſucceſſuris perenniter Abbatiſſis perpetuam in Domino ſalutem.

SAcræ devotionis labor, quia ſemper divino favore juvatur, ſemper optato fine terminatur. Ideo, Filia, tui Patris ampla in Deum devotio laudabilem fructum produxit: cùm pro portione ſanctæ, & vivificæ Crucis, in qua Dominus noſter JEſus Chriſtus, Salus noſtra pependit, decenter auro, & gemmis ornata, tunc ab Autocratore Conſtantinopoleos nomine Romano *dono data, cùm ad eum miſſum eſſet ab Imperatore Chuonrado, ut filiam ſuam nuptum traderet ejus filio; fundavit Eccleſiam in petra: quia non ædificavit ſuper arenam; ut incumbentibus ventis, venientibus fluviis, deſcendentibus pluviis, quod ædificâſſet, rueret; ſed firmiter fundatum, perenniter permaneret.*

Ut verò votum ſuæ conſtructionis Deo ſolveret, ſecundùm illum, qui dixit; Vovete, & reddite Domino Deo veſtro omnes, qui in circuitu ejus affertis munera; *nos à Moguntina Synodo Romam versùs redeuntes, ad ipſum Dei templum venire invitavit, quod à nobis III. Non. Decemb. merito honore dedicatum, ſic tandem juri S. R. E. & beatiſſimo Petro Apoſtolo, prompto donavit & obtulit animo, téque filiam ſuam, quam jam Deo in monaſtica converſatione, & habitu ſacrave-*

rat;

Digitized by Google

catus *ſit. Si verò vel ipſi Manegoldo, vel ejus filiolo, nemo filius ſuperſtes extiterit, tunc liceat Abbatiſſæ, ipſique Congregationi, Advocatum ſibi, ſecundùm Deum, eligere, petendum tamen ab Apoſtolica ſede.*

Lex verò omnium Advocatorum poſt Manegoldum talis erit: ut, quiſquis eorum dignè non adminiſtraverit Advocationis officium, liceat Abbatiſſæ ipſique Congregationi de eo apud Papam conqueri. Qui, ſi vocatus ab eo fuerit, & Monaſterio ſatisfecerit, Advocationem *ſuam retineat. Quòd ſi venire diſtulerit, aut, ſi venerit, & non ſatisfecerit, tunc liceat Abbatiſſæ, ipſique Congregationi, ex conſenſu Papæ, talem ſibi Advocatum eligere, qui ſecundùm Deum ſit. Poſt obitum verò tuum, de ipſa congregatione, quæ melior ſit, eligatur, ſi idonea inventa fuerit, eáque donum & conſecrationem Abbatiæ à Papa recipiat: alióqui de alia Congregatione idonea eligatur, à Papa ſimiliter donanda, & conſecranda.*

Decernimus præterea, ut in altari majori, quod nos ipſi conſecravimus, nullus audeat Miſſam celebrare, niſi ſit Epiſcopus, vel Abbas, tréſque ſacerdotes hebdomadarij ad hoc officium deputati, eorúmque, ſucceſſores. Epiſcopus quoque, in cuius parochia locus eſt, nihil ſibi in eo vendicare audeat, præter ordinationem facere Clericorum, & Monialium, ſi tamen gratis fecerit. Sin autem; ordinationes expetent ab alio, quocunque velint, Epiſcopo.

Ut verò locus ipſe in Quadrageſimali tempore ſolvat Papæ annuam penſionem, ſtatuit idem Manegoldus, penſionem ipſam eſſe anabolagium, id eſt, Fanonem, ſtolam cum auro, manipulum, & cingulum. Nos verò, quia locus ipſe conditus eſt pro-

pter

Datæ III. Non. Decemb. per manus Petri Diaconi Bibliothecarii, & Cancellarii ſanctæ Apoſtolicæ ſedis. Anno Domini Leonis IX. Papæ I. Indictione III.

NOTÆ IN BULLAM SANCTI LEONIS.

✠ *Leo Epiſcopus*] De more præfigendi Crucem vide Tom. 1. de S. Cruce lib. 2. cap. 19. Iniit Leo IX. Pontificatum anno Chriſti M. A XLIX. exiit anno M. LIV. antea Bruno vocatus, Epiſcopus Tullenſis, ex familia Comitum Dagſpurgenſium. De quo lege Baronium ab anno M. XLIX. uſque ad annum M. LIV.

Gunderada dilecta in Chriſto filia] Fuit hæc Gunderada Mangoldi, qui primus Monaſterium S. Crucis fundavit, & ſanctæ Crucis pretioſiſſimo theſauro locupletavit; filia, & prima erecti cœnobii Abbatiſſa, (nam Virginum is cœtus; non, ùt hodie, virorum) ab ipſo Leone IX. inſtituta & conſecrata, ùt primis hujus diplomatis verbis manifeſtè aſſeritur.

Facto à patre tuo Manegoldo S. Crucis Monaſterio] Fuit hic Manegoldus ſive Mangoldus Co- B mes Kyburgenſis, Dilingenſis, Werdenſis, Witteslingenſis. Obiit anno M. LIII. ùt ex antiquis Werdenſis Monaſterii monumentis annotavit R. P. *Georgius Beck*, Conventus Werdenſis Prior.

Cùm pro portione ſanctæ & vivificæ Crucis] Diximus jam ad ſecundum Shirenſe diploma moris fuiſſe, Eccleſias condere in honorem S. Crucis, præſertim, ſi quis particulam ſeu portionem quampiam de S. Cruce nactus eſſet; Vide Tom. 1. de S. Cruce lib. 1. cap. 80. & 81. At Mangoldus templo non contentus, integrum Monaſterium in ſanctæ Crucis venerationem exſtruxit; cujuſmodi Monaſteria plura in Germania occurrunt, ùt Auguſtæ Vindelicorum, in Auſtria & alibi.

Tunc ab Autocratore Conſtantinopoleos] Ab Imperatore Conſtantinopolitano, cui *Romano Argyro* ſeu *Argyropulo* nomen erat; qui creatus eſt Imperator anno M. XXVIII. tenuitque Imperium uſque ad annum M. XXXIV. C quo in fata conceſſit. De hoc Romano lege Joannem Curopalatam, Cedrenum, & Zonaram. Vocat Leo Romanum, αὐτοκράτορα; ita enim nominari volebant: quemadmodum & βασιλεῖς, quam appellationem Græci quidam occidentis Imperatoribus ut tribuerent, nullo pacto adduci jam olim potuêre, ùt oſtendi in defenſione lib. 1. de Tranſlatione Imperii cap. 11. & nuper quoque in Apologia Baroniana. Et extat contra hanc Græcorum ſeu injuriam ſeu impudentiam epiſtola Apologetica Ludovici Junioris Imperatoris ad Baſilium Imperatorem Conſtantinopolitanum, ſcripta Anno DCCC. LXXI. De qua in dicta Apologia pro Card. Baronio. D

Cùm ad eum miſſum eſſet ab Imperatore Chuonrado] fuit is Conradus hoc nomine primus, (alii ſecundum appellant) Salicus dictus in Romanorum Regem Anno Chriſti M. XXIV. electus; poſtea Anno M. XXVII. à Joanne XX. Pontif. Max. Imperator inauguratus; imperavitque uſque ad Annum M. XXXIX. quo ex vita exceſſit. Hic ergo Mangoldum Comitem Conſtantinopolim ad Romanum Imp. miſit. De anno legationis non liquet.

Digitized by Google

annus octavus. De quo prædictus Poëta.

B *Conſilio res acta gravi lectique virûm par*
Nobile, Pontificum Wernherus ſama potentum
Accola quos vidit Rheni.

Porrò in annum M.XXVII. hanc legationem incidiſſe, oſtendi poteſt ex Wipone in Vita Conradi Salici Imp. Poſtquam enim expoſuiſſet, quomodo Conradus Salicus Rex Anno M.XXVII. 7. Kalend. Aprilis à Joanne Pontifice coronatus fuiſſet, ſubjicit Wipo. *Eodem tempore*, nempe Anno XXVII. *Werinharius Argentinæ civitatis Epiſcopus, ab Imperatore legatus Conſtantinopolim mittitur. Qui, dum causâ orationis Hieroſolymam pergere ſe fingeret;* C *ùt putavimus, judicio Domini, quem fallere nemo valebit, mirabiliter prohibitus eſt. Nam dum magnum comitatum hominum, majorem quoque mutorum animalium, equorum, boum, ovium, porcorum, multáſque delicias ſeculares ultra modum ſecum educeret, perveniens in Ungariam, à Rege Stephano contradicta eſt ſibi via, quod eo tempore nulli oratorum accidit. Inde reverſus per Bajoariam, cum omni comitatu ſuo pergens Italiam intravit: & multum circa fines Veronæ moratus, tandem cum maximo labore per Venetiam, mare Adriaticum ingreſſus, navigio calamitoſo Conſtantinopolim pervenit. Cúmque ab Imperatore Græcorum honorificè ſuſceptus eſſet, ſecúmque ſatis familiariter converſaretur, deſiderare cœpit, ut Imperatoris auxilio Hieroſolymam adiret: quo deſiderio, ſemper aliqua re intercedente, nunquam potiri valuit. Sequenti verò tempore obiit, & ſepultus eſt in eadem Urbe, Et Epiſcopatum ejus Wilhelmus Argenti-* D *nenſis Canonicus ſuſcepit. Legationis tamen cauſam poſtea Imperator Græcorum, aureis literis Imperatori Chuonrado reſcripſit.* Hæc Wipo.

Attigit eandem legationem Hermannus Contractus, & quem diximus annum diſertè exprimit. *Anno M.XXVII. Werinharius Argentinæ Præſul Conſtantinopolim ab Imperatore legatus dirigitur, ibique inſequenti anno defunctus, Wilhelmum ſucceſſorem accepit.*

Nec obſtat, quod Leo Pontif. in ſua Bulla dicit: *miſſum ad Romanum ab Imperatore*

[illegible] oportuerit cum Nicephoro ejus ſucceſſore tractare. Anno autem M.XXVIII. quo Romanus imperare cœpit, Wernerus adhuc Conſtantinopoli degebat, utique cum collega ſuo Mangoldo: Nec tantùm Conſtantinopoli degebat, ſed & illic vivere deſiit, ùt Wipo & Contractus teſtantur.

Cur autem Wernherus ſimulaverit peregrinationem Hieroſolymitanam; cauſa forſan erat, quòd Imperator Conradus nollet ſciri, legationem abs ſe Conſtantinopolim miſſam eſſe; multóque minùs cauſam ejus; ne, ſi fortè repulſam pateretur, aliis riſum & ludibrium deberet. Erat autem Henricus filius Conradi Anno Chriſti M.XXVII. decennis; nam anno Redemptoris M. XXVIII. G quo Aquiſgrani Rex coronatus eſt, undecimum agebat annum, teſte Wipone.

Ut filiam ſuam nuptum traderet ejus filio] Quam filiam Romanus habuerit, non proditur ab Hiſtoricis. Itaque credibile eſt, unam ex filiabus Conſtantini, à Conrado, pro Henrico filio expetitam fuiſſe. Tres enim habuerat; *Eudociam*, *Theodoram*, & *Zoën*, quarum hæc una cum Imperio *Romano* Argyropolo à Conſtantino eſt tradita: Deus certè Henricum, Conradi filium, clementer cuſtodiit, ne cum Zoë, teterrima & flagitioſiſſima femina, connubio copularetur. Quòd igitur, mortuo Conſtantino, hæc matrimonialis tractatio, cum *Romano* Imp. marito Zoës, acta eſſet; creditum eſt, filiam *Romani* à Conrado fuiſſe poſtulatam; quia *Eudocia* & *Theodora* pro filiabus *Romani* H reputari poterant; cùm eas, mortuo patre, ſuam in tutelam recepiſſet: niſi quis contendat, Romano fuiſſe filiam, licèt id ſileatur ab Hiſtoricis, ex quibus Zonaras dicit, eum ſexagenarium ad Imperii culmen provectum eſſe; & multa, ſed incaſſum, tentâſſe, ut hæredem progeneraret. Fortè *filia* nomine ſignificatur *Romani* ex fratre neptis, quam Romanus magna cum dote Armeniæ Magnæ Regulo nuptum dedit.

Mi-

Digitized by Google

... datum, in monte ſitum erat, juxta arcem **Mangolſtein**: poſtea in planitiem tranſlatum eſt unà cum ſancta cruce; & tandem tertiò eum in locum, in quo hodie viſitur. Arx **Mangolſtein**, Anno M.CCCVIII. 7. die Maij à Werdenſibus funditus diruta eſt, nequid libertati civium nocere poſſet: excepto quodam ſacello, quod Leo IX. conſecraverat. Teſtantur Annales Werdam ex hoc Monaſterio ſanctæ Crucis natam; & alias non paucas urbes, nominatim S. Claudium, & S. Hippolytum in Burgundiæ comitatu. S. Gallum, & Campidonum ex C Monaſteriis exſtitiſſe nemo inficiari poteſt: quibus tamen originis ſuæ exiguas grates hodie referunt, tranſitione ab avita fide ad Lutherum vel Calvinum facta.

Nos à Moguntina Synodo Romam verſus redeuntes] celebrata eſt hæc Synodus Anno M.XLIX. qui erat primus Pontificatûs Leonis. De qua Hermannus. *Autumnali tempore Dominus Papa Synodum magnam Rhemis cum Galliarum Epiſcopis habuit; indéque Moguntiacum veniens, aliam Synodum, quadraginta propè Epiſcoporum coram Imperatore, & regni noſtri principibus celebravit: & poſtea Alemanniam adiens, Augiæ feſtum S. Clementis, & Dominicam ante Adventum Domini 6. Kalend. Decemb. egit. Et per Auguſtam, Baioariámque tranſiens, Natalem Domini Veronæ coluit: imperator verò ad idem feſtum in Saxonia manſit.*

D Adam Bremenſis lib. 3. Hiſt. cap. 31. *Potentiſſimus Papa Leo pro corrigendis Eccleſiæ neceſſitatibus, venit in Germaniam. Tunc habita eſt Synodus generalis apud Moguntiam, præſidente Domno Apoſtolico. Hæc Synodus facta eſt anno Domini Milleſimo, quadrageſimo nono.* Trithemius tamen & cum illo Serarius libr. 5. Rerum Moguntiacarum in Bardone Archiepiſcopo, referunt Leonis IX. in Galliam & Germaniam adventum ad Annum Redemptoris ML.

Quod à nobis III. Nonas Decemb. merito ho-

... ſecundus, Comes Kyburgenſis, Werdenſis, Dilingenſis, &c. Manſit eadem *Advocatia* apud tertium & quartum Mangoldum primi illius nepotem & pronepotem.

Anagolagium.] Videtur legendum: *Anabolagium*, vel *Anaboladium* à Græco ἀναβάλλομαι, quod eſt *ſuperinjicio*, ſic appellabant amictum album lineum, qui quòd humeris imponeretur, *ſuperhumerale* etiam vocabatur. Ita Onuphrius libell. de vocab. Eccleſiaſt. Sed cùm in *Bulla* Leonis Anabolagium expreſſè explicetur per *fanonem*, videtur hoc vocabulo potiùs ſignificari vexillum ejus generis, quod Germani vocant, **ein Fahnen**.

Quia locus ipſe conditus eſt propter eam, quæ ſupra dicta eſt, ſanctæ & vivificæ Crucis portionem.] Mandat Leo, ut hæc ſacroſanctæ Crucis portio perpetim in Monaſterio Werdenſi maneat, dicto & lato in illos, qui quid contra tentaverint, anathemate. Nec deſunt divinæ ſeveritatis & vindictæ exempla in eos, qui Crucem hanc furtivis manibus harpagare conati ſunt; ùt Annales Werdenſes memorant. G

Æternæ vitæ particeps efficiatur ✠] Vides hic ſignum crucis terminare contextum Bullæ; prout antea eundem inchoârat. Solennis iſte priſcis mos erat, à cruce exordiri, & in cruem deſinere, & cùm nomina ſubſcriberent, Crucis ſignum iiſdem vel præponebant, vel poſtponebant; H ùt diximus Tom. 1. de S. Cruce lib. 2. cap. 16. Et Teſtamentis Crucis ſignum vim robúrque addebat, ùt eod. lib. cap. 18. oſtendimus; etiam apud Anglos, de quibus Ingulphus in ſua Hiſtoria. *Chirographorum confectionem Anglicanam, quæ antea uſque ad Edvvardi Regis tempora fidelium præſentium ſubſcriptionibus, cum crucibus aureis, aliiſque ſacris ſignaculis firma fuerant, Nortmanni condemnantes, chirographa chartas vocabant, & chartarum firmitatem cum cerea impreſſione, per uniuſcuiuſque ſpeciale ſigillum, ſub inſtillatione*

O 2 *trium*

Digitized by Google

INNOCENTIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI DILECTO IN CHRISTO FILIO DIETRICO, ABBATI MONASTERII S. CRUCIS de Werd, ejúſque ſucceſſoribus regulariter ſubſtituendis.

QUemadmodum ex geſtis prædeceſſoris noſtri S. memoriæ Leonis IX. Papæ didicimus, nobilis quondam vir Mangoldus de Werde, devotionis intuitu, Monaſterium in caſtro ſuo conſtruxit, quod B. PETRO Apoſtolorum Principi offerens, fecit in honore ſanctæ & vivificæ Crucis, per manus ejusdem Romani Pontificis conſecrari, ſanctimoniales fœminas ibidem Deo ſervituras inſtituit.

Factum eſt autem, ut eodem cœnobio per operam pravorum hominum diruto, atque devaſtato, alter Mangoldus, jam dicti nobilis viri filius, ab Apoſtolica ſede obtinuit, ut ſibi licentia præberetur, idem Monaſterium ad alia loca transferre, ac per hoc, juxta ipſum Caſtrum, in planitie terræ fundavit Eccleſiam, & ſanctimoniales ibi ad Dei ſervitium deputavit. Quibus utique tam religione, quàm numero decreſcentibus, tertius Mangoldus prædeceſſorem noſtrum, egregiæ recordationis Paſchalem Papam humiliter adijt, & ut amotis ſanctimonialibus, in eodem loco monachi ponerentur, expetiit. Cuius petitioni Romanus Pontifex benignè conſenſit, & Gebhardo, quondam Conſtantienſi Epiſcopo, tunc Apoſtolicæ ſedis legato, per ſua ſcripta mandavit, ut videlicet de Cella ſancti Blaſii monachi aſſumerentur, & in eodem Monaſterio ponerentur. Quod cùm præfatus Epiſcopus impleviſſet, idem locus tam in temporalibus, quàm in ſpiritualibus, Deo gratiæ ſint, plurimum augmentatus eſt.

Quod igitur, dilecte fili Dietrice Abbas, à nobis humiliter poſtulâſti, ut idem Cœnobium, cui, Deo auctore, præſides, Apoſtolicæ ſedis privilegio muniremus, nos, quorum præcipuè intereſt, loca, quæ ad jus S. Rom. Eccleſiæ pertinent, diligere, ac fovere, interventu dilecti filij noſtri, quarti Mangoldi, illuſtris viri, tuis deſideriis benignitate debita duximus annuendum.

Per præſentis itaque privilegij paginam Apoſtolica auctoritate ſtatuimus, ut idem Cœnobium ab ipſis fundatoribus B. PETRO oblatum, perpetuis temporibus ſub ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tutela conſiſtat; & Ordo monaſticus, qui ſecun-

Siqua igitur in poſterum Eccleſiaſtica, ſecularíſve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens,contra eam temerè venire tentaverit,ſecundò,tertióve commonita, ſi non reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit,poteſtatis, honoríſque ſui dignitate careat, reámque ſe divino judicio exiſtere, de perpetua iniquitate, cognoſcat, & à ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti, aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem, præmia æternæ pacis inveniant, Amen, Amen.

Ego INNOCENTIUS Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.
✠ *Ego WILHELMUS Præneſtinus Epiſcopus.*
✠ *Ego GERHARDUS Presbyter Cardinalis tit. S. Crucis in Hieruſalem.*

Datæ Piſis per manum Aimerici S. R. E. Diaconi Cardinalis, & Cancellarii XIII. Kal. Julii, indictione XIII. Incarnationis Dominicæ Anno M. C. XXXVI. Pontificatûs Domini Innocentii Papæ II. Anno VI.

A Circa hanc Innocentii Bullam nihil aliud notandum occurrit, quàm annum Chriſti M. C. XXXVI. ſtatui à Baronio annum ſeptimum Pontificatûs Innocentii II. Aimericus ſeu Haimericus, per cujus manus Bulla hæc data dicitur, fuit Diaconus Cardinalis S. Mariæ Novæ, & Cancellariatûs munere functus eſt ab anno primo Pontificatûs Innocentii II. uſque ad annum XII. ùt ſcribit Alfonſus Ciacconus in Innocentio II.

Multa alia privilegia tam per Bullas Pontificum, quàm per conſtitutiones Imperatorum Werdenſi Monaſterio conceſſa ſunt, idque ob honorem & reverentiam ſanctæ Crucis; quæ hic percenſere, nil attinet.

Iſtud non eſt omittendum; ingentem olim, cùm priſca pietas in Germania adhuc floreret, ad hanc Crucem factum eſſe omnium hominum concurſum: præſertim feſtis *Inventæ* & *exaltatæ* Crucis, & die, quo Templi S. Crucis dedicatio peragebatur. Multis miraculis claruit. Commemorabile eſt B illud, quod contigit Anno Redemptoris M. CCC. XVII. IV. Kalend. Febr. cum oppoſitu S. Crucis ſæviſſimum incendium reſtinctum eſt, ad eum fermè modum, quo S. Paulinus olim, ſimilis portionis de ſancta Cruce objectu, populabundis flammis terminum fixit, ne ultra progrederentur: de quo lege cap. 85. lib. 1. de S. Cruce Tomo 1. Certè ob crebritatem miraculorum, quæ virtute Crucis edebantur, fecit quidam patrum memoria hos verſiculos leoninos.

Crux pia Werdenſis, non præterit horula menſis,
Quin radiet dignis per ſex nunc ſecula ſignis.

Hæc breviter de S. Cruce, quæ Werdæ aſſervatur & colitur; quam ex Græcia allatam eſſe, res ipſa loquitur; cujuſmodi plura monu-

*ἐξῃρημένων.
*θεοφανῦς.
*καλλύνυσα.

Ὅση γὰρ * αὐταὶ τῶν πρὶν * ἐξῃρημένα
Μείζων, τοσϐτῳ πίςις ἡ * θεοφάνϐ
Προσευκτικὸν σκήνωμα τῶν αἰτημάτων
Τεύξασα * καλλύνασα τϐτ᾽ ἐπὶ πόθῳ
Εἰς ψυχικὴν κάθαρσιν, εἰς βίϐ σκέπην.
Materiæ ſplendor, & elegantia artis,
Pulchritudinis jucunditas, & figuræ varietas,
Et eorum, quæ intus aſſervantur, patratio miraculorum ,
Creatoris acerba paſſio,
(Hanc capſellam) *efferunt ſupra veterem arcam,*
Quanto enim iſta iis, quæ antiquitus electa;
Majora ſunt, tanto (major eſt) *fides Theophanonis*
C *Quæ hoc orationi aptum tabernaculum ad preces*
Conſtruxit & exornavit cum deſiderio,
Ad animæ expurgationem, & vitæ protectionem.

Sed quæ hæc Theophano? Num uxor Leonis VI. Imperatoris, quæ à ſanctitate celebratur? Num conjunx Ottonis II. Imper. mater Ottonis III. quæ ipſa quoque eximiæ ſanctimoniæ laudem tulit. Hanc, ſtirpe etiam & domo Græcam, hujus Thecæ lipſanophoræ conditricem eſſe, longè proclivius eſt credere, quàm illam alteram.

In eodem volumine non procul à fine profert Apianus Crucem; ſub cujus ligno transverſario hæc verba leguntur: ςαυρὸς τϐ κυρίϐ τριῶν ξύλων κυπαρίσσϐ, καὶ πίτυος καὶ κέδρϐ. *Crux Domini tribus lignis conſtat; cypariſſo, pinu, cedro.* D Supra locum, ubi crux fixa. πέτρα ἣν ὁρᾷς ἐςὶ βάσις τῶν πιςῶν τϐ κόσμϐ. *Petra, quam vides, eſt baſis fidelium mundi.* Supra locum, ubi Chriſtus Crucifixus. ὁ θεὸς βασιλεὺς ἡμῶν * πρὸς αἰῶνας εἰργάσατο (σωτηρίαν) ἐν μέσῳ τῆς γῆς. *Deus Rex noſter operatus eſt ſalutem in medio terræ.* Hæc, inquit Apianus, *Melanchthon reperit in Bibliotheca Tubingenſi, &c. quo fit fides, eſſe eò collatam ab aliquo ex his, qui cum Eberhardo Probo, Wirtenbergenſi Duce, Hieroſolymis fuerunt.*

*πρὸ αἰῶνος.

cap. 27. & alij ſcriptores paſſim. Qua occaſione hæc pars de ſancta Cruce, cui aſſervandæ Crucem iſtam, ſummi & pretij & artificij, Ottacarus faciendam curavit, ad Ottacarum pervenerit, & quomodo ab hoc ad Ratisbonenſes; indagare non potui. Ipſam quidem Crucem, ea, qua eſt magnitudine, cum omnibus ornamentis & additamentis ſuis depictam, ad me miſit Reverendiſſimus in Chriſto Pater & Dominus, Doctor *Quirinus Leoninus*, Eccleſiæ Cathedralis Ratisbonenſis Præpoſitus, &c.

Ex ligno quoque Crucis Dominicæ confecta fuit illa Crux, quam in Sacello S. Heliæ reperit Rex Angliæ Richardus, de qua Ro- G gerus in Annalibus Anglicanis. *Perrexit.* (Richardus Rex Angliæ) *ad Capellam S. Eliæ, quæ diſtat Hieroſolymis per tres leucas; & invenit ibi Crucem quandam de ligno Domini ſigillatam infra murum Capellæ, quæ vocabatur Crux Syriorum; & aſportavit eam.*

Reperta eſt in celebris Fürſtenfeldenſis Monaſterij Bibliotheca Crux, ibidem ante ducentos annos à quodam religioſo, doctóque monacho, miro artificio conſcripta: eam Auguſtæ Vindelicorum Philippus Ulhardus typis expreſſit. Tres Angeli, à latere duo, tertius ſuprà, eam paſſis palmulis tenent. Baſis Chriſto coronato, velut pondere Crucis preſſo, incumbit. Hoc autem conſtat diſticho:

CRUX SACRA TE RECOLO, CRUX TE BONA SEMPER ADORO. H
CRUX RELEVES INOPEM, CRUX PIA CONFER OPEM.

Quod diſtichon uncialibus ejuſcemodi literis nigris rubrísque inſcriptum cernitur, legitúrque quinquies. Initium lectionis fieri debet è corde Crucis, grandiore litera C. expreſſa: & legi debet, hexameter quidem ſurſum primò, deinde deorſum: pentameter verò, ad utrumque latus, ùt in ſubjecto ſchemate vides.

OLOCE-

P O R E F N O C A I S X V X S E L E V E S I N O P
O R E F N O C A I P X V R V X R E L E V E S I N O
R E F N O C A I P X V R C R V X R E L E V E S I N
O R E F N O C A I P X V R V X R E L E V E S I N O
P O R E F N O C A I T X V X T E L E V E S I N O P

EP ETXTE PE

M BETEB M

OBEBO

NOBON

ANONA

SANAS

ESASE

MESEM

PMEMP

EPMPE

REPER

ARERA

ODARADO

ORODADORO

CORO-

Digitized by Google

ſiam ſummis meritis aliquam gratiam referret, miſiſſe ad illam muneri crucem auream, (quam *Regnum* indigitent) *omni ex parte uno palmo longiorem, gemmis inſigniter diſtinctam, & ligno itidem de ſancta Cruce nobilitatam*: Quæ adhuc Modoëtiæ in theſauro Eccleſiaſtico
B aſſervatur, ùt cap. 40. exponitur: Præterea CORONAM FERREAM, olim Conſtantini Magni; in qua unus ex clavis, quibus Redemptor noſter cruci ſuffixus fuit; qua primus omnium redimitus eſt Agilulfus, Longobardorum Rex, Theodelindæ maritus. Scriptores Mediolanenſes, inquit Sigonius lib. 1. de Regno Italiæ, *patrios ſecuti Annales, aſſerunt, coronam Agilulpho primò impoſitam fuiſſe, auream illam quidem, verùm circulo ferreo interiore intextam, unde pòſt* Ferreæ Coronæ *Italico Longobardorum in Regno enituit.* Hunc circulum ferreum interiorem, quem Sigonius *corona* intextum ſcribit, aiunt eſſe clavum ex illis unum, quibus Salvator in cru-

ceſſit dignitas, poſtquam Corona ferrea ibi cuſtodiri, atque ea ibi coronari Reges ſunt cœpti. Sic enim Mediolanenſes produnt Annales, Mediolanenſem Archiepiſcopum eo jure à Pontifice Gregorio decoratum, ut vacante Italiæ regno, ipſe poſt quatuordecim dies, ſuffraganeorum ſuorum concilium advocaret, atque ex eorum ſententia regem conſtitueret, eúmque corona ferrea à Theodelinda inſtituta Modoëtiæ redimiret. D
Quod jus à Rege ullo Longobardorum uſurpatum, Paulus nuſquam oſtendit. imò morem eis fuiſſe ait, ut haſtam regi declarato porrigerent. Verùm ne auctoritatem prorſus Mediolanenſibus abrogem, illud facit, quòd coronam hanc ferream poſt Carolum Magnum omnibus Italiæ regibus video deinceps fuiſſe ſolennem. Et, quòd hoc muneris Gregorium Theodelindæ petenti tribuiſſe; non ſit abſonum, vel ut gratiam reginæ referret, cui plurimum ſe debere ipſe in epiſtolis confitetur, vel ut Archiepiſcopo acceſſionem dignitatis adjungeret.

QUARTA

Digitized by Google

ΑΝΘΟΛΟΓΙΑ ΣΤΑΥΡΙΚΗ.

FLORILGIUM DE CRUCE.

HUIC *de Cruce horto inſerere viſum eſt Flores nonnullos; qui in Tomis de ſancta Cruce præteriti; maximè Peruanum illum admirandum Florem, cui* Granadillæ *nomen impoſitum; de quo ex Italicis plantariis quædam huc tranſtulimus. Nec mirum; ſemper reſtare, quæ de ſancta Cruce dicantur, quia ex infinito pondere, quod tulit, infinitatem quandam contraxit.*

B *Cuſtodes cinerum prælato thure vaporant.*

Quem poſtea his verbis compellant.

At tu per fidei, communia ſacra, per illum,
Quem Crucis in ligno potatum felle, piáſque
Expandiſſe manus, & ſacri fluminis imbre
Conſciſſum roráſſe latus, mortémque ſubiſſe
Lux hodierna monet, vir maxime parce, nec ultra
Innocuos affige pius.

Crucem ſequi, Eccleſiaſtica phraſi eſt proceſſioni intereſſe, quia ſolenne eſt proceſſioni Crucem anteferre. Ekkerhardus de caſibus Monaſterij S. Galli, cap. 3. *Cruce ante Miſſas exportata, extremi ſequuntur.* In vita S. Kunegundæ Imperatricis. *Dum ipſa cum conventu Crucem ſequitur, nam dies Dominica erat.* In eadem vita. *A crucibus reverſi.* Vom Creutz
C heimkommen.

Cùm Cruce ſignati Latini Conſtantinopolim feliciſſimè expugnâſſent, Epiſcopus ἔνοπλος καὶ ςαυρὸν ταῖν χεροῖν, ὥς τινα σημαίαν ἀνέχων, προίππευεν αὐτῶν ἐν τῇ κατὰ τῆς πόλεως μάχῃ, καὶ τῇ ἁλώσει. inquit Græcus quidam Auctor in enumeratione cladium Conſtantinopoli à Latinis illatarum. *Epiſcopus quidam armatus, & crucem, tanquam vexillum, manibus geſtans præcedebat eos in oppugnatione & occupatione urbis.* Quid mirum, crucem præceſſiſſe, cùm totus ille exercitus crucem pro inſigni & ſtemmate habuerit? *Glorioſum verè* inquit Gregorius II. Pontifex Maximus epiſtola ad ſanctum Germanum Patriarcham Conſtantinopolitanum *ac inſigne*
D *labarum, id eſt, vivificam crucem, magnum contra mortem magnitudinis* (divinæ) *tropheum, in quo mundi quadrifariè terminos circumſcripſit.*

Crucem præcedere debere, cùm Euchariſtia ad ægros defertur, ſtatuit Hubertus Cantuarienſis Archiepiſcopus apud Rogerum in Annalibus, hoc decreto. *Reponatur Euchariſtia in pixide munda & honeſta, & in pixide munda & honeſta deferatur ad ægrum, linteo mundo ſuperpoſito, & lucerna præcedente ac cruce, niſi æger valde remotus fuerit.*

Etiam in proceſſionibus funebribus cruces prælatæ. Incertus Auctor de Wilhelmi Conqueſtoris Regis Angliæ funere. *Religioſi viri pullo velamine, vel jerico tectum eſt, præeuntibus, ac pia carmina de morte & beneficiis Filij Dei præcinentibus ſcholaſticis, alicubi & crucifixi imago nigra pompa præfertur, &c.*

Nec mortuis tantùm crux præfertur, cùm ad ſepulchrum efferuntur; ſed & moribundis venerationis & ſolatij ergo proponitur. Thomas Walſinghamus de Eduardo III. Rege Angliæ, animam agente. *Perſuaſit Regi* (Presbyter) *ut veniam peteret pro commiſſis afferens ſibi crucis imaginem, quam dedit in manus ejus. Rex autem cum reverentia ſumma illam accipiens, oſculabatur devotiſſimè: nunc manum, ùt poterat, in ſignum optandæ veniæ protendendo, nunc verò de ſuis oculis lachrymas uberes emittendo, & pedes imaginis frequentiſſimè oſculando.*

Vide Tom. 1. de S. Cruce lib. 2. c. 15.

Idem Thomas Walſinghamus Scriptor Anglus de pugna Anglorum cruce ſignatorum cum Flandris ad Gravelingam. *Caleſiæ commoratus* (Epiſcopus Norvvicenſis) *paucis diebus, donec advectus eſſet exercitus, &c.* *Quo adunato, mox egreſſus de Caleſia, vexillum ſanctæ Crucis erexit, & ad villam de Graveling muris fortibus circumcinctam, &c. audacter acceſſit, &c. Noſtri verò vexillum ſanctæ Crucis habentes præ oculis, & ad cauſam ſuæ crueeſignationis pariter & abſolutionis dirigentes intuitum, vincere quidem gloriam in hac cauſa, ſed mori lucrum reputabant, &c. percurrentes itaque villam nulli parcunt, ſed eos usque ad unum delere laborant, ſicque crucis beneficio factum, ut cruce ſignati & villa glorioſè potirentur, & hoſtes crucis ita delerent, quòd unus ex eis non remanſit.* H

G

Vide Tom. 1. de S. Cruce lib. 1. c. 47. & ſeqq.

Etiam Tartari ſignum Crucis in bellicis vexillis uſurpabant. M. Paulus Venetus lib. 2. de Regionibus orientalibus cap. 4. de bello, quod Najamus contra Cublai maximum Tartarorum Regem geſſit. *Erat Najam profeſſione & nomine Chriſtianus, ſed non operum fidei ſectator, ſignaverátque principale vexillum ſuum ſigno Crucis, habens ſecum non paucos Chriſtianos.* Sed victus, imò & captus, & laqueo præfocatus eſt.

Porro Judæi & Saraceni, inquit Venetus, *qui in exercitu Cublai fuerunt, cæperunt Chriſtianis, qui cum Najam venerant, exprobrare & di-*

Digitized by Google

lius criminibus. Unde, mandans Judæis, & Saracenis, cæteriſque Chriſtiani nominis blaſphematoribus interdicebat, ne ullus eorum, Chriſtianorum Deum, aut crucem ejus, ampliùs blaſphemare præſumeret. Sic illis ſilentium impoſitum eſt. Memorabile profectò & laude digniſſimum in homine infideli tam dictum, quàm factum.

CAPUT II.

Cruces in Pontibus.

Vide lib. 2. cap. 25. 26.

C

HECTOR Boëthius lib. 10. hiſtoriæ Scoticæ. *Fortheam fluvium haud procul à Sterlingo*, ponte ſtravit lapideo (Donaldus Rex) *In ejus medio lapideam erexit Salvatoris crucem, his vulgatis carminibus lapidi inſculptis, multa poſt ſæcula inſignem.*

Anglos à Scotis ſeparat crux iſta remotis,
Arma hic ſtant Bruti: ſtant Scoti hac ſub cruce tuti.

CAPUT III.

Etiam ſeductores cruce interdum uſi ſunt, ut plures in ſuas pedicas illicerent.

Lib. 2. S. Cruce Cap. 30.

D

THOMAS Walſinghamus in *Hypodigmate* Neuſtriæ de Joanne Oldcaſtle, Lollardorum ſeu Wiclephiſtarum in Anglia turbulento Anteſignano: cùm ſupellex ejus à Catholicis fuiſſet intercepta: *Illic inventa ſunt ſigna cum vexillo, in quibus depingi ſumptuosè fecerat calicem & hoſtiam in formas panis* (quia populum ſeducebant, impulſu ad communionem ſub utraque ſpecie, ùt poſtea itidem factum à Luthero, Zvvinglio, Calvino.) *Ibi etiam conſpicienda fuêre crux Chriſti cum flagris, lancea cum clavis, quæ depinxerat in vexillo ad ſeducendum ſimplices, ſi quando contigiſſet erigere ſigna.* Neque enim crucem Chriſti impoſtor iſte uſurpabat honoris, reverentiæ & bonæ ſpei gratia; ſed ut hoc ſalutari ſigno, tanquam hamo, piſcaretur, dition, qui S. Albani Monaſterium oppugnabant; *adepti chartam libertatum villæ, ibant gaudentes, tunc demum divulgaturi ad crucem publicè chartam, quam obtinuerant de Monaſterio, unà cum charta regia, &c.* Videntur ſeditioſi chartam hanc ad aliquam crucifixi imaginem ſuſpendiſſe.

CAPUT IV.

Miraculum in cruce patratum.

CONTINUATOR Florentij Wigornienſis. *Apud Windleshoram, quæ ſuper altare ſtabat, vident crucem ſe moventem, & nunc dextra ſiniſtram, nunc ſiniſtra dextram, more plangentium conſtringentem. Hoc factum eſt tertiò. Crucem dehinc totam tremere. Defluente ſudore totam etiam ſudare, ferè medio horæ ſpatio, poſtmodum verò in priorem ſtatum reverſam.* Vide Tomo 1. de ſancta Cruce lib. 2. cap. 64. G

Haraldus Rex Angliæ, ædificavit apud Waltham in honorem ſanctæ Crucis Eccleſiam: Unde receſſurus, & inde ad bellum profecturus, cùm oràſſet ante crucem, ùt refertur, crux ei quaſi ultimum vale dicens, inclinavit; & in hoc geſtu uſque hodie perſeverat, ùt ſcribit Weſtmonaſterienſis in floribus anno Domini M. LXVI.

CAPUT V.

Crux Epiſcopis prælata.

H

CRux Epiſcopis præferebatur: & qui eo munere fungebatur, *crucifer* audiebat: qualis ille, qui S. Thomam Archiepiſcopum Cantuarienſem, cùm in defendenda Eccleſiaſtica libertate non nihil titubâſſet; in viam revocavit; ùt habes apud Baronium Tomo 12. anno M. C. LXIV. Num. 5.

Lib. 2. de S. Cruce cap. 35.

Cùm idem S. Thomas ad Regem Henricum vocatus eſſet, jámque nihil aliud, niſi certiſſimam necem exſpectaret, crucem ſecum ſumpſit, manúque palàm tulit. *Baiu-*

Digitized by Google

erecta eſt, & in ea tale Epitaphium exaratum.

B *Hìc procumbo ſolo, ſceleri dum parcere nolo.*
Vulnera facta dolo dent habitare polo.

Hinc & hodie multis locis Germaniæ mos eſt, ut ubi homicidia facta ſunt, etiam mediis campis, erigantur cruces ſaxeæ, ſed humiliores & denſiores, ut diutiùs durent. Quibus conſpectis, omnes ſtatim, de facta eo loci cæde, commonefiunt.

CAPUT VII.

Crucibus erectis juramenta præſtita; Excommunicatio peracta. Mos improbarum quarundam mulierum. Crucis conſpectu ſeditioſi ſedati: itio ad Crucem pœnitentiæ loco impoſita. Cru- C *cifer ſcyphus. Crux in pœnam abſcondita. Crux terminus. Crux data pro inveſtitura. Per Crucem adjuratio.*

Tom. 1. de S. Cruce lib. 2. cap. 16. & 17.

THOMAS Walſinghamus in Eduardo III. *Celebrata miſſa de ſancta Trinitate à Cantuariæ Archiepiſcopo, cm magna ſolennitate, aſtante Rege cum filiis ſuis, & accenſis luminaribus, & crucibus erectis, ſuper ſacroſanctum corpus Dominicum, & Miſſale, ſinguli juramentum præſtiterunt.*

Idem Auctor. *Erecta cruce & accenſis candelis excommunicavit* (Urbanus VI.) *regem Carolum & reginam: Antipapam & Anticardinales, &c.*

D

Extat Tom. 9. operum Græcorum S. Chryſoſt. p. 837.

S. Chryſoſtomus in oratione *de expulſione Adami ex paradiſo, & contra malas mulieres*, ait, multas feminas maritos ſuos per literas occidiſſe. Addit. προσέρχονται γὰρ ταῖς ἐκκλησίαις προφάσει προσευχῆς, καὶ ὀμνύουσι κατὰ τοῦ σώματος τοῦ ἀχράντου, καὶ τοῦ αἵματος τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, εἴτε καὶ κατὰ τῆς αὐτοῦ μητρὸς, ἢ καὶ κατά τινος ἁγίου. πολλαὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τοῦ ζωοποιοῦ ξύλου, τοῦ μὴ ἀθετῆσαι τὰς μυσαρὰς αὐτῶν πράξεις, ἀλλὰ τὰς συναλλαγὰς αὐτῶν βεβαίας κατέχειν καὶ ἀδιαλύτους. ὢ παναθλία. τὸ φοβερὸν

VI.) *confidenter aſſumpta cruce ſua manibus, egreditur, & furentem Romanam plebem alloquitur. Quin & oratione ipſius & benedictione papali correcti ſunt furentes, non ſine miraculo.* F

Recenſet idem Hiſtoricus in Richardo ſecundo, Rege Angliæ, hujusmodi Hiſtoriam de quodam milite Wiclephiſta, ad meliorem mentem reverſo, & ſacrilegium, quod in venerabile Altaris Sacramentum commiſerat, etiam atque etiam deteſtante. *Epiſcopus videns converſionem, & attendens humilem confeſſionem, in partem pœnitentiæ injunxit eidem erigere Sariſburiæ (in loco publico) crucem lapideam, in qua per ordinem tota ſeries hujus rei ſculperetur: &, ut ſingulis feriis ſextis vitæ ſuæ, diſcooperto capite, nudis pedibus, in ſola interula & femoralibus, ad eandem crucem veniret, coram ea totius facti peccatum publicè, & per ordinem, flexis genibus, fateretur: aliáſque injunxit ei pœnitentias, tam publicas, quàm privatas.* G

Witlaſius Rex Merciorum apud Ingulphum in Diplomate, quo varia dona Monaſterio Croytlandiæ offert: *Offero etiam Refectorario dicti Monaſterij, ad uſum præſidentis quotidie in Refectorio ſcyphum meum deauratum, & per totam partem exteriorem barbaris vinitoribus ad Dracones pugnantibus cœlatum, quem* Crucibolum *meum ſolitus ſum vocare, quia ſignum Crucis per tranſverſum ſcyphi imprimitur interiùs, cum quatuor angulis ſimili impreſſione protuberantibus, & cornu menſæ meæ, ut ſenes Monaſterij bibant inde in Feſtis Sanctorum, & in ſuis benedictionibus meminerint aliquando animæ donatoris Witlaſij.*

In Concilio Lemovicenſi Tomo 3. Conciliorum edit. novæ Colonienſis, & apud H Baronium Tomo 11. Anno M.XXXIV. dat Odelricus tale conſilium, ut refractarij ad obſequium compellantur. *Altaria per omnes Eccleſias, ſicut in Paraſceve, nudentur, & cruces & ornamenta abſcondantur, quia ſignum luctus & triſtitiæ omnibus eſt.*

Addamus & hoc pro honore ſanctæ Crucis. Inter Leges S. Ladiſlai Regis Hungarorum eſt caput 38. *de ſanctarum veneratione feſtivitatum.* In his feſtivitatibus numerantur quo-

Digitized by Google

conſpici in domibus, in foro, in ſolitudine, in viis, in montibus, in collibus, in vallibus, in mari, &c. Non ignorant tamen Catholici, tam cruces, quàm imagines non eſſe indiſcriminatim in quovis publico loco locandas; ſed habendam rationem decentiæ & reverentiæ ſacris rebus debitæ: hoc tantùm aſſerunt, res ſacras, cujusmodi ſunt Crucis & Divorum effigies, etiam publicis in viis ac plateis honeſtè ac reverenter haberi & tra-
C ctari poſſe: neque quidquam ponderis in hac conſecutione ineſſe: *Crux vel imago in compitis ponitur; ergo eo ipſo inhonoratur.*

In inveſtituris Crux tradita. Rogerus de Henrico Imperatore. *Inveſtivit eum* (Richardum Regem Angliæ) *per duplicem Crucem de auro.* Apud Conſtantinum Porphyrogenitum Imp. Conſtantinopolitanum in libro *de adminiſtrando* Imperio, Aſotius Patricius Agapio Monacho dixit: *Adjuro te per Deum, & in virtute honorandæ ac vivificæ Crucis, &c.* Apud eundem Conſtantinum in eodem libro invenies *bandum* ſeu vexillum *venerandæ Crucis*, quia ſcilicet ſanctæ Crucis imagine
D inſignitum erat.

CAPUT VIII.

Num Chriſtus fuerit Cruci clavis affixus, & alia nonnulla.

Tom. 1. de S. Cruce lib. 1. c. 19.

INTER Quæſita Joanni de Weſalia ab Inquiſitoribus propoſita apud Ortuinum Gratium in *Faſciculo Rerum expetendarum*; erat etiam hoc: *An prædicaverit publicè populo, dubium eſſe, an Chriſtus fuiſſet funibus Cruci alligatus, aut clavis affixus: Fatetur ſe dixiſſe, quòd non habeatur in Evangelio paſſionis, an clavis ſit affixus, an funibus, credit tamen, quòd clavis.*

telligunt Græcam ob Conſtantinopolim, quæ dicta *Nova Roma.* Verum eſt, Conſtantinopolitanos, ῥωμαίους & *Romanos* poſterioribus ſæculis eſſe dictos; ſed num hac ratione idem vocabulum à Zonara uſurpatum fuerit, non eſt adeò liquidum, maximè, ſi Nicephorus, cujus Græcum textum non vidi, rectè ab interprete eſt redditus.

Ut autem ad clavos redeam, de illis jam ante aliquot annos hæc ad me ſcripſit admodum Reverendus Dominus, Doctor *Sebaſtianus Verro*, olim Præpoſitus; nunc Pa- G
rochus Friburgenſis in Helvetia, qui Hieroſolymam & ſacra Palæſtinæ loca præſens luſtravit. *Clavis ferreis quatuor Dominum fuiſſe Cruci affixum, oſtendit præterea mos Chriſtianorum Africanorum, maximè Æthiopum, quo Chriſtum ita crucifixum depingunt: & exſtat Hieroſolymis ad Baſilicam ſancti ſepulchri ſacellum contiguum B. Mariæ Magdalenæ pervetuſtum, in quo picturæ viſuntur trium Regum, cum tribus nominibus Caſpar, Melchior, Balthaſar: adhæc quatuor Evangeliſtarum formâ quatuor animalium; item crucifixi cum quatuor clavis: quamvis imago Chriſti in cruce pendentis, quæ in ipſo loco crucifixionis in monte Calvariæ inſignis* H
eſt, in proximo pariete (eſt enim locus ille ad formam ſacelli elegantiſſimi redactus) tres tantùm clavos repræſentet. Ceterùm cùm inter mediterranei maris nautas ſit quædam traditio, S. Helenam, unum è Dominicis clavis in mare merſiſſe eo loco, qui inter Cretam, & Cyprum è regione Lyciæ eſt, quem priùs periculoſiſſimum fuiſſe perhibent, exiſtimo, cùm nunc nihilominus plures per Orbem ſacri clavi monſtrentur, unum in partes fractum, ſtudio nova ferri materia ad priſtinam formam in plures redintegratum fuiſſe, ut, qui nunc ſacri celebrantur, ſi non toti, ſaltem ex parte illi ipſi ſint; quibus ſancta Chriſti membra transfixa fuêre.

Tom. 1. lib. 1. cap. 20.

Digitized by Google

S. Crux immiſſa conſtitit, arctum eſt, & duos fe-
B *rè pedes profundum, ut cuneis porrò intrudendis*
ad firmandam Crucem, minimè opus fuerit.

Tomo 1. lib. 1. cap. 6.

De Materia Crucis hæc idem D. Verro. *Quernam fuiſſe Crucem Chriſti, planè paradoxon eſt. Quercum, & terebinthum pro eodem ſumit ſanctus Hieronymus, dum agit de quercu Mambre, Vulgò Hieroſolymis tradunt, crucem Domini ex cedro fuiſſe.*

CAPUT IX.

De Crucis ſignaculo.

SALOMON Svveigger Prædicans lib. 2. ſui Hodœporici cap. 62. Wann die Grie-
chen in die Kirchen gehn, ſo bucken ſie
ſich offt, machen vil Creutz für ſich, an die
C Bruſt, das Hertz, und Angeſicht, und ſo
offt ſie ein Creutz machen, langen ſie mit
der Hand biß auff den Boden, und daſſelbig gar geſchwind. *Quando Græci Eccleſias intrant, ſæpe ſe inclinant, & pectus ac faciem crebris crucibus muniunt, & quoties Crucis ſignaculum efformant, manu terram tangunt, idque admodum celeriter.*

Guagninus in deſcriptione Moſcoviæ cap. 4. *Cùm unus ad alterum accedit ingreſſus habitaculum, non ſtatim Dominum domus ſalutat, ſed continuò caput aperiens, ubi imago ſit diligenter circumſpicit: qua viſa, magna reverentia ſanctæ ſe ſigno Crucis caput inclinando munit; poſtea porrectis manibus alter alterum ſalutantes oſculantur: diſceſſurus ter ſe crucis ſigno munit.*

Lib. 4. de S. Cruce cap. 14.

Lutherus in inſtructione verè & intelligenter baptizandi Tomo 1. Novorum operum.
Der Teuffer zum Kinde. Das Zeichen deß
D heiligen Creutzes unſers HErrn JEſu Chri-
ſti mach ich dir an deine Stirn. Das Zeichen deß Seeligmachers, unſers HErrn JEſu Chriſt, mach ich dir an deine Bruſt. Nun hin das Zeichen deß Creutzes Chriſti, als an der Stirn, alſo auch im Hertzen. Baptizans ad infantem. *Signum ſanctæ Crucis Domini noſtri JEſu Chriſti pingo tibi in fronte. Signum Salvatoris noſtri JEſu Chriſti facio tibi in pectore. Accipe ſignum Crucis Chriſti, ùt in fron-*

his verbis: Durch das ſchöne kunſtreiche F
Crucifix aber, welches gleich hinder dem Altar wird aufgerichtet werden, können wir uns erinnern, daß wir im Heil. Nachtmal eben den Leib und Blut empfangen, ſo unſer HErr und Heyland Chriſtus am Stammen deß Creutzes hat aufgeopffert. *Eximia illa & faberrimè facta Crucifixi imago, quæ ponè altare erecta conſiſtit, in memoriam nobis revocare poteſt; quòd in cœna idem corpus & eundem ſanguinem percipiamus, quæ in cruce Redemptor noſter Chriſtus immolavit.*

Infrà. Daß aber auf der Kirchen ein Creutz
ſtehet, ſollen wir uns darbey erinnern, daß
in diſer Kirchen geprediget werde, das Wort
vom Creutz, und welcher Chriſti Jünger
ſeyn wölle, der muß ſich ſelber verlaugnen,
ſein Creutz auf ſich nehmen täglich, und G
alſo ſeinem Creutz-HErrn Chriſto nachfolgen. Nun bezeuget aber die Erfahrung, daß es gemeinlich im Creutz, und der Verfolgung vil Wetterhanen, und Mamalucken geb, demnach iſt auf das verguldte Creutz auch ein Wetterhan geſetzt, welcher uns erinnern ſoll, daß das Creutz, und die unbeſtändige Wetterhanen gemeinglich gar nach bey einander ſeyen.

Quòd verò Eccleſiæ faſtigio Crux eſt impoſita, condoceſimus, in hac Æde verbum crucis prædicari, & eum, qui velit eſſe Chriſti diſcipulus, ſe abnegare, ſuam crucem quotidie tollere, & ſic Chriſtum ſequi debere. Teſtatur porrò experientia, cruce & perſecutione exorta, oriri ſimul multos inconſtantes, mobiles, verſatiles, imò & apo-
ſtatas. Eam ob cauſam cruci inſiſtit gallus aneus, H
à vento agitabilis; quo monemur, crucem & hujusmodi quovis auræ impulſu mobiles homines plerumque valdè propinquos eſſe. Hæc Lutheranus ille Prædicans; cujus tamen nonnulli ſymmyſtæ, vix patientibus oculis crucem in templis, vel ſupra templa intueri queunt. Hinc cùm ante aliquot annos, clariſſima quadam in urbe, Lutheranum quoddam templum repararetur; & in culmine nova Crux, eáque rutilans & radians collocata eſ-

ſet;

B

CAPUT XI.

Crux in Moneta.

Tom. 1. de S. Cruce lib. 2. c. 56.

DE Cruce in moneta audi Matthæum Weſtmonaſterienſem in Floribus Anno Chriſti M. CCXLVII.

Temporibus ſub iiſdem, moneta Eſterlingorum; propter ſui materiam deſiderabilem, deteſtabili circumciſione cœpit deteriorari, & corrumpi per illos falſarios monetarum, quos tonſores appellamus: adeò, ut vix interiori circulo nummi parcendo, limbum literatum totaliter aſportarent. Cum igitur cœpiſſet ſupra modum numiſma vitiari, cœpit Domini regis conſilium de remedio tractatum habere diligentem, ut videlicet moneta in forma, vel C *materia ſalubriter mutaretur. Viſum quoque eſt multis diſcretis & circumſpectis, quòd utilius foret, materiam mutare, quam formam alterare: cùm ratione materiæ, non formæ, talem incurriſſet moneta mutilationem. Cui rationi Francorum numiſma, & multorum aliorum Principum perhibet teſtimonium, & exemplum.* Eadem commemorat Matthæus Pariſius in Henrico III. Si tamen à Matthæo Weſtmonaſterienſi diverſus eſt.

Qua ratione huic incommodo obviàm itum ſit, declarat Weſtmonaſterienſis Anno M. CCXLVIII. *Diebus quoque ſub eiſdem, moneta Angliæ per deteſtabiles tonſores, & falſarios adeò intolerabiliter eſt corrupta, (ſicut prætactum* D *eſt) quòd eam nec indigenæ, nec etiam alienigenæ oculo recto, vel illæſo corde poterant amplius intueri. Proviſum eſt igitur, non alterato legali pondere, vel literata ſupraſcriptione, ut crucis brachia in altera parte denarij uſque ad limbum ejus duplicia extenderentur, ut quadrifariam dividi poſſet hoc modo.*

Sed qua ratione abſterriti ſunt illi, quos appellat, tonſores, ne deinceps nummos circumciderent? An reverentia crucis, quam neceſſariò violaturi erant, ſi quid abradere tentâſſent, quippe crucis brachiis, iiſque duplicibus jam ad extimum limbum protractis? Hector Boëthius lib. 6. Hiſt. Scotorum de *mulacra, ſculptas & pictas imagines* ſevere prohibuit, &c. *Itaque cùm Romanorum, & Græcorum Imperatorum imagines in nummis, & aſſeris expreſſæ conſpicerentur, violari Prophetæ legem clamabant, & abolendæ monetæ veteris auctores erant. Sed interim, ſub prætextu religionis, impoſtores nequiſſimi quæſtum faciebant, ut ipſimet Turci ſatis ingenuè fatentur. Hodie non amplius animos Turcorum illa religio tantoperè tangit, ut ſignatos Chriſtianorum Principum charactere nummos averſentur; Imò nummos, ſive ducatos Venetos, quibus vetita lege Mahumetis impreſſæ ſunt imagines, Sultaninis ſuis, qui nihil habent legi contrarium, Arabicis duntaxat inſigniti literis, longè præferunt. Taleris autem Germanicis, præſertim quibus aut ipſius Imperatoris, aut Ferdinandi Archiducis, aut ſeptemviri Saxonis inſculpti ſunt vultus, uſque adeò non infeſti ſunt, ut ex* G *illis ipſis ſibi prohibitis agnitos imaginibus expetant avidiſſimè: nec dubitent, modò ſe pro mercibus ſuis eos habituros intelligant, de communi precio trientem, vel quadrantem remittere. Ne pondus quidem horum explorant, quod tamen in Sultani ſui, cæteriſque monetis uſitatis, ſcrupuloſè facere ſolent.*

Idem hodie animus eſt noſtris Iconomachis, qui Crucem & imagines in nummis non modò non oppugnant, ſed & mirificè amant.

CAPUT XII.

Inſtrumenta ſigno Crucis munita. H

Lib. 2. de S. Cruce cap. 61. & 81.

ROgerus in Annalibus Anglicanis, de Ethelvvulfo Rege: *Decimam totius Regni ſui partem ab omni regali ſervitio & tributo liberavit; & in ſempiterno graphio in cruce Chriſti,* &c. *uni & trino Deo immolavit,* &c. Per *graphium* intelligere videtur ſcriptum inſtrumentum, ſeu diploma, quo Rex ſuam voluntatem teſtatus eſt. Illud, *in Cruce Chriſti*, indicat, hoc diploma ſigno Crucis vel prænotatum vel ſubnotatum fuiſſe, more veteri Anglorum, cujus conſuetudinis multa exempla invenies in Hiſtoria Ingulphi Angli-

Digitized by Google

nerans, clero præſente, & diacono aſtante, qui lectionem legeret ſecundùm Joannem in cœna Domini dictam, & factam. Talibus factis occupabat ſe Rex meritis glorioſus, loca Sanctorum perluſtrando toto die ſancto Paraſceve, & Crucem Domini adorando uſque in vigilia ſanctæ reſurrectionis, in qua aſſumebat ſtatim ſacrificium laudis, quæ non defuit ab ejus ore, in omnibus ſeculis.

Cambris hanc laudem univerſim tribuit Gyraldus Cambrenſis in deſcriptione Cambriæ. *Præ omni peregrino labore, Romam peregrè libentiùs eundo, devotis mentibus Apoſtolorum limina propenſius adorant. Eccleſiis autem, & Eccleſiaſticis viris, Sanctorum quoque reliquiis, & campanis bajulis, libris textis, & cruci, de-* C *votam reverentiam exhibere, longéque magis, quàm ullam gentem his omnibus honorem deferre videmus. Unde & Eccleſiæ iſtorum longè majorem, quàm alibi, pacem habent. Non etenim in cœmeteriis ſolùm, verùm etiam extra procul per metas, & foſſas ulteriores, ab Epiſcopis, cauſa pacis, impoſitas, & conſtitutas, animalibus ad paſcua pax ſervatur. Eccleſiæ verò majores, quibus majorem antiquitas reverentiam exhibuit: quatenus armenta manè ad paſcua exire, & veſperi redire poſſint, pacem præbent. Unde, ſi cum Principe capitales quis inimicitias incurrerit, ſi Eccleſiæ refugium quæſierit, eâdem ſibi, & ſuis pace gaudebit.* Pacis nomine intelligit immunitatem & impunitatem: cujus pacis D ſigna & indicia erant erectæ Cruces. Et certè magnum privilegium erat, immunitatem Eccleſiarum terminis uſque adeò amplis circumſcribi.

De S. Patricio hæc Probus in ejus Vita: *Per trophæum Dominicæ Crucis, in omni hora diei noctiſque centies ſe ſignabat, & ad omnes Cruces, quaſcunque vidiſſet, dum aliquod iter perageret, orationis gratia, ſe inclinabat, & interdum de curru deſcendens, in terram ſe proſtravit, manúque tangens Crucem, ſignum ejus ſibimet impreſſit.* Lib. 2. Tomo 3. Bedæ.

de imaginibus nihil ſit dictum? Enimverò, Imperator, ne de pane quidem, & aqua dictum eſt quidquam, ſitne comedendum, an non comedendum; bibendum, an non bibendum? quandoquidem hæc antiquitus, & à principio ad vitæ humanæ conſervationem habes tradita: ſic etiam imagines traditæ fuerant, ipſique Pontifices, imagines ad Concilia deferebant.

CAPUT XV.

Supplices ad Crucem confugiunt.

Tom. 1. de S. Cruce lib. 2. c. 20. & lib. 1. cap. 64.

LOtharius Regis Hugonis filius, ut Mediolanenſium animos ad miſericordiam inflecteret, in Eccleſia beatorum G Confeſſoris & Martyrum Ambroſij, Gervaſij & Protaſij ante *Crucem* ſe proſtravit, ùt ſcribit Luitprandus lib. 5. cap. 13. Nec infeliciter hoc factum cecidit, ùt idem Auctor memorat.

CAPUT XVI.

Contumelioſi in S. Crucem puniti.

DE Apoſtatis quibuſdam in ſanctam Crucem contumelioſiſſimis hæc Albertus Canonicus & cuſtos Aquiſgranenſis lib. 10. cap. 47. *Erat & alia turris* (in civitate Sagitta, quam Rex Balduinus oppugnabat) *in qua Apoſtatæ, & prævaricatores fidei, ex provincia de Comitatu Reimundi, ad defenſionem poſiti, reſiſtebant, qui ligno Dominico, quod Rex à Hieruſalem detulerat ad prote-* H *gendum populum DEI, deridentes illudebant, & ſibi contrariò crucem facientes, & in culmine ejuſdem turris figentes, ſputo & urina ipſi inſipientes, & maligni inhonorare præſumebant. Quod pius Rex, & omnis populus deplorantes, DEUM cæli flebili voce invocant, ut fontem miſericordiæ ſuæ aperiens, apoſtaticis viris, & ſtultis Saracenis demonſtrare velit, quòd non rectè agentes, divinæ Majeſtati blaſphemiam irrogare præſumpſiſſent. Mox eorum precibus exauditis, abſque hominum labore, ſic turris illa concuſſa & diruta eſt, jam veſpere mundo imminente, ut lapis ſuper lapidem*

Leg. Tom. 1. de S. Cruce cap. 68.

non

Digitized by Google

literæ tenorem gentes noſtræ minimè curâſſent, niſi repentè, & ex caſu illud ſigillum longum, & latum percepiſſent.

Nimirum Judæis cruci Redemptoris noſtri illudere ſemper volupe fuit; ùt docent exempla, quæ in opere de S. Cruce Tom. 1. lib. 1. cap. 98. & in Commentario ad Acroſtichidas attulimus. Hinc non rarò Chriſtianorum pueri in Crucem ab illis acti. *Anno Domini M.CC.XXXV. ſeptem Judæi adducti ſunt coram Rege apud Weſtmonaſterium*, inquit Matthæus Weſtmonaſterienſis, *qui in Norwvico puerum quendam, quem furto ſublatum jam*
C *per annum à conſpectu Chriſtianorum abſconderant, circumciderunt, volentes eum crucifigere in ſolennitate Paſchali.* Illuſtre hujus Judaicæ crudelitatis exemplum exſtat apud Matthæum Pariſienſem in Hiſtoria fol. 883. edit. Tigurinæ.

Dixi lib. 1. de S. Cruce cap. 98. Judæis olim prohibitum fuiſſe, ne eo tempore, quo anniverſaria paſſionis Dominicæ memoria colitur, in publicum prodirent. Idem teſtatur Agobardus Epiſcopus Lugdunenſis Epiſt. ad Ludovicum Pium Imp. his verbis. *Priſcus Eccleſiæ Lugdunenſis Epiſcopus, Artemius Senonicæ, Remedius Bituricæ, & ſanctus Syagrius Æduorum Epiſcopus, cum cæteris pluribus ſtatuta Eccleſiaſtica renovantes, ita definierunt*, &c. *Ut Judæis à cœna Domini uſque primam Paſchæ (ſecundùm edictum bonæ recordationis Domi-*
D *ni Childeberti Regis) per plateas aut forum, quaſi inſultationis cauſa, deambulandi licentia denegetur, & ut reverentiam cunctis ſacerdotibus Domini vel Clericis impertiant*, &c.

Ibid. *S. Lupus cum aliis viginti & quatuor Epiſcopis, vel Vicariis Epiſcoporum, ſimiliter in nomine Domini noſtri JESU Chriſti congregatis pro cauſis corporis ejus, quod eſt Eccleſia, inter multa hæc etiam ſtatuit.* Quia Deo propitio ſub Catholicorum Regum dominatione conſiſtimus, à die Cœnæ Domini uſque in ſe-

ctatos. Et hoc in contemptum Franciſcanorum, ut oſtenderent, Chriſtum tam inopem non fuiſſe, quàm à Franciſcanis prædicabatur. Eoſdem inſuper Dominicanos eandem ob cauſam pinxiſſe & ſculpſiſſe alicubi imagines Crucifixi, altera quidem manu Cruci affixi, altera verò immiſſa in crumenulam, quæ ex zona pendebat, veluti inde pecuniam, in uſus neceſſarios, & pauperum prolaturа.

Quæ omnia nihil aliud ſunt, quàm Hæreticorum frivola figmenta; nam qui Chriſtum in cruce pinxerunt veſtitum; exiſtimârunt, hac ratione honeſtari & verecundiæ magis conſuli, quàm ſi nuda Chriſti effigies intuentium oculis proponeretur. Per coronam verò auream, calceóſque inauratos ſignificare voluêre, quæ & quanta gloria Chriſto ex cruce provenerit; nam propter *obedientiam uſque ad mortem; mortem autem crucis, dedit illi Deus nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine JESU omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium & inferorum.*

Tom. 1. de S. Cruce lib. 1. c. 22. & lib. 2. c. 11. Et Molan. lib. 4. de imag. cap. 4. & 7.

G

Per alteram crucis figuram hoc indicârunt; Chriſtum ita clavis cruci affixum fuiſſe; ut tamen liberas manus ad opem ferendam haberet; ſuóſque & cœleſtibus & temporalibus beneficiis augere poſſet.

Eadem imagine perſtringunt hodie Hæretici religioſos, quaſi Chriſtum in cruce, non niſi propter pecuniam, honorent ac complectantur. Sed hæc talia iſti nec dicerent, nec pingerent, nec fingerent, niſi veneno aſpidum ſub linguis ſuis turgerent, H
& ad omnia rectè facta oculum nequam & obliquum afferrent. Nec injuria, opinor, mendaciis & fabellis annumerabis, quæ Lutherus in Colloquiis Sympoſiacis tit. *de Apoſtolis & diſcipulis* Chriſti recenſet de imagine crucifixi, viſa abs ſe Auguſtæ Vindelicorum apud Urſulam quandam, in hypocriſeos ſtudio, ipſi propemodum Luthero ſuperiorem.

Q CA-

Digitized by Google

tuere colendum & adorandum : Omnis cultus crucis ad Chriſtum tranſit, quia honor imagini delatus in Prototypum terminatur.

B II. Templa Catholica, in quibus ſunt crucifixi imagines, appellat *templa Moloch Babylonici.*

III. Aquam benedictam, qua crux in benedictione aſpergitur, nominat *rigatam ſalivâ Satanæ*; jubet tanquam memorabile quiddam obſervari, *lignum erigi in templo trabe transverſa, quod crucem appellant*, inquit. O reconditum myſterium, nemini antea notum. Quis enim ſciebat, quomodo Crux immiſſa vel commiſſa fabrefieret, antequam iſte faber hoc nobis declaratum daret? An C non & Lutherani quidam hoc ſchemate pictas vel ſculptas cruces ſuis in fanis collocant?

IV. Thus & aquam luſtralem nominat *moſchum & ſalivam Diaboli.*

V. Verba quibus conſecratur, *necromanticum murmur.* VI. Per hanc conſecrationem *lignum animari & vegetari.* VII. *Ut idem præſtet, quod præſtitit is, qui pro nobis in cruce pependit.* Quis unquam dixit, crucem pro nobis ſanguinem fudiſſe, crucifixam, mortuam eſſe, & ad inferos deſcendiſſe. Et ut ſancti interdum dicant; *nos cruce eſſe redemptos, ſalutem conſecutos, à peccatis expiatos, & ex Diaboli ſervitute liberatos*, id aliter de cruce non enunciant, quàm ut de Redemptoris, Salvatoris & liberatoris noſtri inſtrumento. VIII. Ligno Crucis *vim & conſecrationem Babylonicam indi & inſeri, ut illud præſtet, quod Chriſtus olim præſtitit.* Num D ullus integri capitis exſpectat, ut crux pro nobis mortem opperat; quod olim Chriſtus præſtitit? Num à cruce exſpectatur, ut nos, tanquam cauſa principalis, & victima immolanda vel immolata, Deo reconciliet; quod olim præſtitit Chriſtus? IX. In templis tot cruces ſtatui, ut oſtendatur, *non ſolum Chriſtum eſſe Redemptorem & liberatorem noſtrum.* Quo mendacio, quid pinguius? X. crucium harum uſum eſſe debere, *ut aboleant ſacrificium factum in Cruce Chriſti.* XI.

CAPUT XIX.

Cruces ſub Conſtantino Copronymo viſæ, & quædam alia.

ILLUSTRISSIMUS Cardinalis Bellarminus lib. 2. de Sanctis cap. 12. ſub finem, probat inde etiam imaginum deſtructionem à Conſtantino Copronymo factam; Deo ingratam fuiſſe, quòd tunc plurimæ & inauditæ calamitates orientem invaſerint; & *Tom. 1. de S. Cruce lib. 3. cap. 6.* plurima prodigia exſtiterint; nam ubique in veſtibus hominum, in velis ſacris & indumentis ſacerdotalibus, divinitus exortas eſſe Cruces parvulas, *quaſi oleo deſignatas ac deſcriptas*: Deum enim indicâſſe, velle ſe, G ubique conſpici Crucis imaginem, quam Conſtantinus Copronymus eo tempore omnino obliterare contendebat.

At ex Acroſtichidibus ſuprà allatis, quarum Auctores ſunt ipſimet Iconomachi, & aliunde, ſatis liquet, nec Copronymum, nec alios veteres Iconoclaſtas Crucem ſeu imagines Crucis, ſed ſolas imagines Chriſti & Sanctorum extermināſſe. Itaque Cruces illæ non videntur cœlitus miſſæ, ut docerent, imagines Crucis retineri debere; quandoquidem à Copronymo non modò retinebantur, ſed & honorabantur; ſed potiùs, ut indices ac teſtes eſſent præſentium & futurarum calamitatum, in quas Copronymus, ob ſuam Iconoclaſticam impietatem, imperium orientis conjecturus erat. H

Junius in notatiunculis ſuis ad dictum Bellarmini caput, objicit, hujuſmodi prodigia & crucis apparitiones æquè contra imagines ac pro imaginibus verti poſſe; nam eò oſtenſas, *ut populus ab iis colendis diſceret abſtinere.* At nec ipſi Iconomachi phænomena illa crucium in hunc ſenſum interpretati ſunt; Cruces enim & retinuerunt, & coluerunt, ùt antea dictum; neque tunc tantùm, ſed ſæpè aliàs apparuerunt ejuſmodi miraculoſæ Cruces, ùt toto lib. 3. Tomo 1. de S. Cruce docuimus; neque ullus unquam

Digitized by Google

paulò antè contigerunt, numerat S. Chryſoſtomus cruces, quæ ſub Juliano in veſtimentis hominum ex improviſo apparuerunt. τὲς ςαυρὲς τὲς κατὰ τῶν ἱματίων χαραγέντας ἀθρόον, & illud, quando Judæos Templum Hieroſolymitanum inſtaurare aggreſſos, πῦρ ἐκ τῶν θεμελίων ἐκπηδήσαν ἅπαντας ἤλασε, *ignis ex fundamentis exſiliens omnes abegit.* S. Chryſoſt. orat. in ſecundum adventum Chriſti Tom. 7. p. 412. Φανήσεται πρῶτον τὸ σημεῖον τῦ ὑιῦ τῦ ἀνθρώπυ, ἐφ᾽ ᾧ ἐςαύρωσαν αὐτὸν οἱ ἰυδαῖοι βαςαζόμενον ὑπὸ ἁγίων ἀγγέλων, καὶ λάμποντα ὡς ἀςραπήν (lego. καὶ λάμπον ὡς ἀςραπή) C καὶ ἔμπροσθεν αὐτῦ σαλπίζων μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος, καὶ ἐξυπνίζων τῦς κεκοιμωμένυς, *principio apparebit ſignum filii hominis, in quo eum crucifixerunt Judæi, portatum à ſanctis Angelis, & inſtar fulguris, rutilans; ante illud erit Michaël Archangelus tuba canens & omnes defunctos excitans.*

S. Chryſoſt. in Pſalm. 110.

CAPUT XX.

Latro bonus Martyr.

DE hoc multa dixi in Digreſſionibus contra Hunnium, & ad calcem Prædicantis *Vapulantis.* Nunc in gratiam Prædicantium, qui Martyrio dextri latronis valdè delectantur, D accedat Goffridus Vindocinenſis Abbas nuper Pariſiis evulgatus, Serm. *de bono latrone.* Prædicantes ſuas aures purgent, ut oratio Goffridi eò faciliùs penetret. *Latro, confeſſor ex latrone efficitur; & Martyr ex Confeſſore; & tormenta, quæ priùs in latrone cœperant, novâ gratiâ coronam & præmium martyris ſortiuntur, &c. qui nec Judaicam perfidiam formidabat, & nomen Chriſti perfectus Chriſtianus, pius Confeſſor & Martyr glorioſus non in occulto, ſed palàm portabat, &c. Petrus, Apoſtolus & Martyr* [eſt] *Latro Confeſſor & Martyr factus eſt, &c. Nos autem & B. Petrum præcipuum Apoſtolorum & Principem, & illum glorioſum Confeſſorem & Martyrem Dimam nomine, diligenter oremus, quatenus ſuis preci-*

rum illud & conſolationis plenum latronis cruci-fixi exemplum, de quo veteres dixerunt (citatur in margine Cyprianus) *Latrocinium damnationem meruerat, & ſupplicium, ſed cor contritum pœnam mutavit in Martyrium, & ſanguinem in baptiſmum.* Pulcherrimum encomium boni Latronis exſtat in Homilia S. Chryſoſtomi in illud Davidicum: *In tribulatione dilatâſti mihi.* Tom. 7. Operum Græcorum ejusdem S. Patris, pag. 431. & Homilia in Paraſceven eodem Tomo pag. 459. Vide etiam Homiliam in *lignum ſcientiæ* boni & mali Tom. 5. p. 22. G

Hæc extra inſtitutum in gratiam Prædicantium: tametſi non prorſus extra propoſitum: quia enim de Chriſti Cruce ipſóque Crucifixo verba facimus, haud abs re videri debet, ſi bonum latronem, Chriſti in Cruce Crucifixum comitem, obiter adjungamus.

Addamus & hoc, quod Pſellus in lib. de Dæmonibus prodidit, *ſe adiiſſe quendam obſeſſum, qui oracula fundebat, eúmque faſſum eſſe, in diebus crucifixionis & venerandæ apud nos reſurrectionis, ſe omnis inſtinctus & afflatus expertem manere, quidquid tandem moliatur, ſeu conetur.* Ubi vides Dæmoni illi, diebus paſſioni & reſurrectioni Dominicæ ſacris, H virtute ejusdem paſſionis & reſurrectionis quaſi frænum injectum fuiſſe.

CAPUT XXI.

Quid ſit apud Græcos τρικηρίῳ ςφραγίζειν.

IN opuſculo Simeonis Theſſalonicenſis de divino Templo occurrit aliquoties. τρικηρίῳ *ſignans Evangelium Hierarcha, docet illuminatione per incarnationem JESU, duplici natura conſtantis, non ſolùm in terra homines, ſed in cœlis quoque Angelos illuſtratos fuiſſe, &c. Epiſcopus* τρικηρίῳ *Evangelium ſignat, & in eodem Trinitatis prædicationem contineri indicat, &c. Sed & ſacro throno conſcenſo, & ibi* τρικηρίῳ *ſignans, ſanctificationem per Tri-*

τα̃ δικηρίῳ (lege, *τρικηρίῳ*) σφραγίζεσι. Hinc (propter unctionem Chriſmatis) *Imperatores catecheſes ad populum habent, & incenſum adolent, inſtar ſacerdotum, & Tricerio ſeu candelabro tribus cereis inſtructo, dant benedictionem.* Quem locum turpiter profectò accepit Interpres, quando ita vertit: *Cum cera duplici obſignant.*

In quem errorem impegit quoque Gloſſarium Græcobarbarum, quando ita ſcribit V. *κηρόβελλον. Cera duplex erat, rubra ſcilicet & praſina, dicebatúrque δικήριον, & utebatur utraque Imperator, quo innuebatur, ad eum etiam, pariter atque ad Patriarcham, docendi munus pertinere:* citátque prædictum Balſamonis locum. Gerræ. Nam apud Balſamonem legendum; C *τρικήριον*, & ſi *δικήριον* vera ſcriptura eſſet, non *cera duplex* eſſet literis & inſtrumentis obſignandis, ſed candelabrum duplicem cereum geſtans. At legendum, *τρικήριον*, ùt ſuprà monui. Et tempore liturgiæ *τρικηρίῳ σφραγίζειν* patriarchale ſeu ſacerdotale munus erat, quod tamen Imperatori quoque competebat, ùt & illud; adolere incenſum in ſacra menſa, & catecheſi populum inſtituere. De incenſo Codinus de officijs Aulæ Conſtantinopolitanæ. *εἰσέρχεται ὁ βασιλεὺς μετ' αὐτῶν εἰς τὸ ἅγιον βῆμα.* Ingreditur Imperator cum ipſis in ſacrum tabernaculum, *& accepto thuribulo ſacram menſam ſeu altare incenſat in formam Crucis, primùm* D *quidem verſus Orientem, deinde verſus Septentrionem. Poſtea ad occaſum, tandem ad Meridiem.* Ejuſdem rei mentionem facit Balſamon in can. 69. Trullanum. *Imperatores, ſine ullo impedimento, quando voluerint, ad ſacrum altare accedunt, & ſuffiunt,* (hoc eſt, incenſum adolent) *& cum cera characterem imprimunt.* (Ita Interpres; perperam; non enim dubito in Græco contextu legi: *καὶ τῷ τρικηρίῳ σφραγίζεσι*) *ſicut & Antiſtites. Sed etiam populum ad eum inſtituendum* (*καταχητικῶς*) *docent.* Habebant autem Patriarchæ, (& idem Imperatoribus licitum erat) catecheſes ad populum initio Quadrageſimæ; & tum plebi diſtribuebant *θυμιάματα*, hoc eſt, thus, *accuſator emendet.*

CAPUT XXII.

Feria ſexta Cruci ſacra.

PEtrus Damianus epiſt. lib. 2. epiſt. 14. Tom. 1. de S. Cruce lib. 1. cap. 61. *Sexta feria vivificæ Cruci non inconvenienter adſcribitur, quæ ſcilicet dies pendentis in Cruce Domini glorioſo ſanguine purpuratur. Qua die omnes fratres noſtri, quos utique monaſterialis ordo connectit, hoc etiam ad cumulum propriæ ſalutis adjiciunt, ut & ſe mactent in Capitulo vicaria colliſione ſcoparum, & inſuper celebrent in pane & aqua jejunium: aſſerentes, quia in hoc Cruci verè communicamus, in hoc procul dubio Chriſto commorimur, ſi hoc eódem die, quo ipſe paſſus eſt, nos etiam carnem noſtram per inediæ cruciamenta mactemus.* G

Addunt etiam, quia per quinque millium circiter annorum prolixa curricula, totum genus humanum ferreo diaboli fuerit jugo depreſſum, & hoc potiſſimùm die per Crucis inſigne vexillum ſit triumphaliter abſolutum, dignum profectò eſt, ut huic dici, quæ videlicet omnium ætatum nexus abrupit, caro noſtra, quaſi cujuſdam tributi canonem ſolvat, per quam de captivitatis ſuæ compedibus abſoluta tripudiat. Ajunt etiam, quia cùm in die tremendi examinis Arbiter æternus illuxerit, Angelicis undique conſtipatus obſequiis, cunctis etiam elementis tantæ majeſtatis horrore permotis, præſtò beata Crux ulnis advehitur angelorum, & ante cunctorum ſtatuitur ora mortalium, non jam auro vel margaritis ornata, ſed rutilantior ſole, cunctiſque ſideribus ex virtute divina. H *Tunc itaque, quàm ſyncero corde, & libera conſcientia ante ſublime ſolium flammivomi tribunalis aſſiſtit, qui ſervitutis ſuæ penſum perſolviſſe ſe vivificæ Cruci, per quam de ſervo diaboli liber effectus eſt, recognoſcit. His & aliis argumentationibus ſancti fratres ſextâ feriâ jejunandum eſſe definiunt; & ſic crucifixo Domino ſe quoque crucifixos oſtendunt. Et quid grave, ſi Chriſtianus quilibet unum animæ ſuæ diem per hebdomadam tribuit, ad quod agendum pro corporis incolumitate ſervanda diæta quoque medicinalis impellat?* Hæc Petrus Damianus.

CA-

Digitized by Google

Rabanus Figura quinta.

Crux rogo ſacra Dei ſigna mihi numine pectus,
Laudibus ut clara cantem tua ritè tropæa
Quomodo terrenis ab cœlis fœdera ducas,
Pactum confirmes, & lethi vincula rumpas.

Idem in Proſa ejuſdem Figuræ. *Te modò Crux ſancta Dei obſecro, ut tua virtute meum pectus infirmum benedicas, ut dignis laudibus æterni Regis trophæum valeam decantare, quomodo cœleſtia ſimul ac terrena uno fœdere conjungas, pactum confirmes, & mortis vincula diſſolvas.* Lege eundem Rabanum figura & proſa VI. & XXVIII.

S. Paulinus Carmine XI. citátque Dungalus lib. adversùs Claudium Taurinenſem.

C

Nunc ad te veneranda Dei Crux verto loquelas,
Gratanteſque tua concludam laude profatus.
O Crux magna Dei pietas, Crux gloria cœli,
Crux æterna ſalus hominum, Crux terror iniquis
Et virtus juſtis, lumén que fidelibus o Crux,
Quæ terris in carne Deum ſervire ſaluti,
Tuque Deo cœlis hominem regnare dediſti.
Per te lux patuit veri nox impia fugit.
Tu deſtruxiſti credentibus eruta fana,
Gentibus humanæ concors tu fibula pacis;
Concilians hominem medium per fœdera Chriſti.
Facta hominis gradus es, quo poſſit in æthera ferri.
Eſto columna piis tu ſemper & anchora nobis
Ut bene noſtra domus maneat, benè claſſis agatur
In Cruce fixa fidem, vel de Cruce nacta coronam.

Quarum locutionum quis ſit ſenſus, copioſè explicatum eſt Tom. 1. de S. Cruce lib. 1. cap. 61.

D His adde formam Juramenti, quam juri dicundo in Hungaria præpoſitis præſcripſit Sigiſmundus Imperator & Hungariæ Rex Anno Domini 1435. in qua ùt D. Virginis, ita & ſanctæ Crucis auxilium imploratur. *Ego N. juro per Deum & glorioſam Dei Genitricem Virginem Mariam, per omnes Sanctos & Electos Dei, quòd omnibus & ſingulis coram me cauſantibus, absque cujusvis perſonæ, divitis ſcilicet & pauperis, altæ vel humilis acceptione, omnibus, prece, præmio, favore & amore & odio poſtpoſitis & remotis, prout ſcilicet ſecundùm Deum & juſtitiam*

Calviniſtæ antea nominati, qui in Indice, ſeu, ùt ipſe appellat, *Repertorio* Tomi tertij, iſthæc notat: *Non jurandum in Evangelio, Altari, SS, Reliquiis, loquela, &c.* Siccine non jurandum? An non diſertiſſimè ſanctio habet non eſſe perjurandum? An idem tibi *jurare & perjurare?* Sed voluit perfidus Calviniſta lectoribus fucum facere, quaſi ſanctione illa vetaretur juramentum contactu Evangeliorum, altaris, & ſacrarum Reliquiarum præſtari ſolitum; id enim ut facerer, Copronymianus Spiritus in ſacroſanctas Reliquias facilè perſuaſit.

Etiam Germani ſanctæ Crucis opem invocant in antiquo illo & ſolenni paſchalis feſti Odario. Chriſt iſt erſtanden, ꝛc. O du heiligs Creutze, behüt uns Chriſten-Leuthe, auf daß die Heyden werden bekehrt, ſo wird der Chriſtlich Glaub gemehrt. G

CAPUT XXIV.

Cruces Martyrum Templis oblatæ.

TESTIS Baſilius Epiſcopus Seleuciæ lib. 2. de vita S. Theclæ, ubi hujusmodi hiſtoriam ſive miraculum recenſet. *Simile etiam* (miraculum) *in quadam ſupellectilis ſuæ accuratiùs reconditæ portione edidit* (S. Thecla) *Nam ex Crucibus ipſi dicatis, unam quidam ſurripuerat, & quadam viæ parte, quæ ex urbe ad ædem ejus ducit, intra virgultum ſtudioſè defoderat. At martyr riſûs argumentum, ex hoc facinore in ſe admiſſo, capiens;* H *quod nec à ſe quidem ipſa peſſimi fures abſtinerent, quaſi obtutum oculorum ipſius omnia luſtrantem atque divinum latere poſſent, quendam ex miniſtris ac æditůis ſuis adit, iterúmque furis & loci indicium facit, ſacrámque Crucem loco, unde aſportata fuerat, reddit. Illi verò, qui Crucem ſe jam habere exiſtimabat, hoc tantummodò reliquum fecit, ut nomine ſacrilegi appellaretur.*

Digitized by Google

cultu & veneratione imaginum, chorago Claudio Taurinenſi, qui Græcos Iconoclaſtas ſuperare contendens, non modò imaginum, ſed & ipſius S. Crucis venerationem ſuſtulerat, ùt planum fit ex libris Dungali & Jonæ Aurelianenſis contra eundem Claudium, cùm tamen Iconomachi Græci, etiam atrociſſimi, & illi ipſi quos in Gallia hæc peſtis afflaverat, ſaltem, qui doctiores & acutiores erant, ſanctam Crucem honorandam ſemper docuerint.

Videtur igitur Lupus ad Einhardum hanc quæſtionem de cultu Crucis attuliſſe; non quòd ipſe dubitaret, ſed quia auctoritate
C tanti viri, qualis Einhardus erat, multis dubitationem eximere cupiebat.

Nam quòd Calvinianus Goldaſtus in Notis in Synodum Gentiliacenſem aſſerit, Lupum Abbatem *ejusdem fuiſſe ſententiæ cum Jona Aurelianenſi*; id imprimis Calvinianæ cauſæ nihil patrocinij affert; Nam Jonas Crucem adorandam eſſe disertè contra Claudium docuit. Si ergo Lupus in eadem ſententia fuit; Crucem colendam eſſe æquè ac Jonas cenſuit. Num hoc Calvinianis placitis concinit? Deinde Jonas imagines *hiſtoriæ* ſaltem & *memoriæ* causâ habendas docuit; Num idem ſenſus Calvinianis?

Deinde, Goldaſti fundamentum, ex quo ſuum aſſertum probat, planè frivolum eſt: nam epiſt. 27. ad Jonam potiùs contrarium evincit. Id ut clarè videas, ipſam epiſtolam adſcribam. *Librum veſtrum, ſicut rogâ-*
D *ſtis, excurrimus; ſed, ut parciſſimè dicamus, in eo mutare nihil voluimus, ut operis veſtri ſitis ipſi correctores; cujus eſtis auctores; ſiquidem expendenda nobis fuit tenuitudinis & tenuitatis noſtræ ratio, & ætatis, ac ordinis veſtri habenda conſideratio, nec facilitatem ac delectationem quandam reprehendendi, quam in quibuſdam notare ſolemus, debuimus imitari.* Hactenus epiſtola Lupi ad Jonam.

Ex quo profectò confici nequit, Lupum fuiſſe in illa ſententia, imagines habendas, non colendas: quandoquidem Jonæ librum nec approbat nec improbat; neque aut cor-

[illegible] communis, accuſaverit. namque iidem Dungalus hoc facit, ùt docet liber ejus contra Claudium nuper publicatus Tomo ſecundo Auctarij ad Bibliothecam SS. Patrum. Et merebatur hoc hominis inſulſiſſimi fatuitas, qui cùm loqui neſciret, ſapere volebat. An non, qui præ ſuo ſupercilio, reliquos omnes pro fungis ducebat, jure optimo ſecum habitare, & quàm curta ſupellectile polleret, contemplari juſſus eſt?

Eſt autem Einhardus ille ipſe, qui vitam Caroli Magni literis mandavit, vir & dignitate & eruditione clariſſimus; poſtea aſſumpto Benedictini Ordinis ſacro habitu, primus Abbas Selegſtadienſis, de quo Trithemius in Catalogo illuſtrium virorum Ger- G
maniæ. Utinam liber ejus de Cruce adoranda exſtaret. Non dubito, præclara nobis contra ſanctæ Crucis hoſtes arma ſuppeditaret.

In ſupplici libello, quem Monachi Fuldenſes Carolo Magno obtulerunt, caput XIX. ita habet. *Ut Crucis gloriatio in ſingulis diebus Dominicis fiat ante miſſam, fratribus omnibus circa vicina quæque loca Monaſterii crucem ſequentibus, Hymnos & Antiphonas cantantibus, ſicut apud majores noſtros uſus erat, in diebus Dominicis, Paſſionis & Reſurrectionis Domini gloriam celebrari. Et quòd in diebus iejuniorum ab Epiſcopo decretis, Crucem portare; & Litanias facere liceat.* Hæc ſupplex libellus. Non immeritò ſuſpicatur R. P. Chriſtophorus Brovverus noſter lib. 3. Antiquit. Fulden- H
ſium cap. 12. Spiritum Iconomachum ſeſe in Fuldenſe Monaſterium inſinuâſſe, & propterea ſanctæ Cruci debitum cultum ſubtractum, quem reſtitui à Carolo petierint. Quod clariùs elucet ex capitulo tertio ejuſdem ſupplicis libelli; ubi ſupplices iſthæc: *Ut Sanctorum honor & feſtivitas non deteſtetur, ſed in Vigiliis & Miſſis eorum digna commemoratio fiat; & quòd in his feſtivitatibus, quibus major veneratio competit, fratribus ab opere ad lectiones & pſalmodias vacare liceat, ſicut apud majores noſtros licitum eſt.* Vides manifeſtè exſertas ungulas Spiritus Iconoclaſtici, qui San-

ctos, nomen Chriſti, vel ſignaculum S. Crucis corpori ſuo inſcripſiſſe ac impreſſiſſe.

Accipe Procopii verba. τὸ δὲ, τῇ χειρὶ, διὰ τὸ ςίζειν ἴσως πολλὲς ἐπὶ καρπῶν ἢ βραχιόνων ἢ τȣ͂ ςαυρȣ͂ τὸ σημεῖον, ἢ τὴν Χριςȣ͂ προσηγορίαν. *Quod* manu *dixit, ideo forſan adjecit, quòd Chriſti nomen permulti, vel crucis ſignum in palmis, aut brachiis ſibi incidendum curarent*, vel potiùs *curaturi eſſent*. Quo *corporis notaculo*, ut appellat Minucius Felix in Octavio, aliquatenus ad literam implebant illud D. Pauli ad Galat. cap. ult. ἐγὼ γὰρ τὰ ςίγματα τȣ͂ κυρίȣ Ιησȣ͂ ἐν τῷ σώματί μȣ βαςάζω: nam nota & character Chriſti,
C verè eſt nomen & ſignaculum Crucis Chriſti. Illuſtri hoc Crucis impreſſæ, vel nominis Chriſti in membris inſcripti exemplo refutatur illorum Prædicantium vociferatio, qui clamitant, nullo modo jus & fas permittere, ut ullum corpori ſtigma inuratur vel incidatur: & hinc etiam concludunt; verberationem proprii corporis per *Diſciplinas* ſeu flagella, illicitam ac inconceſſam eſſe. Quam Prædicanticam ſtultitiam fusè refutavi lib. 2. *Prædicantis Vapulantis* ſeu *Apologetici pro Diſciplinis* cap. 2. & 4. & in Agoniſtico cap. 18.

Idem Procopius in illud Iſaiæ cap. 11.
D *Elevabit in gentibus ſignum, quodnam ſignum*, inquit, *intelligat*, haud cuiquam dubium eſſe poteſt, qui in Salvatoris verba intueatur: Ait enim, & videbunt ſignum filii
Matth. 24. hominis; *Crucem innuens, per quam Sancti mundus, mundóque Sancti crucifiguntur. Cujus ut vires & gratiam ſignificaret Propheta, per quam ſalutem adepti ſumus*, fideles ipſos ab univerſæ terræ plagis quatuor convenire dixit: extremis nimirum in totius medio membris coëuntibus, virtutéque *ab eodem ad extrema quatuor perveniente. Quadrifariam enim Crucis partes diſtinctæ ſunt*, δι ȣ͂ ξυνάγονται, *per quam* ſcilicet Crucem, *diſperſi* *tyrum, depingerentur.* Mos ille Ethnicus ſatis eluceſcit ex Act. 27. de nave Alexandrinorum, quæ *inſigne Dioſcurorum* habebat: *navigantibus enim ſalutem dare Dioſcuros arbitrabantur:* inquit Procopius. De Martyrum imaginibus tutelæ cauſa in navigiis poni conſuetis, locus iſte perquam illuſtris eſt, & maximè notabilis.

Phœnicibus ſui erant Dii navium, quos παταικὲς vocabant, Herodotus, Jonicè *Herod. lib. 3.*
diſſoluta diphthongo αι nominat παταΐκές. τοῖς Φοινικηΐοισι παταΐκοῖσι, τὲς οἱ Φοίνικες ἐν τῇς πρώρῃσι τῶν τριήρεων περιάγȣσι. Eos autem eſſe πυγμαίȣ ἀνδρὸς μίμησιν, *imitationem ſeu exemplar Pygmæi.* οἱ πάταικοι ſeu πάτταικοι Φοινικικοὶ ἐν ταῖς πρύμναις ἱδρυμένοι. Sed *Patæcos* iſtos & *Patæciones* de G
prora & puppi navium deturbavit ſacroſancta Crux, multóque magis Dæmones, quibus in his monſtris ſua cubilia erant, & ad fallendum adyta.

CAPUT XXVII.

Lutherus contra Crucis & Sanctorum imagines.

LUtherus Tom. 1. Novorum Operum in. cap. 7. libri quinti Moyſis, diſcrimen ſtatuit inter imagines: quaſdam enim, quæ non coluntur, dicit tolerari poſſe & relinqui debere: quaſdam, quæ magna ſunt in veneratione, deſtruendas eſſe: H
ex harum numero fuiſſe imagines D. Virginis zum Eiche, und zum Birnbaum (loca Saxoniæ) *Sancti Wolffgangi in Bavaria, S. Leonardi, item ſanctæ Crucis effigiem.* Huic delirio Lutheri oppono, quod ipſemet contra Carlſtadium uſurpavit, & Witebergenſibus ſuis valdè ſeriò inculcavit concione quarta, die Mercurii poſt *Invocavit*, poſt reditum ex commentitia Pathmo Anno M. D. XXI. Tom. 1. Novor. fol. 89. b.

Der

Digitized by Google

Diabolus hic vobis aliquam prædam eripuit, quam mihi non eripuiſſet; nimirum, ut imagines ſint liberæ in cujusque arbitrio: quandoquidem fateri cogimur, quòd & ſint, reperiantúrque homines, qui imaginibus rectè & ritè utantur. Imò, ſi unicus tantùm eſſet in toto terrarum Orbe, qui imaginibus non abuteretur; Diabolus mihi objectare poſſet; cur damnas, & deſtruis illud, cujus uſus bonus eſſe adhuc poſſit? Ferocia & audacia fuit ſuperior. Et fateri hoc cogor; eò rem tam citò Diabolus non deduxiſſet, ſi Witebergæ fuiſſem. Faſtu, ferocia atque minis, magnam prædam abegit. quanquam id Verbo Dei non officit.

C In eadem Concione copioſè oſtendit, propter abuſum imaginum, non eſſe collendum uſum. Derhalben müſſen wir uns wol fürſehen, (fol. 89. a.) denn der Teufel ſuchet uns durch ſeine Apoſteln aufs aller liſtigſte, und ſpitzigſte, und müſſen nicht ſo bald zufahren, wenn ein Mißbrauch eines Dings vorhanden iſt, daß wir daſſelbige Ding umbreiſſen, oder zu nichte machen wolten. Denn wenn wir alles wolten verwerffen, das man mißbraucht, was wurden wir für ein Spiel zurichten? Es ſind vil Leuthe, die die Sonne, den Mond, und das Geſtirn anbetten, wollen wir darumb zufahren, und die Sterne vom Himmel werffen, die Sonne und den Monden herab ſtürtzen? ja wir werdens wol laſſen. Quæ verba ſic vertit neſcio quis verſor Tom. 7. Lat. Witebergæ fol. 278.

D *Proinde cautè nobis agendum. Diabolus enim per Apoſtolos ſuos omni calliditate, omnique ingenij ſui acumine exertis, nobis inſidiatur. Nunc, quanquam verum ſit, & inficias ire nequeamus, idola noxia eſſe, quòd iis multi abutuntur, ob id tamen nobis non licet ea damnare. Si enim ſtatim deteſtaremur, atque damnaremus, quæ plerique in abuſum vertunt, vide quæſo, quàm abſurda hinc ſequerentur. Deus præcepit Deut. 4. ut non elevemus oculos noſtros ad ſolem, &c. ne fortè eum adoremus. Nam & hic & alia aſtra creata ſunt in miniſterium cunctis gentibus. Jam multi ſunt homines adeò vecordes ut ſolem & ſtellas adorent; ibimus igitur nos, &* put ſeptimum Deuteronomij Tom. 3. Lat. F
Witeberg. *Mirandum eſt, cur hoſtes imaginum tam pij & mites ſint in imagines illas, in aureis & argenteis nummis, item in vaſis argenteis excuſas. Cur has imagines tantùm amant, & non etiam exurunt aut proiiciunt? An non hic intelligimus nequitiam Satanæ in cordibus eorum per ſummam avaritiam & ſummam inſaniam regnantis? Deinde cur neque corda ſua quoque lacerant, cùm ſine imagine eſſe non poſſint, quoties audierint vel Chriſtum crucifixum prædicari, vel ipſi cogitaverint illum aut alios ſanctos. An eſt nocentior imago in oculis extra nos, quàm quæ eſt in corde intra nos? Furor eſt & inſania, qua non quærunt niſi gloriam, velut ab inſigni opere.*

CAPUT XXVIII.

Supplicatio Lutheri ad Iconoclaſtas, ut fiat ſibi poteſtas retinendi Crucifixi vel alicuius ſancti imaginem. G

NUn begehren wir doch nit mehr, denn daß man uns ein Crucifix, oder eines heiligen Bilde laſſe, zum Anſehen, zum Zeugnus, zum Gedächtnus, zum Zeichen, wie deſſelbigen Kayſers Bilde war, ſolte es uns nicht ſo vil ohn Sünde ſeyn, ein Crucifix, oder Marien Bilde haben, als den Juden und Chriſto ſelbſt war, des heyden und todten Kayſers, des Teufels Glieds Bilde zuhaben? H

Luther. lib. contra cæleſtes Prophetas. Tom. 1. de S. Cruce lib. 2. c. 68.

Plus non petimus, quàm ut relinquatur nobis Crucifixi. vel Sancti alicuius imago, idque ad inſpiciendum, teſtimonij, memoriæ, vel ſigni cauſâ, qualis Imperatoris illius (Tiberij) *erat. Quid? An non æquè nobis liceat citra peccatum ullum, Crucifixi, aut Mariæ imaginem habere, ac Judæis, Chriſtóque adeò ipſi licitum fuit, pagani mortuique Cæſaris, diaboli membri, imaginem* (in numiſmate) *habere & tenere?*

So weis ich auch gewiß, daß GOtt wil haben, man ſolle ſeine Werck hören und leſen,

Digitized by Google

rum formem, & effigiem. Etenim, nolim velim, quando quid de Chriſto audio, efformo, in corde meo virilem imaginem, quæ in cruce pendet: fitque hoc haud aliter, quàm efformatur facies mea in aqua, quam intueor. Si ergò peccatum nullum eſt, ſed virtutis actus, ut imaginem Chriſti in corde habeam; cur peccatum ſit, ſi in oculis habeam? cùm cor non minùs, quàm oculi, valeat; minúsque peccatis obnoxium eſſe oporteat, quàm oculos: quippe quòd thronus ſit, & habitatio Dei C *legitima.*

CAPUT XXIX.

Inſtructio de locis ſanctis Terræ ſanctæ.

HABEO ex Bavarica Bibliotheca manuſcriptum Codicem, in quo varia Collectanea continentur, inter cætera etiam hæc inſtructio *de locis ſanctis*; quam quia publicatam non vidi, huic loco inſerendam duxi. *Omnibus volentibus viſitare ſepulchrum Domini occurrunt loca iſta. In Nazareth beata Virgo concepit Dominum per Gabrielem nuncium. In introitu portæ civitatis Hieruſalem eſt locus, ubi lapidatus eſt Stephanus. Deinde in introitu Eccleſiæ ſancti ſepulchri in* D *dextra parte eſt locus, ubi beatam Virginem Joanni commendans ait: mulier ecce filius tuus. Inde pervenies ad Calvariam, ubi Dominus noſter Crucifixus eſt. Ibi videbis petram ſciſſam de morte ejus. Ibi ſubtus eſt Golgatha, ubi ſanguis Domini per petram cecidit ſuper caput Adam. Deinde ad columnam, ad quam Dominus ligatus fuit. Inde ad locum inventionis ſanctæ Crucis. Deinde ad locum, ubi Chriſtus ligatus fuit, donec præparata fieret ſancta Crux in Calvaria.*

Deinde ad medium chorum Canonicorum, ubi aſſignatur locus, in quo JESUS poſitus fuit, quando acceptus eſt de Cruce; ubi fuit lotus de ſanguine, & involutus in ſindone munda: & de illo

in locum Judæ, qui tradidit Dominum. Stephanus promotus eſt in Diaconatum cum ſex aliis. Et ibi parùm inferiùs eſt locus, ubi lavit diſcipulorum pedes. Inde venies ad prætorium, ubi coronatus eſt Dominus ſpinis, flagellatus, conſputus, illuſus, alapis caſus pro nobis fuit. Inde venies ad locum, ubi Petrus poſtquam Chriſtum negavit, ſe abſcondit. Inde ad fontem Siloë, ubi cæcus oculos lavit & vidit. Inde ad puteum Jacob. Deinde ad Acheldamach, quod interpretatur, ager ſanguinis: eò quòd emptus fuerit triginta denariis, quibus venditus fuit Dominus.

Deinde ad templum Domini, in quo Chriſtus præſentatus fuit, à Simeone ſene receptus. Ibi videtur lapis, ſuper quem ſtetit arca fœderis Domini, unde Reges & Prophetæ inungebantur. G *Inde ad probaticam piſcinam. Inde ad ſanctam Annam. Inde ad vallem Joſaphat. Ibi reperies ſepulchrum beatæ Virginis. Nam ibi ab Apoſtolis ſepulta eſt. Ibi propè eſt Getſemani, ubi primò captus & ligatus fuit JESUS. Ibi propè eſt locus, ubi oravit cum ſudore ſanguineo. Deinde ad montem Oliveti. Ibi invenies locum, ubi aſcendit in cœlum, & ibi propè diſcipulis prædixit primò Dominicam orationem. Inde Bethphage. Inde Bethaniam, ubi Lazarum ſuſcitavit. Inde ad domum Marthæ & Mariæ Magdalenæ. Ibi reperies lapidem, ſuper quem Dominus* H *ſedit, quando ei Martha occurrit. Inde ad Quarentanam. In reditu ibis Bethlehem; ibi reperies locum, ubi Dominus natus eſt. Ibi eſt præſepe, in quo reclinatus eſt. Inde ad locum, ubi angelus gaudium nunciavit paſtoribus. Inde ad ſanctum Abraham Patriarcham. Inde, ubi Crux ſancta Domini crevit. Inde ubi natus eſt ſanctus Joannes Baptiſta.* Hactenus inſtructio, quæ ſcripta videtur, quando Hieroſolyma erat in poteſtate Chriſtianorum: cùm mentionem faciat *Canonicorum* Hieroſolymitanorum.

... nobis ſcripto reliquerunt.

Domus igitur rotunda exciſa erat in petra, tan-
B *tæ altitudinis, ut, qui in medio ſtaret, manu culmen tangere poſſet. Habebat autem introitum ab oriente: ubi lapis ille magnus, de quo Evangeliſta narravit, appoſitus eſt. Hanc ingredientibus à dextris ille locus, qui ſpecialiter Dominici corporis receptui paratus eſt, occurrit, ſeptem quidem pedes longus, trium verò menſura palmorum reliquo pavimento eminentior. Qui non vulgarium more ſepulchrorum deſuper, ſed à latere meridiano per totum factus eſt patulus, unde corpus poſſet imponi. Et hoc eſt quod Evangeliſta Marcus dicit; quia introeuntes mulieres monumentum, viderunt juvenem ſedentem in dextris: quia nimirum angelus, qui ad locum Dominici corporis ſedebat, intrantibus erat a dextris: ſed & ipſe eidem loco ſepulchri dexter ſedebat. Cuncta autem hæc continuata, & non*
C *ab invicem erant ſeparata, utpote in una eadémque petra exciſa. Talem quidem Dominici monumenti primò poſitionem fuiſſe percepimus.*

At nunc tradunt Eccleſiam ibi eſſe rotundam, eximii operis, triplici pariete diſtinctam, in cujus medio ſit monumentum; & hoc deforis marmorum cruſtis uſque ad ſumma culminis tectum. Ipſum verò culmen auro veſtitum, auream crucem geſtare non modicam. Cujus ad Orientem Eccleſia, Golgothana eſt Eccleſia, quæ inter alia ornamenta tali loco congrua, Crucem argenteam habet prægrandem: in quo loco Dominus crucifigi pro noſtra eſt ſalute dignatus,
*pharo, aliàs. *pendente magna* * *faro deſuper, id eſt, ærea rota cum lampadibus, quæ ipſam crucem debita lucis veneratione coronent.*

D *Sed hujus ad Orientalem plagam Eccleſiæ proxima eſt Eccleſia Conſtantiniana, quæ alio nomine Martyrium vocatur, ubi Crux Domini ab Helena Conſtantini Matre reperta eſt. Et ob id ipſe ibidem Eccleſiam magnifico ac regio cultu conſtruxit. His de ſanctorum ſitu locorum, prout diſcere potuimus, explanatis, libet intueri; adimpletam eſſe Prophetiam Iſaiæ, quæ de ſepultura ac reſurrectione Dominica, ſimul & de noſtra fide ac ſalute prædixit; In die illa radix Jeſſe,*
Iſaiæ 11. *qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur; & erit ſepulchrum Domini glorio-*

... *Dominus noſter, qui vivit & regnat cum Patre in unitate Spiritûs ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum, Amen.* Hucuſque Relatio, cujus F illa pars de ſtructura Dominici ſepulchri petita eſt ex Beda in cap. 28. Matthæi in illa verba. *Et poſuit eum in monumento novo, &c.* Et in cap. 15. Marci in illa verba: *Et poſuit eum in monumento*, & Homilia de Paſſione Domini.

In eodem Codice ineſt alia quædam de locis ſanctis relatio, hoc titulo: Viſio Othmari Presbyteri. *Rem amicorum meorum intimæ patefacio dilectioni: quæ, licèt peccator, Dei miſericordia, Hieroſolymæ oculis corporeis inſpexi: quæ & nihil poteſt verius dici. Intuitus ſum ego, prout quidquam patet viſui humano, lucem inviſibilem cælitus ad ſepulchrum Dominicum viſibiliter apparere: Et re vera ibi illud lumen viſibile manifeſtè accendere.* De hoc miraculo fusè ex antiquis ſcriptoribus ſcripſi Tomo tertio de ſancta Cruce, lib. 2. cap. 11. & lib. 1. de ſacris peregrinationibus cap. 7. Sed Joannes Svvallartus libro 1. Peregrinationis Hieroſolymitanæ, hic nihil miraculi agnoſcit, imò apertè ſcribit, totum hoc nihil aliud eſſe, quàm fraudem & impoſturam Patriarchæ Græcorum, & Armeniorum, citátque P. Bonifacium Stephani Epiſcopum Stagni in libro *de perenni cultu Terræ ſanctæ*. Neſcio, quid hodie fiat. De eo, quod olim factum ſcribitur, potior apud me eſt fides Urſpergenſis, Malmesburienſis, Petri Abbatis Cluniacenſis, Rudolphi Glabri, Joannis Cantacuzeni Imp. Conſtantinopolitani, & aliorum, quos alibi citavi, à quorum veſtigiis difficile eſt avelli, præſertim cùm hoc miraculum acciderit quoque, quando Hieroſolyma, & omnia ejus templa, in Chriſtianorum poteſtate erant. Nunc iterum Othmarum Presbyterum audiamus.

G

H

Propter hoc alia ibi cernebam obſtupenda: quæ omnia ſine cunctatione oportet eſſe edenda. Carcerem conſpexi ante monaſterium, in quo ſervari debuit Corpus Dominicum ea nocte, qua traditus eſt Judæis, & ibi propè eſt lapis, ſuper quo ſedebat, quando impoſuerunt ſibi ſpineum ſertum, ducentes ad

Digitized by Google

De libro 2. capite 18. imagines Crucis aliquando fidei faciendæ, & fecuritatis firmandæ gratia ad alios miſſas. Hujus moris illuſtre exemplum ſuggerit nobis Anna Alexij Comneni filia libro 2. Alexiadis ſuæ. Cùm enim Comneni fratres in Nicephorum Botoniaten conſpirâſſent, jámque coitionis ſuæ conſilia ad rem conferre cogitarent; priùs matrem, uxores, filias, & quidquid muliebris ſexus erat, in tuto collocârunt, nempe in ſanctæ Sophiæ Templo, ad quod, tanquam ad tutiſſimum aſylum, confugerunt: quas cùm Botoniates, miſſo Legato Straboromano, inde exire juberet, quædam ex earum numero reſpondit. ἐκ ἂν τȣ͂ ἱερȣ͂ τεμένȣς ἐξέλθοιμι, εἰ μὴ τὸν τȣ͂ βασιλέως ὥσπερ ἐχέγγυον τῆς σωτηρίας δεξαίμην ςαυρόν. *Non egrediar ex hac ſacra Æde, niſi ipſius Imperatoris crucem, tanquam ſalutis pignus & arrham, accepero.* ἐκβαλὼν δὲ ὁ ςραβορωμανὸς, ὅνπερ ἐπεφέρετο ἐγκόλπιον ςαυρὸν ἐδίδȣ, ἡ δὲ, ȣ̓κ ἀφ᾽ ἡμῶν τὴν πληροφορίαν αἰτῶ, ἀλλ᾽ ἐξ αὐτȣ͂ τȣ͂ βασιλέως. *Statim Straboromanus crucem, quam in ſinu geſtare ſolebat, protulit ac porrexit. At illa, non à vobis,* inquit, *pignus certæ immunitatis peto, ſed ab Imperatore.* Quid Botoniates? Ut erat natura mitis ac benignus, τὸν ἐπιζητȣ́μενον ςαυρὸν πρὸς αὐτὴν ἔπεμψε, πᾶσαν ἀφροντισίαν αὐτῇ διδοὺς. *Poſtulatam crucem ad illam miſit, omnique cura liberam eſſe juſſit.*

Ad Henricum IV. Regem Germaniæ miſit Alexius Comnenus, ἐγκόλπιον χρυσȣ͂ν μετὰ μαργαριταρίων, καὶ θήκην διάχρυσον ἔχȣσαν ἔνδοθεν τμήματα διαφόρων ἁγίων. *Auream crucem ad pectus ſeu in ſinu geſtari conſuetam, cum margaritis, & thecam inauratam multas Sanctorum Reliquias continentem,* ùt eſt lib. 3. Alexiadis Annæ Comnenæ.

Eodem die crucifixæ Virgines Martha & Maria ſorores, & S. Lycarion; *quibus in cruce pendentibus gladij per viſcera adacti ſunt.*

Menologium 29. Januarij de ſeptem Martyribus Philotheo, Hyperechio, Abibo, Juliano, Romano, Jacobo & Paregorio Samoſatæ Martyrio functis.

Ὑπὲρ προσηλωθέντος ἐν ςαυρῷ λόγȣ
Ἑπτὰ προσηλώθησαν ἀθλητῶν κάραι.
Pro verbo in Cruce clavis affixo
Septem horum athletarum capita clavis confixa ſunt.

De iisdem ibidem, ἀναρτηθέντες καὶ τὰς κάρας ἥλοις προσηλωθέντες, τὰς ψυχὰς τῷ θεῷ ἀπέδωκαν. *In altum ſublati, & per capita clavis affixi, animas Deo reddiderunt.*

Addamus & hoc ſimplicioribus nonnullis uſitatum: quando poſt ſumptum cibum Deo gratias agunt: Dein Creutz iſt unſer Tiſch. Deine Nägel unſer Fiſch. Quod melioris ævi candidam pietatem reſipit; exiſtimârunt enim, ſe inter edendum non tam menſæ, quàm ſanctæ Cruci aſſidere.

CAPUT XXXIII.

De tribus libris Lucæ Tudenſis Epiſcopi contra Albigenſes Hæreticos.

Cùm hæc excuderentur, perlati ſunt ad me Coloniâ tres libri Lucæ Tudenſis *Jam ſunt editi.* contra Albigenſes, ſtudio & opera *R. P. Andreæ Schotti*, ex Societate noſtra, in veterum monumentis eruendis & in lucem extrahendis perquam ſeduli ac indefeſſi: in quorum altero multa diſputat Lucas de cruce & ſigno crucis, itémque de clavis, quibus Redemptor noſter cruci ſuffixus eſt: quæ certè verbatim huic meæ lucubrationi inſererem; niſi ſperarem, libros Lucæ propediem prælo typographico ſubjectum iri. Quod ut fiat, diligenter allaborabo: publico enim digniſſimi ſunt, quia non tam Albigen-

B *occultè tetenderant, detegentes, malè ſimplicium animas capiebant, & etiam Dei miniſtros arguebant dicentes: Si vera ſunt, quæ de Cruce hactenus credidiſtis, non eſt verum, quod nunc adoratis. Et ſi verum eſt, quod nunc creditis, falſa ſunt, quæ priùs docebatis: ſi enim Chriſtus Cruci fuit affixus quatuor clavis, & ipſa Crux quatuor habuit brachia, ſicut tempore præterito docuiſtis, non eſt hæc ſimilitudo Crucis Chriſti, quam nunc adorando docetis. Hæc & alia plura contra Catholicos blaſphemantes Hæretici, multos ſimplicium ſuorum errorum laqueis innodârunt*, & usque ad præſens tempus, *cœptum pravitatis diſſidium propagare non ceſſant.*

Horum impoſturis & fallaciis occurrendi
C expeditior ratio non fuiſſet, quàm dicere, nihil intereſſe, ſive Chriſtus in cruce commiſſa, ſive in immiſſa, ſive tribus, ſive quatuor clavis affixus repræſentetur; quod ipſe etiam Tudenſis ſatis ſupérque inſinuat. Quia tamen communis Eccleſiarum in Hiſpaniis conſuetudo ante Albigenſes hæc erat, ut Chriſtum in cruce immiſſa quatuor clavis confixum exhiberent; & quia per hanc novam apud Hiſpanos picturam & ſculpturam Hæretici ſimplicioribus pedicas & laqueos, quibus irretirentur, nectebant; idcirco Tudenſis libro 2. cap. 10. copioſè demonſtrat, crucem Chriſti, non fuiſſe commiſſam, ſed immiſſam; hoc eſt, non tribus tantùm, ſed quatuor extremitatibus conſtitiſſe; Chriſtúmque quatuor, non tribus duntaxat clavis cruci affixum fuiſſe. De qua re fusè diſputatum eſt Tomo 1. de ſancta Cruce libro 1. cap. 3. & 20.
D

Poſtea cap. 12. diſputat Lucas, ad quam mundi partem Dominus in cruce faciem verterit. De qua re ſcripſimus lib. 1. cap. 27.

Cap. 15. diſſerit de ſigno ſanctæ Crucis, quomodo formandum; num à ſiniſtra ad dextram; an à dextra ad ſiniſtram. De quo actum eſt libro 4. de S. Cruce cap. 1.

Cap. 18. docet, quomodo alij Crucis ſignaculo ſint conſignandi. Et quia de hoc ſignaculi modo in libris de ſancta Cruce, nihil quod ſciam, dixi, placet quid Tudenſis

F tero terminetur. Et quia (ùt ait Sapientia Dei) vias, quæ à dextris ſunt, novit Dominus, & quæ à ſiniſtra ſunt, perverſa ſunt: Prov. 27. Omittentes ſiniſtram, ſemper dexteram teneamus, ut noſtrorum operum finis in dextris inveniatur. In conſignatione in aliis finienda eorum non attendimus dexteram, vel ſiniſtram, ſed dexteram noſtram tantùm, ùt patet, in conſecratione altaris, atque in hominibus baptizandis. Nam conſecrationes altarium, quando fiunt, de altaris ſiniſtra ſacræ unctionis cruces ad ejus dexteram producuntur, ubi & finiuntur. Quando etiam hi, qui baptizantur, ad ſiniſtram ejus, crux ſacræ ducitur unctionis. Cùm etiam inter ſcapulas ſimiliter inſignitur, de illius ſiniſtra crux ad ejus dexteram ducitur. Quapropter G patenter innuitur, dum modò in dextera & modò in ſiniſtra alterius crux finitur, quòd non conſignandorum dexteræ, vel ſiniſtræ finis attenditur, ſed potiùs dexteræ conſignantis.

Quidam tamen per ſe volunt inducere, quòd debemus cùm nos ipſos conſignamus, manum ducere de dextera ad ſiniſtram, quia Chriſtus de Judæis tranſiit ad Gentiles. Quibus ratione prævia reſpondemus; quia ad hoc ad Gentiles tranſiit, ut de ſiniſtra, hoc eſt, infidelitatis miſeria, reduceret ad dexteram, hoc eſt, ad fidem Catholicam: hoc fine, ut illos ſecum in ſua & patris dex- H tera collocaret. Unde conſignatio eſt in parte dextera finienda. Ad quod deſignandum in introitu Miſſæ, Sacramentorum librum miniſtri ponunt in dextera ſacerdotis & altaris ad meridiem, & poſt Evangelium transferunt illum in ſiniſtram eorundem ad ſeptentrionem, & circa finem Miſſæ, iterum reducunt illum ad dexteram. Quia cùm introierit gentium plenitudo, tunc omnis Iſraël, quia convertetur ad Dominum, ſalvus fiet. In dextera igitur eſt noſtra conſignatio finienda, quia Judæi & Gentiles explebunt in dextera fidei finem mundi, Rom. 11. 25. qui erunt in dextera Dei perpetuò collocandi.

Tri-

Digitized by Google

... ipſe etiam Judæis comprobat.

Lib. 3. cap. 6. producit exempla ſycophantiæ & impoſturæ, quibus hæretici ſimplices à veritatis tramite deducebant; in his hoc itidem apologo utebantur. *Duo homines gradiebantur itinere uno, &,(ut moris eſt (crucem in bivio invenerunt. Quorum unus procidens adoravit eam*: alter verò lapidibus fregit eam, & pedibus conculcavit. Utrumque bona præceſſit intentio, unus enim eam adoravit; quia per ipſam Deus ſalvavit mundum. Alter eam lapidavit; quia Judæi in ea occiderunt Chriſtum. Hæc Hæretici di-
C cunt, non ut credant, quòd aliquis crucem debeat adorare, ſed ab intentione adorandi crucem ſatagunt alios revocare. Cùm enim dicunt, quòd in utroque bona præceſſit intentio, ſcilicet in adorante crucem, & in confringente, volunt, ut intelligamus, quòd bene fecerit, qui confregit. Unde cùm talem ſacrilegam fabulam ab aliquo audierit Chriſtianus, prout poteſt, durè increpet proponentem & audacter dicat, qui adoravit crucem, fecit tanquam Catholicus, & qui fregit eam, fecit ſicut Hæreticus.

Contra hanc proponit Chriſtianus aliam non fabulam ſed rem geſtam. Quidam miles, fide Catholicus, ſed ad vindicandas illatas injurias acer & ſtrenuus, ubicunque crucem inveniebat, de equo proſiliens ad ho-
D norem Salvatoris noſtri eam ſuppliciter adorabat. Accidit quadam die, ut propinqui cujuſdam nobilis, quem dictus miles occiderat, eo ſolo reperto, in quadam eremo, vindicandi ſanguinis cauſa inſequerentur ipſum. Cúmque ipſe ſuperſedens equo fugeret hoſtes, quia plures erant, ac nobiles, & eis reſiſtere non valebat, ad quendam compitum venit, ubi quandam ligneam crucem vidit. Qui oblitus fugæ, de equo deſcendit, & ſicut conſueverat, crucem devotiſſimè adoravit. Hoſtes verò curſu velociſſimo venerunt uſque ad locum, & militem fruſtatim eductis gladiis parabant concidere, ſed non defuit Catholico militi clementia Re-

Caſtaleo illum locum Actorum cap. 2. de Chriſto; *per manus iniquorum affigentes, interemiſtis*, ita vertit in edit. Baſileenſi anno M. D. LXXIII. & M. D. LVI. *& ad palum alligatum, ſuſtuliſtis.* Græcè eſt, διὰ χειρῶν ἀνόμων προσπήξαντες, ἀνείλετε. Ubi Sectarius verbum προσπηγνύειν, imperitiſſimè per vocabulum *alligare* vertit; quaſi idem ſit *affigere*, & *alligare*; cùm hoc funibus, aliiſque vinculis propriè fiat; illud, confixione, quæ propriè loquendo ferrum repoſcit. G

Vide Tom. 1. de S. Cruce lib. 1. c. 2.

Deinde, blaſphemè prorſus indicat, quaſi Chriſtus non fuerit cruci affixus; ſed ad neſcio quem palum ſeu ſtipitem alligatus & adſtrictus. Adde ambiguum planè reddi ſenſum; an ſcilicet, alligatum ad palum ſuſtulerint, hoc eſt, occiderint, an verò in altum evexerint, ſeu elevârint. Et quis unquam Chriſtianus crucem Chriſti vocavit *palum*; Chriſtianus, inquam, Eccleſiaſticè nec poëticè loqui volens? Porrò in Græco textu ſubintelligitur aut vocula ξύλῳ aut σταυρῷ, ut ſit: *Per manus inimicorum affigentes ligno vel cruci, interemiſtis*: nam crux Chriſti in Scriptura *lignum* appellari ſolet; ùt 1. Petri 2. *Qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum.*

Idem Caſtaleo libro 4. Dialogorum, quos inſcripſit ſacros; locum illum ex cap. 8. D. H
Joannis: *Cum exaltaveritis Filium hominis, &c.* ita reddidit. *Cum me extuleritis*; in margine additur: *videlicet, in patibulum.* In patibulo igitur Chriſtus mortuus eſt. Cujus locutionis ſonus, quàm in auribus piorum benè ſonet, novit omnis ille, qui piis auribus non caret. Veteres jubent, ut nos ſignemus cruce, vel crucis ſignaculo. Ex Caſtaleonis Rhetorica neceſſe erit moneri homines, ut ſe ſignent *patibulo*, ſeu *patibuli ſignaculo.* Stylum quoque ſuum corrigere debebit Tertullianus libro *de corona militis.* Jámque non dicere: *frontem crucis*, ſed; *patibuli ſignaculo terimus.* Germanis *patibulum* eſt ein Galgen. Oportebit igitur, ut ex Caſtaleonis formula

PRODIIT *hoc ipſo anno Redemptoris M. DCIX. Bononiæ liber hoc titulo. Il fiore della* Granadiglia, o vero Della paſſione di noſtro ſignore Gieſu Chriſto ſpiegato e lodato con Diſcorſi e varie Rime. all' Illuſtriſſimo e Reverendiſſimo ſignore, il ſignor Cardinale Giuſtiniano, Legato di Bologna. *Viſo hoc libro, non abs re fore cenſui, ſi nonnulla ejus in linguam latinam verterentur; ſunt enim non modò pulchra, ſed & admodum pia, quorum lectio cum fructu fiat. Adſcripſimus etiam latina quædam epigrammatia; omnia in eum finem, ut Deus non tantùm in Sanctis, ſed & in hac admirabili Floris Peruani creatura laudetur, & debitis præconiis decantetur. Auctor plerumque epigrammatum eſt meus* P. Ferdinandus Crendelius, *fideliſſimus & indefeſſus ſtudiorum meorum ſocius & adiutor, quoad fata Deúsque ſinebant: nam anno Domini M. DC. XIV. die XXX. Maij, à latere meo abreptus, & ad cœleſtem vitam (ſic me ſperare jubent eximiæ virtutes, quibus præditus erat) translatus eſt. Ejusdem eſt verſio ex Italico ſermone, & additamenta, quæ paſſim Italicis inſperſit, & ſcholiola ad marginem.*

DE-

Digitized by Google

Pars Prior.

Flos iſte paſſim circumfertur depictus.

A

ETSI flos novus Peruanus GRANADILLÆ, adeò benè nunc expreſſus ſit artificio, videatúrque ad vivum depictus in charta, vel acu opere Phrygio filis ſericis, vel ſcalpello etiam cælatus affabrè, ac repræſentatus imaginibus, ut qualis iſte flos, & cumprimis ejuſdem fructus ſit, à quovis cognoſci queat: non erit nihilominus inutile, ut calamo uterque deſcribatur: ut, ſi penicillus, aut acus, aut ſcalptura deficiant alicubi, defectum iſthunc calamus ſuppleat, pleniúſque ſatisfaciat iis, qui nobilis hujuſce, bellæ, plenæque myſteriis plantæ notitiam pleniorem expetunt.

Sciendum itaque, quòd flos GRANADILLÆ magnitudine ſuperet nonnihil roſam, ſicut etiam odore vincit; imò præſtat odoratis omnibus, quæ in his noſtris reperiuntur partibus. Unde etiam Indi hunc florem ſecum portant, non tam ob ſingularem pulchritudinem, quàm ut ipſi hujus beneficio ſint odoriferi.

B

GRANADILLÆ flos.

Folium, quod per ambitum floris hujuſce corpus format, & effigiat, unicum eſt, & continuum, quale in noſtrate convolvolo, ſeu volubili (Zaunglocken) & eſt coloris * fulvi (Leberfarb) vel lividi. Protendentes verò ſe ſuper hoc folium circum circa radii aliquot parvi coloris flavi, è medio, ſeu centro floris (quod etiam eſt flavum, & rotundum, ſicut & roſæ) conſurgunt, depingúntque in hoc folio magno quoſdam terminos; quos inter, apparet * forma foliolorum ſimilium noſtratibus violis: eóque magis expreſſorum; quò, quòd ubi terminantur radii, natura diviſit, & diſtinxit aliquantulum, & inter finem unius, & alterius radii, fecit diverſa initia, ut videantur diverſa folia: cùm unum alioqui ſit, & perpetuum. Unumquodque verò ex his natura fictis, & radiis duntaxat ſejunctis foliis, vel potiùs ſpatiis, per medium, & directam lineam inductas habet quinque velut recentis ſanguinis maculas, ſive guttas.

** Leonato Italis: à leonum colore, flavi coloris eſt ſpecies, Löwengelb.*

** hoc eſt, ſinuat ſe, & ambitum deſcribit extremis Granadilla, ſicut violæ, ſive lunata habet extrema.*

C

Ubi autem ſectiones ſunt radiorum circa florem, ſubtus apparent * quædam filorum rubeorum capita, quæ ſub folio è globulo, ſeu nodulo floris exeunt; videntúrque totidem purpurei radii, qui coronam faciunt. In ſinu dehinc iſtius floris (qui quidem ſinus illi roſarum, ùt dictum, perquam ſimilis eſt (ſtant per circulum quinque corallia parva, tenera & rotunda, facta & ficta per naturam, quaſi quinque ſanguineas guttas, quales è recenti exſiliunt vulnere, velit repræſentare. At è centri circulo, quem corallia ſanguinea formant, enaſcitur ramuſculus colore, qui eſt inter rubrum, & flavum medius: is effigiat columellam cum baſi, & capitello: qua quidem de columella, deſuper pronaſcuntur quinque coloris ejuſdem virgulæ, quæ ſe unà illigantes, & vincientes efformant ſeptuaginta duarum ſpinarum corollam, qualis fuit, quæ in coronatione Chriſti Redemptoris noſtri caput transfixit: quanquam, eadem ſpinoſa corolla, ſecundùm floris, unde pronaſcitur proportionem, eſt admodum parva.

** Notandum hic, fila hæc rubea, radiosque iſtos averſi floris à pictoribus hactenus, & ſcalptoribus exprimi necdum potuiſſe. adverſum enim floſculum duntaxat expreſſerunt.*

D

E media verò hac corolla, videntur tria ferrei coloris germina, ſpinis reliquis eminentiora, diſtincta, & ſeparata ab invicem, tréſque crucis Chriſti clavos referunt: horum clavorum cuſpides columellæ capitello inſunt, ex quo capitello etiam germinant. Totum autem floris corpuſculum, ſub ſuo folio, ſeptem alia folia viridia longa, & anguſta, ínque acumen deſinentia obtinet: ea, veluti totidem brachia peramicè ſuccurrunt, ſive ad tutellam, & cuſtodiam floris,

Digitized by Google

GRANADILLÆ *fructus.*

E plantæ hujus flore fructus naſcitur non minùs utilis, quàm elegans, & formoſus; & eſt magnitudine, formáque ovi anſerini: coloris autem flavi deaurati, aliquibus parvis, & rufis præditus maculis. Manditur quemadmodum ovum molle, ſeu ſorbile, cultello, vel inſtrumento aliquo alio circumcirca corticem ſeparando, & dehinc bibendo liquorem: qui quidem albus eſt; ſemina verò, quæ obtinet, ſunt nigrantia; ſimiliáque peponum, ſeu melonum; ſed tamen, * rotundula. Fructus autem hujus liquor adeò dulcis eſt, ut ipſius ſuavitatem mellis ſuperet. Prodeſt etiam magnopere corpori, multúmque corroborat ventriculum. Nec verò, licèt ejuſdem plantæ ſint hi fructus, ſimul ad maturitatem perveniunt. Sed primò matureſcunt illi, qui radici ſunt viciniores; poſtmodum ſenſim alij, prout citiùs, ſeriúſque fuêre nati. Proinde contingit, & quidem ſæpe, ut in eadem planta, & eôdem tempore appareant, videantúrque flores, & fructus tam immaturi, quàm maturi: qui quidem aſpectantium oculos mirè delectant. At ubi dempti ſunt ab arbore hi jam maturi fructus, diu conſervantur. Quanquam non eſt opus hos fructus ſervare, & condere; cùm reperiantur toto anno, ſi non in eâdem numero, ſaltem in alia ſpecie plantæ ejuſdem: quippe cùm non ſimul, ſed per vices florem, & fructum producant

Hujuſce fructus qualis uſus.

GRANADILLÆ *ſemina.*

* *uti pyrorum.*

C

Idem fit in malis citriis, ſeu Medicis, & Aſſyriis.

GRANADILLÆ *florentis fructumque ferentis tempus.*

D

Et quanquam multæ ſint terræ, Regna, & Provinciæ integræ, quæ GRANADILLÆ plantâ abundant, ſicut eſt Peru, Mexicum, Scheſíos, Blaſcho; in majore tamen abundantia, & proventu, (idque ob Regionum temperiem) invenitur in Regno Cuſco, ubi Indorum Impp. ſedes eſt, & ad Urbem Limam, ubi Hiſpaniarum Regis Proreges reſident, & metropolis eſt Peru: quibus in Americæ partibus, paſſim * nominatur hæc planta GRANADILLA. Verùm, quoniam nunc Indi à Chriſtianis intellexerunt, quòd partes, quas flos iſte repræſentat, ſint velut paſſionis Chriſti myſteria, paſſim, & vulgò ad tenellam usque infantiam, florem hunc ta num vera & genuina ſit, demonſtrabitur diſputatione ſequenti.

GRANADILLÆ. *Locus.*

* *Ob ſimilitudinem aliquam, quam hoc pomum habet cum punico, ſeu granato malo.*

Pars altera.

Quòd Flos GRANADILLÆ, *ſeu* Paſſio Domini noſtri, *ſit Flos verus, & non fictus.*

QUòd GRANADILLÆ Flos ſit verus, & inter multos alios flores à noſtratibus diverſiſſimos inveniatur in beatis illis * Mundi recens reperti campis, non poteſt nunc ſcripto, quomodo ſe habeat, ſed tantùm veracium & fide dignorum virorum teſtimonio probari, confirmaríque. Vellet quidem curioſus oculus videre illum verum, & genuinum florem: verùm, ob Regionis nativæ floris hujusce diſtantiam, non eſt conceſſum videre, niſi picturam illius expreſſam à docta, & imitatrice naturæ manu: etiam auribus ſolùm datum eſt illius pulchritudinem, & eximiam excellentiam audire: quæ quidem ipſius excellentia ab hominibus fide dignis explicata, redditur credibilis. At quia, quæ in hac planta excellunt, & eminent, ſunt tot, & ejuſmodi, poſſunt, præſertim apud ſimplices, creare dubiam admirationem.

* *America.*

G

Etenim, quo pacto (dicat aliquis, & fortaſſe dicent etiam plures) terra producere poteſt illas formas, & imagines ſimiles illis inſtrumentis, quæ Chriſto Redemptori noſtro mortem intulerunt? Et qui eſſe poteſt in uno flore tanta rerum, colorum, ſanguinis, clavorum, ſpinoſarúmque ſtirpium diſparitas? Ecquæ illa inviſibilis manus in floris hujus corona totidem ſpinas efformaverit, quot omninò fuerunt in pungente Redemptoris noſtri corona?

H

At omnes iſtæ, ſimileſque difficultates, & objectiones, illa una propoſitione reſolvuntur, qua ſancti ſanctæ Eccleſiæ Patres dubia, & admirationes, quæ circa ſacram Euchariſtiam in primitiva Eccleſia naſcebantur, refutabant. *Reſpice*, inquiunt, *facientem, & deſi-*

GRANADILLÆ, *excellentia, & admirabilitas multiplex.*

Digitized by Google

tens in flore uno terreſtri paſſionis ſuæ inſtrumenta depingere?

Capocius Senenſis in ambarum manuum unguibus depinxit cœnam Chriſti ultimam, orationem in horto, & captionem, flagellationem, coronationem, & crucifixionem, aliáque, quæ in acerbiſſima Chriſti paſſione contigêre, cum illa multitudine tribunalium, militum, equitum, & turba reliqua, quæ in grandibus alioqui tabulis depingi ſolet: & Deo nos denegabimus, ut in uno flore, & quidem ſatis magno, & capaci

C ſculpat ſuæ paſſionis ſpinas, columnam, & clavos?

GRANADILLA miraculum eſt naturæ: ſed non ex illuſtrioribus. Plin. lib. 37. cap. 1.

At veniamus ad res ipſas, quas fecit, & facit aſſiduè Deus ter Opt. Max. ſub naturæ nomine; reperiemúſque hunc GRANADILLÆ florem non eſſe ex grandioribus, & illuſtrioribus ipſius miraculis. Etenim videtur mihi, quòd hujus floris admirabilitatem longè ſuperet achates, quem Epirotarum Rex Pyrrhus habuit: in qua gemma, naturæ vi, ac ſine artificio lapidarij, videbatur cœlo & coloribus expreſſus Apollo in novem

D Muſarum medio, cum diverſis inſtrumentis muſicis, quæ ſine magna difficultate, aut ſaltem induſtria, ipſa ars penicillo non poteſt aſſequi. Verùm, de plantis loquendo, multò quàm GRANADILLA plus admirabilitatis habet radix Baaras, quæ in Machærunte Judææ civitate naſcitur: quæ quidem radix cùm ſub terra ſita ſit, tamen ſe manifeſtat ſplendidiſſimis radiis, quos de nocte foras jacit de loco, ubi reperitur; & quoniam corporibus eſt ſalutifera, ſive alio fine quis eam velit colligere, cùm foditur, fugit, & tam velociter, ut ſæpe viſum effugiat: quare, ut fodiendo obtineatur, neceſſarium eſt, ut circumcirca foſſa profunda fiat, ne diffugiat.

GRANADILLÆ admirabilitas, confertur cum aliis plantis admirabilib. Joſephus de bello Judaico, L. 7. c. 25. Catalogus peregrinarum plantarum admirabilium. Sur. de reb. in orbe geſt. anno 1054.

illud, quod Fidem omnem ſuperare videtur, eſt tamen longè veriſſimum. Eſt arbor, quæ loco foliorum producit aves, quæ quidem roſtro affixæ ſunt trunco, donec ſint ex toto formatæ, & perfectæ; hoc ubi evenit, extrahunt roſtrum è trunco, & cum aliis avibus volant.

Scotia, ad Orchades inſulas.

His plantis admirabilibus eſt par illa de Temiſtita nomine *Mangeo*, de cujus foliis fit vinum; poma, in cibum concedunt; cortex in veſtes fila ſuppeditat: de ligno, fiunt clavi, & inſtrumenta alia, quæ, & qualia nos è ferro conficimus.

Arbor autem inſulæ Zebut, nomine Coccho ſingularis eſt admirabilitatis. Fiunt e- G nim ex ipſius trunco naves; de corticibus, funes, de ramis, mallei, clavi, remi, & alia utenſilia: producit fructum ſimilem peponi: qui fructus liquorem habet noſtro butyro affinem: qui quidem liquor ſenſim convertitur in oleum: aquæ inditus, mutatur in ſaccarum: in ſole poſitus, fit acetum. Ecquid deſiderare plus potes ad uſum ab una planta?

Præterea, in Joannis Baptiſtæ Portæ Phyſiognomica videmus, quòd multæ plantæ ad vivum multa repræſentent animalia, quæ, ne longus hic ſim, omitto: ſolùm paucis dicam de humani corporis partibus; quæ in plantis quibuſdam adeò bene ſunt expreſſæ, ut ars ulla non facilè illas imitari queat: ſicut H in quercus muſco, expreſſos videmus humani capitis capillos: in flore nardi Celticæ, pupillam oculi; in cedri, & Perſeæ fructu, cor; in pulmonaria arborea, pulmonem: in fumaria, hepar: in nuce Indica, matricem; in dentaria dentes; in palma Chriſti Orchidum ſpecie, & Pliniano dactylo, manus, digitos; & in aliis plantis, alias humani corporis partes. quæ plantarum admirabilitates in laudato Auctore ſigillatim videri

Digitized by Google

hoc uno fructu, & in omni fructus hujus par-
B te, ſignum ſanctæ CRUCIS impreſſit, non erit adeò mirabile, vel certè non ſupra fidem, quòd in uno GRANADILLÆ flore impreſſa ſint reliqua Paſſionis Chriſti myſteria.

GRANADILLÆ veritas: authoritate ſcriptorum comprobata.

Sed quid alias floris hujus probationes requiro; ſi jam ab aliis ſcriptoribus eſt probatus, & laudatus?

Hiſtoria plantar. lib. 28. cap. 147. Lugduni Gall. edita. Delachampio attribuitur opus: quamvis titulum libri auctorem nullum præferat.

In Hiſtoria plantarum generali, nominatur hic flos GRANADILLA: Ibidémque demonſtratur, quòd adeò benè repræſentet myſteria Paſſionis Chriſti, ut ab arte, & quidem etiam accuratè, videatur effigiata. Et quamvis in rebus cæteris, velut in colore floris, aut ſapore, & forma fructus, deſcriptio paulò aliter habeat, quàm hæc noſtra:
C veruntamen in eo, quod præcipuum eſt, nimirum in Paſſionis Chriſti repræſentatione, ſumus conformes, & concordes. In reliquis proinde debeo, & volo citiùs, libentiúsque credere iis, qui non ſolùm hunc florem viderunt, ſed fructum etiam guſtârunt; quales ſunt illi teſtes, quorum teſtimonium paulò infrà videbitur.

I. Libet verò iſto loco verba ipſa Hiſtoriæ plantarum ſubdere: quanquam ea potiùs
II. ſunt Caroli Cluſii; aut veriùs, Nicolai Mo-
III. nardi Hiſpalenſis Medici; cujus opuſculum de medicamentis ex novo Orbe delatis, Hiſpanica lingua conſcriptum, Exoticorum libro X. Latinè ſic repoſuit Cluſius; *Allatus*
D *mihi ex continenti herba fructus eſt*, (ait Carolus Cluſius, vel potiùs D. Nicolaus Monardus) *quæ in peruanis montibus, ubi ſponte naſcitur: GRANADILLA appellatur: quod nomen illi impoſuerunt Hiſpani ob ſimilitudinem, quam cum noſtris malis granatis habet. Nam fructus ejuſdem ferè eſt amplitudinis, atque etiam coloris, quando maturus eſt, niſi quòd* * *corona careat. In eo ſiccato, ſi agitetur, ſonitum edit ſemen intus occluſum, quod pyri ſemini ſimile eſt, aliquanto tamen majus.* Pomum ipſum eſt *tuberculis quibuſdam eleganter elaboratum, & aſpectu iucundum. Pulpa candida eſt, & ſaporis expers. Planta, hunc fructum ferens hederæ ſimilis eſt, eodémque modo repit, & ſcandit, quocunque lo-*

* *hæc enim malis granatis omnibus inſidet.*

V. Dominus Joannes Boterus, non minùs elegans Poëta, quàm celebris Hiſtoricus, in Veris deſcriptione, quam evulgavit M. DC. VII. in octavo metro, quod Sereniſſimo Sabaudiæ Principi inſcripſit, in hanc ſententiam, eleganter de hoc flore canit:

Sed non convenit relinquere GRANADILLAM,
Quæ eſt ſummus honos florum Mexicanorum,
In quo flore, ſi penitiùs inſpicias,
Videbis Chriſti tui aſperos dolores,
Columnam, plagas, & purpuream
Coronam; & hoc; quod in CRUCE adoras,
Coopertos ſanguine acutos clavos,
Et (ſi te Pietas promovet) funes, & nodos.
Unde accidit, ò ſancte, & incomparabilis flos.
Quòd in terra naſcaris, & climate tam remoto
Cum indignis tormentis, quæ tulit Redemptor
Ab infido populo, impio, inhumano? G
Quàm eſſes melius in meo corde
Operâ ſummi Opificis?
Non timeres hibernum gelu,
Et viveret in me perpetuus zelus.

V. Etiam Joſephus Acoſta Societatis JESU in hiſtoria morali, & naturali rerum Indicarum, mentionem facit floris GRANADILLÆ; & expreſſè aſſerit in eodem reperiri omnia Paſſionis Chriſti myſteria, quæ hactenus hic deſcripſimus, & probavimus.

Lib. 4. c. 27.

GRANADILLA *denique aculatis teſt... ut eſt comprobata.*

Non eſt itaque tam novus, aut incognitus hic flos in Italia, ut jam debeat videri res mira, & incredibilis; niſi fortè iis, qui pauca viderunt, & pauca legerunt. H

At deveniamus tandem ad illos, qui hic Bononiæ tum voce, tum ſcripto approbârunt, & confirmârunt iſthunc floſculum. Ipſa verò iſtorum teſtimonia ſunt apud Magiſtrum Simonem Palaſcam, qui pietatis affectu ductus, ea non minore labore, quàm diligentia procuravit, & collegit; ſicut etiam * carmina, quæ in præclariſſimam hanc plantam à variis, doctiſſimíſque ingeniis cuſa ſunt: proinde, tam illa, quàm iſthæc, velut res caras, & precioſa cimelia penes ſe conſervat.

Ii ſunt viri illuſtres, variarumque nationum.

* *Italica, Hiſpanica, & Latina.*

R. P. F. Alphonſus de Armeria, Magiſter I.
ſacræ

[illegible]

Id ipſum confirmârunt in charta alia, V. ubi item depictus fuit iſte flos, P. D. Joannes Romerus Societatis JESU, qui fuit aliquando in Peru Societatis ejuſdem Procurator: VI. & P. D. Joannes Martinus de Recaldi, qui fuit ejuſdem P. Romeri laborum, & itineris ſocius.

VII. Huic præterea veritati ſubſcripſerunt Dominus D. Diego di Leon Garauito, in civitate Lima natus, qui nunc Bononiæ habi-

GRANADILLÆ florem facta ſunt, tot ſunt evidentia teſtimonia, quòd GRANADILLÆ XII. flos ſibi conſtet, & reperiatur. Etenim omnes iſtæ ſcriptiones, aut ſubſcriptiones, F ſunt vel eorum, qui hunc ipſum florem viderunt, vel certè habuerunt eam certitudinem, ut non ſolùm arbitrati ſint hunc florem fide, creditúque dignum, ſed digniſſimum eſſe præconio.

C

IN
ADMIRANDAM PLANTAM INDICAM GRANADILLAM,

G

Epigrammata.

Ad GRANADILLAM Pali, vel Arboris, quibus ſuſtentetur indigam.

FLORIS *honos, & odos, fructúſque ut gratia duret;*
More hederæ reptans tollis in aſtra caput:
D *Néve* CRUCIS *penitus careas inſignibus; iſthanc*
Arboris, aut pali CRUX *tibi præſtat opem.*
Capreolis ni te his affigas firmiùs: omnis
Oris honos, & odos, fructus & ipſe perit.
Tu, Vitis potiùs, quàm GRANADILLA *vocêre:*
Quæ vitam ingenio, Vitis ut ipſa, tenes.

Ad eandem, de Cruce Myſtica inſignibus pluribus in flore ipſius expreſſa.

GRANADILLA *tibi* CRUCIS *haud inſignia deſunt:*
Proſpiciunt paſſim myſtica SIGNA *foras.*
VULNERA *quina* CRUCIS *ſtipes directus in auras*
Ambit: ſtant CLAVI *deſuper atque* VEPRES.
Inſignem toties CRUCIS *inde inſignibus eſſe*
Te reputo; quota ſunt indita SIGNA CRUCIS.

Ac eandem GRANADILLAM, de ternis clavis.

H *Hiſtorici paſſim, Patres, Græci, atque Latini,*
CRUCIS *fuiſſe quattuor clavos, tenent.*
GRANADILLA *refers ternos, miracula tanta:*
Miraculum ſed majus hoc, quod cernimus:
Tres LINGUAS *potiùs* CRUCIS *in præconia natas:*
Quot Titulus habuit inditus quondam CRUCI.
In CHRISTI *laudes non ſufficit unica* LINGUA:
Sed multiplex ſit LINGUA LINGUIS *cùm ſonant.*

[illegible]

PERFIDIÆ *ſpectas arma parata tua.*

Quot folia hic horrent ſummis mucronibus inſtar
Haſtarum: totidem tela vibrata vides.

PERFIDIA *miſsâ,* PIETAS *ſuccedit avita,*
LANCEA *tunc ſolùm vulnus* AMORIS *aget.*

In GRANADILLÆ fructum.

P*Unica mala tibi dant,* GRANADILLA *priores*
Jam pridem; cedunt cúmque rubore loco,
Ille, ornat cytinus: ſed odoris gloria deſit:
Sunt acini grati: aſt gratia mellis abeſt.
Quod plures CHARITES *quàm ſemina cortice claudis:*
C *Hoc tibi ſidereo manat ab axe decus.*
Tu de fonte CRUCIS *latices ſitientius hauris,*
Hinc FLORI, *hinc* FOLIIS, FRUCTIBUS *eſt is honos.*

IN PLANTAM INDICAM QUAM

MELIOR SOL & NATURA, Indiæ Occidentali novo miraculo donavit,

Chriſti cruciatibus repræſentandis.

F*Loſcule, flos florum, cunctorum floſcule florum*
Regule, & hortorum ſtella decúſque novum.
D *Floſcule, quo Phœbi jactat ſe terra cadentis;*
Floſcule digne feri nobiliore ſolo.
Ullos ſi liceat cœlo tranſcribere flores,
Hic certè flos eſt dignus ad aſtra rapi.
Quò non proficies natura? effundere ſtellas
En etiam didicit terra vel ipſa novas?

Aliud.

Hoc germen, florem qui tantùm nominat, errat:
Stare arbor fructu nobiliore nequit.

Aliud.

Narciſſus omnis & Hyacinthus mihi vale:
Violæ, roſæq́, liliáque mihi omnia
Valete, & omnes gemmulæ hortorum: vale
Zephyri familia omnis: oculorum pellices

Ut totus eſſe naſus optet quiſpiam,
Meliore tractus quam Catullus halitu:
Flos hic ita formâ vincit omnes floſculos,
Ut totus optet eſſe ſpectator oculus.

Aliud.

Quid mirum è templis ſacra commigrâſſe trophæa
Hortorúmque, velut juſſa, ſubiiſſe larem?
Eſt gratus templi hoc animus. Crebrò hortulus antè
Ad templum flores juſſerat ire ſuos.

In eandem.

Chriſte, tuas memori quis volvit mente dolores?
Mæſtam oculis, ſanguis cui tuus, excit aquam?
Heu paſſi quanta eſt oblivio Servatoris! G
Non niſi cùm jurant, vulnera Chriſtus habet,
Quàm lallare ſciat, quoties jam pejerat infans?
Quàm poſſit fari, fallere jam didicit.
Jam pueris omnis ludendi eſt nota ſupellex;
Sæpe tuam ignorant, ſaucie Chriſte, necem.
Sæpè prius nôrunt quo monte Falerna vehantur;
Quàm quo Soteris vulnera monte fluant.
Non dubio pictas diſtinguunt ordine chartas,
Quâ veniat victor luſus ab arte, ſciunt.
At cùm fortè vident morientem in imagine Chriſtum,
Quem notet iſta reum picta tabella, rogant.
Hæc, fœcunda parens ſcelerum, docet Hereſis omnem
E domibus frendens ejicit illa crucem.
Ad menſam pictas ſtatuit Veneréſque Jovéſque, H
Pro cruce, nec totâ, pars tenebroſa, domo eſt.
Ipſis jam dudum crux templis exulat; illam
Hereſis æternâ juſſit abire fugâ.
Ergóne ſic toto pietas evanuit orbe?
Sic Chriſti lateant ſymbola ſacra necis?
At nondum hæc toto Pietas evanuit orbe,
Pulſam etſi toto hanc Hereſis orbe velit.
E templis profugæ hoſpitium dedit Indica tellus;
Et templa atque hortos juſſit adire ſuos.
Ut juſſa eſt fecit, ſecum ſua ſymbola geſtans,
Floribus in mediis preſſit & illa pedem:
Hic Chriſti ſertum, hic clavos, notámque columnam,
Certo per flores ordine diſpoſuit.
Sic jam quæ renuunt homines in pectore ferre,
Hæc tergo flores: arma ſacrata ferunt.

Cum-

Digitized by Google

B *tum,*

Cervicem florum non tamen enſe metam:
Illorum potiùs venerandum culmen adorem;
Floribus exequias his lego, Chriſte, tuas.

Cur apud Antipodas FLOS CRUCIS compareat?

Poſt ſe Sol tenebras linquit: quà cedit ab orâ
Umbris opacans hanc tegit caligine.
Hinc ſincera FIDES *retrahit ſua lumina: quare,*
Incumbit errorum gravis nox ocyus.
Partibus è noſtris ſenſim demigrat ad INDOS GLORIA CRUCIS, *dum furit, & ardet* HÆRESIS.
ANTIPODAS *ſed adit, qui grato pectore* LUCEM *hanc*
C *Captant, honorant mente pura, & ſimplice.*
Eminet hinc inter ſylveſtria germina FLOS *hic* CRUCIFER, *&* INDO GRATIAM *monſtrat* CRUCIS.

Ad Peruvium.

O Multùm gratare tibi PERUANA, *Deóque*
Grates innumeras noctè, diéque refer?
De radiis FIDEI, *tenebras hæc ſola fugavit*
Perfidiæ, & Vitii: quæ tibi numen erant.
De CRUCE *vera* SALUS *en obtigit. En eadem* CRUX
Per florem hunc cedit PIGNORIS *uſque loco.*
CRIMEN *abundavit: ſucceſſit* GRATIA *major.*
Hanc tibi adaugebunt culta TROPÆA CRUCIS.

D

In lanceam GRANADILLÆ.

Ingenioſe frutex, quid in hac miracula ſurgis?
Nutriſque haſtatas per tua membra comas?
Vidi ego damnatis Hiſpanica caſtra ſariſſis,
Hac arma in gentem vertere ſæpè tuam.
Nec verò incaſſum. Ceſſit victoria; quámque
Ferrea non potuit, lancea ſacra dedit.
Et tu degeneres porro vernabis in haſtas?
Devictóſque Indos Indicus ipſe, voles?
Omen, iò, fauſtum. Cunctis dominabimur Indis;
Nam Patria in Cives ſuggerit arma ſuos.

myſteriis quadruplicem. F

Unum quis reputet florem; cui quattuor inſint
Miracula & myſteria?
VULNERA *cum* CLAVIS, COLUMELLA, CORONA *renident:*
Trophæa quattuor CRUCIS.

In eandem GRANADILLAM.

Cùm deſunt homines, ſylvarum teſqua loquuntur;
Et fiunt Domini nuncia turba ſui:
Inſtrumenta necis planta oſtenduntur in una;
Tantùm non vivi ſanguinis unda fluit.
Ullane adhuc talem viderunt ſecula florem?
Nullane adhuc conſtans, Ethnice, & Inde, fides?
Imò quia hîc creſcit magis & magis Hæreſis; illuc
Jam dudum viſa eſt dia migrare Fides.

Terra, ſubditis. G

Conſiderate LILIA AGRI Matth. 6.

O Mea progenies, noſtra tam dedita glebæ;
Quæ grave tam rarò tollis in aſtra caput;
Uſque inhias rebúſque novis: en profero ab Orbe
Occiduo America germina mira tibi;
Inque Orbem hunc mitto ſpectacula. Reſpice plantæ
Intentis oculis hæc nova SIGNA *piæ.*
Jampridem PIETATIS HONOS *elanguit omnis:*
Dum vis Hæreſeon, & ſcelus omne furit:
Hæc Peruanus ager mandat tibi lilia. Florem
Carpe manu mentis. Languor abibit iners.

Nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt, ſicut unum (germen) ex iſtis. H

GRANADILLA *novo* SALOMONI *debita ſolùm eſt.*
Hæ Salomonis opes: hoc Salomonis opus.
Ille potens, ſapiénſque unà Salomonius Heros,
Floribus haud potuit cultior eſſe ſoli.
Hic SALOMON *parti cara inſtrumenta triumphi*
Verus habet cultu, tam ſpecioſa, ſuo.

Digitized by Google

B novo in hoc noſtro tandem emergant ?

HÆRESIS *heu pridem convicta eſt argumentis*
Impia, mirandis prodigiiſque CRUCIS.
Et quia de templis inſignia ſancta SALUTIS
Suſtulit, & peſſum, quà potis illa, dedit:
En ex Orbe novo mittit Natura peregrè
Noſtro Orbi ſobolem, munera rara, ſuam.
GRANADILLA *quidem parva es: ſed grandia præſtas.*
Tu CRUCIS *eloqueris, muta vel ipſa, decus.*
Quot folia, & ſpinæ, aut fructus tibi ſtemmate pendent:
Tot linguæ jaculis perfida corda feris.

C De florentis GRANADILLÆ roſeis, ſanguineiſve guttis, aut pallore croceo: qui duo colores cum primis in ejuſdem flore permiſcentur.

P*Uniceas guttata notas pulcro ordine, picta* GRANADILLA *novi vulneris inſtar habes:*
Pallor & ora tenet croceus, pingitque decorè.
Haud fruſtra in temet regnat uterque color.
Vivida tu CHRISTI *certè es morientis imago.*
D *Palles emoriens, emoriénſque rubes.*

GRANADILLA.

Mihi abſit gloriari niſi in CRUCE.

F*Rondeo, floreſco, maturo ſtemmate fructum.*
Debetur PALO GRATIA *tota* CRUCIS.

En tibi muta canunt, quæ polus obſtupuit.

III.

Suſpice mira: nitent CRUX, *vulnera, flore, columna,*
Lancea, tres clavi, ſpinea ſerta, cruor.

IV.

Obtexit rapidus Titan ſua lumina, CHRISTUM
Vidit ut ire pati, vidit ut ire mori.
Mox mæſtus florem tulit hunc, quem cerneret uſque,
Signatum Domini ſtigmata certa ſui.
India, ſtella olim populos convertit Eoos;
Væ tibi, quam nec adhuc ſol movet Occiduam.

V. G

En mel, félque tibi flore hoc qui nuper ab Indis,
Per tot magna Italis æquora vectus adeſt:
Signa ſalutis habet; quale eſt mel? corripit Indos,
Fel quale? in verum pectora dura DEUM.
India, ſed JESU *Patribus ſit mota fidelis:*
Jam ſolum diro mel ſine felle fluit.

VI.

Arma, quibus mortem viciſti, Dæmona, culpam,
Illa refert patriis India, Chriſte, roſis.
Hic clavos, vepres, videóque flagella, columnam,
Hic multa aſperſi ſanguinis unda rubet.
Haud natura opus hoc, divini opus extat amoris,
Ut vigeant Mundo parta Trophæa Crucis.
Carpe roſam; poteris morientem cernere CHRISTUM:
Plange CRUCEM, *inde leget mens mea mille roſas.* H

VII.

Quem cernis florem diſtinctum ſtigmate quino
Cujus tres clavos ſpinea ſerta ligant.
Tentârat fruſtra multis Natura diebus
Fingere; ſed longum ſedula luſit opus.

Aſt

Digitized by Google

Et nuda implicuit ſpinea ſerta manu.

B *Cur ſanctum cæli Numen, mundique Redemptor*
Signat odoratis tormina dira roſis?
Suppliciis CHRISTI *nil ſcilicet, acrius extat:*
Fructibus illius gratius éſtque nihil.
Diſce pati, Chriſtúmque ſequi per tormina; namque
Quod magis acre fuit, gratius illud erit.

Deſine mirari. Tellus nam corda virorum
In CHRISTUM *noſcens frigida, ſic loquitur.* D
Negligit hæc CHRISTI *veſtigia vera dolorum,*
Nulláque mortalis ſigna pudoris habet.
Hæc ego cuncta videns, flores proferre laboro,
Qui ſtelen, clavos, ſpinea ſerta gerat.
Atque coacta, mihi quoniam non debita ſumo,
In foliis proprii ſigna pudoris erunt.

FINIS.

INDEX

Digitized by Google

58. c. *Stephani.* 59. f.
Acroſtichides quinque Orthodoxi Theodori Studitæ. 67. a. 68. d. 69. b. 71. b. 72. f.
Adam primus homo in monte Calvariæ ſepultus. 131. a.
Adjuratio per crucem. 117. c.
Adoratio S. Crucis. 59. h. 80. b. 126. a. & ſeq. *ejus adorator miles Chriſtianus ab hoſtibus ſuis mirabiliter eripitur.* 133. d.
Æthiopes peregrinantur Hieroſolymam. 92. c. d. *eorum Imperator munera & oblationes mittit Hieroſolymam.* Ibid. *quidam ex Monachis Æthiopibus perpetuò Hieroſolymis degentes, jus habent eligendi Patriarcham Æthiopiæ.* g. *vocant omnes occidentales* Francos h. *Chriſtum quatuor clavis crucifixum depingunt.* 117. g.
Agilulfus Longobardorum Rex coronâ ferreâ Conſtantini Magni primus omnium redimitus eſt. 112. b.
Aimoinus Cardinali Baronio qualis. 38. f. *ejus nova editio.* Ibid.
Albertus Canonicus, & Cuſtos Aquenſis auctor Hiſtoriæ Hieroſolymitanæ expeditionis. 12. 88. b.
Albertus Patriarcha Hieroſolymitanus Heraclii ſucceſſor. 97. d. *Accone, ſeu Ptolemaide reſidet.* Ibid. *Petri Eremitæ Pronepos; Epiſcopus primùm Vercellenſis, deinde Bethlehemiticus, & Aſcalonitanus.* g. *ejus crux cum triplici ligno transverſario.* 103. b.
Albigenſes hæretici imaginem crucifixi tunc uſitatam immutandô ſimpliciores decipiunt. 132. a. b. *horum impoſturis occurrendi expedita ratio* c. *propoſito apologo ſimplices à veritatis tramite deducebant.* 133. b. c.
Alexander Rex Scotiæ templum magnificum S. Cruci extruxit. 97. c.
Alexius Comnenus Imp. Henrico IV. Regi Germaniæ miſit auream crucem pectoralem cum Margaritis & S. Reliquiis. 131. d. *ejus mater, uxores, & filiæ in templo, tanquam in aſylo collocatæ.* Ibid. b. *fratres in Nicephorum Botoniatem conſpirant.* Ibid. *filia Anna libros Alexiados ſcripſit.* Ibid.
Amalricus Eccleſiæ Dominici ſepulchri Prior, Ful-
Andreas Veringer Lutheranus Prædicans crucem in templo, & ſupra poſitam interpretatur. 118. f.
Andreas Schottus Soc. JEſu in Veterum monumentis eruendis indefeſſus. 131. h.
Angli à Scotis mirabiliter Cæſi. 50. c. d. *graſſantur per Laudoniam.* 77. d. *quidam ſacrilegii ſui Numini ulciſcenti pœnas dat.* Ibid. *chirographa crucibus aureis firmabant.* 107. h. *Flandros crucis hoſtes ad unum omnes cædunt.* 114. g. *à Scotis cruce ſeparantur* 115. c. *eorum Reges diplomata, ſeu graphia ſua ſigno Crucis vel prænotârunt, vel ſubnotârunt.* 119. h.
Anthuſa Copronymi filia, ſancta. 41. f.
Apollo cum Muſis in achate gemma naturaliter expreſſus. 137. d.
Apoſtatarum hujus ætatis vox, & mos. 34. g. *in S. Crucem contumelioſi puniuntur.* 120. h.
Aventinus Fridericum pro Fulcherio ponit. 86. a. *ejus error in Heraclito Patriarcha Hieroſolymitano* 98. d. *item in Alexandro IV. Pontifice.* 99. d.
Auſtriacæ familiæ privilegium ferendi crucem Imperatoriam in Principali ſuo pileo. 74. h.

B.

Balduinus Rex Hieroſolymitanus civitatem Sagittam oppugnat. 120. h. *ægrè fert contumeliam S. Cruci ab Apoſtatis illatam.* Ibid.
Baptizandi & baptizati ſigno Crucis conſignantur, & benedicuntur. 80. f. 118. d.
Bardas Curopalata Cæſar Conſtantinopolitanus. 63. a. *ab Ignatio Patriarcha ob inceſtum excommunicatus.* b. *de cultu imaginum rectè ſenſit.* c.
S. Baſilius Magnus dicit: quod vetuſtate excellit, venerandum eſſe. 68. h.
Baſilius Medicus Bogomilorum hæreſiarcha. 71. d.
Baſilius Imperator Conſtantinopolitanus. 105. d.
Baſilius Epiſcopus Seleuciæ, teſtis, cruces Martyrum templis oblatas eſſe. 125. h.
Bedæ relatio de ſepulchro Domini. 130. a.
Ballarminus quid ſenſerit de crucibus ſub Conſtantino Copronymo viſis. 122. f. g.

Bene-

Digitized by Google

…, S. Reliquiis, cruci, ſingularem reverentiam exhibent. Ibid. eorum Eccleſiæ majorem, quàm aliæ pacem & immunitatem habent. Ibid.

Capocius Senenſis in utriuſque manûs unguibus depinxit paſſionis Dominicæ myſteria. 137. b.

Carolus Magnus Imp. an ſit auctor librorum Carolinorum contra imagines. 77. c. & ſeq. ei perperam adſcripti. 78. c. 80. b. illorum inſcriptio ſeu titulus. 78. f. ultimum capitulum laudat Hadrianus Papa, illúdque ſolum eſſe Caroli Magni aſſerit. 78. c. 79. e. in ſynodo Francofordienſi neque compoſiti, neque publicati. 79. a. S. crucem laudant. h. Calviniſtas impugnant. Ibid. & ſeq. eorum Auctor ſive Auctores negant, imagines eſſe colendas. 126. e.

Carolo Magno claves S. ſepulchri, loci Calvariæ, civitatis, cum vexillo delatæ. 95. h. ſepulchrum Domini donatum à Rege Perſarum. Ibid. illum terram ſanctam armis recuperâſſe plebeia perſuaſio 96. b. ejus legatio ad Irenam Imperatricem invenit Nicephorum imperantem. 106. f. ejus vita ab Einhardo conſcripta. 126. f.

Carolus V. de privilegiis Archiducum Auſtriæ. 74. h.

Caſtaleonis Sectarii impiæ. ineptiæ 133. f.

Chriſtiani Damiatam capiunt. 17. h. 24. d. nomen Chriſti, vel ſignaculum S. crucis corpori ſuo incidi curant. 127. b.

Chriſtus homo rectè pingitur. 35. h. qua ratione pingatur. 36. c. ejus vera imago quænam ſit. 65. h. reſurgens, dextra trahens è limbo Patres, ſiniſtra crucem præferens, forma ſigilli. 83. 97. d. num fuerit cruci clavis affixus. 117. d. quanta in hoc Joannis de Weſalia hallucinatio. e. item Caſtaleonis Sectarii. 133. f. g.

Chriſtophorus Copronymi filius Cæſar creatus. 41.

Concilia Oecumenica ſex depicta, juſſu Copronymi deleta. 49. f. Concilium Romanum ſub Nicolao Pontifice. 63. d. Francofordienſe quo anno habitum. 79. a. Lemovicenſe. 116. h.

Conradus Salicus Imp. jurat per S. Crucem. 59. a. ultor fidei vocatus, Tito & Veſpaſiano Imp. comparatus, & quare. 75. d. quo anno in Romanorum Regem electus, & Imperator inauguratus. 105. d. Mangaldum comitem Conſtantinopolim mittit ad Romanum Imp. Ibid. quo anno hæc legatio ſuſcepta. 106 a. b. qua de cauſa. g. & ſeq.

Conradus Epiſcopus Herbipolenſis ab improbis occiſus. 116. b. ejus epitaphium. Ibid.

Conradus Dux Dalmatiæ, coméſque Dachuni. 84. tradidit cœnobio Schirenſi magnam partem S. crucis, quæ ſub Fulcherio Patriarcha Canonico cuidam Hieroſolymitano vi ablata fuerat. Ibid. & 96. d. 97. a. 98. d. hanc poſtea ejus filio Conrado de Dachavv Heraclius Patriarcha Hieroſolymitanus donavit. 84. 96. d. 98. d. Pater & filius in Monaſterio Schirenſi ſepultus. 86. b.

Conſtantinus Magnus Labarum in vexillum crucis primus transformavit. 73. h. per ſignum crucis omnes gentes ſuperat. 74. d. ejus corona ferrea, in qua clavus, quo Chriſtus fuit cruci affixus. 112. b. c. ei crux apparuit, latinis litteris inſcripta. 117. f. in loco inventæ S. crucis extruxit Eccleſiam. 130. d.

Conſtantinus Heraclii Imp. filius, Magnauræ Triclinium conſtruxit. 74. a.

Conſtantinus Papa Philippicum Imp. excommunicat. 49. b.

Conſtantinus Porphyrogenitus Michaëlis Ducæ Imp. filius cum parente captus. 96. g.

Conſtantinopolitani Romani dicti, & Conſtantinopolis nova Roma. 117. f.

Copronymus contendit, Chriſtum pingi non

d. *hac Agilulfus Theodelindæ maritus primus omnium redimitus.* b.

Coronata crux in extis reperta ſub Juliano Apoſtata. 123. a.

Cruces variæ apparuerunt tempore prædicationis Crucis. 10. a. b.

Crux, ejúſque cultus ab Iconomachis retinebatur. 35. b. *à Lambographis Iconomachis laudatur.* f. g. 42. f. 46. h. 55. g. & ſeq. 58. d. e. 59. h. *ejus interpoſitu Copronymus impius.* 42. h.

Crux in Codicibus Evangeliorum effigiari ſolita. 43. d. *variè accepta, & uſurpata.* 44. f. g. *Crux non evertit imagines, ſed inimicus Crucis.* 45. a. *à Dorotheo & Chryſoſtomo laudata.* d. e. *moribundis propoſita ſolatii cauſâ.* f. *in poëmatis efformata.* 46. f. g. *humi non facienda.* 48. e.

Crux inter imagines Chriſti præcipua in veneratione eſt. 54. g. *efformatur juſſu Chriſti.* 56. a. *ab Imperatoribus quomodo picta.* Ibid. *quomodo mortalibus in ſalutem divinitus data.* 60. c. *ejus veneratio.* 65. b. *elogia.* 71. c.

Crux in Perſidem aſportata, ab Heraclio Imp. recuperata. 74. b. c. *Hieroſolymis fabricatur, & ſtabilitur.* d. *erga illam reverentia, ac pietas Regum, & Principum.* f. *aurea gemmiſque inſignita à Iudæo in cloacam dejecta.* 75. c. *ſubitò collapſâ ſacrilegum ſtatuæ B. Virginis Spoliatorem comminuit.* 77. d. *ejus encomia in libris* Carolinis *dictis.* 79. h. & ſeq.

Crux Schirenſis. 82. *ejus deſcriptio.* Ibid. *ab Heraclio Patriarcha Hieroſolymitano impetrata.* 84. 96. d. 98. d. *à Conrado de Dachavv Schirenſibus tradita.* Ibid. *à Joanne Abbate auro, argentóque incluſa.* 84. *ejus mira vis.* Ibid. *eſt pars Crucis Patriarchalis in Europam ſubſidii, pro S. Sepulchro colligendi gratiâ miſſæ.* 87. c.

Crux aurea, ornata lapidibus, referta Reliquiis. 94. a.

Crucis particulæ aliis crucibus incluſæ, & in crucis ſpeciem efformatæ. 94. g.

Crux, clavem auream habens, de vinculis Apoſtolorum Petri & Pauli. 94. h.

num concurſus, præſertim Feſtis Inventæ, & exaltatæ *Crucis.* 109. a. *multis miraculis claruit.* b, *unde allata.* Ibid.

Crucis particula, unà cum aliis Reliquiis thecæ incluſa, in Monaſterio Laureacenſi, vulgò Lorch, *aſſervata.* 110. a.

Crux Domini tribus lignis conſtans. 110. d.

Crux in Cathedrali Eccleſia Ratisbonenſi aſſervata. 110. e.

Crux in ſacello S. Heliæ reperta, Crux Syriorum *vocata.* 110. g.

Crux in Bibliotheca Monaſterii Fürſtenfeldenſis reperta. 110. h. *à quodam Religioſo ibidem miro artificio conſcripta.* Ibid. & 111.

Crux aurea, Regnum *indigitata, à S. Gregorio Magno Theodelindæ miſſa.* 112. b.

Crux in proceſſionibus prælata. 114. b. *in oppugnatione urbis.* c. *cùm S. Euchariſtia ad ægrum deferebatur.* d. *etiam in proceſſionibus funeralibus.* Ibid. *à Lutheranis quoque nonnullis in locis funeribus præportata.* f. *moribundis venerationis & ſolatii ergò propoſita.* Ibid. *à Tartaris etiam in bellicis vexillis uſurpata.* h.

Cruces in pontibus. 115. c.

Cruce interdum ſeductores uſi ſunt, ut plures in ſuas pedicas illicerent. 115. d. *in cruce miraculum patratum.* g.

Crux Epiſcopo prælata. 115. h. *erecta in loco, ubi quis occiſus.* 116. b.

Cruce erecta juramenta præſtita; excommunicatio peracta. 116. c. d. *ejus conſpectu ſeditioſi ſedati.* f. *itio ad eam pœnitentiæ loco impoſita.* Ibid. *in pœnam abſcondita.* h. *eſt terminus.* 117. a. *in inveſtituris tradita.* c. *per eam adjuratio facta.* Ibid.

Crucis ſignaculum ſacris fontibus conſecrandis, Baptizandis, & baptizatis benedicendo &c. adhibetur. 80. f. *à Græcis, & Moſchis frequenter uſurpatum.* 118. c. *à Luthero in Baptiſmo præſcriptum.* d. *inſtrumenta eô munita.* 119. h.

Crux intra templa, & in templorum faſtigiis, etiam apud nonnullos Lutheranos. 118. f. *in Moneta.* 119. b. *quorundam erga S. crucem pietas.* 120. a.

Crux

Digitized by Google

ſpuentes illam, *& truncantes Pagani capiuntur*, *& puniuntur*. 75. d.
Crucifixi imagines aureæ, *& argenteæ à Iudæis malè tractata*. 75. c.
Crucifixi imago ut ſibi relinquatur, *Lutherus petit*. 128. h. *in petra divinitus per naturam expreſſa*. 138. a.
Cyrillus Hieroſolymitanus foramina petræ de ſepulchro Dominico interpretatur. 89. g.

D.

Dæmones cruce fugantur. 35. g. *torquentur*, *& cruciantur*. 71. f. *perhorreſcunt imaginem Salvatoris*. 72. c.
B. Damaſcenus virulentis Calviniſtæ ſpiculis impetitur. 37. h. *maluit manum*, *quàm fidem amittere*. 38. a. *ei clementia Calviniſtica parcit*. c. *de Chriſti Eccleſia præclarè meritus*. Ibid. *ejus de imagine Chriſti diſſertatio*. 67. d. *meminit etiam imaginis B. V. puerum JEſum in ulnis geſtantis*. 68. e. *ſepulchrum B. V. deſcribit*. 94. d.
Damaſcus optima civitas in Idumæa. 5. c. *ejus deſcriptio*. Ibid.
Damiata urbs munitiſſima, *Ægypti clavis*. 3. 18. b. 23. a. *ejus deſcriptio* 6. f. 19. f. *à Chriſtianis obſeſſa*. 14. e. f. & ſeq. *miraculosè occupata*. 17. h. *&* 24. c. d. *Chriſtianis eam ingredientibus miſerabilis aſpectus*. 18. b. 19. d. e. *cum omnibus pertinentiis regno Hieroſolymitano conceſſa*. 20. a. *Mahometia ibidem mutata in Eccleſiam B. Virginis*. Ibid.
David Imperator Æthiopiæ oblationes & munera mittit Hieroſolymam. 92. c.
David Rex Scotiæ, *Cœnobium S. Crucis extruxit*. 97. b.
David Rex ubi ſcripſerit pſalterium. 131. a.
Deſpotæ & deſpotatûs honor. 45. h. & ſeq.
Deus quomodo pingi nequeat. 36. c. *ejus imagines quo pacto pingantur*. 39. c. Dei *vocabulum in propriorum nominum compoſitione adhiberi ſolitum*. 69. d. *ante aſſumptam carnem non fuit pictus*, *nunc pingi poteſt*. e. *Pater*, *& Spiritus S. quomodo pingi poſſit*. f.
Διαπτύεσθαι *quid ſit*. 39. d.

fidei conſulenda. Ibid.
Eccleſia in honorem S. Crucis erecta Hieroſolymis ab Helena. 74. d. *Anaſtaſeos & Dominici Sepulchri an una*, *eademque*. 88. a. *Reſurrectionis à Conſtantino Imp. magnificè extructa & ornata*. 89. h. *ab eo*, *qui particulam S. Crucis nactus fuerat*, *in honorem S. crucis ædificata*. 97. a.
Eccleſiam S. Sepulchri ingredientibus, *quænam loca ſancta occurrant*. 129. d. *eſt rotunda*, *triplici pariete diſtincta*. 130. c.
Eccleſia Golgothana crucem argenteam habet prægrandem pendentibus deſuper lampadibus. 130. c. *Conſtantiniana* Martyrium *dicta*, *ubi crux inventa*. d.
Eduardus I. Rex Angliæ crucem erexit in Reginæ ſuæ memoriam. 114. e.
Eduardus III. Rex Angliæ animam agens, *crucem oſculatur*. 114. f. *erecta cruce juramentum præſtitit*. 116. c.
Einhardus Librum ſuum de adoranda cruce Lupo Abbati dedicat. 126. a. *vitam Caroli Magni ſcripſit*. f. *primus Abbas Selegſtadienſis*, *Ordinis benedictini* g. *ejus liber de adoranda cruce non extat*. Ibid.
Epigrammata in Granadillam. 139. c. & ſeq.
Evangeliorum liber auro, *& lapidibus pretioſis ornatus à Iudæo in cloacam dejectus*. 75. f. *pœnitentium collo circumpoſitus*. 95. b. *juramentis adhibitus*. 42. h. vide etiam 125. f.
Euchariſtia in munda pixide recondita in ſequentem diem 90. e. *ad ægros delata*. 114. d. *quomodo difficultates & dubia circa illam ſolvi poſſint*. 136. h. & ſeq.

F.

Fivizanii Auguſtini opinio de crucibus Pontificiis, *& Patriarchalibus*. 103. b
Florilegium de S. cruce. 113.
Flos paſſionis Domini noſtri. 136. d. e.
Flos nardi celticæ pupillam oculi ad vivum exprimit. 137. h.
Flos crucis cur apud antipodas compareat. 141. b.

ad Europæos miſit. 87. b. 99. b. *Abbas Canonicorum Regularium in Monaſterio, cui* cella *nomen.* 87. f. *Archiepiſcopus Tyrenſis.* Ibid. *ejus Patriarchatûs & obitûs tempus.* g. h. & 99. b.

Fuldenſes Monachi Carolo Magno ſupplicem libellum offerunt. 126. g. *cultum S. Cruci debitum ſubtractum, reſtitui à Carolo petunt.* h.

G.

Gaza civitas. 6. c.

Gebhardus Conſtantienſis Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis Legatus. 108.

Georgius Beckius ad S. Crucem Donavverdæ Prior. 100.

Gerardus Engoliſmenſis Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis Legatus. 87. f.

Gizidus Arabum tyrannus, à Judæo perſuaſus, ut imagines è medio tolleret. 51. g.

Glycæ figmentum, cur Conſtantinus Caballinus *dictus.* 43. g.

Godefridus Dux Bullionius Hieroſolymam expugnat. 96. c. *hujus, & aliorum Principum paſſagium.* 21.

Goldaſtus Calviniſta calumniatur S. Theodorum. 34. a. *ex ſeptima Synodo transſcripſit Iconoclaſticum conciliabulum.* 36. g. *à S. Stephano juniore refellitur.* Ibid. *ejus ſingularis malitia, & fraudulentia.* 37. c. d. *inceſſit Suidam* g. *& Theophanem.* h. *ejus ſpicula virulenta in B. Damaſcenum.* Ibid. *in eundem clementia.* 38. c.

Goldaſtus criminatur Zonaram, & Cedrenum. 38. c. *Suidam.* g. *ineptè interpretatur Suidam.* 39. f. *quid Calviniſtæ huic ſit honorare reliquias.* h. & ſeq. *defendit Copronymum, ſed per meras calumnias.* 40. c. *eum purgare nititur; at nimis impudenter.* h. *arbitratu ſuo edicta Imperialia & Cæſarea contra imagines, earúmque cultum cudit.* 41. d. 49. b. 57. f. 58. g. 59. b. 60. c. 61. f. 63. a. 68. b. *Imperatores Crucem adorantes vocat* Orthodoxos. 42. g. *ejus*

toribus Papæ confictum ait. c. *textum pervertit, ut, quod cupit, obtineat.* g.

Goldaſtus pro Pſeudo-ſynodo Pariſienſi teſtimonium affert velò Hincmari velatum, cùm ſit ab Illyrico. 81. d. e. *excerpta Claudiana Ludovico Imperatori adſcribit.* g. *Luppum Abbatem immeritò traducit.* 126. c. *ejus fundamentum frivolum.* d.

Golgothani montis fiſſura hodiéque viſitur, majore hiatu ſuperiùs, quàm infrà. 118. a.

Græci Hymnographi Jambis maximè delectantur. 35. c.

Græci uvas aliquando & alicubi admiſcebant oblationi, & Euchariſticæ Communioni. 55. c. *Euchariſtiam communicantibus in manus tradunt.* ibid. *valde delectantur imaginibus ex opere Teſſellato, Moſaico, ſeu Muſivo.* 101. a. *nulli imagini venerationem tribuunt, niſi nomina eorum, quos repræſentant, ſint adſcripta.* e. *Occidentis Imperatoribus noluerunt tribuere titulum* Imperatoris *&* βασιλέως. 105. c. *eorum donatione, vel occaſione bellorum multa monumenta in Germaniam venerunt.* 109. b.

Græcus ignis nullo præterquam aceti liquore extinguitur 11. h. 25. g.

Græci in Eccleſia pectus & faciem crebris crucibus muniunt. 118. c.

Græcis quid ſit διαπτύεσθαι. 39. d. *quid* τρικηρίῳ σφραγίζειν. 123. h. τρικέφαλα *nummi genus.* 124. c.

Græcobarbarum Gloſſarium. 124. c.

Græci ſolent Crucem ceu rem animatam invocare. 125. a.

Granadilla ſeu Granatula, planta Indica. 135. Paſſio Chriſti *dicta* ibid. & 136. c. f. *paſſim circumfertur depictus.* 135. a. *magnitudine ſuperat roſam, odore verò etiam alia odorata.* ibid. *ejus folium coloris fulvi, Italis* Leonati. b. *ſinuat ſe ſicut violæ.* ibid. *flos averſus à pictoribus hactenus exprimi non potuit, ſed tantùm adverſus.* c. *refert coronam Chriſti ſpineam, columnam, tres clavos, quinque vulnera, & lanceam.* 135. d. *ape-*

Digitized by Google

tur, imaginem Salvatoris, portæ areæ impoſitam, & à Leone Iſauro dejectam, nomen habuiſſe Antiphonetæ. ibid. multisque miraculis claruiſſe. ibid. quale conſilium dederit Leoni Iſauro. 69. a. quid ad eundem de imaginibus ſcripſerit. 120. e. ejusdem objectiunculam ſcitè refellit. f.
Gregorius IX. Pontif. Inſignia imperialia explicat. 74. f.
Gregorius XIII. Pontif. Decretum Gratianeum emendat. 79. d.
S. Gregorius VII. S. Bennoni inſignes Reliquias donat. 99. a.
S. Gregorius Magnus Theodelindæ Reginæ miſit crucem auream Regnum dictam, & coronam ferream Conſtantini Magni. 112. b. Archiepiſcopo Mediolanenſi conceſſit jus coronandi Regem Italiæ coronâ illâ ferreâ. d.
S. Gregorius Nazianzenus agnoſcit etiam baptiſmum ſanguinis per martyrium. 123. c.
Gualterus Regis Franciæ Camerarius cum filio Vice-Comite à Saracenis captus. 16. g. 25. f.
Gunderada Abbatiſſa Monaſterij S. Crucis Werdenſis à Leone IX. Pont. ordinata & conſecrata. 103. Manegoldi Comitis & Monaſterij S. Crucis Werdenſis Fundatoris filia. Ibid.

H.

Hadrianus Papa ultimum capitulum operis Pſeudocarolini laudat, illúdque ſolum Caroli Magni aſſerit. 79. c.
Hæretici ſemper ſua vineta cædunt. 43. b.
Hæretici Pauliciani codices Evangeliorum oſculantur & venerantur, ſed non in ea parte, in qua crucis effigies expreſſa eſt. 43. c. d.
Hæretici confutantur argumento è locis ſanctis ducto. 91. b. c. crucibus croceis inſigniti publicam pœnitentiam recipiunt. 95. b.
Hæretici Albigenſes. vide. Albigenſes.
Hamartolus Georgius auctor ineditus in bibliotheca Bavarica. 40. d.
Helena Conſtantini Mater S. Crucem invenit Hieroſolymis, cum quatuor clavis. 74. d. e. 130. d. Eccleſiam ibidem in honorem S. Crucis erexit 74. d. partem crucis thecæ ar-
peravit. Ibid.
Heraclius Patriarcha Hieroſolymit. Eccleſiæ ſanctæ Reſurrectionis. 84. in Italiam, Galliam, & Angliam venit, & qua de cauſa. 95. e. obiit in obſidione Acconis ſeu Ptolemadis. 97. h. huic ſucceſſit Albertus. Ibid. Conrado de Dachavv, prioris Conradi filio crucem donavit. 84. & 98. d.
S. Hieronymus in Bethlehem adorat præſepe & incunabula Salvatoris. 90. g. cur non meminerit ſepulchri B. Virginis. 94. c. quercum, & Therebinthum pro eodem ſumit. 118. b.
Hieroſolymitanæ peregrinationis votum. 86. d. 87. d. qua auctoritate Patriarcha Hieroſolymitanus ab eo abſolverit. 87. d. e. quàm piè olim illa obita. 90. g. h.
Hieroſolymitanæ Eccleſiæ mos in peregrinis communicandis. 90. e.
Hieroſolymitana loca ſancta præcipua. 93. d. de iisdem inſtructio. 129. d. & ſeq.
Hieroſolymitanorum proprium inſigne, Crux 95. d.
Hieroſolymitanæ Urbis claves Regibus oblatæ benedictionis gratiâ, tanquam Reliquiæ. 95. g.
Hieruſalem Judeæ Metropolis. 5. c. ejus ſitus. Ibid. deſtructa eſt à Coradino, filio Saphadini. 14. h. à Chriſtianis, Duce Godefrido Bullionio, capta 96. c. ſub quonam Patriarcha. Ibid.
Hieroſolymitana Sedes Patriarchalis Acconem ſeu Ptolemaidem translata. 97. d.
Hieroſolymitanis peregrinis abſoluta peregrinatione palmæ datæ, crucésque de collo ſuſpenſæ. 97. f.
Hieroſolymitani Ordines Templarij: Hoſpitalarij, & S. Mariæ Alemannorum. 8. h. 14. c. 23. d.
Hiſpani olim Chriſtum in cruce immiſſa quatuor clavis confixum pingebant, & ſculpebant. 132. a.
Hoſpinianus Calviniſta variarum imaginum Chriſti crucifixi calumniator. 121. e.
Huberi Samuelis, Lutherani mendacia contra benedictionem crucis. 122. a. ab eo evulgatus liber, cui titulus: Anti-Bellarminus. ibid.

tur. f. *eorum inconſtantia in ſuis Dogmatis.* 40. f. *Elogia Cruci ab eis tributa.* 42. f. *noſtrorum Iconomachorum impietas tranſcendit veterum Iconoclaſtarum improbitatem.* g. *veterum Technæ.* 47. g. *Convicia in pictores.* 50. g. *alia eorundem in pictores convicia.* 51. a.

Iconomachiæ origo. 51. g.

Iconoclaſticam hæreſim Photius vocat barbaram, *Iconoclaſtas*, impios & profanos 64. f. *Iconoclaſta an fuerit Photius?* ibid.

Jejunium feriæ ſextæ in pane, & aqua. 124. f.

Ignatius Iconomachus auctor Jambi ſecundi, & quinti. 35. a. 42. d. 55. e. *Ignatius Patriarcha Bardam Cæſarem ob inceſtum excommunicat.* 63. b.

Indi florem Granadillæ ſecum portant boni odoris gratiâ. 135. b.

Indiæ arbor Æſchynomene ſeu pudibunda *accedente aliquo recolligit ſua folia.* 137. f.

Innocentii II. Bulla pro Monaſterio Werdenſi. 108. *in eam notatio.* 109. a.

Inventio & exaltatio S. Crucis à Ladislao Hungarorum Rege inter alias feſtivitates numerantur. 116. h.

Joannes, Auctor primi & quarti carminis, quis? 34. g. *Iconoclaſta, Magus.* h. *ejus Jambi.* 35. d. 50. d.

Jonas Aurelianenſis ſcripſit contra Claudium Taurinenſem. 126. b. *Crucem adorandam eſſe disertè docet.* c. *imagines hiſtoriæ ſaltem, & memoriæ causâ habendas cenſuit.* ibid. *ejus librum Lupus Ferrarienſis in Gallia Abbas nec approbavit, nec improbavit.* d. *an cultum tribuerit imaginibus.* e. *Claudium Taurinenſem aliquoties violata grammatica accuſat.* f.

Jor *&* Dan *duo fontes, ex quibus* Jordanis *conficitur.* 6. a.

Irena Imp. Nicephorum & Chriſtophorum Cæſares ſacerdotio fungi juſſit. 41. f. *à Nicephoro de imperio dejecta.* 58. h. *jurat Nicephoro ad Crucem.* ibid.

Iſaiæ Prophetæ loca quædam de Chriſti nomine, Crucis ſignaculo, & de Cruce Domini à Procopio illuſtrata. 127. b. & ſeq.

no apud Fuldenſe Monaſterium. f. *alius à nutrice eiſdem venditus.* g. *aliquando odium Crucis & Crucifixi in Euchariſtiam exprompſerunt.* h. & ſeq.

Judæis, Cruci Redemptoris noſtri illudere ſemper volupe fuit. 121. b. *eorum ſigillum in Chriſtum Crucifixum ignominioſiſſimum.* ibid. *ſæpe Chriſtianorum pueros in crucem egerunt.* c. *quendam furto ſublatum circumciderunt.* Ibid. *eiſdem prohibitum fuit, ne tempore paſſionis Dominicæ in publicum prodirent.* d.

Judas & Ephraim Hieroſolymis conjuncti ſub Zorobabele. 127. c.

Junius Calviniſta Bellarminum ineptè reprehendit. 80. g. h. *ſomnia ſua Pariſienſis ſcripti Collectoribus affricat.* 81. c. *Crucis apparitiones contra crucem interpretatur.* 122. h. & ſeq.

Juramenta ad crucem à Copronymo exacta. 42. h. *ab Irena ad crucem facta.* 58. h. & ſeq.

K.

Κρατύνω *eſt etiam* κρατῶ *impero.* 55. f.

S. Kunegundis Imp. cum conventu crucem ſequitur, ſeu proceſſioni intereſt. 114. b.

L.

Labarum à Conſtantino Magno in vexillum crucis transformatum. 73. h.

Ladislaus Hungarorum Rex in aliis feſtivitatibus numerat etiam Inventionem & Exaltationem S. Crucis. 116. h.

Latro bonus, Martyr. 123. d. *ex confeſſione ipſorum Tigurinorum Prædicantium.* f.

Laurata quid ſint. 70. g. *quanto honore excepta, & affecta.* g. h.

Lex de ſtatione ad crucem. 124. e.

Lizix Manichæus ſolenni ceremonia cum Eccleſia Catholica reconciliatus. 57. b. c. *Lizicianorum ſecta.* Ibid.

Locorum terræ ſanctæ inſtructio. 129. c. & 130. g. h.

Lollardi ſeu Wiclephiſtæ in Anglia. 115. d. *populum impellunt ad communionem ſub utraque*

ſpecie

Digitized by Google

ſucum facere conantur circa imagines ſacras. 54. d.

Lupus Ferrarienſis in Gallia Abbas. 126. a. *ei liber de adoranda cruce ab Einhardo dedicatur.* ibid. *quæſtionem de adoratione crucis ad eundem Einhardum detulit.* b. c. *Jonæ Aurelianenſis librum nec approbat, nec improbat.* d.

Lutherani, an Miſſam cum ceremoniis uſitatis aboleverint. 40. g. *nonnullis in locis funeribus crucem præportant.* 114. f. *ex Litaniis omnia Sanctorum nomina expungunt.* 115. e. *crucem in templis, & ſupra templa vix patientibus oculis intueri queunt.* 118. h.

Lutherus, quid de ſepulchro Dominico ſentiat? 88. h. *ait, illud Deo non magis curæ eſſe, quàm* Vaccas Helveticas. ibid. & 89. b. *ejus interpres pudore abſterritus inſiſe verba hæc Lutheri vertit.* 89. a. b. *quinto ſuo Evangelio prædictiones & vaticinationes conquirit.* c. *in baptiſmo crucis ſignaculum præſcribit.* 118. d.

Lutherus inter imagines diſcrimen ſtatuit, quænam ſint retinendæ, & quæ deſtruendæ. 127. h. *quid de imaginibus in concione quadam Witebergenſibus ſuis valdè seriò inculcaverit?* Ibid. & 128. a. *copioſè oſtendit, propter abuſum imaginum non eſſe tollendum uſum.* 128. c. & ſeq. *ejus verſoris impoſtura.* e.

Lutherus Iconoclaſtis ſupplicat, ut fiat ſibi poteſtas retinendi Crucifixi, vel alicujus Sancti imaginem. 128. g. & ſeq.

M.

Magnaura nomen palatij. 73. h. *dicebatur etiam Pentapyrgium.* 74. a.

Mahometes ſtatuas, ſimulacra, ſculptas, & pictas imagines ſeverè prohibuit. 119. f.

Manegoldus, ſive Mangoldus Comes Kyburgenſis, Dilingenſis, Werdenſis, & Witteslingenſis. 105. b. *Monaſterium Werdenſe fundavit, & S. Crucis pretioſiſſimo theſauro locupletavit.* a. *ad* Romanum *Imperatorem Conſtantinop. Legatus.* d.

129. g.

S. Mariæ Virginis imagines, quæ in magna veneratione ſunt, ait Lutherus, eſſe deſtruendas. 127. h. *Ejus imago, qua B. Mariæ Ægyptiacæ Locuta.* 129. e.

S. Maria & Martha ſorores Virgines cum S. Lycarione crucifixæ. 131. f.

Maria Michaëlis Ducæ Imp. conjunx cum marito, & filio capta. 96. g.

S. Martini ſcapula ubi. 129. e.

Martinus Abbas Periſienſis in Alſatia plurimas S. Reliquias adeptus. 94. f.

Martyres ob venerationem & defenſionem imaginum. 62. d. g. *ſeptem Samoſatæ in altum ſublati, & per capita clavis affixi.* 131. e. *illorum imagines tutelæ causâ in navigiis poni ſolitæ.* 127. f.

Martyr bonus latro. 123. d.

Martyrium baptiſmus ſanguinis. 123. e.

Matthiæ II. Regis Hungariæ coronatio. 75. a.

Mathildis Comitiſſa celeberrima, moritura crucem ſibi porrectam piè oſculatur. 45. f. g.

Mauricii Imp. ſomnium de imagine Salvatoris. 62. e.

Mauri peregrinos Hieroſolymitanos ſpoliant. 92. c.

Maximilianus I. Imp. religioſiſſimus & liberaliſſimus, emblema, ſertúmque gemmeum, quod S. Crucem Donavverdenſem ambit, donavit, & obtulit. 102. e. f. *ejus inſcriptio.* g. *S. Crucis ſtudioſiſſimus cultor.* h.

Melanchthon crucem reperit antiquam in Bibliotheca Tubingenſi. 110. d.

Melitenſium militum prædia unde. 93. h.

S. Methodius Patriarcha Conſtantinop. Manichæum, cui nomen Lizix, in rectam ſemitam orthodoxæ fidei reduxit. 57. b. c.

S. Methodius Epiſcopus Patarenſium, de imaginibus. 70. d. e.

Mirabile cœlum Cryſtallinum cujusdam Perſiæ Tyranni. 137. a. b.

Mirabilis gemma Pyrrhi Regis Epirotarum. 137. c.

Mirabilium plantarum catalogus. 137. d. & ſeq.

Miracula: de fure ſacrilego à S. Thecla prodito. 125. h. *de lumine quotannis Hieroſolymis ad Sepulchrum Domini Sabbato Sancto divinitus accendi ſolito.* 130. f. *de milite ca-*

V 2 *tholico*

Digitized by Google

f. 108. S.Galli, proceſſioni interſunt. 114. b.
Monardus Hiſpalenſis medicus Granadillam deſcribit. 138. d.
Moſcovitæ domum quandam ingreſſi, ubi imago ſit, circumſpiciunt, cui caput inclinantes, ſigno crucis ſe muniunt. 118. c.

N.

Nicephorus Copronymi filius cæſar creatus. 41. c. *ab Irene Imperatrice tonſus, & Sacerdotio fungi juſſus*. f. *favet Iconomachis*. 58. g. *Irenam de imperio dejecerat* h.
Nicephorus Botoniates contra Michaëlem Ducam Imp. conjurat. 96. g. *poſtulatam à ſe crucem pignus immunitatis mittit*. 131. c. *ejus legatus Straboromanus crucem in ſinu geſtare ſolebat*. ibid.
Nicetas de Paulicianis hæreticis. 43. c.
Nicetas, filius Copronymi. 41. c. *titulum* Nobiliſſimi *accipit*. ibid.
Nicolaus Pontifex, qualem actionem Synodi Conſtantinop. rejecerit. 63. g. *magnus imaginum cultor, & vindex*. 64. a. *ejus legati contra Iconomachos miſſi*. ibid.
Nilus Fluvius. 6. d. *ejus deſcriptio*. ibid. *quo anni tempore ſoleat excreſcere, & decreſcere*. c. 17. d.

O.

Odo de Caſtellione, à Saracenis captus. 25. f.
Orationem Dominicam ubi Chriſtus docuerit. 129. h. 131. h.
Othmari presbyteri viſio, ſeu relatio de Locis ſanctis.. 130. f. h. & ſeq.
Otho Friſingenſis Goldaſto probus & ſanus ſcriptor. 43. h. *quid de Copronymo ſcriptum reliquerit*. ibid. & 44. a.
Otto dux Bavariæ caſtrum Dachavv comparat. 86. c.
Ottacarus V. Bohemiæ Rex crucem, quæ Ratisbonæ in Eccleſia Cathedrali aſſervatur, fieri curavit. 110. f.

P.

Pagani ligneam Crucifixi ſtatuam ludibrio habentes, à Conrado Imp. puniti. 75. d.
Philippicus num edictum contra imagines ediderit. 49. b. *Pſeudoſynodum Monothelitarum congregat*. ibid. *à Conſtantino Papa excommunicatus*. ibid. *fuit Monothelita*. c.
Philippus Rex Francorum Judæos è Gallia pellit. 75. f.
Photius vocat Irenem & Conſtantinum orthodoxos; Synodum VII. ſanctam; Hæreſin Iconoclaſticam barbaram; Iconoclaſtos impios, & profanos. 64. f. *præcipit, ut Synodus VII. habeatur œcumenica*. 65. d. *quid reſponderit Iconomachis, ſciſcitantibus, quænam ſit vera Chriſti imago*. h. & ſeq. *oſtendit imagines non eſſe idola*. 73. a.
Plantarum admirabilium catalogus. 137. d. & ſeq.
Pontifex Romanus redeuntibus peregrinis palmas dabat, crucéſque de collo ſuſpendebat. 97. f.
Povelus Calviniſta crucis cultum ad Armenios refert. 98. e. *calumniatur crucis adorationem, oſculum &c*. f. g.
Prædicantes libenter admittunt benedictionem S. Joannis. 98. h. *crucem in templis, vel ſupra templa ferre non poſſunt*. 119. a.
Pretioſus Joannes ingentia dona miſit ad S. Sepulchrum Hieroſolymam. 92. d. *ei nil magis in votis eſt, quàm terræ ſanctæ recuperatio*. h.
Principum piorum erga S. Crucem reverentia, & pietas. 74. f. 120. a.
Procopius loca quædam Iſaiæ Prophetæ de Chriſti nomine, de ſignaculo crucis, interpretatur. 127. b.
Pyrrhi Regis Epirotarum gemma admirabilis. 137. c.
Pulli in Ægypto nutriuntur in furno ſimul mille, vel duo millia per ignem abſque gallina. 7. c.

Q.

Quirinus Leoninus Eccleſiæ Cathedralis Ratibonenſis Præpoſitus miſit ad Gretſerum crucem, quæ ibidem aſſervatur, depictam. 110. f.

R. Ra-

Digitized by Google

dò admiſſus modò rejectus. 40. f. *Illis in tutelam dati infantes, ut eorum curam gerant.* 54. h.
Schira nobile, & antiquum Bavariæ Monaſterium. 82.
Schirenſis Crux. vide. *Crux Schirenſis.*
Schirenſia diplomata. 83. 84. *quæſtiunculæ circa ea.* 86. a. & ſeq. *notæ in ea.* 87. c. 95. e.
Schvveiger Salomon Lutheranus Prædicans quid de ſepulchro Dominico referat. 88. e. *à Guardiano, S. Sepulchri curatore, ad Confeſſionem & Communionem cum ſociis ſuis Lutheranis pro more invitatus.* 89. h. *quomodo hunc Catholicæ Religionis cultum declinaverit.* 90. a. b. *& ſe, & ſodalitium ſuum prodit, & infamat.* c. d. *nihili facit S. Reliquias exceptò Dominico ſepulchro.* 93. a.
Scoti S. Crucis ope varias victorias retulerunt. 49. g. & ſeq. *cruce S. Andreæ pro inſigni utuntur.* 50. a. *eorum Rex Achajus coronæ Regiæ quatuor cruces aureas addidit.* 74. h. *ſunt ſub cruce tuti.* 115. c. *illorum primus Rex Chriſtianus Donaldus.* 119. c.
Scotiæ arbor quædam loco foliorum producit aves. 137. f.
Scriptores antiqui contumeliis lacerantur à Calviniſtis. 51. h.
Sepulchri Dominici relatio. 130. a. & ſeq.
Sergius quis. 34. b. *Monachus apoſtata.* c. *à Calliſto verbis & nummis corruptus.* d. *Judæ ſodalis.* ibid. *inſidiatur S. Stephano.* ibid. *ejus Jambus ſextus.* 58. d.
Simeon Patriarcha Hieroſolymitanus. 96. c. *ſub eo urbs à Chriſtianis expugnata.* ibid.
Soldanus Damiatæ, videns vexilla Chriſtianorum in turribus & mœnibus, fugit. 17. h. 24. e. *propria caſtra cum ponte, quem fecerat, combuſſit.* ibid. *experientia didicit, multos Saracenos à paucis Chriſtianis Deo fidentibus ſuperari.* 25. d. *quàm benignus fue-*

T.

Tartari ſignum crucis in bellicis vexillis uſurpant. 114. h. *eorum Regis Cublai memorabile dictum ac factum.* 115. a. b.
Templorum parietes imaginibus depicti. 41. a.
Templum Deiparæ in Blachernis pulcherrimum. 41. a. 101. d.
Templariorum poſſeſſiones, unde, & quantæ. 93. h.
Terræ S. Locorum inſtructio. 129. c. & 130. g. h.
Thabor mons. 8. d.
Thanis miraculò à Deo Chriſtianis donata. 20. d. *ejus deſcriptio.* e. *ejuſdem campos meminit Propheta.* g. *multa Chriſtianis intulit damna in obſidione Damiatæ.* h.
Theodelinda Regina Longobardorum, Bavara. 112. a. *accepit à S. Gregorio Magno crucem auream,* Regnum *appellatam, & coronam ferream Conſtantini Magni.* b.
Theodorus Studita, Antiſtes Monaſterij ſtudij, 33. c. *ejus acta, & Scripta.* d. f. g. *in eum Goldaſti convicia.* 34. a. *ejus laus.* b. *fratrem habet, Joſephum Epiſcopum Theſſalonicenſem.* 35. b. *pulchrè oſtendit, Chriſtum hominem rectè pingi.* h. & ſeq. *ejus quinque Acroſtichides* 67. a. 68. d. 69. b. 71. b. 72. f. *carmen ſine acroſtichide.* 71. h. & *ſeq.*
S. Thomas Cantuarienſis bajulat propria manu crucem. 115. h. & ſeq.
Tiberius Imp. crucem humi viſam tolli jubens, theſaurum invenit. 47. d. e.
Τριμερῶ σφραγίζειν *quid ſit apud Græcos.* 123. h.
Trullanus Canon de cruce humi non facienda. 48. e.
Turcæ favent Lutheranis. 93. f. *illis inviſa crucis effigies.* 60. 2. *ſignatos Principum Chriſtianorum charactere nummos non averſantur.* 119. f. *eorum Popæ, Taliſmani prohibuerunt in commerciis uſum antiquæ monetæ.* ibid.
Tyrus nobiliſſima Phœnicis Metropolis. 5. h.

Wiclephiſtæ cujuſdam militis ſacrilegi pœnitentia, 116. f.

Zvvingliani S. Reliquias concremârunt, 39. h,

F I N I S.

In Tomo Tertio

Errata.	*ſic corrige*,
Pag. 2. f. *aliquot*	*aliquod.*
p. 100. d. *irrunt*	*irruunt.*
p. 126. h. *inter*	*in ter*
p. 176. d. *referuntur*	*refelluntur.*

In Mantiſſa,

Errata	*ſic corrige*,
Pag. 9. b. *Dei*	*De*
p. 84. *manet*	*manat.*
p. 107. h. *Regis*	*Regis*
p. 132. a. *iſinibus*	*finibus*,

Digitized by Google

To !!!

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

00 565621Ŧ

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google